
CONSILIORVM
SIVE MAVIS
RESPONSORVM
ROLANDI A VALLE

IVRIS CVM CIVILIS TVM PONTIficij consultissimi patricij Casalensis, Equitis, ac in Senatu Montisferrati Præsidis dignissimi.

Liber Quartus.

CVM INDICE RERVM OMNIVM LOCVPLETISSIMO.



FRANCOFORTI,

Apud Petrum Fabricium, Impensis Sigismundi Feyerabend.

ANNO M. D. LXXXIIII.



Vngebunden Postet — 7 — ß
Der Band — 12 ß Lüb:

10.

Fur 45

CONSILIORVM
SIVE MAVIS
RESPONSORVM
ROLANDI A VALLE

IVRIS CVM CIVILIS TVM PONTI-
ficij conſultiſſimi patricij Caſalenſis, Equitis, ac in Senatu
Montisferrati Præſidis digniſſimi.

Liber Quartus.

CVM INDICE RERVM OMNIVM
LOCVPLETISSIMO.



FRANCOFORTI,

Apud Petrum Fabricium, Impenſis Sigiſmundi Feyerabend.

ANNO M. D. LXXXIIII.

CONSILIORVM
SIVE MAVIS
RESPONSORVM
ROLANDI A VALLE

IVRIS CVM CIVILIS TVM PONTI-
fic. celeberrimi patritij Camerinj Equitis, ac in Senatu
Monasterien. Principis dignissimi.

Liber Quartus.

CVM INDICE RERVM OMNIVM
COPIOSISSIMO.

Hist. 63-29

FRANCOFORTI

Apud Ioannem Feyrabendium, Sigismundi Feyrabendi
ANNO M.D.LXXXIII.

CONSILIORVM, SEV MAVIS RESPONSORVM ROLANDI A VALLE, IVRIS CVM CIVILIS, TVM PONTIFICII CONSVLtissimi, Patricij Casalensis, Equitis, ac in Senatu Montisferrati Præsidis dignissimi.

LIBER QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *VERITAS quantò magis contertitur, & oppugnatur, tantò magis expulsis nebulis in lucẽ prograditur, sicut aromata magis redolent, quantò magis conteruntur.*

2 *Dispositio in feudis regulariter non valet.*

3 *Feudatarius de rebus feudalibus testamentum conficere non potest.*

4 *Vasallus communiter non potest de feudo testari pro anima.*

5 *Vasallus non potest de feudo antiquo relinquere vnam candelam pro anima.*

6 *Præstatio iuramenti feudi concessionem arguit.*

7 *Fidelitas licet possit capi dupliciter, tamen per excellentiam dicitur in feudis, & propter talem excellentiam feudum sic denominatur à fide.*

8 *Feudum substantiale non est seruitium sed fidelitas.*

9 *Inuestitura dicitur signum necessarium feudi. declara vt in num. 61.*

10 *Actus dubij sicut dignoscuntur & verificantur ex signis, vt testamentum à codicillis, institutio ab exhæredatione, donatio causa mortis à donatione inter viuos, cõtractus emphyteuticus ab emptione et venditione, ita feudum dignoscitur ex signis, vt quando de concessione est facta inuestitura, & præstita fidelitas.*

11 *Res allodialis secundum communem potest recognosci in feudum, declara vt in num. 71.*

12 *Feudum alteratum quoad quid non definit esse feudum quoad alia, quia quoad alia regulatur secundum naturam feudi, declara vt in num. 72.*

13 *Verbum Donamus, appositum in concessione feudali, potest verificari in feudo.*

14 *Feudum est beneficium.*

15 *Concessio non censetur feudalis, quando in ea nulla fit mentio de feudo.*

16 *Arbiter & moderator est quilibet in re sua, etiam in abutendo.*

17 *Concessionis qualitas ex tenore verborum dignoscitur.*

18 *Princeps si in concessione sua dicit, Dono tibi tale Castrum, non censetur iure feudi dare, sed iure simplicis donationis & meræ liberalitatis.*

19 *Diuersitas verborum diuersitatem rerum designat.*

20 *Dispositio. l. penultim. C. si liber. Imperat. Soc. libro 10. quæ loquitur de donatione, non trahitur ad feudum.*

21 *Euictioni non est locus in donatione, nisi ea incœperit à promissione, quod secus in feudo.*

22 *Dominus quando in concessione vtitur verbo Dono, vel simili importante donationem, dicitur per eum fieri libera donatio, & non concessio feudalis. & numero 52.*

23 *Donatio feudalis non est propriè donatio, sed ob causam datio, quæ à donatione differt.*

24 *Verbum Donatio, simpliciter prolatum, debet referri ad id, quod per prius & propriè est donatio.*

25 *Verbum Concedimus, positum in concessione Principis importat dorationem.*

26 *Concessio Principis in dubio potiùs debet iudicari donatio quàm feudum.*

27 *Regia nobilitas facit actum dubium præsumi donationem.*

28 *Castrum si est Dignitatis & Comitatus, in dubio concessio facta de ipso per Principem præsumitur libera & non feudalis.*

29 *Principes omnes licet subsint Imperatori generali prouisione, ex hoc tamen argui non potest, quòd tantùm subsint iure feudi.*

30 *Bona in dubio præsumuntur allodialia.*

31 *Res præsumitur allodialis ac libera & non feudalis, nisi verè vel præsumptiuè probetur feudalis.*

32 *Res feudalis dicitur quandam habere seruitutem.*

33 *Res omnis præsumitur libera, habito respectu ad originalem habitum propter naturalem statum rerum, nisi probetur aliqua alia qualitas seruitutis, quæ præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium.*

34 *Feudalia licet censeantur ea quæ sunt vltra fines feudi, si non probentur exempta: tamen hoc fallit si esset consuetudo præscripta in Castro, quòd tenentes liberè vendant prædia sua, quia tunc incumberet probatio domino, quòd prædia essent feudalia.*

35 *Regalia etsi exerceant Principes in bonus sitis in suo territorio, ex hoc tamen non arguitur illa esse feudalia.*

36 *Beneficium Principis latissimè debet interpretari.*

37 *Liberalitas, Donatio & Beneficiũ Principis latissimè est interpretandum, ita vt sub verbis comprehendatur, quod aliàs verbis exprimendum esset.*

38 *Princeps si concedit alicui officium tabellionatus in aliqua Ciuitate, illud intelligitur etiam concessisse in Comitatu & toto territorio.*

39 *Imperator si alicui concedit Castrum & filijs suis concessio ipsa extenditur ad vlteriores descendentes in gradu vsque in infinitum,*

40 *Concessio remuneratoria latissimè est interpretanda feudum quãdo dicatur gratia, res & precium si tradatur, si precium præponderat dicitur venditio & emptio, si res permutatio.*

41 *Experientia est rerum magistra.*

42 *Argumentum, à communiter contingentibus est validum.*

43 *Principis proprium est liberalitatem exercere.*

44 *Præsumptiones maiores tollunt minores.*

45 *Fidelitas & homagium licet in dubio videantur designare feudum, ab ipsa tamen præsumptione recedit ur, quando per alia media constat de donatione.*

46 *Præsumptio vna tollit aliam.*

47 *Receditur à præsumptione quando aliter constat: quia in claris non est opus coniecturis.*

48 *Inuestitura secundum naturam ordinariam feudorum solet fieri de feudo*

49 *Feudum sine inuestitura constitui non potest.*

50 *Inueſtitura eſt duplex, propria & abuſiua.*
51 *Iuramentum fidelitatis à ſubdito etiam præſtatur.*
52 *Iuramenti fidelitatis præſtatio ſemper non infert feudi recognitionem.*
53 *Iuramentum fidelitatis non dicitur eſſe ſignum neceſſarium feudi.*
54 *Iuramentum fidelitatis præſtatur Papæ per Imperatorem.*
55 *Prælati & Rectores Eccleſiarum præſtant iuramentũ in manibus Pontificis, vel ſui ſuperioris, & Epiſcopi.*
56 *Contendens bona eſſe feudalia ratione iuramenti fidelitatis, tenetur probare quòd præſtita ſit fidelitas ob cauſam feudi.*
57 *Fidelitas & Homagium, etſi in dubio videantur deſignare feudum, tamen ab iſta præſumptione receditur, quando conſtat de donatione per alia media.*
58 *Conceſſio Caſtri vel alterius rei, interueniente etiam iuramento fidelitatis, dicitur ſimplex & mera donatio ſi facta reperiatur per verbum Donamus, & ex cauſa remunerationis.*
59 *Verbũ Inueſtire, conuenit etiam inſtitutioni beneficij.*
60 *Verbum Inueſtire, importat alienationem beneficiorum, & ſignificat tranſlationem poſſeſſionis, & aliquando facultatem illam apprehendendi.*
61 *Titulus inueſtituræ cadit in emphyteuſi.*
62 *Recognitiones factæ per vnum alteri non præiudicant & num. 70.*
63 *Conceſſioni primæ ſtandum eſt.*
64 *Recedendum non eſt ab antiquioribus conceſſionibus, niſi in poſterioribus expreſſe dicatur, quòd de communi conſenſu aliter facta ſit conceſſio, quòd hactenus eſſet ſolitum fieri.*
65 *Error in facto proprio præſumitur, quando tractatur de damno vitando.*
66 *Contractus innominatus debet regulari ſecundum naturam contractus nominati, cui magis aſſimilatur.*
67 *Contractus in dubio eſt iudicandus ſecundum naturam eius quod in eo præualet.*
68 *Species duæ contractus vbi poſſunt concurrere ex eiſdem verbis, illa præualet quæ eſt potentior.*
69 *Bona libera & allodialia ſubiacent Domino loci ratione iuriſdictionis & ſuperioritatis.*

CONSILIVM I.

VISA conceſsione Caroli IIII. Imperatoris facta quondam Magnifico Domino Albertino de Hipolytis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis de villa, ſeu terra Gazoldi & alijs in ea inſertis, vnà cum elegantiſsimis & locupletiſsimis conſilijs clariſsimorum & integerrimorum Iuriſconſultorum, Dominorũ Traiani Delphini, Equitis, & Franciſci Borſati vti fratrum mihi obſeruandiſsimorum in fauorem filij Illuſtris Comitis Camilli Caſtilionei hæredis teſtamentarij Illuſtris quondam Comitis Antonij ex condominis dictæ terræ Gazoldi editis, in quibus adeò doctè ſcripſerunt, vt nulli alij dicendi locus remanſerit: Tamen vt iuſtis petitionibus ipſius Comitis ſatisfaciam, qui valdè me vrget ad dicendũ quid iuris ſentiam, tàm ſuper dicta conceſsione Imperiali: teſtamento facto per præfatum Comitem Antonium, quàm ſuper alijs iuribus ad me tranſmiſsis. Iuridicam præfatorum Dominorum conſulentiũ ſententiam vti optimis rationibus, legibus & auctoritatibus fulcitam omnino ſequendam eſſe arbitror: Verùm † quia veritas quantò magis cõteritur & oppugnatur, tantò clarior expulſis nebulis in lucem progreditur, ſicut aromata magis redolent, quantò magis conteruntur. vt exordiar cum Caſtren. in conſ. 28. volum. 1. quem citat Crauet. in conſil. 135. num. 18. vt veritas præſentis cõſultationis magis eluceſcat: & ne videar ad rem ipſam illotis (vt aiunt) manibus accedere.

¶ Primo congreſſu arguendo in fauorem Illuſtriſsimorum Comitum Camilli Antonij & Federici etiam ex condominis dicti loci, qui nunc poſsident bona dicti quondã Comitis Antonij, dico, q̃ de bonis feudalibus comprehenſis in ipſa conceſsione non potuit fieri aliqua diſpoſitio per dictum quondam Illuſtrem Comitem Antonium in fauorem filij dicti Illuſtris Comitis Camilli, & in præiudicium ſupradictorum Comitum, Quoniam in
2 dubitati iuris eſt, quòd † in feudis regulariter nulla cadit ordinatio defuncti. c. 1. ibi. nulla ordinatione defuncti manente vel valente, de ſucceſſ. feud. cap. 1. §. donare. qual. olim feud. pote. alie. Bal. optimè in conſ. 170. vol. 1. vbi ait, quòd † feudatarius
3 de rebus feudalibus teſtamentũ conficere non poteſt, quia aut vult diſponere de bonis ipſis in perſonam, quæ ſibi per eius mortem ſuccedere debet, & non valet diſpoſitum: quia relinquit ei quod ſuum eſſe debet poſt obitum ipſius teſtatoris, cùm tunc vires capiat teſtamentum. l. mea res. ff. de cond. & demonſt. aut reliquit alijs, & tunc aut prorſus extraneis, & non valet, dicto §. donare. c. 1. de alie. feu. aut agnato, & tunc aut remotiori, & non præiudicat proximioribus, etiam conſentiente Domino, c. 1. de alie. feud. pater. aut proximiori, & tunc non valet legatum: quia nullam affert vtilitatem, cùm & ſine legato ſucceſſurus eſſet. Inquit enim lex, quòd legatum non afferens vtilitatem, non valet. l. hæreditatem. ff. mand. l. 1. §. pen. C. com. de legat. & adeò vera eſt huiuſmodi ſententia, vt ea etiam lo-
4 cum habet, ſi † Vaſallus de eo teſtari vellet, p̃ anima, vt communiter per Doct. in dicto §. donare. in tantum, quod dicit Iſer. in c. 1. an agnat. vel fil. quòd
5 † Vaſallus non poteſt vnam candelam relinquere pro anima ſua de feudo antiquo. Dixi in conſil. 71. num. 8. cum tribus ſequen. vol. 2. & in conſil. 79. in princ. vol. eo. Quòd autem dicta conceſsio ſit feudũ & non donatio, ſatis primò demonſtratur ex præſtatione iuramenti fidelitatis, de qua in ipſa conceſsione, ibi. à te prius tamen iuxta conſuetum morem in noſtris manibus fidelitatis debitæ præſtito iura-
6 mento, ſicut ritè ſeu dignè poſſumus. † quæ quidem præſtatio arguit cõceſsionem feudi. c. 1. de for. fide. cap. 1. de no. for. fidel. & non donationem, in qua non requiritur dicta præſtatio iuramenti fide-
7 litatis. Nam † licet fidelitas capi poſsit multipliciter, tamen per excellentiam dicitur in feudis, & propter talem excellentiam feudum ſic denominatur à fide, ſecundum Bald. in prælud. feud. colum. 3. verſ. quæro. & Aluar. ibi. col. 4. Cornel. in conſil. 16. colum. 1. volum. 1. Dec. in conſil. 413. colum. 1. Cùm igitur de ipſa fidelitate in eadem conceſsione fiat mentio propter excellentiam ipſam intelligendum videtur de feudo: argumento. §. ſed & quoties. inſtitut. de iure nat. gent. & ciuil. ita arguere videtur Abbas in conſil. 82. colum. 3. verſ. inſuper. volum. 1. Aret. in conſ. 14. col. 2. Iaſ. in dictis prælud. feud. numero 28. Ruin. in conſ. 34. num. 7. vol. 1. & in conſil. 42. in prin. vol. eo. Gozad. in conſ. 9. in princip. & in conſ. 65. num. 10. Curt. Iun. in Tract. feud. in 1. part.
8 quæſt. 6. princip. col. 2. verſic. 6. Afflict. in deciſ. 320. num. 4. vbi inquit, quòd † ſubſtantiale feudi non eſt ſeruitium, ſed fidelitas. Pariſ. in conſ. 21. num. 22. vol. 1. & in conſ. 23. num. 34. vol. eo. Cornel. in dicto conſ. 16. col. 1. Beroſ. in conſ. 115. num. 8. vol. 1. Collegium Bononienſe in conſil. 15. num. 38. inter conſilia ſtatus Montis ferrati. Item & ponderanda ſunt verba,

verba, merita puræ fidei, appoſita in dicta conceſſione, ex quibus verbis infertur, quòd propter fidem facta fuit, & ſic, quòd feudalis fuerit conceſsio ipſa propter rationem præcedentem.

¶ Secundò, quòd ſit feudum demonſtratur alio modo: quia de dicto Caſtro & villa ac alijs in ipſa conceſsione cõtentis facta fuit inueſtitura, quæ dicitur ſignum neceſſarium feudi cap. per tuas. de donat. Imol. in c. veritatis. de iureiur. Cuma. in conſil. 137. col. 1. Socin. in conſ. 257. in prin. Afflict. in deciſ. 129. num. 3. & in c. 1. col. pen. ex quibus cauſis feud. amit. vbi ſi dicatur, Inueſtio te de tali Caſtro hoc
9 verbum importat feudum. Nam † ſine inueſtitura, vel ſine eo quod habetur pro inueſtitura, non eſt feudum. Ruin. in citato conſ. 31. num. 7. & 41. colum. 2. verſ. ex aduerſo. Gozad. in conſ. 8. nu. 8. conſil. 9. in princ. & 65. num. 8. cum ſeq. Bero. in conſ. 65. num. 83. & 115. vol. 1. vbi inueſtitura propriè conuenit contractui feudi, vt in titul. quid ſit inueſtit. & in tit. de inueſt. de re alien. facta, Colleg. Bonon. vbi ſuprà num. 37.

10 ¶ Tertiò facit. Nam ſicut † actus dubij, quorum natura ferè eſt eadem propter multam ſimilitudinem & vicinitatem, & dignoſcuntur & verificantur ex ſignis, vt teſtamentum à Codicillis, inſtitutio ab exhæredatione. l. non codicillum. C. de teſta. donatio cauſa mortis à donatione inter viuos. l. Seia. ff. de dot. prælega. Contractus emphyteuticus ab emptione & venditione, locatione & cõductione. §. adeò. Inſtitut. locati. ita feudum dignoſcitur ex ſignis, vt quando de conceſsione eſt facta inueſtitura & præſtita fuit fidelitas. Item ex reſeruatione iurium facta per concedentem, vt in caſu præſentis cõceſsionis ibi. noſtri Imperij & aliorũ quorumlibet iuribus ſemper ſaluis, quæ verba, vt conſtat ex his, quæ ſuprà dicta ſunt, ſatis demonſtrant conceſsionem ipſam iudicandam fore feudalem.

¶ Quartò, quòd ſint feudalia arguitur ex recognitionibus factis per condominos Gazoldi Maieſtatibus Cæſaris, in quibus dicitur locum ipſum & villam ac in ea deſcripta fore feudalia, & ſic ex ipſis declaratur, quòd cognouerunt ſe tenere in feudum dicta bona, & quòd de ipſis tanquam de rebus feu-
11 dalibus fuerũt inueſtiti. Nam clari iuris eſt, † quòd res allodialis poteſt recognoſci in feudum, vt communiter per Scribentes, in l. ſi rem aliquam. ff. de acquirend. poſſeſ. Ruin. in conſ. 40. num. 22. col. 1. & 151. num. 8. vol. 5.

12 ¶ Quintò accedit. Nam † feudum alteratum quoad quid non deſinit eſſe feudum quoad alia, & quoad alia regulatur ſecundum naturam feudi, c. 1. vbi not. omnes de feud. non habend. propr. nat. feudi, vbi licet circa alienationem alteretur natura feudi, in alijs tamen non cenſetur alterata, vt non dicatur feudum, ſecundum Iſern. in cap. 1. quibus modis feud. amit. Vnde licet in conceſsione de qua agitur, ſit verbum Donamus, & in hoc ſit alterata natura feudi, tamen in alijs remanet ſaluũ ius feudorum, vt ſit feudum. Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd ex quo in ipſa ſit mentio de donatione, vt ibi, donamus, quòd ipſa ſit donatio & non feudum, per ea quæ notat Dec. in conſ. 32. col. 2. vbi inquit, quòd vigore dicti verbi Donamus, conſtat conceſsionem eſſe donationem, quæ ex liberalitate & munificentia proficiſcitur. l. 1. ff. de dona. Soc. Iun. in conſ. 102.
13 num. 9. vol. 2. Quia † reſpondetur, quòd etiam ver-
14 bum Donamus, in feudo verificari poteſt, quia † feudum eſt beneficium. c. 1. ex quibus cauſ. feudum amit. Bero. in conſ. 66. num. 9. poſt alios ibi per eum relatos, vol. 1.

¶ His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam vti de iure veriorem tenendam eſſe arbitror, quòd imò cõceſsio, de qua in terminis noſtris, non ſit feudũ, ſed donatio, & primò, quia in ea nullum verbum habetur de feudo, vt per Paul. de Caſt. in con. 161. col. fina. ſecundum antiquam impreſsio-
15 nem, vbi arguit † conceſsionem non eſſe feudum, quia in ea non fuit feudum nominatum, Decius in conſ. 32. col. 2. 269. col. 1. 413. col. 2. & 468. num. 12. Pariſ. in conſ. 20. col. 1. vol. 1. Gozad. in conſ. 8. num. 16. Afflict. in c. 1. col. 1. in princip. quib. ex cauſ. feu. amit. Socin. Iun. in conſ. 76. num. 43. vol. 1. & in conſ. 102. num. 9. & 13. vol. 2. Bero. in conſ. 70. num. 10. volu. 1. 65. num. 20. 76. nu. 43. & in conſ. 152. num. 17. vol. 2. Grat. in conſ. 9. num. 65. vol. 1. Simoneta in conſ. 11. colum. 1. inter conſi. ſtatus Montisferrati, vbi etiam Collegium Bononienſe in conſil. 15. num. 87. dixi in conſ. 2. num. 5. vol. 1. Nam ſicut quando in conceſsione fit mentio de feudo reſultat clarè ex verbis ipſius conceſsionis quod eſt feudum, Cornel. in allegato conſ. 16. col. 1. ita etiam dicendũ venit, quòd quando de feudo non fit mentio in cõceſsione, ſed de donatione: quod ſit donatio & non feudum, cui enim dubium eſt, quòd ſi Cæſarea Maieſtas voluiſſet huiuſmodi conceſsionem eſſe feudum, id ſciuiſſet exprimere, & appellare conceſsionem ipſam & contenta in ea feudum, prout in ſimili dicit text. in c. ad audientiam. Cùm igitur hæc ſit donatio, quæ eſt doni datio. l. ſenatus. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort. Bart. in l. iuriſgentium. in princ. ff. de pac. Socin. in conſ. 91. col. 6. in fin. vol. 3. & per eam ſit tranſlatum dominium, cùm concedens fuerit Dominus. §. per traditionem. inſtit. de rer. diuiſ. Alex. in conſil. 248. in princ. vol. 6. ſequitur, quòd dictus quondam Comes Antonius potuit de dictis bonis tanquam allo-
16 dialibus diſponere ad libitum ſuum, cùm † quilibet in re ſua ſit moderator & arbiter. l. in re mand. C. mand. Pariſ. in conſ. 2. in fi. volum. 1. etiam in abutendo. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hæred.

17 ¶ Secundò, † qualitas conceſsionis ex tenore verborũ dignoſcitur. l. probationem. la 1. C. de probat. l. ſancimus. C. de fideiuſ. Crauet. in conſ. 20. nu. 4. ſed conceſsio Gazoldi facta per dictum Inuictiſſimum Carolum Quartum eſt donatio & non feudum, vt conſtat ex not. per Iſern. Laud. Præpoſ. & alios, in c. 1. quibus ex cauſ. feud. amit. vbi quando
18 † Princeps dicit, Donotibi Caſtrum tale, non cenſetur iure feudi dare, ſed iure ſimplicis donationis & meræ liberalitatis, Laud. Præpoſ. in c. 1. in fin. in tit. de duob. fratr. de nouo benefi. inueſt. vbi id in-
19 quiunt patere † ex diuerſitate verborum, quæ deſignat diuerſitatem rerum. l. ſi idem. C. de Codicil. atq; etiam ex diffinitione vtriuſque, quæ valdè eſt diuerſa, vt not. in procemio feudorum. Hinc vide-
20 mus, † quòd lex prima. C. ſi liber. Imper. Soc. lib. 10. quæ loquitur de donatione, non trahitur ad feudum, vt ibi per eos. quod etiam apertè demonſtra-
21 tur ex eo, † quòd in donatione re euicta non eſt locus euictioni, niſi ea incœperit à promiſsione. leg. Ariſto. §. fin. vbi gloſ. Bart. & alij. ff. de donat. Iaſ. in conſ. 73. in 3. dubio. vol. 1. Ruin. in conſ. 184. colum. 1. vol. 1. Beroſ. in conſ. 203. num. 21. vol. 1. quod ſecùs eſt in feudo: quia eo euicto ſemper Dominus tenetur ſiue ſciens, ſiue ignorans rem eſſe alienam, cùm in feudum conceſſerit, niſi Vaſallus ſciens fuerit. c. 1. de inueſt. de re alie. fac Alciat. in conſ. 172. num. 8. 374. num. 3. & Socin. Iun. in conſ. 102. num. 9. vol. 2.
22 vbi dicit, quòd † quando Dominus in conceſsione vtitur verbo Dono, vel ſimili importante donationem dicitur per eum fieri libera donatio & non
23 conceſsio feudalis. Nam † datio feudalis non eſt propriè donatio, ſed ob cauſam datio, quæ à dona-

tione differt, cùm multæ sint dationes ob causam, quæ nullo modo dicuntur donationes. l. 1. ff. de donat. toto tit. ff. & C. de don. ob caus. Nam † verbum 24 Donatio, simpliciter prolatum debet referri ad id quod per prius & propriè est donatio. argumento. l. 1. ff. si ager vecti. vel emphy. Beros. in cons. 65. nu. 17. volum. 1. nec mirum esse videtur, quòd id operetur 25 verbum Donatio, cùm etiam videamus † idem dispositum, si dicatur concedimus. l. vxori. §. fi. vbi Bart. de lega. 3. in l. vxorem. §. in Testamento. eodem titulo. Paris. in consil. 4. num. 8. volum. 1. Socin. Iun. in consilio 102. num. 12. volum. 2. & Bero. in cons. 65. num. 5. vol. 1. Ias. in cons. 27. num. 2. & 45. in princ. vol. 1. Dec. in cons. 262. col. 4. Rui. in cons. 38. col. 2. in prin. col. 1. Vnde cùm aliud sit feudum, & aliud donatio, vt etiam habetur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. post gloss. in l. 1. C. de iure emphyt. ex his sequitur, quòd præsens cõcessio sit donatio & non feudũ.

¶ Tertia, clara est iuris conclusio, quòd † con- 26 cessio Principis in dubio potiùs esse debet iudicari donatio quàm concessio feudi. Dec. in cons. 193. colum. 2. 208. colum. 2. 413. col. 2. 269. in princip. & 468. num. 13. Paris. in cons. 23. vol. 1. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in verbo donatione largitus. nume. 338. ff. de reuocan. do. vt maior sit liberalitas propter qualitatem concedentis. Beros. in cons. 152. num. 28. volum. 2. in cons. 110. num. 69. volu. eod. & 82. num. 10. volum. 1. Ias. in consi. 45. colum. 2. versic. & ad hoc 27 volum. 1. vbi post Bald. inquit quòd † Regia nobilitas facit actum dubium præsumi donationem. Simoneta in cons. 11. colum. 2. inter consi. status Montisferrati, & ibi Collegium Bononiense. in d. consil. 28 15. num. 6. & ideo dicitur, quòd † si Castrum esset dignitatis & Comitatus, in dubio concessio de ipso facta per Principẽ præsumeretur libera & non feudalis, Abb. in c. significauit. colum. 3. de rescript. qui dicit hæc verba. & facit iste text. nam hîc non dicitur, quòd iste Comitatus esset feudalis, & ibi Bald. colum. 2. vers. dicit Goffred. Curt. Sen. in cons. 73. in prin. vbi dicit Castra esse & præsumi teneri libera & non feudalia per illum, qui ea tenet & possidet: Iac. de Sancto Georgio in inuest. sua. in verbo de Castro. col. 3. Alba. in cons. 16. nu. 2. Bello. in cons. 10. & ideo dixit Mart. de Laude in Tract. de Principe. conclus. 29 15. quod omnes † Principes subsunt Imperatori generali prouisione. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de act. & quamuis subsint: tamẽ argui nõ potest, quòd subsint iure feudi tantùm: ex regula non facit hoc esse: quòd ab hoc contingit abesse. c. in præsentia. 30 vbi Doct. de proba. Nam † in dubio bona præsumuntur allodialia & non feudalia: vt not. Io. Andr. & alij, in c. nimis. de iureiur. Alexand. in cons. 129. in 31 prin. vol. 1. vbi dicit, quòd † res præsumitur allodialis ac libera, & nõ feudalis: nisi verè vel præsum- 32 ptiuè probetur feudalis: & ratio est: quia † res feudalis dicitur, quandam seruitutem habere. gl. in l. si cuius. §. vsusfructus. in verbo, Oportet. ff. de vsufructu. quæ non præsumitur. l. altius. C. de seruitut. 33 & aqua. Cur. Sen. in cons. 75. col. 2. vbi omnis † res præsumitur libera habito respectu ad originalem habitum propter naturalem statum rerũ: nisi probetur aliqua alia qualitas apposita seruitutis: & q̃ ista præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium: allegat Bar. in l. si prius. in 4. charta. ver. Venio ad tertiam partem. de oper. no. nun. Rui. in cons. 45. col. fin. vol. 1. Paris. in cons. 20. in princip. vol. 1. 23. num. 9. vbi eod. & in cons. 16. nu. 14. vol. 4. Alciat. in consil. 491. circa finem. Cephal. in consilio 168. numero 64. 172. num. 7. & 205. in princ. Afflict. in cap. 1. §. si vasallus. in 4. notab. si de feud. fuerit controuersia inter Domin. & Agnat. Gozad. in consil. 7. num. 4. & 50. num. 8. Ias. in prælud. feud. col. 9. vers. Item adde. Cassan. in cons. 66. num. 2. Soci. Iun. in cons. 115. num. 31. volum. 2. Paris. in cons. 20. num. 3. volum. 1. Cephal. in consi. 168. dixi in cons. meo 82. in 2. volum. vbi etiam alia addidi, quę non transcribo, & tantò magis prædia, vineæ & prata sita & existentia super finibus Gazoldi censenda sunt allodialia, cùm sint Comites ipsius loci in consuetudine præscripta vendendi & alienandi bona ipsa sine licentia Cæsaris, vt constat, tàm ex pluribus & infinitis documentis, quàm ex transactione & sententijs, quæ sufficere videntur ad demonstrationem libertatis ipsorum prædiorum, per ea, quæ not. Iser. in c. 1. col. 2. in princip. de contro. inter mas. & fœm. 34 de benef. vbi inquit, quòd † licet ea quæ sunt vltra fines feudi censeantur feudalia, si non probentur exempta: tamen hoc fallit, si esset consuetudo præscripta in Castro, quòd tenentes vendant liberè possessiones suas, quia tunc incumberet probatio Domino, quòd prædia essent feudalia, & subdit, q̃ semper inspicitur, an quis sit in possessione vel quasi tenendi sicut allodium vel feudale, Afflict. in deci. 267. col. 1. in fi. Hieron. de Monte in Tract. fi. regun. c. 96. cui enim dubium est, quòd si dicta prædia fuissent & essent feudalia, qui alij condomini per mortem alienantium vindicassent illa, certè nulli: non etenim est verisimile, quòd voluissent pdere, quod sibi debitum erat, vt in simili considerat Socin. Iun. in cons. 102. colum. penult. in fin. volum. 2. Beros. in consilio 115. numero 30. volumine 1. & in consil. 65. num. 157. volum. eodem. vbi asserit hanc esse communem. 152. num. 18. volumine eodem. & 40. num. 6. volum. 2. & in consi. 82. num. 15. volum. 1. vbi dicit. 35 quòd † etiam quòd Prineeps exerceat Regalia in bonis fitis in suo territorio, tamen hoc non arguit illa esse feudalia.

36 ¶ Beneficium † Principis latissimè debet interpretari. l. fin. ff. de const. Princ. Beros. in cons. 70. nu. 37 30. volum. 1. vbi inquit, quòd † liberalitas, donatio, & beneficium Principis latissimè est interpretandum, ita vt sub verbis comprehendantur, quod aliàs verbis exprimendum esset, cap. cùm dilecti. de donat. Rui. in cons. 161. num. 12. volum. 5. & ideo di- 38 cunt Guliel. & Angel. in dicta l. fin. quòd † si Princeps concedit alicui officium tabellionatus in aliqua ciuitate, intelligitur concessisse in Comitatu & toto territorio: quia largissima debet fieri interpretatio in beneficijs Principis. sequitur Ias. ibi. col. 3. vers. vltra Bar. vbi etiam infert secundum Guliel. de Cuneo. in l. 2. C. de Castrens. pec. lib. 12. per illum text. quòd si in Ciuitate erant tria officia, quorum secundum erat dignius ptimo, & tertium dignius ambobus, & Princeps cõcedat alternatiuè, vel primum, vel secundum, vel tertium, ex his officijs, ibi est tex. quòd licet in alternatiuis electio sit debitoris, per regulam l. plerunq̃. in fi. ff. de iure dot. & sic electio esse deberet Principis, tamen est creditoris, solùm ista ratione: quia in beneficijs debet fieri largissima interpretatio. Hinc dixit Bart. in l. libertorum. vers. quæro quid in rescriptis. ff. de verb. sign. quod quia beneficia Principum sunt latissimè in- 39 terpretanda, si † Imperator concedit Castrũ alicui & filijs suis, quod intelligitur etiam de nepotibus, sequitur Nat. in cons. 64. num. 14. vbi hoc etiam extendit ad vlteriores descendentes in gradu vsq̃ in infinitum, Gozad. in cons. 39. num. 26. Alex. in cons. 48. col. pen. in prin. vol. 1. Cephal. in cons. 87. col. fin. sed si nos diceremus, quòd talis concessio esset feudum, non fieret lata interpretatio, ergo vt latissimè interpretetur dicendum est, quòd sit donatio. Paris. in propria materia, in consilio 23. in princ. volum. 1.

Dec.

Dec.in cons.32.colum.2.& Alciat.in cons.347. & eò magis hoc dicendum venit, cùm ex causa remunerationis facta esse videatur, si inspiciantur linceis oculis verba dictæ concessionis, ibi. quoniam, &c.
40 quæ † concessio debet similiter latissimè interpretari. Alex. & alij, in l.3.ff.quòd quisq; iur. Ias.in l. ex hoc iure.ff.de iustit. & iur. & in terminis nostris ita concludit Dec.in cons.193.col.2. vbi dicit, quòd in dubio talis cõcessio potiùs debet iudicari, quòd sit donatio libera, quàm concessio in feudũ, & præsertim istud habet locum, vbi ea facta fuit ex causa remunerationis: quia reputatur fauorabilis, & latè debet interpretari, vt per Guliel. Alex. & alios in d. l.3 Dec.in cons.413.col.2.468.num.14.Paris.in cons. 20.col.1.vol.1.& 23.in 1.col.vol.eo.Bero.in cons.152. num.10.vol.2.Grat.in cons.9.num.71.vol.1.Ruin.in cons.38.colum.2.volum.1.& Soc. Iun.in consil.102. num.8.volum.2.

¶ Quintò, vbi pro maiori parte signa & verba arguunt concessionem fuisse allodialem seu donationem, aut dispositionem diuersam à feudo, pauca verò inferant feudum, iudicare debemus cõcessionem allodialem & diuersam à feudo, argumento. l. cùm quæritur.ff.de stat.hom. Bald.in prælud. feud. col.3. versic. circa primum quæro. quærit enim ibi Bald an feudum dicatur gratia, & respondet, quòd si comparentur ad inuicem, concessio feudi & receptio beneficiorum, si præponderat beneficium, habet plurimum gratiæ, & ideo feudum rectè beneficium dicitur.argumento. l. Titius puerum. de obseq. præstand. sic & possessio denominatur à iure illa, quæ habet plurimum iuris, & è contrario, à facto illa, quæ habet plurimum facti. l. 1. ff. de acquir. possess. sicut in simili videmus, quòd si tradatur res & precium, si precium præponderat dicitur venditio & emptio, si res permutatio, ita cõmuniter Doc. in c. ad quæstionem. per illum tex. de rer. permuta. Iac. & Cyn. in l. cùm te. C. de pact inter emp. & ven. Bar. in l. Aristo. vbi etiam Ang. Imol. Rom. & Castr. de dona. Soc. in cons.4.col.2. & fin. vol.4. vbi ex his consuluit, quòd si gratiæ & immunitates concessæ à Principe hominibus summæ Ripę præponderant pecuniæ solutæ, dicuntur priuilegium & gratia, sed in terminis nostris verba concessionis Gazoldi pro maiori parte arguunt ipsam esse donationẽ, & non feudũ, vt patet. Nam in ipsa nulla penitùs fit mentio de feudo, de qua regulariter solet fieri, quando
41 concedens vult illud fore feudalem, vt † experientia docet, quæ rerum omnium est magistra. cap. quàm sit. de elect. in 6. & si inspicimus id quod communiter contingere consuetum est. quod † argu-
42 mentum est validum. l. neq; natales. C. de probatio. Mars. in sing. 2. Item in ipsa nulla reperitur facta reseruatio fidelitatis nec seruitiorum, est; in ea verbum donamus, quod non conuenit feudo: quia aliud est feudum, quæ est datio ob causam, & aliud donatio, quæ est simplex liberalitas. l. 1. ff. de don. vt habetur in l. ex hoc iure. post gl. de iust. & iur. in l. 1. C. de iure emphyt. & vt latiùs infrà dicetur. Item considerandũ est, quòd ea facta est à supremo Prin-
43 cipe, cuius † proprium est liberalitatem exercere. l. pen. C. de dona. inter vir. & vxor. notatur in c. grandi. de supplen. neglig. Prælato. Item & propter merita, quæ concessio propter merita solet latè interpretari tanquam fauorabilis, vt plenè notatur in dict. l.3. quòd quisque iur. etsi nonnullæ sint coniecturæ, quæ contrarium arguere videantur, tamen cùm sint paucæ, non debent præponderare alijs
44 fortioribus. Nam † præsumptiones maiores tollunt minores, Bero. in consil. 160. num. 7. volum. 1. ita in proprijs terminis concludit Dec. in consil. 32. colum. 2. vbi sic inquit, Virtute enim huius verbi Donamus, euidenter constat, quòd bona donata fuerunt, & non in feudum data, adeo quòd licet aliquæ coniecturæ sint, ex quibus deberet iudicari, quòd talis concessio bonorũ esset facta in feudum, tamen illud verbũ Donamus, expressum præponderat alijs præsumptionibus, & facit, quòd bona liberè donata videantur & non data in feudum per consilium Oldrad. 159. de quo infrà, iterum Dec. in
45 cons.413.col.fin.in princ. vbi inquit, quòd † licet fidelitas & homagium in dubio videantur designare feudum, ab ipsa præsumptione receditur. quando per alia media constat de donatione, quæ quidem media vrgentia sunt, & prævalent ad iudican.
46 qualitatem contractus. Nam † vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. de resti. in integr. cap. literas. de
47 præsumpt. & à præsumptione † receditur, quando aliter constat: quia in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obliga. & ideo concludit, quòd cùm cõtractus donationis habeat repugnantiam cum feudo, necessarium est, quòd illa reseruatio fidelitatis cum homagio intelligatur alio respectu, quàm ratione feudi: quia non sit feudum, ratione feudi intelligi nõ potest, si ergo in casu Decij ita ex dispositione iuris resultat: vbi erant factæ istæ reseruationes, quantò magis in casu nostro, vbi ista cessant. Bero. in cons.152. num.19.vol.2.

¶ Sextò: Considerandum est, quòd in casu, de
48 quo agitur, nulla reperit facta inuestitura: quæ † secundum naturam ordinariam feudorum fieri solet, in tantum, quod text. c. 1. quib. mod. feud. const.
49 pet. videtur dicere: feudum † sine inuestitura constitui non posse. quod intelligendum venit in constitutione feudi vera: vt declarant ibi feudistæ & Curt. Iun. in tract. feu. in 2. par. in 4. q. 2. quæstionis
50 principalis, & cùm duplex † sit inuestitura, propria, quando vasallus actualiter ponitur in possessione, vel confirmatur in feudo antiquo, Soc. Iun. in cons. 76. n. 69. vol. 1. impropria & abusiua, quæ fit per aliquem actum corporeum, vt per traditionem annuli, ensis vel hasta, vt per omnes in c. 1. quid sit inuest. sed in hoc casu aliqua inuestitura nõ apparet ex his interuenisse, ergo iudicandum est huiusmodi concessionem non fore feudalem, cùm non sint seruata necessaria ad constitutionem propri feudi. Nam ex solennitatibus & requisitis adhibitis consideratur, & iudicatur animus concedentis, & quæ dispositio censeatur inducta, Alexan. in l. stipulatio hoc modo concepta. col. 6. ff. de verb. oblig.

¶ Septimò, Pro hac parte adducitur, quod voluit Oldra. in cons.159. vbi cõcludit, concessionem factam per Regem Carolum Secundum Principe Tarentino non obstante, quòd in concessione prædicta essent signa denotantia feudum, videlicet inuestitura, retentio, seruitij, & fuisset dictum, quòd dictus Princeps & hæredes sui nullum alium de dicto Principatu Dominum vel superiorem agnoscant præter ipsum Regem, & suos hæredes in Regno Siciliæ, & in qua etiam facta fuerat mentio de alia concessione feudali, non esse feudalem, sed liberam, ex vi verbi Donamus, quod importat meram & purã donationem, non autem dationem in feudum, quæ non est propriè donatio, sed ob causam datio. l. 1. ff. de donat. si ergo hoc habet locum in casu Oldrad. cuius sententia ab omnibus recipitur, vt infrà dicetur, quantò magis in terminis nostris, vbi non concurrit retentio seruitij, & alia duo vltima, de quibus suprà. Nam licet in concessione præsenti sit inuestitura, tamen non est dicta reseruatio seruitij vel fidelitatis, nec facta fuit mentio de alia concessione feudali, minúsque quòd recipiens nullum

Dominum de re concessa agnosceret præter ipsum Regem, & cum Oldra. concurrit frequentior Doctorum sententia, videlicet Alber. de Rosa. in Rub. C. de donat. Alex. in consil. 24. colum. 4. vol. 5. Iaſ. in conſ. 45. col. 2. vol. 1. Iacob. de S. Georgio in inueſtit. ſua, in verbo Inueſtiuit. in verſi. ſed quæro de quæſtione. Dec. in Authent. ex Teſtamento. colum. 2. in verſ. ſed certè. C. de collat. in conſil. 32. colum. 2. 193. col. 2. 208. col. 2. 269. col. 1. 390. num. 5. in fin. & in conſil. 468. num. 17. Ruin. in conſil. 18. colum. 2. volum. 1. 31. colum. fin. vol. eod. & 143. num. 18. vol. 3. & in conſ. 42. col. 3. in princ. ver. & propterea. vol. 1. Soc. in conſ. 66. col. 2. vol. 3. Afflict. in c. 1. col. penult. ex quibus cauſ. feud. amit Gozad. in conſ. 8. num. 6. & 9. col. 1. Crauet. in conſil. 20. num. 4. Curt. Iun. in Tract. feud. in 1. part. quæſt. 6. principali. col. 2. verſ. circa verò ſecundum. Alciat. in conſ. 199. num. 37. & 172. num. 8. & 374. nu. 3. Tiraq. in Tract. de retract. in §. 30. gloſ. 1. nu. 80. & in repet. l ſi vnquam. in verbo donatione largitus. num. 338. C. de reuoc. donat. Pariſ. in conſ. 4. num. 7. vol. 1. in conſ. 20. in princ. & in conſ. 23. num. 1. vol. eod. Claud. Seiſ. in procemio feud. num. 1. Bero. in conſ. 67. num. 24. volum. 1. 66. col. 3. vol. 110. num. 69. vol. 3. & in conſ. 151. nume. 12. vol. 2. Socin. Iun. in conſ. 76. num. 35. & 42. volum. 1. Dominus Nicol. Alebran. in conſ. 13. in 2. part. num. 22. & ibi Collegium Bononienſe in conſ. 15. num. 35. dixi in conſilio 2. num. 1. volum. 1. Abba. in conſilio 64. num. 30. vbi voluit, quòd ex hoc dicto feudum dici non poſſit, cùm non fuerit expreſsè reſeruatũ dominium directum, & Oldra. ſequuntur Doctor. vt inquiunt Socin. Iun. in conſil. 102. num. 10. cum ſeq. vol. 2. Grat. in conſ. 9. num. 77. volum. 1. & Bero. in conſ. 65. num. 78. vol. 1. & ita caſum noſtrum per dictam deciſ. Oldrad. in ſpecie decidit Ruin. in conſil. 36. vol. 1.

¶ Non obſtant modo quæ in contrarium adducta fuerunt. Et primò præſtatio iuramenti fidelitatis: quia reſpondetur, quòd illa fuit præſtita, tanquam de ſubdito, & non tanquam à Vaſallo, cùm
51 † etiam iuramentum fidelitatis præſtetur à ſubdito. c. 1. vbi not. Doct. qual. vaſal. iur. deb. fidel. dom. vnde de tali iuramento debet intelligi ratione donationis, quæ non conuenit feudo, Socin. in conſil. 257. colum. 3. verſic. præterea aduertendum, quem ſequitur Ruin. in conſ. 42. num. 7. verſic. nec obſtat præſtatio. vol. 1. vbi arguit conceſsionem, de qua in caſu ſuo, non fore feudalem, ſed cenſualem propter cenſum qui ſoluitur annuatim, ſubdens non obſtare iuramentum fidelitatis præſtitæ: quia poteſt & debet intelligi, quòd fuerit præſtita, tãquam à ſubdito, & non tanquam à Vaſallo, & quòd de tali iuramento debet intelligi ratione cenſus quod præſtatur, qui non conuenit feudo, præterea dicitur,
52 quòd † præſtatio iuramenti fidelitatis ſe habet ad plura diuerſa, neque feudi recognitionem ſemper infert, vt in cap. ego cum ibi notat. per Abbatem, & alios de iureiur. Ita in terminis noſtris dixit Beroſ. in conſ. 152. num. 13. volum. 2. & in conſ. 65. num. 81.
53 vol. 1. vbi inquit, quòd † iuramentum fidelitatis non dicitur eſſe feudi ſignum neceſſarium, vt per Bal. in conſ. 327. vol. 1. cùm illud etiam præſtetur à
54 quolibet ſubdito ſuo ſuperiori, & inprimis † ab ipſo Imperatore Papa, Clem. Roman. de iureiur.
55 Prælati † & Rectores Eccleſiarum ſimiliter iurant in manibus Pontificis, vel ſui ſuperioris & Epiſc. c. ego de iureiur. tex. & gl. in c. de forma 22. quæſtio. 5. vbi melior gloſſa quàm ſit alibi in iure, Crauet. in conſ. 293. col. 10. verſ. quintò conſidero, vbi formaliter ſic inquit, quintò conſidero, quòd licet aliquis recognoſcat bona, & præſtet iuramentum fidelitatis, non tamen videtur induci aut probari feudum niſi recognoſcãtur bona tanquam feudalia, & præſtetur iuramentum fidelitatis ratione feudi. Nam bona poſſunt recognoſci ab alio alia ratione, quàm feudi, puta ratione emphyteuſis, aut aliter poteſt quis recognoſcere bona, tanquam obnoxia aliquibus cenſibus aut præſtationibus, ſimiliter poteſt præſtari iuramentum fidelitatis ex alia cauſa quàm ratione feudi, puta ratione ſubiectionis, ex eo enim, quòd quis eſt alteri ſubditus, tenetur ad iuramentum fidelitatis, vt in c. 1. de no. for. fidel. non igitur valet conſequentia. Iurat quis fidelitatem, ergo eſt feudatarius, igitur eius bona dicũtur feudalia. vn-
56 de volens † contendere bona eſſe feudalia, ratione iuramenti fidelitatis tenetur probare, quòd præſtita ſit fidelitas tanquã ob eam cauſam feudi. Dec.
57 in conſ. 413. col. fin. in princ. vbi inquit, quòd † licet fidelitas & homagium in dubio videantur deſignare feudũ, ab iſta præſumptione receditur, quando conſtat de donatione per alia media, vt in caſu præſenti: quia cùm contractus donationis habeat repugnantiam cum feudo, neceſſariò dicendũ eſt: quòd illa reſeruatio fidelitatis cum homagio intelligatur alio reſpectu quàm ratione feudi. Nam cùm non ſit feudum cõceſsio, ratione feudi intelligi non poteſt, ſed ratione iuriſdictionis: dixi in conſ. 2. numero 9. vol. 1. Idem voluit Oldr. in d. conſ. 159. vbi fuerat reſeruata præſtatio iuramenti fidelitatis, & & hoc propter verbũ Donamus. & ideo inquit Ber. in conſ. 65. num. 21. volum. 1. Doctores communiter
58 tenere, quòd † conceſsio Caſtri vel alterius rei, etiam interueniẽte iuramẽto fidelitatis, dicitur ſimplex & mera donatio, ſi reperiatur facta per verbũ Donamus, præſertim quando eſt facta ex cauſa remunerationis, vt in caſu noſtro. Soc. Iun. in conſil. 102. num. 25. vol. 2. vbi ſequendo Dec. vbi ſuprà ait, quòd etiamſi fieret reſeruatio fidelitatis, non tamẽ deberet dici feudum, ſi de donatione in verbis diſpoſitiuis fieret mentio. igitur fortiùs in caſu noſtro non erit feudum, in quo verè nulla fuit facta reſeruatio fidelitatis: ſed bene de donatione fit mentio in verbis diſpoſitiuis. Iterũ in conſ. 76. nu. 47. verſ. & ad prædicta, & in tçrminis conſultationis noſtræ ita reſpondet Ruin. in conſ. 36. num. 8. volum. 1. per dictum conſil. Oldrad. Pariſ. in conſil. 23. numer. 12. volum. 1.

¶ Secundò, Non obſtat inueſtitura, quæ eſt ſignum feudi: quoniam reſpondetur per Oldradum in dicto conſil. 159. quòd illa non obſtat ſtante donatione, de qua in conceſsione. Nam ſi diceremus conceſsionem ipſam eſſe feudalem, opus eſſet impropriare verbum Donamus, ibi poſitum, & licet interpretatio aliquãdo admittatur, tamen non admittitur, ſi non conſtat de expreſſa voluntate in contrarium. l. non aliter. de legat. 3. ſed hîc non apparet de voluntate expreſſa concedentis, ergo nullo modo recedendum eſt à proprietate dicti verbi Donamus. Crauet. in conſ. 9. num. 109. vol. 1. Iacob. de Sancto Georg. in dicto verbo Inueſtiuit. in verſ. ſed qnæro de quæſtione, vbi inquit, quòd verbum Inueſtimus, non infert de neceſsitate, quòd ſit feudum propter verbum Donamus, poſitum in conceſsione, Pariſ. in dict. conſ. 23. num. 12. vol. 1. Ruin. in conſ. 38. col. 3. vol. 1. Vlterius dicitur, quòd inueſtitura non ſolùm fit in feudis, ſed in donationibus. Beroſ. in conſilio 152. num. 15. volum. 2. & in re vendita, vt per Innoc. & alios in cap. 2. de conſuet. Bald. in l. 1. in fin. C. de rerum permuta. & in Rubrica. C. de contrahen. emp. Bald. in l. 1. C. de donat. ita Colleg. Bononienſe in conſ. 15. nu. 66. inter conſilia ſta-
59 tus Montisferrati. Item † verbum Inueſtire, etiam

conue-

conuenit institutioni beneficij, cap. ex ore. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. Salic. in Rubrica. C. de contra. empt. vers. septimò quæro. Abb. in c. auctoritate. col. 2. vers. inuestitura. C. de instit. vbi † verbum Inuestire confert collationi beneficiorum, & significat translationem possessionis, & aliquando facultatem illã apprehendendi, plus † cadit inuestituræ titulus in emphytheusi, Curt. in consil. 47. col. 2. Alex. in cons. 14. in princip. in secundo volum. Alebran. in cons. 13. in 2. part. num. 29. inter consilia prædicta Montis ferrati. Bero. in cons. 65. nu. 18. vol. primo, & latiùs confirmabitur præsens responsio ex subsequentibus.

¶ Similiter non obstat tertium fundamentum, quia ad illud respondet Oldrad. in citato consil. 159. quòd argumentũ ab istis signis accidentalibus non concludit de necessitate, sicut dicimus, quòd signa accidentalia, puta delatio annuli non infert ad matrimonium, c. illud. de præsumpt. nec instrumenta dotalia de necessitate probant matrimonium. l. neque. C. de nupt. notant omnes in dicto cap. illud. & cum hac responsione etiam pertranseunt Iacob. de Sancto Georg. in dicto verb. inuestiuit. in vers. sed quæro de quæstione. Ruin. in consil. 36. col. 4. vol. 1. Paris. in cons. 23. num. 12. volum. 1. Bero. in cons. 65. num. 82. vol. 1.

62 ¶ Ad quartum respondetur, quòd † si loquimur de recognitionibus factis per prædecessores Comitis Antonij, clarum est, quòd illæ sibi non præiudicârunt, vt per Dec. in consil. 498. col. 3. in fin. vers. 2. principaliter. vbi inquit, quòd prima inuestitura facta Vberto acquisitori & eius successoribus, alterari non potuit per Dominum Pallauicinũ & alios, qui bona quæ erant libera fecerunt feudalia: quia noua inuestitura non potest fieri in præiudiciũ alterius, quoniam prima radix attenditur, vt notat Bald. in l. 1. col. penult. C. quando non pet. part. iterum. Dec. in cons. 468. colum. pen. Bero. in cons. 67. num. 30. vol. 1. Port. in consil. 65. nu. 7. aut verò loquimur de recognitione facta per ipsum Antoniũ, & illa etiam sibi non potuit officere, sed standum
63 † est primæ concessioni, ex his quæ notat Paul. de Castro in cons. 63. col. fin. secundum antiquam im-
64 pressionẽ, vbi inquit, quòd ab antiquioribus † inuesturis nõ est recedendum, nisi in posterioribus expressè dicatur, quòd de communi consensu aliter facta sit inuestitura quàm hactenus solitũ esset fieri. sequitur Dec. in citato consilio 468. col. 4. in princ. & in consil. 263. col. penult. in princ. vbi etiam adducit Roman. in con. 1. colum. fin. volentem quòd si inspecto tenore primę inuestituræ feudum sit paternum, habet locum ius accrescendi, non obstante noua inuestitura, quam fratres habuerunt ab Episcopo. Paris. in cons. 23. num. 24. volum. 1. nam
65 ea præsumitur facta per errorem, † qui etiam in facto proprio præsumatur, quando tractatur de damno euitando, vt in casu nostro. gl. in l. cùm de indebito. vbi Bart. ff. de probat. Dec. in cons. 63. col. 1. in fin. & Abba. in cons. 81. num. 6. & ideo dicit Bald. in cap. 1. §. fin. colum. penult. in fin. vers. quæro quis. de feudo Guardiæ. quòd si quis rectũ feudum recognoscat in feudum Guardiæ vel Castaldiæ, quòd sibi non præiudicat, errauit, secùs si scienter fecit, & si per impressionem vel errorem sit facta recognitio feudi aliter quàm more solito, illa nõ nocet posteris: item & si non subsistat causa quæ esset finalis, & Bald. sequũtur Dec. in locis suprà citatis. & Cur. Iun. in consil. 108. num. 17. præterea dicitur, quòd dictæ recognitiones non faciunt bona donata feudalia: quia etsi res allodialis (vt iam dictum fuit) recognosci possit in feudum, id tamen apud Dectores verum esse arbitratur, quando interueniunt requisita necessaria ad ipsius feudi constitutionem, & de quibus per scribentes in d. l. si rem aliquam. & in l. cùm falsa. C. de iur. & fac. igno. Bero. in cons. 67. nu. 30. vol. 1. quæ in casu præsenti interuenisse non demonstrantur, quoniam nullibi constat, quòd dicti Domini Comites rem suam propriã & liberam vti alienã recognouerint à Maiestatibus Cæsareis, & quòd ipsi sciuerint rem ipsam alienã, sed vti suã recognouerint. Secundò, quòd recognitiones ipsas fecerint animo & intentione transferendi rem suã sub altero Domino. Vltimò, quòd de hoc constat per verba dispositiua. cùm igitur de his qualitatibus non appareat, vtiq; dicendum venit, recognitiones ipsas nullatenus posse officere filio dicti Illustris Comitis Camilli, sicut nec potuissent nocere d. quondam Antonio si viueret.

¶ Non obstat quintum: quia respondetur, quòd sententia ipsa locum sibi arrogare posset, quãdo natura feudi esset alterata quoad quid, taliter quod in reliquis pluribus dicatur suam naturam tenere, ita quòd magis assimiletur feudo: quia tunc verum est, quòd de tali feudo iudicandum esset vt de feudo simplici, dict. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feudi. arg. l. cùm quæritur. ff. de stat. hom. sed quando pro maiori parte & in plurib. natura feudi fuit alterata, vt in terminis nostris: vt suprà ostẽsum fuit: tunc de tali feudo non iudicatur vt de feudo, sed vt
66 de contractu innominato, † qui potiùs debet regulari secundum naturam contractus nominati, cui magis assimilatur, vt per Præpos. in prælud. feud. in 4. differentia, Bero. in cons. 65. num. 78. vol. 1. post Præpos. ibi per eum citatum. At in casu, de quo agitur villa seu terra Gazoldi cum eius mero & mixto imperio & iurisdictione non dicitur concessa vt feudum, & posito quòd sit, quod tamen negatur, dicitur improprium: quia in multis eius natura est alterata, vt suprà, ita quòd non potest dici feudum simpliciter quoad nomen: quia donatio fuit, ergo de huiusmodi concessione est iudicandum non vt de feudo, sed vt de donatione velut de cõtractu in-
67 nominato, † qui magis assimilatur donationi. l. Arist. ff. de don. Nam id proprium est, vt contractus in dubio sit iudicandus & denominandus, secundum naturam eius quod in eo pręualet, vt per Bar. loquentem de venditione & locatione. l. 1. ff. loca. Alex. in cons. 119. num. 3. vol. 5. Rub. Alex. in consil.
68 142. col. fin. vbi inquit, quòd † vbi ex eisdem verbis possunt concurrere duæ species cõtractus, illa pręualet quæ est potentior. Moder. in l. 2. si cert. petat. Socin. in cons. 22. col. 2. vol. 3.

¶ Similiter non obstat, quòd imò dicta cõcessio arguit feudum ex reseruatione facta, dum dicitur, nostri Imperij & quorũlibet iuribus semper saluis. Quia respondetur, quòd ista verba intelligũtur de reseruatione superioritatis, ,ppter quã Imperator dicitur Dominus totius vrbis ratione ,ptectionis. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. ita Ruin. in citato cons. 39. nu. 9. vers. nec etiam obstat, vbi dicit, quòd quamuis Oldr. in cons. 159. loquatur, quando Princeps nihil sibi reseruauit, quòd intellexit de reseruatione seruitiorũ quæ pręstantur à vasallo, & non de illa de qua suprà, quæ inteelligitur de reseruatione superioritatis, ex qua supremus Princeps dicitur Dominus totius orbis ratione ,ptectionis: & quòd
69 ita expressè declarat Oldr. Nam † etiam bona libera & allodialia subiacent Domino loci ratione iurisdictionis & superioritatis, vt per Oldrad. in consilio 49. circa finem, quem sequitur Ias. in prælud. in 13. diuisione. & Socin. Iun. in consil. 102. num. 4. volum. 2. Laus Deo.

SVM

SVMMARIVM.

1 Bona Ecclesiæ & personæ clericorũ tàm de iure diuino, quàm humano, sunt immunia & immunes ab omnibus collectis angarijs & perangarijs.

2 Ecclesia tenetur ad collectam impositam pro faciendis vel reficiẽdis murũ Ciuitatis, fossatis, pontibus, fontibus, & aquæductibus purgandis.

3 Quòd intellige vt cogi possint ad præmissam collectam auctoritate Episcopi & non laici.

4 Reparatio pontium & viarum æquiparantur.

5 Immunitas concessa monetarijs, & si eos eximat ab omni talea, collecta seruitutibus & vsaggis: non tamen à refectione pontium & viarum, ac propter pestem.

6 Domus augusta non excusatur à reparatione pontium & viarum.

7 Immunitas concessa quoad munitionem viarum valet.

8 Expressum satis esse dicitur quod ex verbis colligitur.

9 Generalitas tantum operatur quãtum singulorum expressio.

10 Concessio Castri si fiat per verba vniuersalia, illa etiam censentur concessa: in quibus specialis mentio erat facienda, ac si essent expressè concessa.

11 Totum qui dicit, nihil excludit.

12 Immunitatis priuilegiũ licet non extendatur ad onera bellica, tamen id fallit quando dictum est ab omnibus oneribus ordinarijs & extraordinarijs.

13 Cautus debet esse ille, cui immunitas conceditur, vt in concessione dicatur ab omnibus ordinarijs & extraordinarijs.

14 Collecta imposita propter guerram, quæ est munus extraordinarium, superindictum appellatur.

15 Immunitas concessa ab angarijs & perangarijs, & ab omnibus oneribus Ciuitatis Placentiæ, comprehendit omnia onera quæ dinumerari possunt.

16 Hæredis appellatione in feudo vel in emphyteusi, licet non veniant hæredes extranei, sed descendentes, tamen hoc recipit limitationẽ, vt non procedat, quando in concessione esset dictum pro omnibus hæredibus, quia tunc veniunt & extranei.

17 Imperator concedens Castrũ alicui cum omnibus suis iuribus, in se nihil reseruare videtur.

18 Signum vniuersale vbi est, id etiam comprehenditur, quod est impropriè tale.

19 Clausula omnem Falcidiam, includit etiam & Trebellianicã, licet impropriè veniat appellatione Falcid.

20 Verbum Qualitercunq; nihil excludere videtur.

21 Statutum puniens occidentem quouis modo vel qualitercunq; complectitur & homicidium non dolosum, & qui aliquem etiam occidit ad sui defensionem.

22 Verbum qualitercunq; est vniuersale.

23 Dictio Quomodolibet, idem importat, quod quocunque modo vel quomodolibet modo.

24 Papa declarans, quòd per quamcunq; signaturam gratiæ, seu literas Apostolicas nullũ ius quæsitum quomodolibet tollatur: verbum illud Quomodolibet, comprehendit nedum ius in re & ad rem, sed in spe.

25 Prohibitio facta sub pœna excommunicationis, ne quis præsumat tempore interdicti quomodolibet quẽ cogere ad celebrationem diuinorum officiorum, comprehendit omnem modum compulsionis, realem, personalem, directum & indirectum.

26 Religiosi verbum, licet in materia odiosa multùm strictè capiatur: tamen fallit si dictum fuisset, quicunq; religiosi: quia tunc etiam veniunt hospitalarij.

27 Statutũ vel le. si dat potestatem cognoscendi de quibuscunq; causis, nulla intelligitur excepta.

28 Princeps si concedit feudum Titio pro se & suis hæredibus quibuscunque veniunt & extranei, & etiam legatarius, qui largo modo dicitur hæres.

29 Triplicata verba plus operantur quàm geminata.

30 Immunitatis concessio si continet hæc verba, & quibuscunq; alijs: quæ dici & cogitari possunt quocunq; nomine censeantur, & ex quacunq; ratione & causa: illa operantur vt immunes non teneantur ad onera propter guerram imposita.

31 Renuncians omni priuilegio, videtur omnibus & singulis priuilegijs in specie renunciasse.

32 Dictio Quoquomodo, comprehendit omnem casum qui aliàs non comprehenderetur.

33 Testator si prohibet filiam monialem vltra Ducatos quinquaginta in futurum petere quoquomodo: illa dictio significat, quòd aliquid petere non possit ex aliqua causa vel titulo, aut ex aliquo iure de bonis & hæreditate paternis.

34 Licentia testandi ex rescripto Principis data militibus quoquomodo continet indulgentiam plenissimam.

35 Statutum mandans puniri delictum, & si locum habeat, quando delinquens est in dolo & non in culpa: secus tamen est si dicat, quòd occidens quouismodo decapitetur.

36 Alienatio si est prohibita quoquomodo, non solùm intelligitur de voluntaria, sed etiam & de necessaria, quæ aliàs uõ includeretur sub simplici prohibitione.

37 Verba aliquas factiones: tanquam vniuersalia comprehendunt quamlibet factionem.

38 Verbum Aliquam, comprehendit quamlibet restitutionem, & verificatur in quolibet minimo onere.

39 Verba in aliquam circumscriptionem, intelliguntur de omni circumscriptione, siue ex proposito siue ex re ipsa.

40 Verbum posit præposita negatiua inducit præcisam necessitatem.

41 Verbum Debent, importat necessitatem.

42 Verba, quacunque ratione vel causa: non trahũtur ad specificata.

43 Verbum liberè importat, idem quod sine aliqua re extrinseca.

44 Item & sine contradictione & impedimento.

45 Verbum Liberè, intelligitur in nihilo obstante.

46 Verba geminata & triplicata apposita in immunitate concessa ab homine: & non à lege, non operantur restitutionem aliquam.

47 Dispositiones. l. pen. C. vt nem. lice. in empt. spe. libro 10. et l. 2. C. de quibus mun. nemini licet se excus. lib. eod. locum non habent in immunitatibus concessis per viam contractus.

48 Limitatio ad not. per scribentes in l. ex toto. ff. de leg. 1.

49 Exemptio concessa per viam contractus, extenditur etiam ad onera bellica.

CONSILIVM II.

VISA conuentione valida & legitima inita inter ciues N. & Mezadros ipsorum. Necnon agentes pro ciuitate. L. & de qua nullatenus inter ipsas partes cõtrouersia, hæsitari videtur, an Ciues & Mezadri prędicti teneantur conferre in reparationibus viarum & pontium, vel ad fabricationem ipsorum. In quo prima facie dicendum videtur quòd sic, quoniam vos scitis, † quòd 1
bona Ecclesiæ & clericorum personæ, tàm de iure diuino, quàm humano, sunt immunia, & immunes ab omnibus collectis, angarijs & perangarijs, vt Gen. cap. 47. & Esdræ 7. l. placet. Auth. nulla cõmunitas. C. de sacros. Eccle. c. non minus. de immu. Eccles. cap. fin. de vita & honest. cler. & tamen non obstante dicta immunitate Ecclesia tenetur ad huius modi

fectiones.l.ad instructionem. C. de sacrosan. Eccles. & licet Abb. in c. non minùs. de immun. Eccles. & in cons.3. volum.1. velit. l. ipsam fore correctam, tamẽ Cyn. Iacob. Bart. Bald. Alber. & alij in dicta leg. sunt contrariæ sententiæ, & communiter ita tenent Cano. in dicto cap. non minùs. & Ripa. in responso. 20.
2 num.5. in 2. parte, vbi concludit † Ecclesiam teneri ad collectam impositam pro faciendis vel reficiendis muris Ciuitatis, fossatis, fontibus, pontibus,
3 & aquæductibus purgandis, verum est, † quòd auctoritate laici non possunt cogi, sed bene auctoritate Episcopi ad consentiendum & contribuendum, vt per Ias. in dicta l. placet. Abb. in dicto cap. non minùs. col. fin. & Ripam vbi suprà, num. 8. iterum Ripa in responso 22. colum. 2. in fin. secundum communem opinionem, & in responso 26. num. 25. eadem parte. facit quod scribit Io. de Plat. in l. ad reparationem. in princip. C. de aquæduct. lib. 11. vbi pro
4 reparatione murorum & pontium, & viarũ † quia æquiparantur dict. l. ad instructionem. si non est reditus certus ad hoc deputatus de publico omnes conferre debent, nec potest quis excusare se ratione priuilegij, etiam si sit Ecclesia. l. ad portus. C. de oper. publ. & in l. 2. de immu. nem. conce. lib. 10. Accedit similiter, quod scribit Ripa in citato responso 22. in 4. dubio, vbi concludit, quòd etsi concessa sit im-
5 munitas monetarijs eximens † eos ab omni talea, caualcata & ab omnibus seruitutibus & Vsagijs, nõ tamen à reparatione pontium & viarũ, & propter pestem, cùm nemo exemptus sit, nec etiam Eccle-
6 sia, imò plus dicitur, quòd † nec domus Augusta excusatur. l. absit. C. de priuil. dom. Ang. lib. 11. ergo similiter videtur dicendum, quòd non obstante cap. immunitatis. de quo in ipsa conuentione, dicti Ciues & Mezadri teneantur ad refectionem dictorum pontium & viarum, necnon & ad fabricationem ipsarum.

¶ Verùm his non obstantibus in terminis, de quibus agitur, virtute verborum appositorum in dicta conuentione, quæ sunt vniuersalia, geminata & quadruplicata, contrarium tenendum esse arbitror, quòd nullo modo dicti ciues ad dictam refectionem & instructionem teneantur, & in primis præmittam vnum in iure verissimum, videlicet,
7 quòd † immunitas concessa quoad munitionẽ viarum valet. l. qui muneris. ff. de mune. & hono. Fran. Marc. in decis. 102. in prin. parte 2. 458. col. 2. in 1. parte. Hac igitur premissione stante, dico, quòd etsi explicitè & verbis expressis non fit concessa immunitas viarum & pontium, tamen quòd vigore verborum infrascriptorũ clarè colligitur, & expressè immunitatem ipsam comprehendere etiam refectionem viarum, pontium & eorũ instructionem,
8 cùm satis expressum † esse dicatur, quod ex verbis colligitur. Bart. in l. vxorem. §. agri plagam. de leg. 2.
9 Ruin. in l. 1. num. 11. solut. matri. & sic tantùm † generalitas operatur, quantum singulorum expressio. l. si duo. in fin. ff. de adm. tut. Soc. & alij in l. 1. de vulgar. & pupil. & ideo inquit Cauet. in cons. 294.
10 col. 2. vers. sed magis. quòd si fiat † concessio Castri per verba vniuersalia, illa etiam censentur concessa, in quibus specialis mentio erat facienda ac si esset expressè concessa. Cepha. in cons. 150. num. 11. vol. 1. quod probatur primò, ponderando verba ipsius immunitatis, nam in ea dicitur, quòd prædicti Ciues sint, & esse debeant perpetuò liberi, exempti & immunes ab omnibus grauaminibus quomodocunq; & qualitercunq; nuncupatis, tàm personalibus quàm realibus seu mixtis, ordinarijs seu extraordinarijs, & alijs quibuscũq;, tàm impositis, quàm imponendis, pro quibuscunque eorum bonis præsentibus & futuris, mobilibus & immobilibus, & rebus quibuscunque positis in locis ibi specificatis, primò enim pondero illa verba ab omnibus grauaminibus, nam † qui totum dicit, nihil excludit. l.
11 Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. man. & ideo per dicta verba dixit Alex. in l. si ex toto. ff. de legat.
12 primo. quòd † licet immunitatis priuilegium non extendatur ad onera bellica, tamen si in eo dictum sit, ab omnibus oneribus ordinarijs & extraordinarijs: illud trahitur ad onera bellica, & ideo sub-
13 dit, quòd cautus † esse debet ille, cui immunitas conceditur, vt in concessione dicatur, ab omnibus
14 ordinarijs & extraordinarijs: Nam † collecta imposita propter guerram est munus extraordinariũ, ideo superindictum appellatur, vt in Rubrica. C. de superind. lib. 10. Ripa post alios quos allegat in l. 1. num. 51. de vulg. & pupil. Ceph. in cons. 150. num. 10. vol. 1. & quam dictionem omnibus, ponderat quoque Barba. in cons. 26. col. 2. & 13. vers. quia respondeo. vol. 2. quod etiam voluit Bald. in cons. 112. col. 1.
15 volum. 1. vbi † immunitas concessa ab angarijs & perangarijs, & ab omnibus oneribus Ciuitatis Placentiæ comprehendit omnia onera quæ dinumerari possunt, & quæ supportant alij Placentini ratione illius dictionis, omnibus facit quod voluit. Bal. in c. in præsentia. colum. 2. de probat. vbi licet
16 in feudo Ecclesiæ vel Emphyteusi † hæredis appellatione non veniant extranei, sed descendentes, vt in cap. primo, de alie. feud. & in §. Emphyteusim, in auth. de non alie. tamen fallit quando in concessione dictum fuisset pro te, & omnibus hæredib. quia tunc veniunt & alij, & Bal. sequuntur Alex. in cons. 195. col. pen. vol. 6. Cur. Iun. in cons. 1. col. 2. vers. pro eadem opinione. & Dec. in cons. 294. vol. 2. Gozad. in cons. 14. num. 22. hinc dixit Rui. in cons. 29. col. 2.
17 volum. 1. quòd † si Imperator concedit Castrum alicui cum omnibus iuribus suis nihil videtur in se reseruare, Cephal. in cons. 50. colum. 2. circa fi. vol. 1.
18 nam vbi est † signum vniuersale, id etiam comprehenditur quod est impropriè, gloss. in l. 2. in verbo, aliàs. C. de quadr. præscrip. Barto. in l. Marcellus. in prin. col. 3. versiculo, vltimo. ff. ad Trebell. vbi vult
19 clausulam † omnem Falcidiam, etiam includere Trebellianicam, licet impropriè veniat aqpellatione Falcidiæ. gl. in authen. vnde si parens. C. de inoff. testa. & præsertim id negari non potest stantibus verbis subsequentibus quomodocunq; & qualiter-
20 cunq;, quod verbum † qualitercunq;, nihil excludere velle videtur. Alex. in cons. 103. col. fin. vol. 6. per l. ait prætor. ff. de minor. quod verbum notabile inquit Arch. in c. statutum. de rescrip. in 6. & ideo inquit Salycet. in l. si serui. col. 3. de noxal. quòd per
21 dicta verba quomodocunq; & qualitercũq;, si † statutum punit occidentem quouismodo vel qualitercunq;, comprehendit homicidam etiã non dolosum, & etiam qui occidit aliquem ad sui defensionem, aliàs secùs, & cum Salyc. pertransit Alex. in l. & si seuerior. de his, qui not. infam. Rui. in cons. 77. col. 3. circa fi. vol. 2. Gozad. in cons. 14. nu. 22. Alex. in cons. 201. col. 3. vol. 7. Dec. in c. sedes. col. pen. in fi. de rescrip. & in Rubr. de proba. col. 13. versicu. 2. liceat,
22 Ias. in cons. 124. col. fin. vol. 4. Namcùm † dictum verbum sit vniuersale & geminatum, vt per Ruin. in cons. 109. num. 6. volu. 1. multum est ponderandum, iuxta notata in l. Balista. ff. ad Trebell. & in l. cùm scimus. C. de agr. & censi. lib. 11. quæ verba etiam multum notat. Ruin. in cons. 140. col. 2. vol. 4. item consideranda est etiam alia dictio quomodolibet, quæ † importat idem quod quocunq; modo vel quomodolibet modo, vt per Arch. in c. indemnitatibus, col. fin. de ele. in 6. in cap. plerisq;. §. neque.

de off.

de off. ord. in 6. & in c. 1. §. præsenti. de cle. ægro. Par. in cons. 58. num. 10. vol. 1. & in cons. 142. num. 6. volum. 4. Gozad. in cons. 14. num. 22. vbi dicit, quòd per declarationem summi Pontificis, in qua declarauit, quòd deinceps † per quamcunq; signaturam, seu concessionem, gratias seu literas Apostolicas pro commissionibus nullum ius quæsitũ quomodolibet tollatur, quod verbum illud quomodolibet, nedum comprehendit ius in re, sed ad rem, imò in spe, quia licet aliàs dispositio intelligeretur de iure in re tamen de quocunq; alio intelligitur etiam ad rem, vel in re, spe, propter illud verbum generale quomodolibet, quod exponitur quocunq; modo seu quomodocũq;, facit gl. in Clem. 2. in verbo quomodolibet. de sent. excom. vbi sub prohibitione sub pœna excõmunicationis facta, † ne quis præsumet tempore interdicti quomodolibet quem cogere ad celebrationem diuinorum officiorũ, per illam dictionem quomodolibet comprehenditur, omnis modus compulsionis realis, personalis, directus & indirectus. Item dicitur de oneribus realibus, personalibus, mixtis, ordinarijs, seu extraordinarijs, & alijs quibuscunq;, quæ dictio tanquam vniuersalis operatur, vt etiam immunitas intelligatur de oneribus refectionis pontium & viarum, per ea quæ not. glos. 1. in Clemen. 1. de decim. dicens, † quòd licet verbũ religiosi in materia odiosa multum strictè capiatur, tamen fallit, si dictum fuisset quicunq; religiosi: quia tunc etiam venirent hospitalarij, quod dictum sequitur Abb. in Rubrica, de regul. & dicit Dominic. in capit. decet. de immun. Eccle. in 6. in princ. quòd † si lex vel statutum dat potestatem cognoscendi de quibuscũq; causis, quòd nulla intelligitur excepta. Ruin. in cons. 77. col. 2. in fin. vol. 2. & ideò videmus, quòd † si Princeps concedit feudum Titio pro se & eius hæredibus quibuscunq;, quòd veniunt qui aliàs sine dicto verbo non includerentur, videlicet extranei, & etiam legatarius, qui largo modo dicitur hæres. l. id tempus. §. 1. ff. de vsucap. Bal. in c. Imperialem. in prin. de prohib. feu. alie. per Fede. & in Rubric. de rer. diuis. quæst. 34. Ruin. in dicto cons. 77. colum. 2. volum. 2. in cons. 20. col. 2. vol. 1. & in cons. 103. col. 6. volu. 3. Dec. in cons. 395. colum. fin. in princ. & in consil. 78. col. penul. in prin. Curt. Iun. in cons. 1. col. 2. vbi dicit, hanc esse veram & communem conclusionem. Socin. inter consilia Brun. cons. 9. colum. 1. Ripa in l. ex facto. §. si quis. num. 16. ad Treb. Paris. in cons. 23. num. 169. vol. 1. & in cons. 65. num. 19. volum. 3. & 71. num. 42. vol. eod. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 198. de lib. & posthu. Ruin. in l. 1. §. nunciatio. num. 128. de no. ope. nun. & eam vti frequentiori calamo receptam tradit Curt. Iun. in cons. 183. col. fin. & in terminis immunitatis cõcessæ sub verbo quibuscunq;, tradit Cepha. multa citans in cons. 58. col. 4. volum. 1. quod extenditur ad onera belli: si igitur dictæ clausulæ ab omnibus quomodocunque, qualitercunq;, & quomodolibet, quæ sunt vniuersalia, & nedum geminata & triplicata, sed quadruplicata, operantur effectum supradictum, ergo multò fortiùs, quando concurrit etiam dictio quibuscunque, quæ simul iuncta sunt plus quàm quadriplicata, facit quod dicit Dec. in cons. 504. col. fina. vbi considerat † triplicationem operari plus quàm geminationem, argum. eius quod dicitur de tertio matrimonio, per Ang. in auth. quom. opor. Epis. §. hoc de eo. in fin. Barb. in cons. 43. vol. 2. & Crauet. in cons. 54. col. 2. igitur & multò fortiùs quando adest plus quàm triplicatio: aliàs sequeretur, quòd dictæ clausulæ, vel saltẽ maior pars fruſtratoriè appositæ essent, si non operarentur etiam respectu oneris refectionis pontium, vel viarum, vel instructionis ipsarum, quod nullo modo dicendum est, argum. l. si quando, de legat. primo. & pro confirmatione huius sententiæ facit quod voluit Bald. in consilio 406. colum. penult. volum. 5. vbi consuluit, quòd si in concessione immunitatis † sunt apposita hæc verba, & quibuscunque alijs, quæ dici & excogitari possunt, quocunque nomine censeantur, & ex quacunque ratione & causa, quòd talia verba operantur, vt immunes non teneantur ad onera & collectam propter guerram. Crauet. in consilio 294. numero sexto. versic. ad idem, quod & latiùs tenui in consilio quinto, in primo volumine, in primo dubio. si ergo talia verba faciunt aliquem immunem ab oneribus bellicis, à quibus nullus excusatur, Doctores communiter. in l. ex toto. ff. de lega. primo. Cephal. in consilio 154. numero tertio, volumine secundo. Crauet. in consilio 294. colum. 2. in princip. ergo & idem dicendum est, quòd stantibus verbis suprà citatis, quæ non minorem vim & efficaciam habent quàm proximè citata, quòd illa operantur: vt etiam dicti ciues immunes reddantur à dicta refectione & instructione viarũ & pontium: ac si expressè & explicitè dictũ de eis fuisset. per ea quæ scribit Craue. vbi suprà col. 4. vbi inquit quòd licet in casu suo necessaria fuisset mẽtio onerum insolitorum: tamen verba prægnantia & vniuersalia: de quibus ibi sufficiunt: & ipsa vim habẽt specialis expressionis, iuxta tradita per Bar. in l. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ie. vbi si renunciatur † omni priuilegio, perinde est ac si omnibus & singulis priuilegijs esset renunciatum in specie: multa etiã ibi alia adducit, quæ etiam conferunt ad propositũ, quæ non transcribo cùm legi possint, & hæc dicta sufficiant quoad caput ciuium.

¶ Respectu verò Mezadrorum idem teneo, videlicet ipsos immunes esse à dictis refectionibus & instructionibus vigore decimi capituli laudi ab omnibus partibus approbati: nam in eo sic scriptum reperitur: Item laudamus & declaramus, quòd omnes & singuli Mezadri, qui habitant, & in futurum habitabunt in & super terris ipsorũ ciuium non possint quoquomodo, nec debeant grauari vel collectari seu pedagiari in dictis Castris & locis, ad aliquas factiones grauamina vel onera imponenda in dictis Castris, quacunque ratione vel causa, sed liberè ipsi sint exempti & immunes, à quibuscunque factionib. realibus, personalibus, mixtis ordinarijs & extraordinarijs, andatis, caualcatis receptionibus hospitum, & alijs quibuscunque. In primis etenim considerandum esse arbitror, quod dicitur, quòd non possint quoquomodo nec debeant grauari, &c. quæ dictio † quoquomodo operatur, vt comprehendat omnem casum, qui aliàs non comprehenderetur. vt probatur ex not. per Ruin. in cons. 98. num. 11. volum. 2. vbi si † testator prohibet filiam monialem vltra Ducatos quinquaginta in futurum petere quoquomodo: quia dictio prædicta est vniuersalis, significat quòd aliquid petere non possit ex aliqua causa vel titulo, aut ex aliquo iure de bonis & hæreditate paternis, vt probatur in l. 1. versic. quoquomodo. ff. de testam. milita. iuncto prin. in ver. plenissimam intelligentiam, vbi † licentia testandi data militibus quoquomodo ex rescripto Principis continet indulgentiam plenissimam, & sic illud verbum habet amplissimam significationem, quod argumentum dicit notandum Salycet. in leg. si serui vestri. columna tertia, de noxal. ad hoc quòd † licet statutum mandans puniri delictum locum habeat, quando delinquens est in dolo, tamen si dicat, quòd occidens

dens quouis modo de capitetur, habebit etiam locum si fuerit tantum commissum culpa & sine dolo, quia verbum quouis modo, non recipit interpretationem vt culpa excludatur. Facit quoq; quod optimè notatur. per glo. in l. cum fideic. & in l. quidam in testamento in versiculo quoquomodo. de
36 fideicom. libert. vbi si prohibita est † alienatio quoquomodo, nõ solum intelligitur de voluntaria sed etiam de necessaria, quæ aliàs non includeretur sub simplici prohibitione, Cephal. in cons. 121. in princ. vol. primo, Claud. in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure. Parisi. in cons. 25. num. 18. vol. 2. Ruin. in consil. 20. nu. 4. vol. primo, item ponderanda sunt illa verba. ad aliquas factiones, grauamina † &c. quod verbum aliquas, tanquàm vniuersale comprehendit
37 quodlibet grauamen, & sic dictam refectionem & instructionem, quod est grauamen, quod probabitur primò ex notat. per Socin. in consilio 242. col.
38 1. vbi illud verbum † aliquam comprehendit quamlibet restitutionem & verificatur in quolibet minimo onere, Ruin. in consilio 42. numero 27. vol. primò, Paris. in consilio 71. numero 58. volum. 3. & operatur quòd nihil sit exceptum, per gloss. in clement. 1. de foro compet. Ruin. in consilio 116. num. 3. vol. 2. facit tex. in §. sinautem hæc. in authenth.
39 vt cum de appel. cognos. vbi illa verba † in aliquam circunscriptionẽ, intelliguntur de omni circunscriptione siue ex proposito siue ex re ipsa propter illam dictionem aliquam, Socin. in cons. 3. col. 3. vers. 2. vnde respondeo. volum. 3. vbi dicit quòd ex quo hæc dictio est vniuersalis comprehẽdit omnia plus dicit, quòd non possint nec debeãt quoquomodo
40 collectari, quod verbum possint † præposita negatiua inducit præcisam necessitatem, gl. in verb. non potest. in cap. primo. de regul. iur. in 6. Scriben. in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posth. Paris. in cons.
41 68. nu. 4. vol. 4. item adest etiam verbum † debeant, quod similiter importat necessitatem. Paris. in consil. 22. num. 32. volu. 2. iuxta l. sæpe audiui de officio præsid. consil. 60. num. 5. vol. 4. 195. num. 18. vol. 1. & Gozad. in consi. 51. num. 2. & tanto magis hoc dicendum est, cùm dicatur, non possint, nec debeant, quæ geminata verba maiorem inducunt necessitatem non exigendi aliquid à dictis Mezadris de grauaminibus. iuxta vulgarem regulam de qua in l. ba
42 lista. ff. ad Treb. Accedunt etiã illa verba † quacunq; ratione vel causa, quæ non trahuntur ad specificata sed ad alia, Alex. in consil. 11. col. 1. in fi. volu. 2. Imol. in cap. 1. de transact. vbi dicit, quòd si in instrumento continetur, q; talis promisit ex causa transactionis nihil amplius occasione rei petitæ in iudicio vel alia quacunq; causa petere, q; tunc dicta verba, salua ratione recti sermonis, non possunt restringi ad specificata tantũ allegat l. pluribus. de acceptil. Ruin. in cons. 41. numer. 6. volum. v. vbi etiam dicit Alex. idem velle in con. 46. in princ. volum. primo. Adduntur quoque illa verba, sed liberè ipsi sint
43 exempti & immunes, quòd † verbum liberè importat idem quod sine aliqua re extrinseca. ita Tho. de Aquino secunda secundæ, quæst. 19. art. 4. & sine distinctione Bald in l. precibus. col. pen. C. de impub.
44 & alijs subst. ac † sine contradictione & impedimento. glos. in clem. dudum, de sepultu. Ruin. in consil. primo. nu. 21. volum. 1. in consil. x. col. 3. volum. 1. in cons. 121. col. 1. vol. 2. & num. 10. Gozad. in consil. 91. num. 7. & 27. Alexand. consil. 14. colum. 2. volum. 2. Bero. in cons. 89. col. 3. volu. 1. vbi verbum libere, intelligitur absque solutione. Corn. in cons. 106. litera
45 E. 1. vol. vbi verbum † liberè, intelligitur nihil obstante. sequitur Gozad. in. in citato consi. 91. numer. 7. in fin. vltimò adsunt etiam alia verba, & alijs quibuscunque, quæ dictio quantum operetur dictum fuit suprà, & eo magis id dicẽdum venit, cùm sit ge-
46 minata dicta dictio, vt suprà dictum est Nam † verba vniuersalia prægnantia & triplicata, apposita in immunitate concessa ab homine & non à lege, non patiuntur restrictionem aliquam, iuxta notata per Curt. Iuni. in cons. 1. colum. 2. Ex his igitur satis cõstat dictos Mezadros non teneri ad cõferendum in collectis imponendis ratione refectionis pontium & viarum: nam si sunt exempti à quibuscunque factionibus, realibus, personalib. mixtis, ordinarijs & extraordinarijs, andatis, caualcatis, receptionibus militum, ergo & à munere refectionis viarum & pontium: quoniam dicta verba suprà ponderata, si non comprehenderent hunc casum, superfluè posita fuissent, quod minimè dicendum venit. arg. l. si quando. de legat. 1,

¶ Non obstant modò adducta in contrariũ: quia loquuntur in immunitate cõcessa per priuilegia & non per viam cõtractus, vt in casu nostro, quia tunc cessant dispositiones dictarum legum, sicut in simi-
47 li videtur, quòd cessant † dispositiones. l. pen. C. vt nem. lice. in emp. spe. lib. 10 l. 2. C. de quibus muner. nem. lice. se excus. quæ locum non habent in immunitate resultante ex vi contractus, vt per Caccia. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, num. 181. vbi dicit fuisse de facto in Ciuitate Senarum, in qua dum esset magna penuria, fuit imposita collecta pro emendo frumento, & quòd tunc fuit consultum & obtẽtũ, quód licèt exemptus per priuilegium non gaudeat immunitate tali casu, tamen gaudere debet
48 exemptus per pactum, dicens ita limitari nota in l. ex toto. de leg. 1. & cum Caccial. tenet Neuiz. in consil. 12. col. 6. in fi. hanc quoque partem amplectũtur Bald in cons. 499. colum. 1. verficul. quæritur. vol. 4. Alc. in cons. 80. num. 5. vbi †. exemptio concessa per
49 viam contractus etiam extenditur ad onera bellica & respicientia necessitatem, in cons. 168. nu. 11. & in cons. 185. in 3. quæst. & in cons. 535. in fi. Bos. in tract. suo crimi. in tit. de Principe. num. 151. & Neuizan. in cons. 66. num. 44. & Natta in consil. 397. numero 9. Ergo idem debemus dicere in casu nostro, vt etiam in dicta exemptione comprehendatur dicta refectio vel instructio propter tot clausulas vniuersales geminatas & quadriplicatas, quæ cessant in decisionibus suprà citatis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi antiqui auiti & paterni non potest fieri in extraneum per vasallum sine consensu domini & agnatorum.*

2 *Feudum quando est antiquum quis non potest de eo vt de feudo nouo inuestiri ne fiat præiudicium agnatis non consentientibus,*

3 *Feudum antiquum alienatum sine consensu domini & agnatorum in extraneum potest secundum communem opinionem infra triginta annos ab agnato æuocari sequuta morte alienantis, nullo tamen sequuto precio.*

4 *Alienatio feudi antiqui facta per vasallum, potest per agnatum proximiorem reuocari in vita alienantis, & sine precio si consensus domini directi in ipsa alienatione non interuenerit.*

5 *Tenor concessionis feudalis considerandus est, cùm derogat omni iuri & naturæ feudi.*

6 *Recedendum non est à forma concessionis feudalis, cùm dat legem in feudis.*

7 *Feudum concessum iure antiqui & paterni feudi assumit natùram feudi antiqui & paterni.*

8 *Rex si concedit mihi Castrum nomine & iure feudi antiqui*

tiqui possidendum, licet sit nouum feudum, tamen secundum communem, assumit qualitatem feudi antiqui.

9 *Feudum hæreditarium concessum pro se, filijs & hæredibus secundum Doctorum receptam sententiam nõ transit ad filios qui non sunt hæredes.*

10 *Feudum quando est hæreditarium in eo admittuntur filij, qui sunt hæredes sanguinis & non hæreditatis.*

11 *Verbum hæres, in materia feudali habet significare qualitatem successoris, & non qualitatem successionis hæreditatis.*

12 *Verbum hæres, duplicem habet sensum, vnum vulgi, alium iuris ciuilis.*

13 *Filij vel agnati in feudo hæreditario admittuntur vbi eo esset delata hæreditas defuncti.*

14 *Filius si viuo patre cum iuramento renuntiat hæreditati paternæ sibi non præiudicat in feudo.*

15 *Feudum alicui concessum simpliciter nulla facta mentione hæredum, secundum communem calculum Doctorum dicitur hæreditarium.*

16 *Item & quando dicitur in inuestitura feudali, pro se & suis.*

17 *Plus quando dictum est in ea pro se & hæredibus.*

18 *Et fortius si dicatur, pro hæredibus & successoribus.*

19 *Necnon quando dicitur pro se & filijs & hæredibus*

20 *A pari procedit, quòd concessio fiat pro se & hæredibus, vel pro se, filijs & hæredibus.*

21 *Feudum hæreditarium huius est qualitatis, quòd in eo secundum communem non admittitur nisi sit hæres primi recipientis vel illius de cuius portione tractatur.*

22 *Item & nisi sit hæres sanguinis & hæreditatis, & quidem vniuersalis, secundum crebriorem Doctorum sententiam, licet secundum aliquos sufficiat quòd sit hæres pro parte.*

23 Nomen hæres verificatur in vniuersali.

24 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione est validum in iure.*

25 *Hæres vasalli defuncti in feudo hæreditario tenetur habere ratam alienationem feudi factam.*

26 *Quod amplia procedere etiam si esset hæres cum beneficio legis & inuentarij.*

27 *Probandi onus incumbit ei, qui asserit se hæredem primi acquirentis feudi.*

28 *Filij qui non possunt esse hæredes primi recipientis, nisi mediante persona eorum patris vltimo loco defuncti, debent esse hæredes patris.*

29 *Filius non potest recusare hæreditatem patris, & feudum acceptare, sed vtrumque amplecti vel respuere.*

30 *Filius in dubio præsumitur hæres patris, secundum legem diuinam, legem naturæ seu naturalem rationem.*

31 *Dominium bonorum paternorum continuatur in filium.*

32 *Facultas concessa agnato recuperandi feudum alienatum in extraneum præscribitur spacio triginta annorum.*

33 *Reprobatur Curt. Iuni. in consil. cxxxviij. col. fin. cum voluit, quòd succedere volens in feudo hæreditario indistincte debeat esse hæres vltimi vasalli.*

CONSILIVM III.

FEVDVM de quo agitur auocari posse à filijs & heredibus abneptũ, qui cum consensu domini illud in extraneum alienauerunt, prima facie demonstrant sequentia. Clarissimi enim iuris est, quòd † alienatio feudi auiti & paterni fieri non potest, per vasallum in personam extraneam nisi interueniat consensus domini & agnatorum, ad quos feudum post mortem alienantis est reuersurum cap. primo. de alien. feud. pater. Bald. in consilio 33. volum. primo, Cephal. in consilio 133. numero 57. Dec. in consi. 208. col. 2. Paris. in consil. 16. num. 40. vol primo, quia huiusmodi alienatio nedum fauore domini est prohibita sed etiã agnatorum & in honorẽ familiæ ipsorum. Bald. in cap. primo. §. quoq; col. 2. in princip. de succes. feud. arg. l. primæ, in §. primo. ff. de ventr. inspi. Cro. in l. si is qui pro emptore. num. 88. de vsucap. Soc. Iuni. in consi. 91. num. 6. vol. 4. vbi asserit doctrinam Bal. in dict. §. quoque, magis communiter receptã hinc dixit Ias. in consil. 136. col. 7. in princip. vol. 4. quòd

2 quando † feudum est antiquum, quis non potest de eo vt de feudo nouo inuestiri, ne fiat præiudicium agnatis non consentientibus, quibus erat ius quæsitum ex prima inuestitura beneficio domini. Dixi in cons. 2. nu. 106. vol. primo. 41. numer. 14. vol. 2. 60. num. 34. vol. eo. cons. 60. num. 14. vol. 3. & in consil. 57. num. 58. vol. eo. Et si facta fuerit potest ab agna-

3 tis † alienatum feudum infra triginta annos auocari, glo. & communiter scrib. in cap. primo. §. Titius si de feud. fue. contra inter dom. & agna. Alexan. in cons. 15. col. penul. vol. 5. vbi inquit gl. supradictam communiter à Doctoribus approbari, scripsi in cõs. 57. num. 64. vol. 3. quibus scriptis addo Alb. in cons. 76. num. 4. firmantem hanc esse receptam Doctorũ sententiam & Ceph. in cons. 133. numero 77. & hoc quidem sequuta morte alienantis nullo saluo pre-

4 tio, vt per glos. & Docto. vbi suprà. quæ † reuocatio etiam viuente alienante & sine pretio per agnatos proximiores fieri potuisset, si domini directi cõsensus in tali alienatione non interuenisset Alba vbi suprà Ceph. in allegato cons. 133. numer. 71. & 75. 207. num. 36. 264 numer. 7. & 273. num. 135. Ruin. in cõs. 69. numer. 17. vol. 3. & ita aliàs dixi in dictio cons. 57. num. 37. Quod autem feudum ipsum quod alienatum reperitur sit paternum, antiquum & auitũ clarè indicant verba inuestituræ factæ Titio primo in uestito, dum in ea dicitur de feudo nobili gentili antiquo, auito & paterno, ita quòd amodo & deinceps Titius ipse descẽdentesque sui dictũ feudũ haberent iure feudi nobilis antiqui, auiti & paterni,

5 qui † tenor ipsius concessionis potissimè considerandus est, cum deroget omni iuri, & naturæ feudi. ca. primo, in verbo tenorem de duobus fratr. à cap.

6 inuest. vbi Bal. & à cuius † forma modo aliquo non recedendum, ex quo dat legem in feudis, Iser. in tit. de nat. succes. feud. Soc. in consil. 67. numer. 7. Ias. in cons. primo, col. 2. in fi. vol. 3. Dixi aliàs in consil. 60. num. 14. vo. primo, 52. colum. 1. vol. 3. & 52. num. 67.

8 & 93. vol. eo. quod autem † huiusmodi feudum assumat naturam dicti feudi antiqui probat expressè Bald. in cap. primo. §. hoc quoque, de succes. feud. & in cap primo, de alie. feud. pater. cum quo ibi transeunt omnes Moder. vbi dicit quòd † si Rex cõcedit

7 mihi Castrũ nomine & iure feudi antiqui possidendum, licèt illud feudũ sit nouũ, tamen assumit qualitatem feudi antiqui, ar. l. quicunque C. de om. agr. deser. lib. 11. quod dicit notandum, & quia abundè de hoc aliàs scripsi in consi. 60. num. 16. vol. primo, vbi latè demonstraui hanc esse communè, id eo ad ibi scripta me remitto, pro cuius confirmatione adduco etiam autoritates infrascriptas, videlicet Cra. in tract. de antiq. temp. in v. par. num. 16. Moder. Parisien. in consuetud. Paris. §. v. num. 84. & Clar. in §. feudum quæst. 8. ver. sed hic occurrit. vbi attestatur hanc esse communem, & istam partem, vti frequentiori calamo scriptam sequuntur Tiraquel. in tract.

de

de retract. fol. 670. nu. 31. vsque 42. Bos. in tract. crimi. in tit. de Princip. nu. 312. & 338. Crot. in l. si is qui pro emptore. col. 25. vers. 3. & vltim. de vsucapi. & in l. re coniuncti. quæst. 26. de leg. 3. Afflict. dec. 282. numero 10. Socin. in cons. 165. num. 13. 272. colum. 2. & in cons. 4. num. 19. volum. 3. Ceph. in cons. 12. num. 3. Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 28. vbi etiam Arelaten. in additione. Rip. in l. 1. colum. 2. de legat. 1. cùm igitur feudum ipsum alienatum assumpserit naturam feudi antiqui, & de eo iudicandum sit vt de feudo antiquo, meritò dicendum videtur, quod filij dictorum abnepotum tanquã alienantib. proximiores nullo soluto pretio emptori, possint ab eo dictum feudum alienatum reuocare.

¶ Nec habet obstare, si dicatur, quod reuocatio ipsa eis non permittitur sic disponente iure feudali,
9 quo cauetur quod † in feudo hæreditario concesso pro se & filijs & hæredibus, vt per Bart. in l. iusiurandi. §. si liberi. de oper. libert. Io. de Imol. & Alex. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. nõ admittuntur filij qui non sint hæredes. Castr. & Rip. in l. ex facto. §. fin. vbi etiam Alex. & Aquen. ff. ad Trebel. Bero. in cons. 65. num. 95. vol. 2. 109. num. 7. vol. eod. & 69. in princ. vol. primo. Ias. in cons. 57. in princip. volu. 4. vbi ambo isti patres tradunt hanc fore cõmunem Doctorum sententiam, sed isti filij abnepotum non sunt hæredes alienantium, qui vltimo loco feudum possidebant, vt requiritur, secundum Curt. Iun. in consil. 138. col. fin. vbi attestatur hanc fore communem scribentiũ sententiam, quẽ sequitur Soc. Iu. in cons. 189. num. 15. volum. 2. & in consil. 13. nume. 25.
10 volum. 3. ergo, &c. Quia respondetur, quòd † sufficit filios dictorum alienantium fuisse hæredes sanguinis, quamuis non hæreditatis, vt patet ex his quæ scribit Bald. in cap. 1. §. decedenti, qui feud. dar. pos. vbi dicit, quòd si quis recipit feudum pro se & hæredibus suis, tantùm intelligitur de hæredibus sanguinis ex se descendentibus. Felin. in consil. 28. colum. 2. vers. ad idem facit. Paul. de Castro in l. ex facto. §. si quis ita. per tex. cum glo. ibi in vers. ex voluntate. ff. ad Trebel. refert & sequitur Ias. in l. finõ sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. Bero. in consil. 68. num. 6. volum. 1. & in cons. 93. num. 8 vol. eo. Bal. in l. 2. C. de suis & legit. hæred. vbi feudum pro hęre de concessum, nõ dicitur liberè & merè corpus hæreditarium, sed quoddam ius annexum in hæreditate reperitur. Nam duplex est successio, quædam hæreditaria, & quędam agnationis & sanguinis, per primam succeditur in vniuersum ius defuncti, & p secundam succeditur in feudo: quia nisi quis sit ex descendentibus, succedere non potest. Præpos. in c. 1. colum. fin. de eo qui sibi & hæred. Aretin. in consil. 14. col. 10. & 164. colum. 4. versic. sed tamen, vbi post alios ibi per eum citatos firmat in successione feudi considerari sanguinẽ, & quod ad illud non veniunt descendentes, vt quicũque hæredes, sed potissimũ vti hæredes sanguinis. Paris. in cons. 65. numero 26.
11 volum. 3. vbi in materia feudali verbum † hæres habet significare qualitatem successoris, & non qualitatem successionis & hæreditatis, quia consideratur natura & sanguis & non vera & propria successio. vt tradit Bald. in cap. 1. col. 2. de eo qui sibi & hæred. rursus Paris. in cons. 23. num. 135. volum. 1. Cor. in cons. 199. num. 15. vers. & propterea, volum. 2. Ias. in cons. 57. col. 2. vol. 1. Natta in cons. 128. numero 3.
12 vbi dicit, quòd verbum † hæres, dicitur duob. modis, hæres scilicet hæreditatis, & hæres sanguinis, vt tenet Innoc. in rub. de iure patro. Bal. in c. 1. an agn. vel fil. Salic. in l. 2. quæst. 20. de iure emph. vbi verbũ hæredibus, duplicem potest habere sensum, vnum vulgi, alium iuris ciuilis: quantum autẽ ad sensum vulgi hæredes sunt filij & descendentes, & ita sumitur in cap. in præsentia de probatio. & in §. emphyteusim, in auth. de non alien. vbi in emphyteusi Ecclesiastica accepta pro se & duobus filijs hæredibus verbum hæredibus, intelligitur de hæredibus sanguinis, sic etiam sumitur in materia feuda. in tit. de alien. feud. ca. 1. §. & si clientulus, quantũ ad sensum iuris hæredes sint qui alicui in vniuersum ius succedunt. l. hæreditas. ff. de verb. signi. iterum Natta in cons. 159. num. 8. sed filij horum abnepotũ, qui alienarunt sunt hæredes sanguinis, vt satis de se patet, igitur hoc sufficere debet, vt possint reuocare feudum per eorum patres alienatum in ipsorum prędiudicium, Soc. Iun. in cons. 112. n. 8. vol. 2.

¶ Vlterius dicitur, q etiã dato quòd oporteret hos filios esse hæredes nedũ sanguinis sed & hære-
13 ditatis, id locum sibi vindicare debet † vbi eis esset delata hæreditas paterna, vt concludit Dec. in cons. 208. in fi. post Iacob. de Beluis. & Alua. ibi per eũ citatos Cur. Iun. in consil. 138. colum. fi. vbi allegat Bal.
14 in c. 1. col. fi. an agnat. vel fil. dicentem quòd † si filius viuo patre renuntiauit hæreditati paternæ cum iuramento, sibi in feudo non præiudicat. quia textus ille non obligat filium ad impossibile, subdens hanc esse bonam cautelam ad euitandũ onera creditorũ à nullo alio Doctore impugnatam, Rui. in cõsi. 18. colum. fi. volum. 1. Afflict. in constit. Constitutionem, num. 3. circa medium. Capic. in decis. 67. nu. 4. Rim. in cons. 217. nu. 23. Natta in consil. 154. nume. 22. Decis. Pedemon. 26. num. 10. sed in præsenti casu hæreditas non reperitur delata filijs, ergo &c.

¶ Veruntamen maturius omnia cõsiderans adhibita diligenti consideratione prædictis nõ obstantibus in casu proposito stantibus his quæ in themate narrantur contrariam sententiam vti probabiliorẽ de iure tenendam esse arbitror, & p habenda veritate præsentis sententiæ nonullas cõclusiones cõmuni omniũ consensu receptas præmittendas esse duxi, quarũ prima est, q feudum secundum cõmunem opinionem pluribus modis hæreditarium di-
15 citur. Et primò † quando feudum reperitur alicui concessum simpliciter nulla facta mẽtione hæredũ. Bald in ca. 1. col. 4. an agnatus vel filius. Dixi in cons. 97. nu. 39. vol. 1. 67. nume. 23. vol. 2. & in consil. 55. in prin. vol. 3. vbi demonstraui hanc conclusionẽ communi calculo Doctorum fore receptam, quã etiam sequuntur Io. Bapt. Ferret. in cons. 120. nu. 2. Bero. in consil. 77. num. 15. volum. 1. & num. 91. vbi etiam attestatur de communi.

16 ¶ Item & † quando dicitur in inuestitura feudali, pro se & suis, Alex. in cons. 26. col. 1. vol. 5. Alcia. in cons. 160. nu. 9. & ita aliàs scripsi in consilijs supra citatis & in cons. 26. num. 8. vol.

17 ¶ Plus † quando dictum est in ea, pro se & hæredib. Docto. in prælud. feud. Ferret. in consi. 129. col. 2. in princ. Bero. in cons. 68. nume. 31. vol. eod. Alex. in cons. 10. colum. 2. vol. 3. vbi asserit hanc esse communem. dixi in consilijs suprà relatis, & eo fortius
18 si † dixisset, pro se hæredibus & successorib. Alex. in cons. 10. col. fin. Ferret. in cons. 81. num. 9. Dixi abundè vbi suprà.

19 ¶ Item & quando † dicitur, pro se filijs & hæredibus, vt in casu nostro. Bart. in l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. Ferret. in cons. 103. n. 10. Paul. de Castro in l. pro hærede. §. si quid tamen. col. 2. ff. acqui. hæred. Soc. Iun. in cons. 114. numer. 8. vol. 2. Ber. in cons. 77. num. 16. & 21. vol. 1. & 78. numero 15. vol.
20 eod. A pari † etenim procedit quod fiat concessio pro se & hæredibus, vel pro se filijs & hæredib. Bal. in d. col. 3. an agna. vel fil. Brun. in consilio 24. colu. 2. in princip. Curt. Sen. in consil. 51. col. antepenul. in

prin.Parif.in conf.23.num.163.vol.1. Ratio quidem eſt: quia vocando eos hæredes, primus acquiſitor cenſetur eis voluiſſe prouidere vti hæredibus ſuis, prout in alijs quoque contractibus dicitur. gloſſ.in l.ſi tibi.§.ſi pactus ff. de pact. & quia iſta acquiſitio à patre facta debet intelligi, prout ei vtilius eſt: Inter eſt enim ſua habere hæredes, qui adimpleãt omnia ab eo diſpoſita, & eius fidem obſeruent.§.valde. inſtit.quib.ex cau.manu.Alc.in conſ.1.in 3.lib..nu. 12.

¶ Secunda eſt concluſio, ℣ † in feudo hæreditario quis non admittitur niſi ſit hæres c.1. glo.& Do
21 cto.an agn.vel fil.Alex firmans hanc eſſe communẽ in conſ.10.col.3.vol.3.Curt.Iun.in conſ.138.num.15. & 18.Ceph.in conſi.152.nu.57.224.nu.10. & 20.vbi etiam dicit hanc eſſe communem Bero. in conſ. 61. num.39.vol.1.& 68.num.1. & 42.vol.eod.Socin.Iu nior.in conſ.76.num.75.volu.1.dixi in conſ.28.col. 1.& in pluribus alijs locis, & quidem niſi ſit hæres primi recipientis, vel illius de de cuius portione tractatur.Curt.Iun.in conſ.1.num.11. vbi affirmat hanc eſſe crebriorem Doct.ſententiam.Cep.in con. 152.nu.101.Brun.conſ.18.num.13.verſ.3.quia.Neui za.in conſ.10.num.15.Crauet.in conſ. 197. num.5. vbi atteſtatur de communi.dixi in conſ. 53. col.1.in fi. voluminis 1. & in pluribus alijs conſilijs,& ita ſecundum hanc partem iudicaſſe Senatum Mediolani in contingentia facti refert Clar.qui ipſam etiam amplectitur in §.feudum.quæſt.9.verſ.ſed quæ ro.Socin. Iun.in con.76.num.10.volum.2.

22 ¶ Tertia eſt concluſio, † ℣ in feudo hæreditario quis non poteſt ſuccedere, niſi ſit hęres ſanguinis & hæreditatis.Alex.in conſ.19.num.12. verſi. non obſtat.vol.5.vbi inquit, quòd illa verba adiecta in inueſtitura feudali, pro ſe & hæredib.debent intelligi de hærede qui habeat ius & nomẽ hæredis, vltra ℣ ſit hæres ſanguinis, reprobata opin. Bal.in cap.1.de eo qui ſibi & hæred.cui ſententiæ Bal. non adhærẽt communiter Docto.quam partem ſequuntur Iac. de Beluiſ.Alua.& Iſern. in dict. cap. 1. Iterum Iſern in c.1.§.hoc quoque,de ſucceſ.feud.Alcia.in conſilio 1.num.9.in 3.lib.Ceph.in conſ.224.nume. 25.Bero. in conſ.93.num.42.vol.1.Natta in conſ.128. num.3. verſi.allegato.& 159.num.21.Brun.in conſil.80.co lum.5.verſ.nec etiam,imò plus voluit Curt. Sen.in conſ.82.col.4.& 5.quòd in feudo hæreditario quis non poteſt ſuccedere, niſi ſit hæres vniuerſalis:qa non ſufficit quòd quis ſit de deſcendentibus & iungatur ſanguine,ſed vltra requiritur quòd in vniuerſum ſuccedat primo recipienti,vel illi de cuius portione agitur.Pariſ.in conſ.2.num.28.vol.1.conſi.16. col.2.in fi.vol.eod.vbi dicit hoc firmare communiter Docto.in l. Gallus.§. etiam ſi parente.ff.de liber. & poſthum.& hanc ſententiam vti crebriorem ſequitur ipſe Pariſ.in conſ.23.numer.167.& 192.vol. primo,Bero.in conſ.68.num.42.vol.1.vbi determinat,quòd quando feudum eſt conceſſum pro hære de intelligitur eſſe conceſſum pro hærede ſanguinis,ac etiam ſucceſsionis vniuerſalis, Ruin.in con. 17 col.fi.vol.1.Dixi in conſil.2.numero 29.vol.3 .& latius in conſ.53.numer.9.vol.eod.Iohan.Baptiſta Ferret.in conſ.81.num.9.vbi concludit, quod filius in tali feudo hæreditario non poteſt ſuccedere niſi ſit hæres patris in omnibus bonis. Nã nomen † hæ
23 res verificatur in vniuerſali,Pariſ.in cõ.62.n.4.vol. 3.& 109.num. 7.vol eod.

¶ His igitur ſic ſtantibus † arguendo à ſufficienti
24 partium enumeratione, quod argumentũ in iure eſt validum. l. patre furioſo. vbi Doctor. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l.obligationum. §.ferè, de action.& obligat.Socin.Inn.in cõ.14.n.4.vol.2.Pariſ.in con.67.num.18.vol. 4. dico quod nullatenus dicti filij abnepotũ admitti debent ad recuperatiõnẽ feudi hæreditarij alienati per eorũ patres: quia aut ad dictam reuocationem venire volunt vti hæredes eorum patrum ſiue ex teſtemento, ſiue ab inteſtato,& tũc eſt clarũ quod ab ipſa reuocatione re-
25 pelluntur,cum † teneantur ratam habere alienationem feudi factam per eorũ patres,& eam approbare,argumentò.l.cũ à matre. C. de rei vend.l.ea quæ à matre.C.de reſtit.mil.l.ſi ab eo.C.de lib.cau.& in terminis noſtris ita notant Doct.in c.1.an agna.vel fil. Alua.in c.1.§.hoc quoque.de ſucceſſ. feud.Brun. in conſ.80.col 5.verſ.nec etiam vbi inquit ℣ quãdo fendum eſt hæreditarium & filius eſt habiturus aliquid vel habet de hæreditate patris, non admittitur ad veniendum contra factum patris,& ꝑ conſequens ad reuocandũ feudũ alienatum per eum,Cepha.in conſ.133.n.79.Alba.in conſ.76.nu.5. Alex.in conſ.26.col.3.in prin.vo.5.& in con.28.col.5.vo.eo-
26 vbi ampliat † hoc quoque procedere,ſi hæres hæreditatem adiuiſſet cum beneficio legis & inuentarij quia in re hæreditaria non poteſt plus hæres quàm defunctus ſi viueret,qui contra factum propriũ venire non poſſet,Afflic. in.cap. 1. in §. Titius.nu.13.ſi de feud.fuer.contro.inter.dom.& agn.& in c. in 2. notab.de alie.feud.pater.Alcia.in con.1.num.29. libro 3.Ruin.in conſ.17.col.2.volu.primo. Dixi aliàs abundè in conſ. 44. volum. 3.

¶ Aut volũt venire tanquã hæredes primi acquirentis & non patrum ſuorum,qui alienationẽ fecerunt,& ſimiliter non poſſunt,cùm nõ appareat eos in effectu fuiſſe hæredes Titij primi acquirentis, vt in ſimili dixit Alex.conſ.26.colum.4.in páinc.vol.5. Brun.in conſ.80.col.8.in princip.verſ.& quod dixi. vbi inquit, quòd illud quod dicitur agnatos, qui non conſenſerunt alienationi, dummodo non ſint vlteriores habere ius reuocandi mortuo alienante, recipere diſtinctionem, quia ſi feudum eſt hæreditariũ, oportet conſtare volentem reuocare hæredem eſſe illius, qui primo loco fuit inueſtitus, & à quo originem feudõ habuit per ea quæ habentur in c.1. in agna.vel fil.quia qui non eſt hæres non ſuccedit in feudo hæreditario, & ideo ſubdit, ℣ in caſu ſuo
27 ex quo Dominus Cardeti non probauerat † ſe hæredem primi acquirentis,non fuit capax talis reuocationis vel feudi,Pariſ.in conſ.23.numer.188.vol.1. dicẽs, ℣ ſi quis non probat ſe hæredem mediatè ſeu immediatè primi acquirentis ſuccumbere debet.

¶ Vlterius dicitur,quod in terminis noſtris requiritur † ex quo dicti filij abnepotũ non poſſunt
28 eſſe hæredes primi inueſtiti niſi mediante perſona patrum ſuorum,quod omnino ſint hæredes parentum ſuorum,Pariſ.in conſ.23.nu.180.volu.primo, dum inquit, nullam eſſe differentiam inter agnatũ & filium in ſucceſsione feudi hæreditarij:quia ſicut in feudo hæreditario neceſſe eſt,quod ille qui prætẽdit feudum conſequi,debeat eſſe hæres primi acquiſitoris mediatè ſeu immediatè,quæ qualitas eſt neceſſaria in agnato tranſuerſali prætẽdente fendũ conſequi, ita etiam quando filius deſcendens vult ſuccedere aſcendenti,qui non poteſt eſſe hæres primi acquiſitoris niſi mediante perſona patris cuius medio efficitur hæres primi,quia hęres hęredis mediatè eſt hæres primi, Iſer.in.cap. primo §.hoc quoque col.fi.de ſucceſ.feud.& in c.an agna.vel fil. ſubdẽs verum eſſe in feudo hæreditario. quem debere eſſe hæredem primi acquiſitoris mediatè ſeu immediatè,& quod agnato tranſuerſali veniẽti ad feudũ hæreditarium,cum veniat ex perſona propria, ſufficit habere illam qualitatẽ primi acquiſitoris mediatè ſeu immediatè. eſto,quod nõ ſit hæres vltimi vaſalli:filius autem veniens ad feudum hęreditarium

poſſeſſum

possessum à patre, ideo habet necesse vt sit hæres patris, quia sine medio eius non potest esse hæres primi acquisitoris, & eo medio efficitur hæres illius. Clar. in §. feudum. quæstio. 76. vbi inquit hoc notãdum in practica. Ruin. in consil. 17. colum. fin. vol. 1. vbi inquit, quòd licet dicatur, quòd in feudo hæreditario successor non possit venire contra factum defuncti, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, id procedit in filio qui ad tale feudum non potest admitti, nisi sit hæres patris, & qui hæres cogitur approbare factum defuncti, quod secus est in agnato transuersali. Dixi in consil. 29. col. 7. volum. 3. stante igitur hac conclusione, sequitur quòd si isti filij nolunt esse hæredes patrũ, ꝙ repellũtur à dicta reuocatione feudi alienati per suos patres: si autem volunt venire vti hæredes ipsorũ, quòd dictæ alienationi contra venire non possunt, sed illam ratam habere coguntur per auctoritates suprà citatas.

¶ Aut volunt venire contra dictam alienationẽ, repudiando hæreditatem paternam, & amplectando feudum, & hoc etiam facere non possunt. c. 1. an
in conſ.51.num.47.& in conſ.92.numer.56.vbi ſub iungit,nuper ita iudicatum fuiſſe Ferrariæ & in Ciuitate Regij,& 126.in principio,etiam veriorem & æquiorem,& in lib.1.com opi.reg.42.Falen.13.Neuiza.in conſ.1.vbi quoque dicit quòd ita ſolet iudicare Magnificum Conſilium Pedemontanum Ducis Sabaudiæ,Iaſ.in dict.l.Marcellus in princ.col.11. verſic.quid tenendum,in conſ.99.in 2.dubio.vol. 4.vbi ait ab illa non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo,& quòd ſemper legendo & conſulẽdo ſequutus eſt hanc partem,& in conſ.146.colu.4. vol.eod.Ripa in l.centurio.num.65.in fi.ff.de vulg. & pupil.in l.in fideicommiſſaria n.28.ad Treb.Ber. in conſ.79.num.43.vol.2.95.nume.65.137.numero 8.138.col.2.145.colum.fi.volum.eod.86.numer.23. vol.2.in cap.in præſentia.num.445.de proba.& in cap.Raynutius.num.150.de teſta.Deci.in conſil.8. col.2.Socin.Iun.in conſ.132.in princip.vo.1.vbi tradit ipſam veriorem,& quòd pluries hanc ſequutus eſt tam legendo quàm conſulendo. Nec immeritò cum ſit fulcita optimis auctoritatibus,iurib.& rationibus 137.col.2.vol.eod.112.cir.fi.vol.3.conſ.50. num.18.vol.4.& in conſ.88.num.3.volu.eod.& ita aliàs tenui,vt in conſ.12.num.6.vol.1.& in conſi.31. num.29.vol.eod quam etiam vti magis communẽ ſequitur Ant.Gabriel.in ſuis opin.com.lib.4.in tit. ad Treb.concluſione.1.num.4.

¶ Non obſtant modo quæ in oppoſitum allegata fuerunt,& primò,quòd dict.l.iubemus. ſit correcta vt dixit Cyn.in dict.l.iubemus,per auth.ſed cũ teſtator,& in corpore vnde ſumitur quia reſpondetur ꝙ dicta lex aliquo modo non eſt correcta, quicquid inſulsè dixerint Cyn.& eius ſeqnaces,quoniam cõmunis eſt in contrarium,vt ſatis conſtat ex ſcript.per Bald.Salic.Fulgoſ.Caſtrenſ.Corn.Cath. Saccũ & Ant.de Prato veteri in dict.l.iubemus Ber. in conſ.137.num.9.vol.2.& alios ſuprà abundè citat.legum † enim correctio in quantum fieri poteſt 21 euitanda eſt.l.præcipimus,in fi.C.de appella.capit. cum expediat.de elect.in 6.quod enim nõ mutatur quare ſtare prohibetur.l.ſancimus.C.de teſta.item † per ſubauditos intellectus & interpretationẽ non 22 debet induci correctio legum,gl.ordinaria in cap. cupientes.§.quo ipſi per viginti,de elect.in 6.Iaſ.in l.ſicut certi.col.4.de teſta.milit.& in propria materia Iaſ.in dicto conſ.99.colum.7.in fi.& in cõſi.146. col.4.vol.4.Soc.Iun.in citato conſ.131.nu.49.quod autem non ſit correcta patet etiam multis modis & 23 primò,quia infallibilis eſt iuris concluſio quòd † iura noua generaliter corrigentia nunquã intelligun tur corrigere leges ponentes caſus ſpeciales,gl.communiter approbata in l.ſciendum,in princ.vbi Bar. 24 & alij.ff.qui ſatiſda.cogan.vbi † diſpoſitio ſpecialis de qua ibi,quòd poſsidẽs immobilia non teneatur ſatiſdare,derogat nouæ generalitati legis aut.offeratur.C.de li.conteſt.ſimpliciter dicentis,reum debere ſatiſdare,nam illud intelligitur niſi poſsideat immobilia,vt per doct.in aut.offeratur.Bero.in cõſil.68.num.57.volum.primo,& in conſ.5.numer.3. volum.2.vbi dicit,quòd † ſtatutum de teſtamentis 25 particulariter loquens magis attendi debet quàm ſtatutum de errore notariorum generaliter loquẽs non faciens ſpecialem & indiuiduam mentionem, de caſu ſuper quo per legem particularem fuit prouiſum,nunquàm lex vniuerſalis ad hunc caſum extenditur ſuper quo lex particulariter facta fuit, per dictum gl.communiter approbatum in dict.l.ſciendum.Accedit quoque quòd ſcribit Soc.Iun.in conſ. 26 119.num.20.vol.primo,vbi † diſpoſitio.l.ſi infanti. C.de iure delib.quæ generaliter loquitur recipit declarationẽ ſeu limitatur per alias leges. Nam ſemper,ſiue ſumus in reſcriptis,ſiue legibus,legatis & ſtatutis ſpecies derogat generi,ca.primo,& ibi docto.de reſcript.Port.in caſu præſenti in conſilio 92. nu.57.Rui.in conſ.131.num.7.vol.3.Bero.in conſil. 137.num.13.volum.2.ſed in terminis,de quibus agitur,generalitas de qua in dicta auth.ſed cum teſtator quæ loquitur de detractione quartæ,debet intelligi niſi eſſemus in liberis primi gradus,per dictã 27 l iubemus: vnde ſiue lex † ſpecialiter diſponẽs præcedat generalem ſiue eam ſequatur,ſemp eius generalitati derogat,Dec.in l.in toto.de regu.iur.Port. 28 in conſ.109.nu.5.vbi † diſpoſitio tendens ad ſpeciẽ veluti potior & fortior ab ipſa generali elidi non ſoiet,cap.ſtuduiſti.de offic.de leg.Bero.in allegato cõſil.137.num.13.Nec habet obſtare ſi dicatur quòd ſumus in diuerſis legibus,quo caſu ſolet dici ꝙ † gene 29 ri per ſpeciem non derogatur.Bart.in l.1.§.hoc autem edictum.ff.de no.oper.nun. quoniam reſpondetur id ſibi locum vendicare, vbi lex ſpecialis & generalis ſibi non contradicerent,ſed vbi ſpecialis diſpoſitio eſt contraria generali, tunc etiam quòd ſumus in diuerſis legibus generi per ſpeciem derogatur,ita Bart.vbi ſuprà & doct.in d.l.in toto.ſed in caſu noſtro ſpecialis diſpoſitio d.l.iubemus contrariatur generali diſpoſitioni.d.auth.ſed cum teſtator,ergo &c.

¶ Secundò reſpondetur.quòd cum filijs hoc ſit conceſſum in priuilegium per dictam l.iubemus,ꝙ generalitatem,d.auth.ſed cum teſtator,nõ intelligitur ab eo diceſſum,niſi de eo fiat ſpecialis mentio.l. decurionibus,vbi Bart.C.de ſilen.lib.12.Bald.in l. non plures C.de ſacroſan.eccle.ita Ruin.in con.163. num.15.volum.2.& in conſ.21.num.9.vol.3.vbi inquit fauorabilius eſſe & rationalibus,ꝙ priuilegiũ non tollatur,& quòd per illud iuscõmune non tollatur quàm quòd etiam iſto caſu ius commune corrigatur,& quod in conſequentiam priuilegiũ auferatur,quia legum correctio eſt euitanda,d.l.præcipimus.iterum in conſi.135.nume.6.volum.Iaſ.in conſilio 46.colum.4.verſic.3.pro eadem parte vol. 4.Soci.Iun.in conſi.131.num.28.volu.primo Port. in conſil.92.nume.59.ex hac igitur reſponſione ſequitur,quod diſpoſitum in dicta auth.ſed cum teſtator.poſito milies quòd etiam importaret quartam poſſe diminui,procedere intelligitur regulariter in alijs quàm in liberis primi gradus.quibus tale priuilegium conceſſum eſt contra regulas iuris. 30 vt in d.l.iubemus,vt per dicta iura † noua generaliter loquentia non dicatur eſſe derogatum,Bero.in conſ.137.nu.10.cum ſeque.vol.2.Nam inficiari non poteſt, quin minor ratio fuerit corrigendi in alijs quàm in filijs:quia dubium non eſt, quòd eis nõ ſit magis debita hæreditas, cum ſint immediatè nati 31 ex eorũ patre.item & †.quòd cauſa immediata potentior eſt quàm cauſa remota,& ideo ex hac conſideratione lex magis mota fuit ad fauẽdũ eis quàm alijs:vt patet,quia & ſi fructus in quartam Trebellianicam alijs computentur,dict.l.in fidei commiſſaria.etiam quòd teſtator nihil dixerit, tamen ſpecialiter in liberis primi gradus lex ſtatuit contrarium etiam contra voluntatem patris,d.l.iubemus ex quo datur intelligi,quòd maiori ratione impeditur pater prohibere Trebellianicã filijs ſuis quàm nepotibus & alijs extraneis hæredibus, ſæpiſsimè enim lex oſtendit maiorem affectionem ad eos quàm ad alios l.ſuus quoq;,in princip.l.ſed & ſi ſub conditione §.nepotes.ff.de hæredit.inſtit.quibus dicitur: quòd licet alij deſcendẽtes poſsint ſub qualibet conditione inſtitui,tamen non ſic in filijs qui ſolum ſub poteſtatiua poſſunt inſtitui,Soci.Iun.in allegato con.131.num.42.cum duobus ſequentibus.

Tertiò

32 ¶ Tertiò dicitur, quòd † non sequitur prohibita est Falcidia, ergo & Trebellianica: & sic quòd d. Authen. sed cùm testator. non potest extendi ad filios primi gradus per extensionem passiuam, vt patet, quoniam fructus percepti iudicio testatoris, licet eis non imputentur in Trebellianicam, tamen imputantur in Falcidiam, sicut cuilibet alteri. leg. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falcid. secundum Castrens. in dict. l. iubemus. per illum text. prohibentem extensionem ad alium casum. Soc. Iun. in cons. 136. num. 7. vol. 2. cùm itaque. dict. l. iubemus. loquatur in fideicommisso vniuersali non potest extendi ad particularia legata, item non de fuerunt qui Iustiniani constitutionem in Falcidia loquentem in ipsa Trebellianica non procedere senserint. gl. in l. si vt allegas. C. ad l. Falcid. latè per Port. in d.
33 cons. 92. num. 60. hinc videmus, quòd † Trebellianica secundum magis communem non amittitur ob non confectionem inuentarij, & tamen Falcidia ob illius omissionem amittitur, vt dixi in consil. 7. colum. 1. & latissimè in Tractatu de confect. inuent. in quæstio. 140. Aliæ responsiones dari possent, sed quia multæ ponuntur per Picum in dict. l. in quartam. Soc. Iun. in consiam fæpiùs allegato 131. & Por. in citato cons. 92. ideo ad ibi scripta per eos me remitto, satis est nobis quòd attigerimus substantiales, de quibus suprà.

¶ Non obstant etiam scripta per Socin. in dict. l. Marcellus. & responsio per eum data ad dictã l. iubemus. quòd imputatio fructuum, de qua in ipsa l. non pendeat à potestate prohibendi Trebellianicã quia respondetur verum esse, quòd argumentum non procedit affirmatiuè incipiendo à fructibus, nec negatiuè incipiendo à Trebellianica: quia non sequitur, vt ipse dicit, fructus imputantur, ergo potest prohiberi quarta, nec ex hoc quòd non possit prohiberi, sequitur, quòd fructus non debeant imputari, sed argumentum procedit negatiuè, incipiendo à fructibus, quia si non imputantur in quartam testatore volente: ergo nec illam potest prohibere: quia valet argumentum à multo magis, Auth. multò magis. C. de sacrosanct. Eccles. Ita Ruin. in cons. 21. num. 9. ver. nec etiam obstat. volum. 3. & in cons. 163. num. 20. vol. 2. Soc. Iun. in cons. 131. num. 55. cum duobus sequentibus. vol. 1.

¶ Item, non obstant notata per Dyn. Nicol. de Neapol. & Moder. in d. l. si debitor. ac Imol. post Dy. in dict. l. Lucius. §. maritus. vbi dicunt, quòd testator potest disponere, quòd Trebellianica imputetur in legitimam: & sic per istum modum illam filijs prohibere, sicut potest grauare hæredem, vt illud quod sibi à testatore debetur non deducat, sed in Falcidiam imputet. d. l. si debitor. quia iste modus prohibendi Falcidiam per indirectum, de quo in dicta l. si debitor. de iure etiam Digestorum permissus erat secundum Bart. in l. cùm pater. §. Titio. per illum tex. ff. de leg. 2. & idem etiam Trebellianica filio & olim & hodie poterat dicto modo prohiberi, sed non directò. dicta l. Titia. & l. quod de bonis. §. fin. ad l. Fal. ita Ruin. in dict. cons. 163. num. 19. volum. 3. post Imol. ibi per eum citatum. & Alex. in dict. l. Marcellus. vbi dicit, quòd licet opinio Bal. in d. l. iubemus. sit vera. quòd etiam adhuc est vera opinio Dyn. quasi voluerit dicere, quòd quamuis Trebellianica filijs directò non possit prohiberi secundum opinionem Bald. poterit tamen prohiberi per prædictum modum indirectum, quia hoc olim etiam erat permissum: & tamen directò non poterat prohiberi: dicta l. Titia. & dict. l. quod de bonis. §. fin. Rursus in cons. 135. num. 6. cum sequenti vol. 3. & 21. num. 9. versic. non obstant not. per Dyn. vol. eodem. Vlteriùs respondetur secundum Picum in dicta l. in quartam. col. 114. quòd illa iura nihil faciunt. quia loquuntur in hærede extraneo: aduersus quem latior est potestas testatoris circa quartam Trebellianicam & etiam iuris ordo: quoniam potest testator facere: imò sine eo facit lex: quòd fructus in dictam quartam imputentur, dict. l. in fideicommissaria. quod tamen respectu liberorum nec à lege inducitur: nec patri vllo modo conceditur: vnde non valet argumentum: potest testator facere, quòd hæres extraneus imputet sibi debitum in quartam Trebellianicam: vtin dictis iuribus. ergo potest id facere pater respectu filiorum: Nam ista consequentia est falsa: cùm prædicti filij id habeant à lege in priuilegium: ita vt per eorum patrem tolli vel minui non possit. & Picum sequitur Soc. Iun. in cons. 131. num. 67. volum. 1. Nec obstat, quòd legitima non videtur ita debita, sicut verũ debitum hæredi: quia respondet Picus, vbi suprà, quòd in hoc est fallacia, quia, omittendo nunc quòd sit magis debitum, dicitur quod hîc solùm agitur, an liceat testatori per imputationem debiti diminuere, vel tollere quartam Trebellianicam, in quo iure respondetur, quòd licet alijs hęredibus id fieri possit, non tamen liberis primi gradus id facere potest, quibus hoc in prærogatiuam concessum fuit, Soci. Iun. in d. cons. 131. num. 68. vers. nec obstat consideratio. Port. in cons. 92. num. 93. & Didac. vbi suprà, num. 8. vers. secundò infertur.

¶ Penultimò dicta opinio, posito quòd sit magis recepta, locum tantùm sibi vendicat, quãdo detrahitur vna quarta, & non quando deducuntur duæ, vt est quando filius grauatur restituere hæreditatẽ sub conditione si decesserit sine filijs. Quia respondetur contrarium determinasse. Bart. in l. quod de bonis. §. quod eius. & ibi Alex. sibi inconstans, qui dicit, quòd in Praxi durum esset patrem cõtrariam tenere propter auctoritatem Bart. ibi & Angel. subdens ibi, dicta per eum addenda ad ea, quæ scripsit in dicto §. cùm proponeretur. vbi tenuit contrariũ, in hanc quoq; sententiam inclinat expresè Castr. in dict. l. iubemus. inquiens hanc partẽ magis securam, licet præcedens de rigore iuris videatur magis placere, sed quia non reperit aliquem, qui contrarietur, ideo sequitur hanc partẽ, Seysel. in d. §. cùm proponeretur, vbi adducit text. formaliter destruentem opinionem alteram in c. Raynutius. vers. in eo verò. de testa. vbi omnibus adductis per Castren. respondet, Angel. in cons. 114. & ita aliàs tenui in citato cons. 12. num. 8. vbi multas auctoritates allegaui, demonstran. hanc esse communem, quibus dictis & auctoritatibus etiã nunc addo. Ruin in cons. 115. num. 23. vol. 3. 147. col. 2. circa primum. & 21. numero 11. vers. sed istis. & in cons. 135. num. 6. ver. non obstat. vol. eod. necnon in cons. 163. num. 15. volu. 2. Bero. in cons. 137. num. 15. & cons. 138. num. 7. vol. 2: vbi inquit hanc esse communem, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum. Didac. in c. Raynutius. in §. 1. num. 8. de testa. & Port. in consil. 92. num. 44. & sic ista est veritas, adeoq; dicere contrarium esset offuscare solem.

¶ Vltimò non obstat, quòd contraria opinio sit communis, imò magis communis. quia respondetur, quòd insulsè loquuntur qui hoc dicunt: & valdè aberrant secundum Socin. Iun. in cons. 112. in fin. vol. 3. cùm frequentior sit ista, vt patet: quia, si enumerentur auctoritates adductæ in contrariâ, clarè apparebit, quòd auctoritates Doctorum simpliciter loquentium sunt tantùm viginti duæ, communes quinq;, & magis receptæ quatuor, sed pro parte ista sunt auctoritates simplices quadraginta tres, &

octo attestantes de communi, ac quatuordecim de magis recepta Doctorum sententia, vnde dictę opinioni tanquam veriori, æquiori & frequentiori calamo receptæ, & secundum quam sæpissimè iudicatum fuit: omnino est inhęrendum, tanquam Bononienses Carrocio: iuxta glos. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. quam partem etiam vti communem amplectitur Ant. Gabriel. in dictis suis comm. opiinio. in loco vbi suprà, num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Testator quod non loquitur, velle præsumitur. declara, vt in num. 21.*
2 *Casus omissus à testatore, remanet in dispositione Iuris communis.*
3 *Propositum in mente retentum, nihil operatur.*
4 *Mens seu voluntas in corde retenta, non accommodatur actui hominum.*
5 *Testatorem non sufficit aliquid velle, vel cogitare, nisi illud transeat in dispositionem. declara, vt in num. 32.*
6 *Substitutio, quæ in testamento scripto non reperitur, facta dici non debet, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.*
7 *Verborum importantiæ regulariter est standum.*
8 *Substitutio facta alicui, si decesserit sine liberis, illis extantibus tempore mortis sufficit, quicquid postea de liberis contingat. declaratur. in num. 33.*
9 *Qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur.*
10 *Voluntas testatoris ante omnia in fideicommissis attendi debet.*
11 *Disponentis mentem in qualibet dispositione prius inspicere debemus, cùm totum facit in interpretatione testamentorum.*
12 *Verba intentioni & voluntati proferentis seruire debent non è conuerso.*
13 *Vigor omnis verborum & forma postergatur in vltimis voluntatibus, vbi de mente constat.*
14 *Verba sub iugo mentis proferentis, tanquam sub proprio originali consistunt: quia mens loquentis dicitur radix & substantia verborum.*
15 *Voluntas testatoris sufficit, quòd ex coniecturis perspiciatur.*
16 *Ratio propter quam dispositio dicitur emanasse, regulat & ampliat dispositionem.*
17 *Ratio legitimas dispositiones moderat, quemadmodum habenæ equum & gubernacula nauem.*
18 *Ratio dispositionis neruus.*
19 *Ratio generalis facit dictum generaliter intelligi & specialiter positum ampliat.*
20 *Ratio sicut solet dictum restringere, ita etiam ampliat fideicommissum & dispositionem.*
21 *Testator si prohibuit hæredi alienationem, vel ei, cui reliquit quoad viueret expressa hac ratione: qui vult, quòd bona sua nunquã exeant de suo nomine, prohibitio ista dicitur perpetua etiam post mortem prohibiti, non attento tempore apposito, sed considerata ratione expressa, per quam ampliatur, seu declaratur dictum, seu prohibitio de non alienando vltra verba expressa.*
22 *Ratio dispositionis quando expressa in testamen. ex ea potest argui de casu ad casum habentem eandem vel similem rationem.*
23 *Stauta extenduntur ad omnes, in quibus statuentes idem disposuissent si interrogati fuissent.*
24 *Glos. in l. tale pactum. §. fin. quæ ab omnibus recipitur, procedit nedum in legibus, & statutis, sed etiam in conuentionibus, rescriptis, & quibuscunque dispositio.*
25 *Verba testatoris sunt sumenda, intelligenda, & interpretanda, prout ipse existimabat vel opinabatur, & non prout denotat proprietas verborum.*
26 *Absurda euitanda sunt.*
27 *Minus dilecti plus consequi non debent, quàm magis dilecti.*
28 *Testator maiorem affectionẽ habere videtur ad proximiores quàm ad remotiores.*
29 *Filij positi in conditione & si vocati non censeantur, secundum cõmunem opinionem, tamen id non procedit, quoties coniectura esset in contrarium.*
30 *Dictio Perpetuum, operari videtur, vt etiam in conditione positi vocati censeantur.*

CONSILIVM VI.

MAGNIFICVS Dominus Gabriel Buneus suum, condidit Testamentum, in quo postquam instituit magnificum Dominum Ludouicum eius nepotem, ex quondam magnifico Domino Io. Angelo eius fratre, & nonnullas fecit substitiones: addidit capitulum infrascriptum. Itẽ dictus Dominus testator voluit, iussit & ordinauit, quòd domus ipsius Domini testatoris nõ possit alienari per hæredem suũ, vel per substitutos gradatim, vt suprà: quia voluit & vult, quòd dicta domus remaneat sub nomine parentelæ, & agnationis ipsorum Nobiliũ de Buneis in perpetuum: videlicet, in antiquiorem: qui tunc reperietur hoc modo: videlicet, in nobilem Dominum Raphaelem antiquiorem: ipso Domino Raphaele decedente ante ipsum Dominum testatorem: in filium primogenitum ipsius D. Raphaelis, qui eo casu teneatur soluere dicto D. Ioan. Angelo scuta ducenta, & sic deinde perueniat ipsa domus in primogenitum descendentem ex ipso primo filio, hoc intellecto, casu quo dictus D. Ludouicus hæres decederet absq; filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio natis, modò quæritur: quia mortuus est dictus D. Ludouicus cum filijs, an domus prædicta spectare debeat vigore prædictæ dispositionis testamentariæ ad primogenitum dicti D. Ludouici vti antiquiorem ex ipsis filijs.

¶ Primo quidem aspectu videretur dicendum, quòd non: quia quòd † testator non loquitur velle
1 non præsumitur, Bal. in l. 1. §. fin autem ad deficientis. per illum tex. C. de cad. tollen. quod dictum valde notabile reputat Alexan. in l. 3. in fin. C. de liber. præter. Dec. in cons. 63. num. 289. num. 2. 186. col. 1. 205. col. 2. & 696. Socin. Iun. in cons. 2. num. 18. vol. 2. 97. num. 50 176. num. 9. & 18. num. 13. volum. eod. Ruin. in cons. 134. in princip. volum. 1. sed in casu, de quo agitur testator aliquid non est locutus de liberis Domini Ludouici, ergo non videtur voluisse, quòd domus ipsa transiret ad filios, neq; ad aliquẽ
2 ex ipsis prædicti Domini Ludouici. Nam † casus omissus à testatore remanet in dispositione Iuris Communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu.
3 cum similibus. item propositum † in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. C. de condictio. ob caus. Dec. in cons. 696. num. 18. Soc. Iun. in consil. 4. num. 1. vol. 3. vbi allegat Bal. in l. iuris gentium. §. pactorum. in prima còl. ff. de pact. dicentem, quòd
4 mens † seu voluntas in corde retenta, non accommodatur actui hominum, per l. si alij. ff. de vsufr. legat. & in consil. 110. num. 58. consil. 1. num. 6. & 78. num. 32. volum. eod.

¶ Secundò dicitur, quòd etiam si testator potuisset habere ipsam verisimilem mentẽ, quòd transiret ad filium primogenitum dicti D. Ludouici, tamen

men illa nihil potest operari, quia non sufficit † testatorem aliquid velle cogitare, nisi tale quid transeat in dispositionem. Bald. Imol. & alij, in l. quidam cum filium de hæred. instit. Dec. in cons. 6. num. 1. & 186. colum. 2. in princip. 277. col. 2. Curt. Sen. in consil. 42. colum. 11. Ias. in cons. 96. colum. 3. volum. 1. Socin. Iun. in cons. 100. num. 59. vol. 1. Dec. in cons. 100. num. 39. volum. 3. Dec. in cons. 113. num. 1.

¶ Tertiò accedit. Nam in materia substitutionis communis est regula, quòd † illa substitutio, quæ non reperitur in testamento, non debet dici facta. & dicens cõtrariũ debet illud euidenter probare: quia regulariter † verborum importantiæ est standum. l. non aliter. de legat. 3. Soc. Iun. in cons. 64. num. 14. vol. 3. 75. num. 8. 78. num. 4. 100. nu. 17. & 36. volumine eodem. & 176. num. 9. volum. 2. sed verba dictæ dispositionis non loquuntur de dictis liberis dicti Domini Ludouici, ergo qui vult dicere contrarium, debet illud probare. Dec. in cons. 465. num. 16. Socin. Iun. in cons. 4. num. 16. volum. 3. & in cons. 102. num. 23. volum. 1. Neuiza. in cons. 31. num. 21. Bero. in cons. 93. num. 41. vol. 2.

¶ Vltimò dicitur, quòd † substitutio facta alicui sub conditione, si decesserit sine liberis, illis extantibus tempore mortis sufficit, quicquid postea etiam de liberis contingat, ita Oldra. in cons. 21. per l. cum vxori. C. quando dies lega. ced. & l. hæredib. ff. ad Trebell. Paul. de Castro. in l. ex facto. §. fina. ad Trebellia. vbi etiam Ripa. col. 1. vbi substitutio facta alicui decedenti sine liberis, tempore mortis substitutio euanescit, quia † qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & licet liberi qui faciũt deficere fideicommissum ibi postea sine liberis moriantur, non tamen admittitur substitutus, quia substitutio fuit extincta. Decius in consil. 118. colum. 2. 63. colum. 2. 269. colum. antepenult. in fin. 323. colum. 1. 377. Paris. in cons. 18. colum. 1. vol. 2. 31. col. 1. & 87. colum. 2. vol. eod.

¶ Sed his non obstantibus maturius & diligentius omnia animaduertens, contrariam partem in terminis nostris de iure probabiliorem esse arbitror. Et pro euidentia & fundamento dicendorũ præsuppono, quòd in fideicommissis ante omnia voluntas † testatoris attendi debet. l. penult. de lega. primo. l. cum virum. C. de fideicom. l. fideicommissa. §. item si quis in fi. de lega. 2. l. in conditionib. in princ. de cond. & demonst. vbi in qualibet dispositione ante omnia † mentem disponentis inspicere debemus, cùm totum faciat in interpretatione testamentorum. l. ex facto. la grande cir. medium. ff. de hæred. instit. voluntas enim testatoris seruanda est, qualiacunque verba fuerint prolata, cum verba † intentioni & voluntati proferentis seruire debeant, non è conuerso. l. non aliter. in princ. de legat. 3. l. 3. C. de libe. præter. vnde aliàs signanter dixit Ang. in cons. 222. in principio, quòd in vltimis voluntatibus omnis † rigor verborum & forma postergatur, vbi de mente constat. Soc. Iun. in cons. 85. nu. 7. volum. 1. 97. num. 13. volum. eod. & ideo eleganter dixit Bald. in c. mandatum. in princ. de rescri. quòd † verba sub iugo mentis proferentis tanquam sub proprio originali consistunt: quia mens loquentis dicitur radix & substantia verborum. Socin. Iun. in cons. 10. num. 20. volum. 1. quæ † voluntas suffi eit, quòd ex coniecturis percipiatur. l. cùm proponeretur. vbi glos. & Doct. de lega. 2. l. qui solidum. §. primo, eodem titul. Dec. in consil. 405. in princip. 537. num. 9. 574. num. 3. 584. in prin. Soc. Iun. in cons. 42. num. 26. vol. 1. vbi allegat tex. elegantem. in l. vnum ex familia. §. fin. de leg. 2. vbi ex coniecturata voluntate testatoris fideicommissa inducuntur, tametsi verba non importent. vt vir ille prudentissimus & religiosissimus Princeps diuus Marcus statuit. Cũ igitur in proposito nostro Dominus Gabriel in suo testamẽto, vt suprà dispoſuerit, quòd dicta domus remaneat in No. Dominum Raphaelem eius fratrem, tanquam antiquiorem, & ipso decedente ante testatorem in eius filiũ primogenitum casu, quo Dominus Ludouicus eius nepos & hæres vniuersalis decederet absque filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio natis, motus hac ratione: quia intentio ipsius Domini testatoris erat, quòd domus ipsa remaneret sub nomine parẽtelæ & agnationis ipsorum de Buneis in perpetuum: certè dicendum videtur, quòd cùm ratio parentelę & agnationis prędictæ militet etiam in filio primogenito dicti Domini Ludouici nepotis dicti Domini testatoris, ęp vigore dictæ dispositionis testamẽtariæ spectare debeat ipsi primogenito, quoniam clarissimi iuris est, quòd dicta † ratio, propter quam ipsa dispositio dicitur emanasse, regulat & ampliat dictam dispositionem, vt habeat locum etiam in dicto primogenito dicti Domini Ludouici. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Nam † ratio legitimas dispositiones moderat, quemadmodum habenæ equum & gubernacula nauem. l. scire. ff. de legibus. Port. in cons. 6. num. 41. 142. num. 40. Ratio † etenim est neruus dispositionis. l. non dubium. C. de legibus. Port. in cons. 36. num. 29. Bero. in cons. 87. nume. 50. vol. 3. vbi † ratio generalis facit dictum generaliter intelligi, dictumęp etiam specialiter positũ ampliat, per dictum §. dulcissimis. & in con. 83. num. 7. vol. 2. vbi inquit, quòd † sicut ratio solet dictum restringere. l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg. ita etiam ampliat fideicommissum & dispositionem, vt voluit Bald. in l. suum. C. de iurę. delibe. Alex. in consil. 75. colum. 3. volum. 5. & ideo dixit Bart. in l. pater. in §. fundum. de leg. 2. quòd si † testator prohibuit hæredi alienationem, vel ei cui reliquit quoad prohibitus viueret, expressa hac ratione, quoniam voluit quòd bona sua nunquam exirent de suo nomine, prohibitio ista diceretur perpetua etiam post mortem prohibiti, non attento tempore apposito, sed considerata ratione expressa, per quam ampliatur, seu declaratur dictum seu prohibitio de non alienando vltra verba expressa. sequitur Beros. in cons. 64. num. 17. & 19. vol. 2. Accedit etiam quod scribit Imol. in l. fin. ff. de iure delib. vbi per illum textum dixit, quòd quando † ratio dispositionis expressa est in testamento, ex eo potest argui de casu ad casum habentem eandem vel similem rationem. Beros. in cons. 23. num. 74. vol. 2. & tantò magis id dicendum venit, quia si testator de hoc fuisset interrogatus vtiq; ita respondisset, iuxta not. per Bart. in l. Titius. in §. Lucius. ff. de libe. & posthum. vbi per illum text. ibi refert Paul. de Castro, quòd † statuta extenduntur ad omnes casus, in quibus statuentes idẽ dispoſuissent si interrogati fuissent, per † gl. communiter approbatam. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac quæ secundum Bald. Ias. & alios procedit, nedum in legibus & statutis, sed etiam in conuentionibus, rescriptis, & quibuscunq; dispositionibus. Ias. in cons. 171. colum. 2. vol. 4. Soc. Iun. in cons. 128. num. 16. sum sequenti, volum. 1. & in con. 4. num. 5. volum. 3. Beros. in cons. 90. num. 14. volum. 2. & in cons. 102. num. 13. volum. eo. sed quis dubitat, quòd si Dominus Gabriel testator fuisset interrogatus, an eius intentionis mentisq; fuisset, quòd euenientę casu, quòd hęres decederet cum liberis, quòd domus remaneret ad primogenitum hęredis, respondisset quòd sic, vt remaneret sub nomine parentelæ

& agnationis de Runeis in perpetuum, ergo illud pro expresso haberi debet. Soc. Iun. in cons. 188. nu. 16. vol. 2. Paris. in cons. 41. num. 51. vol. 2. 75. num. 37. & 78. num. 14. vol. eod. Nam † verba testatoris sunt sumenda, intelligenda & interpretanda, prout ipse testator existimabat vel opinabatur, & non prout denotat proprietas verborum, vt tradit Castr. in l. quo loco. §. 1. circa princip. de hæred. instit. Paris. in cons. 19. num. 167. vol. 2. & eo maximè capienda est huiusmodi interpretatio, vt euitentur † absurda, quæ sequi possent iuxta l. nam absurdum. ff. de bon. liber. Bal. in l. quamuis. de recept. Paris. in consil. 8. num. 40. vol. 1. Soc. Iun. in cons. 122. num. 29. volu. 3. Nam si diceremus, quòd testator noluisset sub huiusmodi fideicommisso comprehendi filium primogenitum hæredis instituti, sequeretur, quòd omnes filij dicti hæredis tãquam remotiores in gradu plus iuris haberent, quàm filij D. Raphaelis proximiores ipsi testatori: quia nati ex fratre, quod patet, quia ipsi possent diuidere domũ inter se, quod vtique facere non potuissent dicti filij Domini Raphaelis proximiores dicto testatori: vt cùm filij dicti hæredis vti remotiores testatori plus iuris non habeant, quàm proximiores, & † vt minùs dilecti plus non consequãtur quàm magis dilecti, quod esse non debet, Ruin. in cons. 130. in princ. vol. 2. & 134. num. 2. & 3. volum. eod. Soc. Iun. in cons. 135. num. 2. volum. 2. & 172. num. 5. volum. eod. vt euitetur dictum absurdum, dicendum venit, primogenitum ipsius hæredis inducendum esse sub dicto fideicommisso. Nam clari iuris est, quòd † testator maiorem affectionem habere videtur ad proximiores, quàm ad remotiores. Bald. Cuma. & Floria. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. de legat. 2. Docto. in l. Gallus. in §. quidam rectè. ff. de libe. & posthum. Paris. in consil. 40. num. 27. volum. 2. Soc. Iun. in cons. 113. volum. 1. 126. num. 8. vol. eodem. Nec habet obstare si dicatur, quòd † filij hæredis positi in conditione non censentur vocati, iuxta glos. communiter approbatam in l. Lucius. ff. de hæred. instit. Rui. in cons. 105. col. 2. & 145. in princ. volum. eod. Soc. Iun. in cons. 65. numero 65. volu. 1. quia respondetur, huiusmodi conclusionem communiter receptam locum non habere quoties aliqua leuis coniectura esset in contrarium, vt declarat Curt. Iun. in cons. 87. in fin. quem sequitur Soc. Iun. in cons. 175. colum. fin. in princip. volu. 2. quia tunc ab illa de facili receditur, & dicimus tunc ex testamento vocatos. Cornel. in cons. 146. col. 2. vol. 2. 273. post princip. volum. 3. vbi dicit, quòd semper tàm legendo, quàm consulendo arbitratus fuit, quòd concurrente aliqua coniectura filij positi in conditione dicantur vocati. Soc. in cons. 72. colum. penul. vol. 4. Soc Iun. in cons. 119. nu. 26. volum. 1. & 65. num. 65. vol. eod. vbi inquit, quòd licet pro regula positi in conditione non censeantur vocati, tamen vbi mens disponentis à qua omnia semper regulantur, potest colligi in contrarium, semper censentur vocati. Soc. in l. cùm auus. in vltima quæst. de cond. & demonst. in terminis: de quibus agitur, multæ concurrunt coniecturæ & non vna, vt patet, quia in primis si bene consideretur, adest coniectura masculinitatis in toto dicto testamento, quæ facit vt recedatur à dicta communi: Guid. Pap. in quæst. 185. quem sequitur Dec. in cons. 270. colum. fin. cuius auctoritas secundũ eum maximè apud Gallos est maxima. iterum in consil. 318. col. 2. in princip. 516. colum. 2. in fin. 545. col. penul. in fin. & in cons. 546. colum. 1. Curt. Iun in cons. 87. col. 1. in fin. vbi ait, quòd memoria repetitur in tribus vicib. pro hac sententia consuluisse in Ciuitate Brixiæ vltra dictam consulationem, & ita indicatum fuisse, prout sibi relatum fuit, sententiamq; ipsam confirmatam fuisse per Illustriss. Senatũ Venetum, quod & repetit in l. 1. col. 3. C. de pact. verùm, quia nonnulli tenuerunt hanc coniecturam solam non sufficere, & contra eam iudicatũ fuisse in sacro consilio Delphinali, vt ipsemet Guid. Pap. inquit, in dicta decis. 184. & decis. 600. & vt ostendi in consil. 51. col. 7. vers. 2. non obstat. in 3. vol. ideo dico aliã concurrere, per quam positi in conditione censentur vocati, quia testator digressus est ad plures gradus substitutionis, vt in terminis dixit Anch. in con. 70. vbi inquit hanc limitationem tutissimam. Alex. in cons. 64. col. fin. vol. 5. Curt. in l. 1. num. 24. C. de pac. vbi Curt. Sen. in vers. 2. limita, vbi tradit huiusmodi limitationem memoriæ commendandam, Ias. in cons. 51. col. 10. vol. 2. vbi ait limitationem istam singularem, sed quia ista limitatio etiã sola impugnatur, ideo dicitur ipsos esse vocatos ex alia coniectura, quia (vt dictum fuit) testator ordinauit, quòd domus ipsius non possit alienari per hæredem suũ, vel per substitutos gradatim, vt suprà, quia voluit & vult, quòd dicta domus remaneat sub nomine parentelæ, & agnationis ipsorum Nobilium de Runeis in perepetuum, quæ † dictio in perpetuũ operari videtur, vt etiam in conditione positi censeantur vocati, per ea quæ not. Ruin. in cons. 108. nu. 13. vol. 1. nam (vt dictum fuit) si positi in conditione non censerentur vocati volũtas testatoris non obseruaretur, vt in perpetuum remaneret domus sub nomine parentelæ & agnationis, & in primogenitum: quia positi sub conditione potuissent inter se diuidere domum contra voluntatẽ testatoris, quæ per diuisionem efficeretur deterioris conditionis, & minùs honorabilis. Ex his igitur simul iunctis videtur dicendum, ipsos positos in conditione vocatos, & quòd primogenitus ipsorum admitti debet ad dictam domum, vt deseruiatur voluntati testantis, ne minus dilectus plus iutis cõsequatur (vt iam scriptum fuit) quàm magis proximior & dilectus. l. Publius. §. fin. de cond. & demonst. Nam consideranda est ratio dispositionis testatoris, quæ ampliat eius dispositionem: dicta l. cùm pater. §. dulcissimis. & quæ omnino obseruari debet. §. disponat. in authent. de nupt.

¶ Non obstant, quæ in contrarium allegata fuerunt: quia ad primum argumentum respondetur, illud non procedere, † quando contrarium constat de voluntate testatoris, & ipsius mente, quæ in fideicommissis sufficit. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonstra. nam illa totum facit. l. ex facto. la grande de hæred. instit. l. penul. de legato primo: etiã si est tacita, quæ resultat ex coniecturis. l. cùm proponeretur. in fin. ff. de legat. 2. l. qui solidum. §. primo. eodem titulo. nam in fideicommissis potiùs voluntas quàm verba inspicitur. l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg. l. cùm virum. C. de fideicommiss.

¶ Ad secundum quoque respondetur, quòd satis disposuit testator in casu nostro, vt patet ex supradictis, nam † contrarium procedit, vbi totum fuisset omissum, secùs quando tacitum resultat ex eo quòd sit expressum. ita Bald. in l. 1. in fin. C. de his qui ante aper. tab. Dec. in cons. 186. colum. fin. versi. non obstat, quod testator. 465. col. 1. in princip. & in consil. 514. in fin. Curt. Iun. in cons. 121. num. 11. versic. postea concordando, sed in casu nostro tacitum resultat & expresso, ergo &c.

¶ Similiter dicitur ad tertiũ, quod satis constat ex verbis testatoris & eius mente ad fideicõmissum domus vocatum fuisse primogenitũ D. Ludouici, vt abundè dictum fuit, ergo argumentũ nullum.

¶ Vlti-

¶ Vltimò non obstat, quòd substitutio facta alicui, si decesserit sine liberis natis quamuis momento viuant post mortem testatoris extinguitur substitutio & fideicommissum: quia respondetur sen-
33 tentiam † ipsam quamuis approbatam locum non habere extantibus coniecturis in contrarium: vt per Decium in cons. 427. ac Cravet. consil. vltimo. colum. penult. in 2. volum. post Curt. ibi per eum citatum.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio ista vulgaris.*
2 *Antiqua.*
3 *Sed ardua & difficilis.*
4 *Ac disputabilis propter varias Doctorum sententias qui sibi ipsis contradicunt.*
5 *Disputando & altercando veritas melius elicitur.*
6 *Donatio inter viuos est validior quàm fideicommissum, quia voluntate duorum nititur.*
7 *Donatio natiuitate filiorum reuocatur.*
8 *Clausula, si non valet iure communi, valeat iure militari, tacitè inest in testamento militis.*
9 *Testamentum quando rumpitur præteritione filij, codicilli etiam prouenientes ex clausula codicillari, tanquam dependentes à testamento dicuntur rupti & inualidi declara vt in num. 30.*
10 *Testamentum ruptum præteritione filij non conualidatur per clausulam codicillarem, ita vt veniens ab intestato dicatur grauatus per fideicommissum, & teneatur ad legata vel fideicommissa.*
11 *Verisimile non est testatorem voluisse filiũ proprium à propria successione excludere & extraneũ præponere si de illo cogitasset.*
12 *Clausula codicillaris in dubio censetur potius apposita ex communi stilo Notariorum, quàm ex mente & voluntate testatoris.*
13 *Testamentum ruptum præteritione filij ignoranter præteriti propter clausulam codicillarem, non conualidatur, etsi testator potuerit mutare testamentum & non mutauit, sed contra. num. 30. secundum communem.*
14 *Testator, si potuit mutare testamentum & non mutauit, videtur remisisse iniuriam sibi factam post testamentum.*
15 *Testamentum qui potuit mutare, & non mutauit, illud approbare videtur.*
16 *Testamentum si quis conficit adhibitis solennitatibus introductis de iure antiquo, si postea promulgetur ius nouum, valet testamentum, licet in eo non sit seruata forma iuris noui, nec excusari debet testator ex eo, quòd superuixerit & habuerit tempus mutandi testamentum.*
17 *Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis nihil operatur rupto testamento præteritione filij ignoranter præteriti. & num. 7. & 14. secundum communem, & magis receptam Doctor. sententiam, sed contra, num. 20. & 29. vbi crebrior est opinio.*
18 *Clausula codicillaris, de qua suprà, apposita in testamento operatur, quòd testator censetur cogitasse de posthumo & de ruptura, quæ per eius natiuitatem sequi posset.*
19 *Verba generalia, quæ de sui natura multa possunt comprehendere, ex mente partium vel testatoris restringuntur.*
20 *Indefinita non æquipollet vniuersali, quando non est eadem ratio.*
21 *Casus omnes sub generalitate verborum comprehenduntur, licet maior sit ratio in vno, quàm in alio.*
22 *Dispositio negatiua de proprietate sermonis æquipollet vniuersali.*
23 *Negatiua potentius negat quàm affirmatiua affirmat.*
24 *Oratio affirmatiua licet in primo actu verificetur, secùs est in negatiua: quia trahitur in infinitum.*
25 *Generalis cogitatio testatoris idem operatur quod specifica eius consideratio.*
26 *Reprobatur communiter glos. in authent. ex causa. quæ loquitur de præteritione filij.*
27 *Clausula codicillaris censetur apposita in testamento per Notarium ex intentione testatoris, cùm censeatur rogatus vt apponat clausulas consuetas.*
28 *Præsumptio non est, quòd Notarius scripserit, quòd sibi iniunctum non fuerit.*
29 *Et præsertim id locum habere videtur, cùm testamentum publicè lectum fuerit coram testatore & testibus.*
30 *Consuetudo apponendi clausulam codicillarem in testamentis si est generalis probatione non indiget, nec requiritur quòd sit præscripta.*
31 *Actus sequens declarat voluntatem præcedentem.*
32 *Præsumptio vna tollit aliam.*

CONSILIVM VII.



VAESTIO quæ proponitur, an rupto testamento Magnifici Equitis D. Sigismundi Cremæ natiuitate Nobilis Federici asserti eius filij ignoranter præteriti, teneatur ipse Federicus per clausulam codicillarem in eo descriptam, & tanquam veniens ab intestato, hereditatem dicti testatoris per fideicommissum restituere Domino Iulio de Fodris hæredi vniuersali in ipso testamento nominato. Etsi † vulgaris sit teste Ruin. in cons.
1 2. in princ. vol. 2. & in cons. 6. in princ. vol. eod. & †
2 antiqua, Ang. in cons. 99. col. 1. tamen ardua † &
3 difficilis reputatur, Berof. in cons. 17. num. 26. in fi. volum. 2. Barb. in cons. 6. col. 4. vers. sed istis. volum. 3. Ruin. in consil. 17. colum. penult. in fin. volum. 3. &
4 in consil. 6. suprà citato, ac † disputabilis, Ruin. in cons. 19. num. 8. circa fin. vol. 3. propter varias Doctorum sententias, qui adeo sibi etiam contrariantur, vt vix perscrutari possit, quænam magis sit recepta Doctorum sententia, vt tradunt Dec. in cons. 490. num. 2. vers. est verum. Curt. Iun. in cons. 150. num. 12. Cravet. in consi. 34. col. 2. & Clar. in §. testamentum. quæst. 46. & quia disputando † & alter-
5 cando melius veritas elicitur, iuxta l. munerum. la secunda. §. mixta. ff. de mun. & hono. ideo ad vtranque partẽ arguere decreui. Et primò, pro parte negatiua adduco Bart. in l. 1. quæst. 6. ff. de iure codicil. vbi dicit, quòd quãdo præteritio est ignoranter facta, quia testator non cogitabat habere filios in perpetuum, tunc nato posthumo illud testamentũ non valet iure codicillorum, quod secũdum ipsum pro-
6 batur. Nam † donatio inter viuos est validior, quàm fideicommissum, quia nititur volũtate duorum, vt not. in l. 1. C. de pact. Azo. in summa, quæ tamen † donatio ipsa natiuitate filiorum reuocatur.
7 l. si vnquam. C. de reuocand. dona. ergo multò magis fideicommissum: quod per clausulam codicillarem videtur relictum hæredi scripto in testamento. Vlteriùs dicit ipse in testamento militis tacitè
8 inest clausula: † si non valet iure communi, valeat iure militari, vt in l. 3. ff. de testam. milit. & tamen si posthumus nascitur facto testamento, non valebit iure militari, si testator hoc non cogitauit. l. qui iure militari. ff. de testa. milit. l. si cùm vel in vtero. C. eodem.

9 ¶ Secundò, quia cùm † testamentum fuerit nullum & ruptum ob præteritionem filij, codicilli etiam dependentes & prouenientes ex clausula codicillari, tanquam dependentes à testamento, & quid accessorium ad illud, debent dici rupti & inualidi, iuxta textum cum ibi notat. in l. 1. C. de codicil.

10 ¶ Tertiò accedit: Nam per † clausulam codicillarem testamentum ruptũ præteritione filij non conualidatur, vt veniens ab intestato dicatur grauatus per fideicõmissum, & teneatur ad legata vel fideicommissa. glos. in authent. ex causa. C. de liber. præter. vbi dicta clausula non operatur, quando testamentum rumpitur ex defectu præteritionis, sed ex defectu solennitatis, quam glo. approbant Gulielm. de Cuneo, in l. fin. C. de codicil. Cyn. in l. ex ea. §. 1. ff. de testa. vbi glo. illam inquit esse veram. Iac. de Are. in dicta authent. ex causa. gloss. in l. ex filio. §. 1. ff. de legat. 3.

¶ Quartò dicitur, quòd clausula codicilaris rupto testamento natiuitate posthumi nihil operatur, quia † non est verisimile, testatorem voluisse 11 filium suum à propria successione excludere & extraneum sibi præponere, si de illo cogitasset. l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. generaliter. C. de insti. & substit. sub cond. fac. l. ex facto. ff. de vulgar. & puppil.

12 ¶ Penultimò dicitur, quòd cùm dicta † clausula codicillaris in dubio censeatur potiùs apponi ex quodam communi stylo Notariorum, quàm ex mente & voluntate testatoris, ideo nihil operatur ad præiudicium venientis ab intestato, Bart. in dicta l. 1. in 6. quæst. Barba. in cons. 60. colum. 2. vol. 2. Dec. in cons. 394. colum. pen. versic. tamen dictum Bart. vbi inquit Bart. communiter approbari Cur. Iun. in cons. 101. colum. fin.

¶ Vltimò, sententiam Bart. de qua suprà negatiuam tenuit etiam ipse Bart. in cons. 210. & in consil. 235. Cyn. in l. ex ea. de testa. Ang. in l. qui iure. ff. de milit. testa. & in cons. 108. Bald. in l. si totas. C. de inoff. dona. in princ. & in cons. 424. vol. 4. Homod. in consil. 172. Alber. Galeot. in Margarita sua, in titulo de testa. vers. pone quæstionem de facto: Specul. in tit. de instru. edit. §. compendiosè. versic. pone quidam, & Ioan. And. ibi dum se remittit ad quæstionem Alberti Galeoti, de qua suprà, Colleg. Perusinum, vt citat Angel. in dicta l. qui iure militari. in fi. & in cons. 106. Card. in cons. 20. Aret. in l. Titius. in princ. de liber. & posthum. & in cons. 92. col. 2. Alex. in cons. 41. colum. fin. volum. 1. Ruin. in consil. 2. colum. 2. in princ. volum. 2. vbi inquit hanc partem veriorem in cons. 6. in prin. & in cons. 17. colum. penult. volum. eod. Ioan. Baptistam de Sancto Seuerino, vt asserunt Aret. in dicto cons. vltimo. & Ruinus in consilijs suprà citatis. Iaso. in l. si mater. C. de inoff. testa. Duo Senatores status Mediolani, vt citat Ias. in d. auth. ex causa. nume. 70. Curt. Iun. in d. auth. ex causa. num. 70. Igne. ibi. nu. 252. Gozad. ibi. num. 27. Picus vbi proximè, vbi dicit se consuluisse pro hac opinione, Guliel. de Cuneo, Raynerius de Forliuio, vt dicit Ang. in cons. 99. Paul. de Castro. in cons. 60. colum. fin. secundum antiquam impressionem, Iacob. de Puteo, in d. authent. ex causa. in vltima charta, Iaco. de Beluis. in disputatione sua quam ponit super l. 3. C. de libe. præt. Soc. in cons. 23. nu. 3. volum. 1. Barba. in addit. ad Bald. in l. 1. C. de codicil. in cap. Raynaldus. chartha 53. colum. 4. versic. item adde, de testam. vbi dicit pluries ita consuluisse sequendo supremam doctrinam Bart. in dict. l. 1. Beltrand. in consil. 10. volum. 2. 170. colum. 1. versicul. ad secundum quæsitum, volumine primo, vbi amplectitur hanc partem vt veriorem, & in conscientia sua æquiorem, in consil. 195. num. 4. volum. 2. & 71. colum. 2. volum. 3. Ripa in l. Centurio. colum. 26. & sequenti. de vulgar. & pupil. & in l. si vnquam. quæst. 21. de reuocand. dona. Socin. Iun. in cons. 128. num. 72. volum. 1. Ioan. dilecti de arte testan. tit. 30. cautela 10. num. 4. Apostilan. ad Alex. in cons. 41. in fin. volum. 1. 142. num. 7. in secundo, quam partem asserunt esse communem. Aret. in cons. 24. colum. 2. in prin. Cagnol. in dicta authent. ex causa. num. 142. Socin. in consil. 93. colum. fina. volum. 4. vbi etiam dicit ipsam æquam & rationabilem: quia fauet filijs, & est secundum verisimilem mentem testatoris, Barba. in cons. 60. vol. 2. Rub. Alex. in consil. 125. colum. 2. Vasq. in Tract. de succes. progre. in tit. de codicil. numero 37. & frequentiori calamo receptam. Aret. in consil. vltimo, Ias. in authent. ex causa. num. 70. Rub. Alex. in cons. 112. num. 2. Socin. Iun. in cons. 153. colum. 1. volum. 2. Clar. in §. testamentum. quæstione 46. vbi dicit, quòd semper tenuit hanc opinionem pro vera æquiorem: & quæ hodie procul dubio est magis communis: & illam: si casus contingeret: intrepidè sequeretur iudicãdo & consulendo, & sic ex dinumeratione supradictorũ Doctorum constat triginta sex Doctores, tàm legendo, quàm consulendo hanc partem amplexos fuisse, inter quos sex attestantur de communi, & quinq; de magis recepta Doctorum sententia.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd dato, quòd opinio, de qua suprà sit vera, tamẽ limitatur locum 13 non habere, † si pater testator tanto tempore superuixit facto testamento, & demum nato filio, quòd facultatem mutandi testamentũ habuit; quo casu si non mutauit, videtur velle decedere cum illo testamento, & per consequens, quòd clausula codicillaris operetur fideicommissum in persona filij, per text. in l. athletæ. §. dat remissionem. in vers. 14 nisi priùs. ff. de excu. tuto. quæ dicit, quòd † si testator potuit mutare testamentũ & non mutauit, videtur remisisse iniuriam, quæ sibi facta fuit post testamentum, & per glos. in l. tractabatur. in verbo ni- 15 hil. ff. de testam. milit. vbi † qui potuit mutare testamentum & non mutauit, videtur illud approbare, vt in terminis dixit Paul. de Castr. in l. 1. C. de posthum. hæred. instit. Quia respondetur, quòd in contrarium facit text. in l. à filio. §. Seia. ff. de alim. leg. vbi dicitur, quòd si ex inimicitia superueniente reuocetur tacitè legatum, durabit reuocatio, etiamsi postea testator faciendo codicillos expressè hoc legatum non ademerit, si ergo id quod ademptum videtur, nõ censetur confirmatũ ex eo, quòd testator postea disponendo illud non reuocauerit, ergo multò minùs videtur confirmatũ ex hoc solo quòd vixerit tanto tempore, quòd potuit mutare dispositionem, & non mutauit.

¶ Secundò per text. in auth. vt fac. nouæ constit. in vers. & non accusandos. & in vers. seq. vbi tex. di- 16 cit, quòd † si aliquis conficit testamenti m adhibitis solennitatibus introductis de iure antiquo, si postea promulgetur ius nouũ, valet testamentum, licet in eo non sit seruata forma iuris noui, nec debet per hoc testator accusari ex eo, quòd superuixerit & habuerit tempus mutandi testamentum, & ita per dicta iura in terminis nostris consuluit. Are. in cons. 92. col. 4. in con. vlt. in 4. col. & in l. Titius. ff. de lib. & posthu. quam partem etiam tenuit Bart. in consil. suo. 35. vbi dicit, quòd nihil refert, quòd superuixerit testator longo tempore post natiuitatẽ posthumi, & quòd potuisset mutare testamentũ si voluisset: quia secundum eum ista allegatio colligitur in casu consultationis suæ. per l. 3, C. de inoff. testa. vbi posito, quòd talis coniectura esset attenden-

da,

la, tamen tunc assumeretur, quando alij filij fuissent instituti, secùs quando extranei. vt ibi patet in fin. & hoc probatur secundum Bart. per rationem: quia dato, quòd testator voluisset expresè, & istud quod relinquebatur, & descriptũ erat in testamento effectum haberet, tamen ista sua voluntas & declaratio non erat legitima: quia sine solenni numero testium, attento quòd præcedens vltima voluntas fuit rupta agnatione posthumi, Ang. in l. qui iure. ff. de mil. testa. in cons. 106. & melius 317. vbi concludit, quòd etiamsi posthumus nascatur facto testamento, & testator superuixerit, & non mutauerit testamentum, si nõ declaret coram quinq; testibus, velle in ea voluntate decedere, quòd d. clausula codicillaris nihil operatur. Ias. in auth. ex causa. col. 5. vers. amplia. C. de lib. præt. dicens, quòd legata non conseruantur per d. auth. quia semper præsumitur patrẽ prædilexisse filium legatarijs, & ideo si non mutauit testamentum, id fecit, quia sciebat, quòd erat sibi prouisum per remediũ iuris aduersus testamentum, sicut dicimus de creditore qui tacet, quia scit ius suũ durare. l. sicuti. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Soc. in cons. 93. col. fi. vol. 4. Barb. in cons. 4. col. 3. vol. 2. Bertr. in cons. 170. col. 3. vers. nec opponat aliquis. vol. 1. Soc. Iu. in cons. 154. col. fi. vol. 2. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in verbo suscepit liberos. numero 214. & ibi Rip. q. 42. in fin. C. de reuocan. donat. Anton. Gabr. in suis commun. opinio. lib. 6. in tit. de clauſ. conclus. 8. & Rub. Alexan. in consilio 125. colum. 2. vbi dicit hanc partem esse communem, si bene connumerentur Doctores.

¶ Quibus tamen non obstantib. contrariã sententiam veriorem esse existimo, & magis communem,
17 videlicet, quòd qñ in testamento est adiecta † clausula codicillaris per verba futuri temporis cõcepta, quòd testamentum valet etiam quoad institutionem hæredis non iure directo, sed iure fideicõmissi: quia veniens ab intestato censetur esse grauatus de restituendo hæreditatem hæredi scripto per fideicommissum. scribentes in l. filio præterito. ff. de iniusti. & rupt. testa. in dict. auth. ex causa. Bar. Bald. & alij in l. fin. C. de codicil. Nam inficiari nõ potest,
18 quòd quãdo in testamẽto fuit apposita dicta † clausula modo quo suprà, quin testator censeatur cogitasse de posthumo & de ruptura, quæ per eius natiuitatẽ sequi posset: quia cogitauit de casu quo tempore confecti testamenti esset validum, sed postea efficeretur inualidum, quod contingere non poterat, nisi propter natiuitatem posthumi præteriti, & ideo nimirum si Doctores dant cautelam, quòd in testamẽto apponatur clausula codicillaris per verba futuri temporis, ad hoc vt illa operetur, si contingat testamentum rumpi natiuitate posthumi, quod non esset, si clausula ipsa solùm esset concepta per verba præsentis temporis, puta si nõ valet: quia tunc cùm testamentum esset à principio validum. l. 3. §. 1. versic. ex his. ff. de iniust. testa. deficeret conditio de præsenti, sub qua esset facta dicta clausula, & per consequens ipsa clausula codicillaris. l. cùm ad præsens. ff. si cert. petat. Propter istum ergo casum rupturę cõtingentis natiuitate posthumi consulunt Docto. illa verba futuri temporis debere apponi in dicta clausula, vt dicatur, si nõ valet, vel valebit: quia quando dictum verbum futurum appositum est apponere testatorem cogitasse dictum casum euenire posse, scilicet, quòd poterat habere posthumos post factum testamentum, qui nascendo tanquam præteriti rumperent testamentum, & censetur voluisse, quòd etiamsi talis casus eueniret, licet tempore testamenti de tali casu spem nullam haberet, tamen, quia erat possibilis euenire sicut accidit, licet præter cogitatum, adhuc volebat, quòd testamentum suum deberet seruari eo modo, quo seruari posset, & sic institutio hæredis, si non iure directo saltem iure fideicommissi, & sic voluit posthumos nascituros grauare si ei ab intestato succederent, & istud tantum valet, quantum si sciuisset de certo se habiturum posthumos. l. qui iure militari. de testa. mil. quia sufficit cogitasse in genere, vt inquit Roma. in cons. 122. col. penult. per dictam l. qui iure militari: quem tex. ad hoc allegat pro singulari. Ang. in dicta auth. ex causa. col. 1. Dec. in cons. 490. num. 2. in fin. Paul. de Castro. in l. 1. C. de posthum. hæred. instit. Salyc. in l. fin. in 7. quæstione. C. de codicil. Ruin. in cons. 19. num. 8. vol. 3. Nec videtur obstare quod inquit Aret. in cons. vltim. colum. 1. quòd licet clausula codicillaris referatur ad futurum, tamen non videtur etiam in genere cogitatum de ruptura testamenti ex natiuitate posthumi: quia illa verba, si non valebit, aliter possunt verificari, cum pluribus alijs modis testamentum annullari possit, videlicet, si hæres moriatur ante testatorem, vel si adita postea non sit hæreditas, vel hæres institutus efficiatur incapax ex delicto, subdens istã consequentiã non esse aliquo modo bonam. verba possunt comprehendere istũ casum, ergo comprehen-
19 dunt: quia verba † generalia, quæ de sui natura possunt multa comprehendere ex mente partium vel testatoris restringuntur. l. obligatione generali. ff.
20 de pign. & † quia indefinita non æquipollet vniuersali, quando non est eadem ratio, vt per Dyn. in Rubric. de reg. iur. in 6. Quia respondetur, quòd illa clausula, si non valebit, relata in futurum, licet pluribus modis verificari possit, negari tamen non potest, quin in generalitate verborum etiam casus natiuitatis posthumi præteriti comprehendatur: quia eius natiuitate testamentũ rumpitur. l. posthumo.
21 C. de cõtratab. & quia sub generalitate omnes † casus comprehenduntur, licet maior sit ratio in vno, quàm in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. & eò magis hoc dicendum venit, cùm simus in casu, in quo adest dispositio ne-
22 gatiua, si non valebit, † quæ de proprietate sermonis æquipollet vniuersali, Fulg. in l. iurisgentium. §.
23 sed si fraudandi. ff. de pact. & quia † negatiua potentiùs negat, quàm affirmatiua affirmet. glo. in c. cùm
24 dilectus. de consue. & ideo videmus, quòd licet † oratio affirmatiua in primo actu verificetur. l. boues. §. hoc sermone. de verb. signific. secùs est in negatiua: quia trahitur in infinitum. gl. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstr. ita respondet Dec. in consil. 490. col. 2. vers. prædictæ conclusioni. Vellem enim scire ab Aret. quis spiritus sibi reuelauit, quòd testator magis cogitauerit de tribus casibus per eum expressis in dicto vltimo suo cõsilio, quàm de natiuitate posthumi, quæ euenire poterat: Nam istud est contra Bal. in d. auth. ex causa. col. 4. vers. item talis posthumus. vbi inquit, quòd posthumus ab intestato habet tacitam voluntatem defuncti. l. . ff. de iure codicillo. ergo intelligitur de iuris fictione cogitatum de ipso: item inquit: quia in testamentis cõmuniter apponitur clausula, si non valet vel valebit, per quam clausulã testator cogitat de ruptura testamenti, & prospicit contra causas rumpentes, ergo implicitè cogitat de posthumo, qui est vna causa de causis rumpendis: quia qui cogitat de fine, cogitat de modo ad finẽ: quapropter vbi est dicta clausula, non procedit distinctio cogitauerit, necne: sufficit enim generaliter & implicitè cogitare. argumento l. placet. ff. de libe. & posthu. Crot. in consilio 66. numero 6. vbi inquit, quòd ex quo testator

concepit clausulam codicillarem vt suprà, cogitauit de natiuitate posthumi, & ideo, quòd prædicta clausula operabitur effectum fideicommissi, ac si in specie testator de natiuitate filiorũ cogitasset: quia
25 idẽ operatur generalis † cogitatio testatoris quod operatur specifica eius cõsideratio. d. l. qui iure militari. & subdit, quòd non obstat responsio Aretin. in dict. cons. vltim. quia nulla ratio suadet, quòd dicta clausula codicillaris concepta per verba de futuro, quæ ex vi sermonis comprehendere potest rupturam testamenti. quæ causatur natiuitate posthumi, illam non comprehendat, argumento. l. non aliter. & l. ille aut ille. §. cùm in verbis. de legat. tertio. Bero. in cons. 17. num. 27. vol. 2. Paul. de Castro, in cons. 59. colum. fin. secundum antiquam impressionem, Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in verbo, in eodem testamento. num. 247. de testa. Roman. in cons. 122. col. 2.

¶ Secundò, ista sententia confirmatur authoritate Bar. sibi contrarij in l. qui filiabus. in prin. in fin. de legat. 1. & in dicta authent. ex causa. in fin. Iacob. de Beluis. relatus à Bart. in dicta l. 1. in 6. quæst. Cyn. in d. auth. ex causa. col. fi. vers. nisi poneretur. Fran. de Rampo. citatus ab Imol in l. filio præterito. col. 4. ff. de iniust. & rupt. testam. & Corn. in cons. 150. litera D. volum. 3. Aret. instit. de codicil. in prin. vbi dicit contra Barto. sæpiùs consuluisse. Dyn. relatus à Bart. in l. 1. in sexta quæstione. & ab Ang. in dicto §. primo. Angel. in authent. ex causa. & in cons. 51. col. pen. vers. solum igitur, vbi dicit, quòd alias consultus ita tenuit, & in cons. 99. col. 1. vbi inquit, hanc opinionem veriorem, & quòd pluries valde diffusè allegando consuluit, & cum ista quæstio de facto occurrisset Perusij iudicatum fuit de consilio quasi omnium doctorum Ciuium & Forensiũ tunc Perusij commorantium, Fulgos. ibi in dict. authen. ex causa. & Iacob. Butrig. relatus ab Ang. in d. consil. 51. Nicol. de Matharel. de quo mentionem facit Bal. in d. authen. ex causa. Cornel. in cons. 118. litera M. volum. 2. & in cons. 150. litera D. vol. 3. Rayn. allegatus per Bald. in l. ex ea. de testa. Bald. in dicta l. ex ea. vbi dicit, quòd sæpe consulendo tenuit opinionẽ Dyn. & Cyn. in d. auth ex causa. in l. fin. col. pen. vers. sed quæro. C. de codicil. Oldra. in cons. 149. & 171. Salycet. in l. fin. in 7. quæst. C. de codicil. Imol. in l. filio præterito. col. 9. ff. de iniust. & rupt. testa. in l. ex ea. de testa. Ioan. Petrucius. in d. auth. ex causa relatus. per Barba. in cons. 6. colum. fin. vol. 3. Paul. de Castro, in l. 1. C. de posthum. hæred. instit. colum. 1. in cons. 58. col. 2. & in cons. seq. col. fin Roma. in consil. 122. Cranet. in cons. 34. per totum Barba. in cons. 9. col. fin. vol. 3. & in cons. 54. in 2. dubio. vol. eod. Cor. in cons. 194. col. pen. vol. 3. Cuma. in l. 1. ff. de iure codicil. & in l. si quis cum nullum. eod. titul. Abbas in duobus consilijs non impressis, sed relatis per Cor. in cons. 118. col. fi. vol. 2. Curt. Iun. in cons. 150. nu. 12. Ruin. in cons. 19. num. 8. versic. sed præmissis. vol. 3. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in verbo donatione largitus. num. 269. Capella Tolos. decis. 455. Aufrer. ibi in addit. Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in verb. in eodem testamento. il. 1. num. 247. Claud. Marc. Petrus Cornel. Thomas Pelisoni relati per Bertran. in cons. 10. in 1. vol. Purpurat. Franc. Regius Papiensis Augustinus Molignatus Vercellensis nunc Episcopus, Percival Callotus Aduocatus Casalensis, vt in suis consilijs quæ vidi, quamuis non impressa. Gul. à Sancto Georgio, olim Præses meritissimus Senatus Montisferrati, qui in causa Ioliti sibi commissa iudicauit secundum consilia Patrum proximè suprascriptorum. Ias. in cons. 104. colum. penul. vol. 4. Ripa in responso 128. num. 18. versic. quinimò. Bertrand. in consilio 139. volum. 3. & hanc sententiam communi calculo receptam fore attestantur Doctores infrascripti, videlicet Bald. in l. 2. ff. de lega. 3. Ioan. de monte Sperello in authen. ex causa. de quo mentionem facit Corn. in consil. 118. colum. fin. volum. 2. Corn. in consil. 194. colum. penult. volum. 3. & 118. colum. penul. in fin. vol. 2. Ruin. in consil. 11. num. 5. vol. 3. Villalobos in suis commun. opi. in litera E. num. 67. Osas. Cacheranus secundus Præses Senatus Pedemontani, in consil. edito in fauorem sororis suæ, quod subscripsi & subsignaui. Iaso. in l. qui filiabus. num. 33. de legat. 1. Adden. ad Bart. in d. l. 1. de iure codicil. Capra in consil. 106. in fine. & 115. colum. 2. Bologn. in cons. 73. Iacob. de Sancto Georgio in auth. ex causa. num. 27. C. de liber. præte. Paris. in cons. 60. col. 2. & num. 20. 61. col. 3. & 64. nu. 8. vol. 2. Soc. Iun. in consil. 107. num. 24. volum. 1. & in consil. 3. num. 27. vol. 4. Alciat. in cons. 350. Bello. in cons. 57. num. 14. Grat. in responso. 112. vol. 1. Cepha. in cons. 138. num. 32. Crot. in consil. 66. num. 8. Syluan. in consil. 14. Ripa in responso 128. numero 18. versicu. quinimò. Prat. Pap. in forma libelli pro leg. rei singul. in verbo valere. colum. 2. Suarez. in suo Thesauro recept. senten. in verbo præteritio filiorum. Ioan. Baptista Casul. in subscript. consilij Soci. Iun. 128. num. 257. volum. 1. Hugo Cels. in Tracta. clausul. num. 327. Beltran. in consil. 59. volumine 3. Quam partem vti frequentiori calamo receptam inquiunt Cornel. in dicta authent. ex causa. nu. 46. in consil. 195. volum. 2. vbi dicit, quòd omnes ante Bar. tenuerunt hanc opinionem & post multi, subdens quòd ita tenuit legendo dictam auth. ex causa. & pluries consuluit, vt patet in cons. suo 150. colum. 2. vol. 3. & 225. col. pen. vol. 2. Ripa in responso 129. vers. præterea. Bertr. in cons. 10. in 1. vol. & 150. num. 4. vol. eod. Beros. in cons. 17. num. 8. vol. 2. & in cons. 12. num. 4. vol. eod. Alex. in cons. 30. in princip. vol. 3. vbi dicit, quòd semper legendo & consulendo est secutus hanc opinionem, à qua discedere nõ intendit, quia est magis communis, quod & repetit in cons. sequenti, in cons. 87. col. 2. vol. 2. 124. vol. eod. & in dicta auth. ex causa. col. 6. vers. sed aduerte. Dec. cons. 490. col. 2. Nice. in concor. Bart. 206. Anton. Gabriel. in commun. opin. lib. 6. in tit. de clausul. conclusione. 8. Balion. in dict. authent. ex causa. num. 78.

¶ Superest modò, vt respondeatur ad ea, quæ in contrarium adducta fuerunt. & primò non obstat l. si vnquam. C. de reuocand. donat. quia respondetur, quòd in d. l. si vnquam. donatio fuit inofficiosa, sed codicilli nõ possunt dici inofficiosi: quia præteritus omnino est habiturus legitimã, in qua non potuit grauari in codicillis: nec habet intentare aliquod remedium ad rescindendum voluntatem codicillorum, per l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. ita ad dictam l. respondet Alexand. in cons. 30. colum. 2. vers. & non obstat. volum. 3. & in cons. seq. colum. fin. in princ. necnon in cons. 143. col. 3. vers. potest responderi. vol. 2.

¶ Vel & secundò respondetur, quòd in d. l. si vnquam. disponens non prospexit ad casum donationis, vel vltimæ volũtatis rumpendę, sed in casu nostro sic, per d. clausul. codicil. conceptam per verba futuri temporis, si non valebit. per quam videt saltem in genere de posthumo cogitasse. Bal. in l. fi. col. pen. vers. item non obstat. Alex. in d. cons. 30. col. 2. vers. vel respondetur. & in cons. seq. col. pen. in fin. cum prin. seq. & in cons. 142. col. 3. vol. 2. Cro. in cons. 66. col. 3, ver. & tenendo. dum se remittit ad Alex. in d. cons. 31. Bero. in cons. 12. col. 4. vers. nõ obstat, vol. 2. Corn. in cons. 225. litera Q. vers. facit quod ipse.

¶ Non

¶ Non obstat l. si cùm in vtero. quia secundum Bald. in d. l. fin. colum. penult. versic. nec obstat suprà. dicitur ibi, testatorem non prospexisse ad casum testamenti rumpendi, sed in casu nostro sic propter clausulam codicillarem. Salycet. ibi. colum. fi. vers. non obstant leges allegatæ. Alex. in dict. consil. 31. colum. fin. versic. præterea. vbi dicit, quòd dict. lex non loquitur, quando erat adiecta clausula codicillaris, vel quando apparebat testatorem cogitasse de filijs. Paul de Castro, in consil. 58. colum. penult. vers. præterea. Corn. in citato cons. 225. col. 7. vers. facit quod ipse. vol. 2.

¶ Non obstat secundum argumentum. l. penul. C. de iure codicil. inductæ, vt suprà: quia respondetur, vt colligitur ex glos. in l. si quis cùm testamentum. in princ. in verb. non perinde. ff. de iure codicil. quòd quando est factum testamentum separatum à codicillis, & si codicilli pertineãt ad testamentum, & ab illo dependeant, siue procedat testamentum siue non, tunc rupto testamento vel natiuitate posthumi, vel præteritione filij, aut alterius dicuntur etiam rupti codicilli: quia à testamento dependent tanquam accessorij, & ita venit intelligendus text. in d. l. 1. sed quando non est factum testamentum separatim, à codicillis à quo dicuntur pendere codicilli, tunc ipsi codicilli non rumpuntur natiuitate posthumi. d. l. si quis cum testamentum. in fin. principij. Bartol. & alij in d. l. 1. C. de codicil. sed in casu nostro non est factum testamentum, ergo &c.

26 ¶ Ad tertium respondetur, quòd † gl. in d. auth. ex causa. communiter reprobatur, vt per Docto. in d. authent. ex causa. & in l. filio præterito. ff. de iniu. & rupto testa. Berof. in cons. 16 num. 26. vol. 2. Alex. in cons. 142. col. 2. in princ. vers. non obstat gl. vol. 2. Bero. in cons. 12. col. 4. vers. Item pro opinione. volum. 2. Corn. in cons. 118. col. pen. vers. & licet. vol. 2.

¶ Non obstat quantum de dict. l. ex facto. de vulga. & pupil. Quia respondet, quòd lex ipsa loquitur in casu valde diuerso, nam ibi nullo modo apparebat testatorem in genere vel in specie cogitasse de nascituro, sed in terminis nostris propter clausulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis. Alexand. in cons. 30. colum. 2. versic. quia his non obstantibus. volum. 3. Paul. de Castr. in consil. 58. colum. 2. vers. & sic cessat fundamentum Balion. in dict. authent. ex causa. num. 78. versic. nec obstat textus. in d. l. ex facto.

27 ¶ Pariter non obst. quòd † clausula codicillaris censetur apposita potius ex consuetudine notariorum, quàm ex mente testatoris, vt dixit Bart. in d. l. 1. quæst. 6. Quia respondetur, quòd imò videtur apposita ex intentione testatoris, cùm Notarius censeatur rogatus, vt apponat clausulas cõsuetas. Alex. in cons. 1. col. 6. vers. quinimò. vol. 5. Nam non præ-
28 sumitur, † quòd Notarius aliquid scripserit, quod sibi non fuerit iniunctum. Bal. in l. errore. colum. 1. C. de testa. vbi dicit, quòd quicquid scriptum reperitur, videtur scriptum de voluntate & mandato eius qui rogauit tabellionem, & in terminis nostris respondendo ad Bart. vbi suprà, ita dixit Decius in cons. 490. num. 10. Crauet. in cons. 75. num. 4. Corn. in cons. 195. col. fin. vers. nec obstat. volum. 1. & tan-
29 tò magis id dicendum venit, † cùm testamentum publicè lectum fuerit coram testatore & testibus, vt per Imol. in l. filio præterito. 14. col. ff. de iniust. & rupt. testament. vbi dicit, quòd Notarij dictam clausulam apponunt de voluntate testatoris, cùm testamentũ publicè legatur coram eo. Aret. in consil. vlt. col. fin. Corn. in cons. 155. col. 2. & 225. col. fin. vol. 3. Alex. in cons. 142. col. 3. vol. 2. Bero. in cons. 6. num. 20. vol. 2. vbi dicit dictum Bar. in d. l. communiter reiectum, & eò magis hoc dicendũ venit, cùm generalis consuetudo Notariorum sit apponere clausulam codicillarem. Barba. in cons. 54. col. pen. vol. 3. Dec. in c. cùm M. col. 3. vers. & ex supra-
30 dictis. de const. vbi inquit etiã, quòd † si talis consuetudo est generalis, probatione non indiget. Bal. in l. 1. C. ad Velleia. nec requiritur, quòd sit præscripta, vt per Aret. & in cons. 11. col. pen. Ex istis igitur concludendum venit, quòd cùm pro parte negatiua non sint nisi triginta sex Doctores, inter quos sex attestentur de comuni opinione, videlicet Areti. in cons. 4. Barb. in cons. 60. vol. 2. Soc. in cons. 93. col. fi. vol. 4. Cagnol. & Vasq. vbi suprà, & quinq; de magis recepta Doctorum sententia, vt sunt Iaf. in auth. ex causa. Soc. Iun. in cons. 153. col. 1. vol. 2. Clar. in §. testamentum. quæst. 46. Rub. Alex. in cons. 12. col. fin. & Aret. in consilio vltimo. & ex aduerso pro parte affirmatiua sunt sexaginta quinq;, de quibus decem nouem attestentur de communi, & nouem de magis recepta, vt videri potest ex lectura ipsorum, vbi suprà. & hanc partem intrepidè tenendam, & ab ea non esse recedendum in iudicando & in consulendo.

¶ Et cò magis sequenda est huiusmodi sententia, cùm dictus Magnificus D. Sigismundus post natiuitatem dicti Federici longo tempore superuixerit, & non mutauerit eius testamentum, cùm mutare potuisset, ex his quæ scribit Paul. de Cast. in l. 1. C. de posthum. hæred. inst. vbi inquit, quòd si in vita testatoris posthumus natus est, & testator habuerit tempus mutandi testamentum, & non mutauit, quòd per clausulam codicillarem conseruatur fideicommissum vniuersale de tota hereditate cùm illa sufficiat non solùm ad conseruationem legatorum particularium, sed etiam directò deuoluit totam hereditatem in fideicõmissum. & inquit, quòd ita consuluit in quodam casu veniente de Bononia, & verum dicit, vt in cons. 58. col. 3. vers. pro confirmatione. vbi concludit, quòd quando testator superuixit per plures annos post susceptum filium, quòd clausula codicillaris cõcepta per verba futuri temporis operatur, vt non habeat locum opin. Bar. de qua in d. l. 1. in 6. q. ff. de iure codicil. quia censeẽ de posthumo cogitasse, vt plenè not. in d. auth. ex causa. vnde cùm nõ mutauerit testamentũ, censetur voluisse decedere cum illo testamento in ea forma in qua stat, per id quod habetur in text. & gl. in d. l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excus. tuto. & in l. in fraudem. §. fin. cum l. seq. vbi Bar. de milit. testa. iterũ in cons. 59. col. fin. vbi idem dixit, & subdit, quòd dici nõ potest, quòd talis clausula & fideicommissum quod ex ea inducitur, careat voluntate defuncti, posito quòd ab ipso principio caruisset, sed iudicio nouæ voluntatis reconciliauit. l. 1. §. 1. de legat. 3. quod & repetit in l. sicut certi. col. fin. vers. secundò nisi. C. de testa. milit. Iacob. de Beluis. in sua disputatione, quam ponit post. l. tertium. C. de libe. præter. vbi concludit, quòd si testator posthumum nascitur ignoranter præterijt adiecta in testamento clausula codicillari distinguendum est, an culpa aut negligentia poterit testatori asscribi, vt quia post cõditum testamentum sciuit natum esse posthumum, & mutare potuit testamentum, & non fecit, & tunc clausula codicillaris operatur: quia scripti hæredes directò in testamento videntur vocati per fideicommissum, allegat. ff. de legatis tertiò, l. prima. §. sciendum. versic. sed eius. & l. si ita fuerit fideicommissum. ff. de legat. 3. & l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommiss. libert. vbi decidit casus secundum eum. & l. tertia. in principio.

C. de

C. de inoffic. testam. & l. certi. ff. de testa. milit. idem tenet Rom. in cons. 122. col. 2. vers. primò quia. Cravet. in cons. 67. colum. 2. in princ. Paris. in consil. 60. nu. 15. vol. 2. vbi concludit, quòd ex quo post natiuitatem & agnationem neptis testator superuixit per plures, & plures dies & testamentum non mutauit præsumitur voluisse decedere cum dicto testamento, & consequenter scienter præterijsse dictam neptem, & omnia disposita in testamento debere conseruari, ex quo testamentum non mutauit, in cons. seq. nu. 15. vol. eo. & in cons. 61. nu. 17. vol. eo. Bero. in cons. 12. nu. 7. vol. 2. vbi ait, quòd ex quo testator nõ mutauit testamentum, cùm mutare potuisset, censetur voluisse non obstante natiuitate posthumi cũ illo testamento decedere, & clausulã in ipso appositam locum habere & effectum, & consequenter, quòd institutus haberet per fideicommissum bona hæreditatis. Alex. in cons. 30. col. 2. ver. & subiungit. vol. 3. cons. 31. col. 2. circa fin. vol. eod. 123. col. fi. vol. 1. & in cons. 142. col. 1. vol. 2. repet. in cons. 50. volu. 6. Curt. Iun. in cons. 150. num. 12. vbi inquit, quòd ex quo Bar. in d. l. 1. q. 6. se fundat in defectu voluntatis, quòd ille tollitur, quando posthumus est natus, & testator adhuc perseuerat in testamento iam facto, si enim tempore testamenti fuisset in opinione non excludendi posthumum, verisimile est, quòd eo nato testamentum mutasset, & respondet ad l. 3. C. de inoff. test. vt ibi per eum. rursus in Aut. ex causa. Curt. Sen. in d. Auth. ex causa. col. 38. versic. quid autem. Crot. in d. cons. 66. nu. 9. vbi dicit, hanc esse veram & cõmunem conclusionem. Cepha. in cons. 138. nu. 32. Rui. in cons. 11. nu. 5. vol. 3. Dec. in con. 490. nu. 8. vbi asserit illam esse cõmunem, à qua in consulendo & iudicando non est recedendum. Ias. in l. si mater. C. de inoff. test. col. 1. cum seq. Balion. in d. Auth. ex causa. nu. 80. Bertr. in cons. 10. col. 1. in fin. vol. 3. & in cons. 150. nu. 4. vol. eo. Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in verbo in eodem testamento. ibi. nu. 247. de testa. Ripa in respon. 128. nu. 19. vers. tamen & 129. nu. 14. Barba. in cons. 54. col. pen. vol. 3. Corn. in cons. 195. col. pen. vol. 1. 117. col. fin. vol. 2. & 194. col. pen. vol. eod. Ang. in cons. 108. col. pen. Addentes ad Bald. in auth. ex causa. in 6. quæst. in litera E. Pro hac parte facit quod notat Bald. in l. 1. col. fi. C. de inoff. dona. vbi limitando dicta Bart. in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2. dicit, quòd si donator post mortem filij cuius natiuitate erat extincta, per l. si vnquã. C. de reuoc. don. superuixerit longo tempore, & nõ mutauit voluntatem suam, & demum decesserit, præsumitur voluisse donationem esse validam, ex quo illam non reuocauit. sequitur Castr. in l. vxoris abortu. in fi. C. de posthum. hær. instit. Crot. in d. consil. 66. in fin.

¶ Non obstat tex. in dict. l. à filio. §. Seia. quoniam in casu illius. l. non censetur confirmatum legatum quod tacitè fuerat ademptũ propter inimicitiam: quia legatum ademptum propter inimicitiam non reintegratur, nisi secuta reconciliatione inter testatorem & legatariũ. l. quod si iterum. ff. de adim. leg. Cùm igitur ibi non appareret de aliqua reconciliatione, ideo nimirum si durat ademptio legati, licet testator faciendo nouos codicillos illud expressè non reuocauerit, sed in casu nostro subest diuersa ratio: nam ideo clausula codicillaris non operatur effectum rupto testamento agnatione posthumi: quia præsumit lex, quòd si testator cogitasset de posthumo, non fecisset tale fideicommissum. argumento. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. sed ista ratio cessat, quando post natiuitatem posthumi testator longo tempore superuixerit, & nõ mutauit testamentum, quod commodè potuit mutare: quia ex hoc constat, quòd voluerit dispositionem sortiri effectum. esto quòd sit tibi natus posthumus: quia
31 actus † sequens declarat voluntatem præcedentem fuisse à princ. l. sed Iulianus. §. proinde. ad Macedo.
32 & vna præsumpt. † tollitaliam. l. diuus. ff. de in integr. ita Crot. in cons. 66. num. 14. cum sequent. ad istum etiam text. respondet Dec. in consil. 490. num. 9. vers. primo.

¶ Similiter non obstat text. in authent. vt factæ nouæ constit. quia secundum Crot. vbi suprà, ille text. loquitur in casu, in quo testator paruo tempore superuixit post promulgationẽ iuris noui, quod ostenditur ex verbis quę subsequuntur in tex. dum dicit repentè: plerunque enim inducuntur hominibus mortes auferentes ei facultatem condendi testamenta.

¶ Vel & secundò secundum eum respondetur, quòd aliud est quærere, nunquid testamentum factum secundum formam. l. antiquæ debeat irritari per l. nouam introducentem aliam formam, & dicendum est, quòd non, siue testator incõtinenti decesserit post. l. nouæ promulgationem siue longo tempore superuixerit, ita quòd commodè potuerit mutare testamentum prius factum, & ratio est, quia testamentum ipsum fuerat perfectum ratione formæ licet esset in pendenti ratione effectus, ideo ad illud non porriguntur vires. l. nouæ, quæ respicit negocia futura, non præterita. l. leges. C. de legibus. & ita declarat Bart. in l. omnes populi. colum. 12. versic. iuxta prædicta quæro. ff. de iust. & iur. & istam rationem ponit text. in dicta authent. vt non factæ constit. dum dicit: erit namq; absurdum, vt quod factum est rectè ex eo, quod tunc non erat factum, postea immutetur. Aliud est quærere nunquid testamentum factum secundum formam. l. antiquæ debeat irritari non ex promulgatione. l. nouæ. sed ex aliqua causa superueniente, de qua testator non cogitauit, & est distinguendum, an testator statim decesserit, an ex interuallo, ita quòd potuerit dispositionem mutare, & illam non mutauit: quia eam non mutando censetur voluisse cum illa decedere. l. tractabatur. de mili. testament. Idem in effectu voluit Dec. respondendo ad dictum text. in citato consilio 490. numero nono, versiculo, sed etiam. & istam limitationem sequi communiter Scribentes firmat etiam Cagnol. in authen. ex causa. colum. fin. vers. retenta tamen, vbi inquit, quòd difficilè esset in practica obtinere contra hanc limitationem, cùm illam communiter sequantur Doct. & hanc opinionem etiam ibi sequitur Gozad. numero 33. vbi ad hoc allegat text. in l. si mater. de inoffic. testam. vbi si superuenit scientia matris, quæ poterat mutare testamentum, & non fecit, dicitur filius neglectus, & datur quærela, ergo dicitur exclusus voluntate matris, & sic apparet, quòd voluit legata conseruari. & licet ille text. loquatur in præteritione materna, quæ habetur pro exhæredatione, secùs in paterna, dicit Gozad. se fateri, quòd quoad testamenti factionem differunt, sed quoad hoc, vt præsumatur voluntatis perseuerantia vel non, non differunt, ex quo potuit mutare & non mutauit, videtur filius neglectus, & par videtur ratio in vtroque casu. Nec obstant rationes allegatæ per Iaso. in dict. authent. ex causa: quia illis respondetur per Gozad. in d. authen. ex causa. num. 33. vbi similiter confutat dicta per Aretiũ in locis suprà citatis. Vnde cùm ista sit communis opinio, ab ea in iudicando & consulendo non est recedendum, & si Rub. Alexand. bene dinumerasset auctoritates Doctorum, de quibus suprà, vtiq; ita promptè non dixisset, communem esse in contrarium,

cùm

tùm pro ista limitatione sint viginti quatuor auctoritates Doctorũ, & pro altera legantur tantùm duodecim. Existis igitur, quæ suprà abundè dicta fuerunt, concludendum esse arbitror, dictum Fridericum venientem ad successionem paternam ab intestato vigore clausulæ Codicillaris appositæ in Testamento dicti patris sui teneri, & obligatum esse ad restituendum D. Iulio Fodro hęredi descripto in Testamento paterno per fideicommissum hæreditatem dicti eius patris dempta legitima tantùm, vt per Ias. in cons. 104. col. pen. vers. sed cùm in præsenti. Bero. in cons. 16. num. 31. vol. 2. & in cons. 17. in fin. vol. eod. Cur. Iun. in cons. 150. num. 12. Balion. in d. Auth. ex causa. num. 81. Ripa in respons. 128. num. 20. & in responso sequenti. col. fin. Bertran. in cons. 319. col. 2. vers. possunt. vol. 3. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus requiritur in interdicto vti possidetis, fallit in possessorio summarissimo. vt in num. 30.*
2 *Litis contestatio requiritur in interdicto vti possidetis: quod declara procedere in interdicto vero, non in summario iudicio possessorio. vt in num. 31.*
3 *Litis contestatio requiritur in omnibus possessoriis, siue adipiscendæ siue retinendæ, siue recuperandæ, fallit in possessorio summarissimo. vt in num. 32.*
4 *Sententia lata in interdicto vti possidetis, est diffinitiua.*
5 *Litis contestationi non potest renunciari de consensu partium.*
6 *Litis contestatio per Iudicem tolli non potest.*
7 *Litis cõtestatio dicitur lapis angularis, ac fundamentum iudicij, & acta dicuntur vehiculum ad sententiam.*
8 *Testes in possessorio retinendæ debẽt examinari parte citata.*
9 *Depositionis testium substantia consistit in iuramento: adeo quòd si pars non esset citata, vel aliter præsens iuramento, nihil valet testium depositio.*
10 *Testes examinati sine iuramento non probant.*
11 *Testes debent iurare in iudicio, & non extra, & veritatem dicere pro vtraq; parte.*
12 *Testis deponens falsum sine iuramento, pœna falsi non punitur, sed extraordinaria.*
13 *Testi deponenti sine iuramento non creditur, etiamsi religiosus esset.*
14 *Papa non potest dispensare vt sine iuramento testi fides adhibeatur.*
15 *Testium reprobatio admittitur in interdicto vti possidetis. fallit in possessorio. vt in num. 34.*
16 *Possessorium est duplex, vnum summarium, & aliud plenarium.*
17 *Summarium possessorium dicitur, quod principaliter ordinatur ad finem, ne lite pendente super proprietate vel possessione partes veniant ad arma se inuicem turbando, ensemq; pro libello ostendendo.*
18 *Possessorium plenarium dicitur, quod ordinatur ad finem & effectũ perueuiendi ad sententiam diffinitiuam super petitorio, in quo principaliter disputatur & vim perpetuam obtinet, vt possessor in possessione remaneat & defenditur, donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio.*
19 *Sententia lata in possessorio summario in multis differt à lata super plenario: quia prima interlocutoria secunda diffinitiua.*
20 *Item, quia illa tantùm durat, quousq; durat lis super proprietate vel possessione, altera verò affert perpetuum præiudicium, quousque sit cognitũ & pronunciatum, super proprietate pro alia parte.*
21 *Plus, in prima sufficit summaria cognitio de possessione: quia de modico præiudicio agitur, secùs in alia: quia requiritur plena causæ cognitio, cùm de maiori præiudicio agatur.*
22 *Vlterius, prima expeditur officio iudicis, altera verò iure actionis vel interdicti.*
23 *Item in prima principaliter agitur, ne quis turbetur: quia principaliter hoc petitur. secũdariò verò venit vt videatur, an possideat ille qui petit ne turbetur, in alia verò principaliter agitur de proprietate vel possessione.*
24 *Sententia interlocutoria lata in hoc summario possessorio potest reuocari in alio iudicio, vbi constiterit de possessorio antiquiori, vel de petitorio alterius partis.*
25 *Possidere quando vtraque pars contendit, & quælibet recusat agere, & libellum offerre: iudex ex officio, vt occurrat scandalis imminentibus, absque ordine iudiciario de possessione probationes à partibus ex officio recipere potest, & illam quæ melius probabit in ea defendere, ac alteri parti ordinare, ne illam turbet & inquietet, & donec plenariè agat, & in iudicio ordinario obtineat.*
26 *Iudex obuiare tenetur, ne scandala armorum veniant, & si fuerit negligens, potest puniri.*
27 *Prædo non debet amoueri à possessione sine causæ cognitione & citatione.*
28 *Item, etsi fuisset solùm detentator, quod est minus quàm possessor.*
29 *Detinere est nuda insistentia facti competens etiam asino.*
30 *In possessorio summario potest incipi à capitulis.*
31 *Dictum testis nor iurati in possessorio summario admittitur, & ab eo potest capi informatio extraiudicialiter.*
32 *Testium reprobatio non admittitur in causa summaria cognitionis, maximè vbi agitur de præiudicio, quòd possit per sententiam diffinitiuam tolli.*
33 *Appellari non potest à sententia lata in possessorio ordinario & minus in summario.*
34 *Iuris executio non continet iniuriam.*
35 *Supplicatio non admittitur in possessorio summario.*

CONSILIVM VIII.

SEntentiam latam in fauorem nobilis Simonis Tronzani, & cõtra nobilem Antonium de Contis in præsenti iudicio possessorio, prima fronte nullam esse demonstrant sequentia. Et primò, quia
1 † in interdicto vti possidetis requiritur libellus. Bart. in l. 1. §. interdictum. col. 2. vers. vlti. ff. vti possidetis. Saly. in l. 1. num. 30. C. vti possid. Angel. in §. quadrupli. colum. de actio. Cagnol. in l. in pari. numero 7. de reg. iur. Dec. in c. licet causam. colum. 21. de probat. Socin. in cons. 146. in princip. volum. 1. Neuiz. in cons 80. in princip. Oria. in cap. quoniam contra. in verb. petitiones. col. 3. de probat. Pra. Pap. in forma libelli turb. poss. in princ. in fi. sed hic nullus libellus datus reperitur, ergo &c.
2 ¶ Item in † huiusmodi interdicto requiritur litis contestatio. Bart. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 11. ver. 3. quæro. ff. de acq. poss. vbi per omnes
3 communiter cõcluditur, quòd † in omnib. possessorijs siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ, requiritur litis contestatio, & de possessorio retinendæ est text. in §. hodie. institut. de interdict. l. 1. §. annum. vbi gloss. ff. de itine. actuq; priua. l. 1. in
4 fin. vbi gi. ff. vt vbiq; ratio quidẽ est, qa † sententia lata super tali interdicto est diffinitiua. Bart. in l. 2.

ff. de

ff.de appel.recip. quæ consistere non potest, nisi lis contestetur.l.prolatam.vbi Barto. & alij.C.de sent. & interlo.om.iud.Cagnol.in l.in pari.num.6.de regul.iur.& hanc esse cõmunem dicunt Fab.Acorom. in dict.§.nihil commune.num.161. cum seq.Maran. in suo aur.Spe.in verb.litis contestatio.in princi. &
5 in tantum hoc est verum, quod † de consensu partium illi non potest renunciari.glo.in c.de causis.de offic.delega.Alex.in cons.83.colum.1.volum.3.Bologn.in dicto §.nihil commune.colum.penult.Are. in cons.109.circa finem.Oria.in d.c.quoniam contra.in verb.petitiones.col.4.versic. quærit vlteriùs.
6 neque † per iudicem tolli, Alex. in citato consil.82. per l.1.ff.de ferijs.ibi.neq; prætoris factum iuri de-
7 rogari. Soc.in cons.16.num.3.volum.1. Nam † litis contestatio dicitur lapis angularis iudicij. Bald. in c.cùm super.in fi.de caus.poss. & propr. Purpur. in l.edita.num.124. C. de edend. Butigel.in l.sciendum.num.69. de verb.obligat.vbi inquit, quòd est lapis angularis fundamentum iudicij & acta dicuntur vehiculum ad sententiam, Bald.in c.de lit. contest.Port.in cons.64.nu.2. Cùm igitur in casu præsenti facta non fuerit litis contestatio, sequitur processum fuisse nullum, Abb.in c.dudum.in 2.col.per illum text.de elect. Alex.in cons.2. vol.3. & in cons. 76.in princip.volum.5, Decius in consil.30.2.num. 7.& 403.colum.1. Brun.in cons.20.colum.3.versic. 2.adest, Maran.vbi suprà.& Ruin.in consil.38.num. 6.vol.4. vbi ait, quòd requiritur litis contestatio aliàs sententia est nulla.

8 ¶ Tertiò accedit, quòd † testes in hoc possessorio fuerunt examinati parte non citata, quæ necessaria erat l.iusiurandi. C.de testibus. nam † tota substantia depositionis testiũ consistit in iuramento, adeoq; si pars non esset citata, vel aliter præsens
9 iuramento, nihil valet eorum depositio.c.2.vbi Abbas de testib.Bald.in l.si quando.C.eod.tit.Paris.in cons.15.num.9.volum.4..145.num.10.volum.eod. & 33.num.13.volum.1.Crot.in cons.122.num.49.& 85.num.28.Maran.in suo aur. Spec.part.6.in versic. sextus actus.num.1.Ruin.in cons.49.num.2.vol.4. vbi nec etiam facit indicium. Dec.in c.1.num.18. de testibus.Alex.in cons.189.num.7.vol.2. Oria.in c. quoniam contra.in verb.testium depositiones.col. 5.vers.quæro sextò.de probat.

¶ Præterea, dicta ipsorum testium redduntur
10 nulla: quia † examinati nullo eis delato iuramento veritatis dicendæ.l.iusiuran. C.de testi.l.si quan-
11 do.eod.tit.& † qui debent iurare in iudicio, & non extra.l.3.§.Sabino.cum glo.ff.de testib.& dicere debent veritatem pro vtraque parte. glo. & Bartol.in Authent.sed Iudex.C.de Epis.& Cler.gloss.& Bart. & alij, in l.3.C.de eden.glo. in c.fraternitatis. de testib.Paris.in cons.88.num.27.vol.3.Oria.in ca. quoniam contra.in ver.testium depositiones.colum.2. in princip.de proba.in tantum quòd si testis depo-
12 neret † falsum sine iuramento non punitur pœna falsi.Ioan.Andr.in reg.non est sine culpa de regu. iur.in 6.Socin.in consil.103.num.2.vol.1. sed extraordinariè.Bal.in cons.106.volum.1.Angel.in consil. 194.colum.2.in fin. Maran.vbi suprà in versi.sextus actus.num.19.cum duobus sequentibus. Paris.in
13 cons.83.num.34.volum.1. vbi deponenti † sine iuramento minimè creditur, etiam si religiosus esset. cap.super.de testib.vbi Abb.colum.2.& Fely.nu.1.
14 in tantum quod † Papa non potest dispensare, vt sine iuramento testi fides adhibeatur. Fely.in c.constitutus.de rescript.

15 ¶ Vltimò facit: quia † nulla admissa fuit reprobatio testium, vt requiritur. Aret. in c.veniens. col. 7.cum sequent. de testib. Cagnol.in dicta l.in parti. num.7.& Didac.in Tract. pract.quæst.c.17. num.5. in fin.ver.quid si ageret.

¶ Sed præmissis non obstantibus contraria sententia in casu præsenti est de iure verior, vt luce clariùs ex infrascriptis apparebit, sed priùs præmittendum vnum esse duxi, quòd ab omnibus approbatur. videlicet, quòd † duplex est possessorium,
16 vnum summarium, & aliud plenariũ, summarium
17 dicitur, † quod principaliter ordinat ad finem, ne lite pendente super proprietate vel possessione partes veniant ad arma se invicem turbando, ensemq; pro libello ostendendo, vt inquit Bal.in l.quisquis. C,quo.appel.non recip.cùm quælibet pars possidere prætendat, vt sciatur, quis Reus & Actor esse debeat. l.ordinarij.C.de rei vend. & dicitur iudicium summarium: quia natura negotij exigit vt summariè procedatur, cognoscat & ordinet, & solùm affert præiudicium lite pendente, & donec fuerit pleniùs cognitum vel aliter ordinatum, estq; tanquam præparatorium ad finem alterius iudicij statutum & momentaneum aptitudine. Ideo non requiritur plena probatio, sed summaria sufficit, neque exigit libellus, litis contestatio, nec sententia diffinitiua,
18 sed interlocutoria. Plenarium † enim possessorium, siue plenũ dicitur, quod ordinatur ad finem, & effectum perueniendi ad sentẽtiam diffinitiuam super petitorio. in quo principaliter disputatur de iure partium, siue de proprietate, vim perpetuam obtinet, vt possessor in possessione remaneat & defendat, donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio.l.exitus.ff.de acq.poss.& quia istud est perpetuum, & affert damnum & præiudicium, donec pro altera parte fuerit cognitum & pronunciatum super proprietate, dicitur plenarium iudicium, in quo exigitur libellus, litis contestatio & sententia diffinitiua ac ordo iudicij. Ita Cagnol.in l.in pari.de reg.iur.Plotus in l.si quando.nu.107.& 114.C. vnde vi.nam secundum Paul.de Castr. in consil.5. secundum antiquam impressionem, in multis diffe-
19 runt † sententia lata in hoc possessorio summarijssimo, ab ea, quæ fertur super plenario: quia interlo-
20 cutoria secunda diffinitiua: item, quia illa † tantũ durat, quousq; durat lis super proprietate vel possessione, altera verò affert perpetuum præiudicium, quousque sit cognitum & pronunciatũ super pro-
21 prietate pro alia parte. Plus † in prima sufficit summaria cognitio de possessione: quia de modico præiudicio agitur, in alia verò requiritur plenaria causæ cognitio: quia de maiori præiudicio agitur. Vl-
22 teriùs † illa expeditur officio iudicis, altera iure a-
23 ctionis vel interdicti. Vltimò, † in prima principaliter agitur, ne quis turbetur: quia principaliter hoc petitur, secundario verò venit, vt videatur, an possideat ille qui petit ne turbet, in alio verò principaliter agitur de proprietate vel possessione, & in consequentiam venit, ne possessor turbetur. Stante igitur hoc præmisso, tanquam ab omnibus approbato, intrepidè dico sententiam ipsam interlocu-
24 toriam latã in fauorem prædicti no.Simonis, † quæ potest reuocari, & debet in alio iudicio, vbi constiterit de possessorio antiquiori vel petitorio alterius partis, & quæ dicitur ordinatio & sentẽtia per modum prouisionis: donec pendet lis super possessorio plenario, vel in petitorio.Bal.in l.ordinarij.col. 3.vers.sed hîc quæro.vbi etiam Cast.& alij.C.de rei vend.Plot.in d.l.si quando.num.107.in fin.omnino obseruandam esse, & executioni demandandam, & quæ si non esset lata, de nouo ferri debet, ex com-
25 muni calculo Doctorum, qui habet, quòd † quando vtraq; pars contendit possidere, & quælibet recusat agere, & libellum offerre, iudex ex officio, vt

occur-

occurrat scandalis imminentibus absque ordine iudiciario debet de possessione probationes à partibus ex officio recipere, & illam, quæ melus probain ea defendere, ac alteri parti ordinare, ne illã turbet nec inquietet, donec plenariè agat & in iudicio ordinario obtineat, ita Paul. vbi suprà. Alc. in cons. 386. in princip. Didac. in tract. practic. quæstio. cap. 17. Neuizan. in consilio 80. numero 7. Ruin. in cons. 28. col. 2. in princ. vo. 4. Fely. in Rub. de treu. & pac. §. qui timet. circa fin. Capit. in decis. 1. Mars. in l. 1. §. præterea. colu. 18. de quæst. sed in casu de quo agitur ita actum fuit per iudicem, qui prædictã tulit interloquutoriam. Nam primò dicti Simon & Antonius contendebant de possessione bonorum sitorum in contraria ad Arbizola, & vtraq; pars recusabat agere & libellum porrigere, imò loco libelli porrigere
26 gladios: vnde † Iudex vt occurreret scandalis armorum, quæ iã erant in esse, quibus obuiare tenebatur per l. æquissimum. ff. de vsufru. & qui de negligentia potuisset puniri, si eis non occurrisset, teste Paris. de put. in trac. find. in verbo negligentia. col. 4. imò ab officio deponi, vt ibi per Paridem vbi suprà. col. 7. in vers. officialis. Aret. in c. in præsentia. co. 1. de pro. Cassa. in cons. 1. numer. 19. quos sequitur Neuizan. in cons. 71. num. 3. Bal. in l. 1. §. quies in fin. ff. de offi. præf. vrb. quod inquit menti tenendũ. quẽ sequitur Iaf. in l. eum qui, col. 2. C. de procur. vbi multa allegat ad prẽmissorũ confirmationẽ. sumptis in formationibus de possessione dicti Simonis, quæ necessaria erat in hoc remedio sumarijssmo, quia lex solum tuetur possessionẽ præsentem, Barba. in con. 25. col, 1. vol. 4. Alcia. in con. 386. num. 1. Didac. in trac. pratic. quæst. c. 17. num. 3. & Neuiz. in cons. 70. numer. 7. & con. seq. num. 3. ac Cagnol. in d. l. in pari. interloquendo declarauit dictum nobilem Simonem nõ esse turbandum neque inquietandum in possessione dictorum bonorum, donec Antonius egerit in plenario possessorio & obtinuerit. Imò plus dicitur
27 quod † si dictus nob. Simon fuisset etiam prædo, ab illa possessione non debuisset amoueri sine causæ cognitione & citatione. c. in literis. in fi. de restitut. spoliat. c. licet Episcopus. de præbend. in 6. Paul. de Cast. in l. Attilius regulus. in fi. ff. de donation. Item
28 & † si solùm fuisset detentator, quod est minus, quàm possessor. Bal. in l. 2. in fi. ff. vbi pup. educ. deb. Arch. d. in cap. quia res. 11. q. 1. vbi etiam Card. nu. 15.
29 quia detinere † est nuda insistentia facti competens etiam asino. Alex. in. l. 1. col. 17. de acquir. poss. Cepha. in cons. 19. col. fi. in princip. vbi inquit, quod in hoc possessorio extraordinario is obtinere debet, qui etiam iniustè possidet tempore moti iudicij. Deci. in cap. cum teneamur. in 4. notab. de appellat. adeò etiam vti prædo tenendus sit in sua detentione. Soc. in con. 32. col. fi. volum. 1. latè Guid. Pap. in deci. 366. Mars. in singul. 406.

¶ Non obstant modo quæ ex aduerso allegata fuerunt, & deueniendo ad primum argumentũ dicitur, quòd in hoc summarijssmo iudicio non requiritur libellus. Bald. Salice. Iaf. & Dec. in l. si super possessione. circa fin. C. de transact. Bart. in l. fi. nu. 3. per illum tex. ff. quod met. cau. Fely. in c. in præsentia. col. fin. vers. postremò. post Imol. ibi, de probat. Abb. in c. 1. col. fin. de libel. oblat. etiam Soci. colu. 18. versic. 54. fallit. Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconf. & leg. quem sequitur Affl. in constit. dilationes. num. 8. vers. 5 fallit. Bal. in l. 1. §. quies quoque. ff. de off. præfec. vrb. Cast. in l. ordinarij. col. 2. vers. & adde. C. de rei vind. Imò dicunt
30 Abb. & Socin. vbi suprà, q; † in hoc remedio incipi potest à capitulis. Neuiza. in cons. 80. num. 5. Rui. in consil. 28. colum. 2. in princ. volu. 4. Plot. in dict. l. si quando. nu. 108. & 112. Roma. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. in fi. ff. de acq. poss. Fely. in rub. de treug. & pac. in fi. Cagn. in d. l. in pari. nu. 6.

¶ Non obstat quoq; quod in interdicto vti possidetis requiritur litis contestatio: quia respondetur argumentum procedere & sibi locũ vindicare in interdicto vti possidetis vero & ordinario, nõ in summario iudicio possessorio, quia in eo non est de substantia ipsius litis contest. Pau. de Cast. in citato cons. 5. col. Neuiz. in prælleg. cons. 80. nu. 7. Ruin. in cons. 27. col. 2. vol. 1. id etiam sentit dum dicit, quod in hoc remedio non requiritur libellus nec ordo iudiciarius. Bal. in l. quisquis. vers. quæro. C. quo. app. non reci. Cagnol. in dicta l. in pari. num. 7. Cepol. in caut. 110.

¶ Similiter non obstat tertium de testib. examinatis parte non citata: quia dicitur, quòd & si regulariter istud habeat locum in ordinario iudicio, nõ tamen in isto. Ceph. in con. 19. col. fin. in princ. Alex. in cons. 147. in princ. vol. 6. Dec. in cons. 559. nume. 8. Neuiz. in con. iam sæpius Alleg. 80. num. 7.

31 ¶ Ad quartũ respondetur, q; in † possessorio summario adducitur dictũ testis nõ iurati, & ab eo põt capi informatio extra iudicialiter. Bal. in c. 1 §. si duo de pac. ten. Alc. in cõ. 385. circa 1. mum. Dec. in con. 559. nu. 8. Neuiz. in cons. 80. nu. 7. cir. fi. Curt. Seni. in con. 60. in addi. Catel. Cotta in memor. suo in verb. testi non iurato. in ver. notandus tamen est vnus casus. vbi ad propositum adducit scripta per Bal. in l. qui testamento. §. per contrarium. vbi. gl. ff. de testa. vbi dicit, quod ibi colligitur argumentum ad singulare dictum. Inno. in cap. cum in tua. de sponsa. concludentis, q; iudex potest ad informationem suam procedere sine ordine iudiciario & sine testibus in forma iudicij receptis, & multò fortius per testes inhabiles, quod inquit memoriæ dignum. q; dictum secundũ eum etiam approbat Barb. in rubr. C. qui admitti. colum. 34.

¶ Vltimò nõ obstat, quòd non fuerit admissa reprobatio testium, nam respondetur, quod in hoc remedio nõ admittuntur defectus aduersus testes deductos, saltem vt fiat eorundem defectuum & obiectionum probatio, ita Capic. in decis. 55. vbi dicit vnum valdè notandum. videlicet ita fuisse in supremo illius regni Tribunali pronunciatũ, cũ quo per transit Didac. in dicto lib. pract. quæst. cap. 17. nu. 7. adducens ad hoc quod not. Ioa Andr. Abb. Imol. &
32 Fely. in c. veniens. in l. 2. de testib. dicens, quod † in causa summariæ cognitionis, maximè vbi agitur de præiudicio, qnod possit per sententiã diffinitiuam tolli, non admittitur reprobatio testium, nec est admittendus quis ad probandum defectus contra testes ab eodem obiectos, & vt ibi latius per eum.

¶ Ex his igitur conludendũ venit sentẽtiam prædictam tanquam secundum veros terminos iuris
33 latam executioni demandandum à qua † nõ potest appellari, vt per Docto. in l. 1. C. si de mome. pos. fue. appel. Deci. in consil. 28. vbi à possessorio ordinario non appellatur. ergo nec ab isto summario, vt per Alcia. in citato cons. 386. Paris. de Put. in loco suprà citato. Iaf. in l. quod iussit. n. 29. de re iud. quoniam
34 iuris † exequutio non continet iniuriã. ff. de iniur. imò inquit Didac. vbi suprà vers. octauo, quod in supremo Regio tribunali praxis obseruat quod non
35 conceditur † supplicatio.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus restituere hæreditatem sub conditione, si decesserit sine filijs, quartas duas detrahere potest, secundùm crebriorem Doctorum sententiam, scilicet, legitimam & Trebellianicam.*

2 *Testator prohibens filio alienationem bonorum suorum censetur Trebellianicam prohibere, & num. 8.*
3 *Testator hodie potest prohibere Trebellianicam.*
4 *Quod ampliatur etiam procedere in filijs primi gradus.*
5 *Testator prohibens alienationem censetur etiam prohibere Falcidiam.*
6 *Auth. sed in ea. C. ad l. Falcid. extenditur ad Trebellianicam.*
7 *Falcidiæ appellatione venit & Trebellianica.*
8 *Dispositio auth. sed in ea. locum habet in vniuersali vel generali prohibitione.*
9 *Testator si prohibet omnia bona sua alienari, hæres non poterit illa etiam alienare respectu quartæ & Trebellianicæ.*
10 *Genus idem operatur in suo genere, quod species in sua specie.*
11 *Dispositio auth. sed in ea. locum non habet in filijs primi gradus.*
12 *Tacitum plus non operatur, quàm expressum.*
13 *Testator non potest expressè secundùm magis communem prohibere detractionem Trebellianicæ filijs primi gradus.*
14 *Falcidia & Trebellianica detrahi non potest de re prohibita alienari per legatarium vel fideicommissarium secus si de vniuersali alienatione bonorum agatur.*
15 *Prohibitio alienationis vbi est facta per testatorem de re particulari prohibita alienari, de ea non detrahitur Trebellianica.*
16 *Filius prohibitus alienare, licet possit alienare vsq; ad legitimam & Trebellianicam, tamen id locum non habet, quando filius particulariter esset prohibitus alienare aliqua bona: quia tunc vbi posset habere legitimam & Treballianicam in alijs bonis prohibitis alienari, non debent bona prohibita pro legitima & Trebel. alienari.*
17 *Conditio à lege apposita inducit formam, à qua recedere non licet.*
18 *Titulus legati prorsus distinguitur ab institutione.*
19 *Declaratio ad auth. sed in ea. C. ad l. Falcid.*
20 *Mutanda non sunt quæ certam interpretationem habuerunt.*

CONSILIVM IX.

1 TSI CLARISSIMI Iuris sit, quòd Magnificus Dominꝰ Aurelius Scotta simpliciter † grauatus à patre sub conditione, si decesserit sine filijs, possit duas quartas detrahere videlicet Trebellianicam & legitimam, vt est cõis sententia Canonistarum in c. Raynutius, & in c. Raynaldus. per illa iura de testa. & p glos. Bart. Bald. Ang. Paul. & alios in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inof. test. vbi Cagnol. inquit ex generali consuetudine etiam in terris imperij per totum mundũ illam seruari. Soci. Iun. in cons. 115. in fi. vol. 3. vbi ait, quòd quando diuerso tempore detrahuntur dictæ quartæ, primò detrahitur ab initiò legitima per filium, in qua onus non consistit, & quæ dicitur tertia pars. auth. nouissima. vbi per scribentes. C. de inoff. testa. deinde aduenient conditione fideicommissi detrahitur Trebellianica, quæ dicitur quarta reliquorum, & sic simul important dimidiã totius hæreditatis rursus in cons. 83. nu. 5. volu. primo, & in cons. 131. num. 59. volum. eo. vbi dicit, quod per totum mundum hæc sentẽtia seruatur sic ut Euangelium, & latissimè in cons. 170. nume. 12. volu. 2. vbi est communis, & vbi seruatur in practica. Crot. in cons. 66. num. 27. Alba. in cons. 7. nume. 6. Ruin in l. in quartam. nume. 21. ad l. Fal. & in cons. 130. num. 16. volum. 3. Port. in con. 38. nume. primò, cum duobus sequentibus. Iaf. in l. filium quẽ habentem. num. 8. & Coras. nu. 45. Petr. de Barbo. in cons. 138. num. 13. inter con. vltim. volunt. vbi etiam asserit hanc esse communem & consuetudine approbatam. Petr. de Vbal. ibi in consil. 29. num. 13. Christof. de Castell. etiam inter dicta cons. in consi. 58. numer. 5. vbi tradit hanc sententiam teneri in foro ciuili, & quòd communis consuetudo mundi illam approbat. Campeg. etiam in cons. 157. in princip. Paris. in cons. primo, num. 78. volum. 3. & in cons. 25. numer. 56. volum. 2. Cravet. in consil. 50. & ita aliàs dixi in consi. 12. vol. primo, vbi vltra has auctoritates multas aliàs allegaui, quæ non transcribo, cum videri possint. Attamẽ quia in casu de quo agitur, quondã Magnificus Dominus Io. Petrus, testator eius pater prohibuit alienationem bonorũ suorum dicto Magnifico Domino Aurelio, eius filio, ideo in dubiũ refricatur † an per dictam prohibitionem prædicto filio factã intelligitur prohibita Trebellianica. Prima etenim facie videtur quòd sic, p̃ suppositа cõmuni opinione, quæ habet quòd † hodie testator potest Trebellianicã prohibere, de qua per Crot. in l. nemo potest. num. 17. & Ripam nume. 47. de lega. primò, Ruin. in cons. 149. colum. 1. volum. 3. 159. numero 4. 137. numer. 8. & 115. nume. 8. volum. eod. Didac. in c. Raynaldus. §. 3. nume. 6. de testa. Bero. in consil. 137. colum. 2. vol. 2. vbi ab hac opinione tanquam communi inquit non esse recedendum in iudicando & consulẽdo, ex quo huiusmodi opinio est canonizata inter Doctores vtriusque iuris, Alex. de Neuo in cons. 75. numer. 3. & frequentiori calamo receptam tradunt Aegid. Bellam. in cons. 48. in 2. dubio. Iaf. in cons. 99. in 2. dubio volum. 4. & 146. num. 6. vol. eod. Socin. Iun. in consil. 131. colum. 2. volum. primo, 136. num. 24. & 137. num. 6. volum. eod. Bero. in consilio 93. num. 8. vol. 2. Emil. in cons. 127. num. 8. & Port. in 4 consil. 92. numero 18. dixi citato cons. 12. † quæ ampliatur etiam procedere in filijs primi gradus secundum Cyn. in l. iubemus. in 1. oppositione. C. ad Trebel. Cum. in l. in fideicommissaria. ad Trebel. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. Ang. in consilio, 125. Corne. in cons. 22. volum. 2. 187. volu. primo, 207. colum. 5. volu. 3. & in consilio, 17. volum. 4. Roma. in sing. 192. Ruin. in cons. 149. colu. 3. volum. 3. 147. colum. 1. volum. eod. & 37. nume. 15. volu. primo, Berenga. in l. in quartam. num. 316. ff. ad l. Falc. Iaf. in l. filium quem habentem, colum. 5. C. fam. ercis. Crot. in c. Raynutius carta penult. de testa. Cur. Jun. in cons. 51. colum. penult. 52. colum. penult. in princip. & 120. num. 12. Truza. in suis commu. opin. cap. 51. in fi. Aret. in cons. 37. in 5. dubio & 67. in fi. Annib. in d. l. nemo potest. numer. 369. Cassad. in decis. 4. in tit. de testa. Grat. in consilio 103. numero 14. in 2. par. Gozad. in con. 45. nume. 21. Beltran. in consil. 152. num. 12. volum. primo, Ceph. in cons. 153. nume. 67. Paris. in cons. 17. numer. 8. volum. 2. 18. num. 99. 53. num. 52. volum. 3. 136. num. 36. volum. primo, & hanc esse communem dixerunt Soci. in l. Marcellus in princip. ad Treb. Paris. in consi. primo, nu. 83. vo. 2. Rub. Alex. in consi. 2. num. 26. & 43. nume. 12. Corset. in trac. de pot. reg. quæst. 73. col. 4. & magis communem Ale. in. d. l. Marcellus. in con. 67. num. 23. volum. primo. Corset. in tract. de Treb. §. 1. num. 3. & 10. Ruin. in consil. 15. num. 24. volumin. 3. 119. num. 5. volum. eod. & in consil. 175. numero 21. volumi. 2. Bertrand. in consi. 20. num. 5. vol. 3. quoniam ambigui iuris non est, quòd † vbi testator prohibet alienationem censetur prohibita Falcidia. auth. sed in ea. 5 C. ad l. Fal. ergo † & Trebellianica: prout illum tex. 6 ad Trebellianicam ibi Bal. extendit, nec mirũ, cùm videa-

7 videamus quod † appellatione Falcidiæ veniat & Trebellianica.gl.in auth.vnde si parens. C. de inof. test.l.iubemus.C.ad Treb.vbi tex.loquitur de Trebellianica,& tamen sæpius appellat falcidiam:nam cùm identitas rationis militet in vtroq; casu,eadem debet esse iuris censura. clem.1. in verb.dignantur. de elect.quam Imol.ibi dicit esse singulare m.Bar.& alij in l.Marcellus.§.quod autem.ff.ad Treb.vbi dicunt,q; in quibuscunq; casibus cessat Fal.dicit etiam cessare Trebellianica,saltē quando cessat Falcidia vigore testamenti:sed indubitati iuris est, Falcidiam cessare in prohibitis alienari,vel in d. auth. sed in ea & quidē vigore ipsius testamenti continentis prohibitionē alienationis,ergo & idē in Trebellianica,vt detrahi non possit per prohibitionem alienationis. Rui.in cons.26. nu.3. vol.2. Aug. in §. si verò expressim.de hęred.& falc. Bereng. in l.in quarta.nu.243. ff.ad falc.Paris.in cons.93.num.48.volum. 2.vbi ait communem esse opinionem,quod dispositio d.authen.locum habeat etiam in Trebel.in cons3.nu.52. vol.2.in con.9.num.15.52.num.31.vo.eod.Cur.Iun. in cons.160.col.2.vers. accedit ad confirmationem, Rub.Alex.in con.143.col.3.quod etiam in filijs primi gradus locum habere dicunt Alex.in additio.ad Bald.in d.auth.sed in ea. Picum in l.in quartam. dicentem eam sequendam in actu practico & iudicando.Paris.in cons.93num.49.vol.2.Ruin. in con.173. num.21.vol.2.130.num.17.vol.3.

8 ¶ Nec habet obstare,si dicatur.q; † prædicta sententia non habet locum nisi quando est prohibita alienatio rei particularis & non vniuersalis vel generalis.vt in specie loquitur tex.in dict.auth. sed ea. & in corpore vnde sumitur. Quia respondetur,quòd imò etiam stante vniuersali vel generali prohibitione omnium bonorū,non detrahitur Trebellianica vt expressè dicunt Paris.in cons.9.nume.14.volu,2. consil.93.num.47. volu.eod. quæst.21.num.39.volum.3. & in cons.18.num.28.& in con.130.nu.17.volum.3. Rub.Alex.in cons.143. colu.in princ. quod & comprobatur ex sequentibus.

¶ Secundò pro hac parte facit quod inquit Cro. in l.filius fam.§.diui.num.21.versi.2.sit conclusio.de
9 leg.1.vbi inquit,quòd † si testator prohibeat omnia bona sua alienari, non potest hæres etiam illa alienare respectu quartę Trebellianicę,& ratio est:quia de re pròhibita alienari Falcid. detrahi nō potest.d. auth.sed in ea.ergo & per consequens nec Trebellianica,arguendo de vno ad aliū, & istud expressè firmat Bal.ibi,qui (vt dictum est) extendit illū text.ad Trebellianicam,si ergo de re prohibita alienari,quarta non potest detrahi: quia censetur prohibita,ita etiam facta prohibitione omnium bonorum censetur ipsa prohibita. & sic nihil poterit alienari pro
10 Trebellianica cum dicatur prohibita,vt † idem operetur genus in suo genere, quod species in sua specie.l.si duo.ff.de adm.tut.l.si chor⁹ de lega.3.& Cro. ibi sequitur Ferd. Loaz.nu.204. idem tenet Ripa ibi nu.30.& Bereng.in d.l.in quartam.

¶ Veruntamē maturius considerando contrariū
11 de iure verius esse arbitror, quod imò † dispositio dictæ auth. sed in ea. locum non habeat in filijs pri-
12 mi gradus,quoniam tritum est in iure,q; † plus non operatur tacitum quàm expressum,l.cum quid ff.si cert.petat.l.qui ad certum.ff.loca.Soci.Iun. in cons. 170.numero 51.volum.2.sed nulli dubium est,quod
13 testator † non potest expressè prohibere detractionem Trebellianicæ filijs primi gradus, ergo nec tacitè.quod patet tex.in l.iubemus. C. ad Trebel. vbi Bal.Saly.Fulgos.Castren.Cornel. Catho. Sachus & Anto. de Prato veteri ita concludunt, Saly.in auth. sed cum testator.C.ad l.Falc.Roma. in l.Marcellus. §. quod autem. in fin. ad Trebell. vbi ait Florentiæ ita iudicatum,& in ipsa l.in §.resque.ac in con.206. colum.penult.Imol. & Cuma. in dicta l. Marcellus. Abb.in c.Raynutius.de testa.vbi etiam Barba.colu. 153.Campeg.citatus per Neuiza.in cons. primo,Soci.sibi contrarius in reg.432.vbi dicit hoc menti per petuò tenendum,Alcia.in l.nemo potest.de leg.1. & in con.178.in 3.tomo.Ant.de Prato vet.in l.in quartam col.134.vers.fallit in patre.ff.ad l.Fal.vbi etiam Torniel. num.71.& Picus nu.1.quia in dubio debemus fauere filijs,Hercul.in l.si debitor.ff.ad l.Falc. Petr.Raué.in Alphabeto suo iuris in ver.Trebellianica.Bal.in con.101.colum.1.volum.2.vbi tradit filium non posse grauari in legitima nec in Trebellianica,Alba.in cons.7.num.6.in fi.Io.Dilec.in trac. de arte testan.caut.31.nu.4.Coras.in l.filium quē habentem. n.76.C. fa.ercis.Franc.de Ram.inter cons. Calder.cons.41. in tit.de testa. cui etiam ipse adstipulatur Fabia.in auth.nouissima.nu.252.C.de inof. testa.Capra in cons.36. versic. sed his non obstantibus.Crot.in dicta l.nemo potest.numer.33. Grat.in cons.162.num.25.volumi.3.Dominus Anto.de Rochetta vt citat Neuiza.in dictò consilio primo. Ber. tran.in con.106.colum.2.& 300. volum.3. Galiaul. in l.Marcellus.nu.405.vers.2.de vulg.& pup.Guid. Pap.in decis.50.vbi dicit,quod ita stilatur in cons. Delphinali,& quod ita seruatur in consulendo & iudicando,in cons.122.133.137.&140.Corn.in consilio 180. in 10.dubio, volumin. 4. Alexand.in consilio, 201.num.16.volum.6.& in cons.5.cir.fi. volumin.5. Ruin.in cons.21.numer.9.volum.3.135.nume.5.vol. eod.in cons.59.nu.8.volu.2.ac in cons. 163. numero 14.volum.eod.& in dicta l.Marcellus, vt citat Soci. Iun.in cons.137.nu.7.volum.primo.Deci.in consil. 218.colu.2.vbi ait hanc veriorem,& in consilio 495. num.23.Benedi.de Plumb.in cons.62.numer.23.inter cons.vltim volunt.& And.de Bisigna.ibi in con. 152.numer.6.& ibidem etiam Butigel.in consil.154. numer.28.Gozad.in cons.48.in fi. Iacob.Emilia.in cons.39.nume.54.& ibi in subscriptione Dominus Anto.Fran.de Coctoribus,quam communem attestantur Corne.in dicta l.iubemus. Paris.in cons.36. num.23.volum.2.vbi etiam inquit ipsam æquam & veriorem.Seysel.in d.l.Marcellus.Gozad. in consil 81.num.15.92.in princip.& 97.colum. penult.in fin. Mantua in consil.110.numer.2.& in consi.248.Rub. Alex.in cons. 104.colum. 1.143. num.6.Ripa in dicta l.nemo.potest.numer.52.Natta in consi. 145.& 528. num.35.Soc.Iun.in consil.28.colum.2.volum.2.vbi etiam subdit ita aliàs iudicatum fuisse Veronæ; & in cons.131.col.2.volum.1.etiam veriorem & æquiorem, imò frequentiori calamo receptam firmant Catel.Cotta in memor.incip.Trebellianica. Cagn. in l.Papinianus.§.meminisse.num.11. de in offic. testamen.vbi etiam ait illam magis æquam & veriorem.Didac.in c.Raynutius.nu.7.de testa.Cephal.in cons.88.num.23.Clar.in §.testamentum.q.61.Curt. Iun.in cons.21.nu.3.& 70.nume.16. Port.in con.55. num.47.& in cons.92.num.56.vbi subiungit nuper ita iudicatum fuisse Ferrariæ, & in Ciuitate Regij. & 126.in princip.& veriorem & æquiorem in libr.1. com.opin.reg.42.fallen.13.Neuiz.in cons.1.vbi quoque dicit, quod ita solet iudicare magnum Consilium Pedemontanū Ducis Saubaudiæ.Ias.in l.Marcellus.in princip.colum.11.vers.quid tenendum. in cons.99.in 2.dubio.volum.4.vbi ait ab illa non esse recedendum in iudicando & consulendo, & quod semper legendo & consulendo sequutus est hāc partem,& in cons.146.column.4. volum.eod.Ripa in l. centurio.num.65.in fi.ff.de vulg.& pup.in l.in fidei commissaria.num.28.ad Treb.Bero.in cons.79.nu.

43.volum.2.95.num 65.137.num.8.&138.colum.2. 145.colum fin.volum.eod.86.numer.23.volu.2.in cap.in præsentia.num.445.de proba.& in cap. Raynutius.num.150.de testa.Dec. in consil. 81.columm. 2.Paris.in cons.43.num.26.vol.3.Soc.Iun. in consil. 132 in princip.volum.primo.vbi etiam tradit ipsam veriorem,& ℣ pluries hanc sequutus est tàm legendo quàm consulendo,nec immeritò, cùm sit fulcita optimis auctoritatibus iuribus & rationib.137. colum.2.vol.eod.172.circa fin.volum.3.cons.50. num. 18.volum.4.& in consi.88.num.3.volum.eod.& ita aliàs tenui in cons.12.num.6.vol.primo. & in cons. 31.num.29.volum.eod.Si ergo non potest prohibere per patrē expressè, multò minus tacitè per prohibitionē alienationis, cùm fortius sit ius expressi quàm taciti,& tacitū regulariter minus operetur, quàm expressum.l,cùm ex filio.§.filio.ff.de vulg.& pup.l.precibus.C.de impub. & alijs substit.

¶ Secundò moueor ex alia cōmuni conclusione
14 quæ habet,℣† de re prohibita alienari per legatariū vel fideicommissarium,non potest detrahi Falcidia & Trebellianica, secus si de vniuersali alienatione bonorum ita vult tex.in dict.auth.sed in ea. quē ita ibi intelligit Bal.dicens ibi esse casum valde notabilem & quotidianum.ad quem communiter Docto. non aduertunt,& in isto casu etiam intelligit illum tex.Odofr.ibi.Bart.in §.fi.in auth.vt sponsl.larg.Paris.in cons.43.num.22.volum.3.quia legatarius vel fideicommissarius non possunt detrahere Falcidiā vel Trebellianicam vt in l.lex Falcid.§.nunquā.ff. ad l.Falc.l.1.§.denique.& in l.mulier §.fin. ad Treb. Soc.Iun.in consil.49.num.21.vol.3.& in consi.170. num.41.volu.2. Ratio etenim, quia detrahere non potest,est,quia tūc videretur alienari quodā modo pars fundi per legatarium cōtra prohibitionem testatoris: quia prohibitio pars auferretur ℣ non prohibitum.ita Socin.in dict.consil.170.num.40.& seq. vbi dicit,quod ita procedit dispositio dict.auth. sed in ea.quod Bal.ibi loquitur in his terminis,ergo dicendum videtur,℣ si dicta prohibitio non fuit facta legatarijs, non militat conclusio tenentium, quod per prohibitionem simpliciter factam non possit detrahi Trebellianica per filium grauatum.

15 ¶ Tertiò facit alia conclusio, quæ habet † ℣ ibi prohibitio alienationis facta per testatorem est de re particulari prohibita alienari de ea non detrahitur Trebellianica,per tex.in d.auth.sed in ea. Aret. in cons.19.col.pen.versi.amplius.& in consi.17.col. penult.in fi.vers.maximè quia,Guid.Pap. in quæst. 51.cir.fi. Catel. Cotta in memor. Trebellianica non detrahitur.vbi refert ita iudicatū fuisse in Collegio Mediolani per Dominum Azo. Reinam. Corset. in trac.de Trebel.in 6.col.vers.4.pondero. Rub. Alex. in cons. 43. numer.1.vers. præmissis tamen non obstantibus,Corne.in con.22.litera.N, cum tribus sequentibus,volum.2.& in litera X,Coras.in l.filium quem habentem.nu.28.C.fam.erc. Alba.in cons.7. num.7.54. in fin.& in con.93.in fine.Paris.in consil. 43.numero vigesimo quarto,volum.2.Galiaul.in l. centurio.nume.404.ff.de vulg.& pupil.secus si prohibitio est facta de omnib.bonis quia tunc per prohibitionem alienationis non impeditur detractio Trebellianicæ sicut nec Falcidia,ita Catel. Cotta in dicto memor. licet dicat in fine sup hoc cogitandū sed clarius hoc decidit Bero.in cons.93.num.15.vol. 2.vbi ait quod textus in dicta auth.sed in ea, loquitur quādo res particularis quæ fuit legata prohibetur alienari:quia ex hac re non poterit hæres Falcidiam detrahere in casu in quo de hæreditate sit detrahenda,vt quia legata facta excluderent dodrantē:quia nō negat ille tex.quin ex alijs legatis integra Falcidia possit detrahi, sicuti dicimus de Falcidia quæ non potest detrahi de legatis pijs, & tamen de alijs sic,secus quando esset ꝓhibita generaliter alienatio omniū bonorū:quia tunc nō reperitur quod dicatur prohibita detractio Falcidiæ.ideo standum erit regulę,quod tunc Falcidia poterit detrahi,& ratio diuersitatis est secundū eum, nā quando res particularis fuit legata & prohibita alienari, quamuis non possit Falcidia ex illa detrahi, tamen poterit ex alijs legatis deduci, at quando est facta prohibitio generaliter omniū bonorū,si nō posset detrahi Falcidia,contingeret quòd hæres,sciens se nō posse aliquod commodum consequi,nollet adire hæreditatem,& isto modo periret testamentū & testator intestatus decederet,insti.ad l.Fal.in prin. si ergo non prohibetur Falcidia ergo nec Trebellianica, Paris. in cons.43.volum.2.vers.& si dicta iura, vbi inquit, ℣ si quis vult intelligere d. auth. sed in ea. & in corpore vnde sumitur,vt loquantur etiā quando hęres vniuersalis est prohibitus alienare,tamē adhuc potest dici.quod illa procedunt,vt super rebus prohibitis alienari non possit detrahi quādo adsunt alia bona super quibus nō fuit facta prohibitio alienandi,& in quibus Falcidia seu Trebellianica detrahi possit,secus si non extarent.Curt. Iun.in consil.117. col.2.vbi etiā pro expedito habet, quod d.auth.locum non habeat in fideicōmissis vniuersalibus sed in particularibus tātum,& pro cōfirmatione huius sententiæ facit quod voluit Pau.de Cast. in con. 17.
16 secundùm antiquam impressionem,dicit,†licet filijs prohibitus alienare possit alienare vsque ad legitimam & Trebellianicam, vt communiter concluditur in l.filius fa.§.diui.ff.de leg.1.tamen illa cōmunis sententia locū non habet quādo filius particulariter esset prohibitus alienari aliqua bona, qa tunc vbi posset habere legitimam & Trebellianicā in alijs bonis non prohibitis alienari, non debent bona prohibita alienari pro legitima & Trebelliani ca,& Cast.sequitur Picus in l.in quartam.nu. 115.ff. ad l.Falci.vbi inquit ita tenuisse in dict.§.diui subdens,quod licet Aret.in consi.18.& seq.videatur indistinctè tenere,quod bona prohibita alienari,possint alienari vsq; ad legitimam & Trebellianicam & etiam pro Falcidia, tamen illa conclusio debet restringi vt procedat in prohibitione vniuersali vel generali, secus in ꝓhibitione particulari, quando aliàs esset consultum hæredi,hanc quoq; partē amplectitur Gailau.in l.Centurio.nu.404.ff.de vul.& pup.vbi ait ℣ tex.in d. authen. sed in ea. loquitur de vna re legata prohibita alienari. Cepha.in cons.272. num.46.cum igitur in casu,de quo agitur.prohibitio alienationis fuerit generalis omniū bonorum, & non rerum particularū,clara resultat conclusio, quod non obstante huiusmodi alienatione locus sit detractioni Trebellianicæ,pro vt etiam sentire videtur Emilia.in consi.39.num. 53.& Vinc. de Ocha. in illius subscriptione.num.79.

¶ Istis igitur sic firmiter manētibus, deuenio ad resolutionem eorū quæ in contrarium allegata fuerunt:& ad primum argumentum respondetur,℣ licet testator possit secundum communem prohibere detractionem Trebellianicæ non tamen in filijs primi gradus,cum ista sit magis communis opinio scribentium,vt latè suprà demonstratum fuit.

¶ Ad secundum respondetur,quòd tex.in dict.§. fi.vbi sumitur dicta auth. sed in ea.non meretur in terminis nostris allegari,si benè pōderetur: quia in eo præcisè dicitur non esse locum deductioni Falcidiæ,si testator legati nomine reliquit,& sic lex ipsa requirit manifestam qualitatem,quod legati nomine sit relictum:vnde cum verba d.l.non militant

in casu

in casu nostro, in quo legati nomine non fuit relictum. nec eius dispositio locum habere debet. l. 4. §. toties ff. de damn. infec. aliàs illa qualitas legati nomine, &c. esset superflua in dicta l. quod non est dicendum l. si quando de lega. primò. imò, quod plus est, obscuraret sensum Iustiniani, qui temerè legem suam restrinxisset ad legatum, si etiam in institutione procederet, quod minimè est credendum, maximè cum lex conditionaliter loquatur, si testator le-
17 gati nomine relinqueret † quæ conditio in lege apposita inducit formam à qua recedere non licet. l. prætor. in princip. de colla. bono. & licet aliquando Falcidia accipiatur pro Trebellianica, tamen illa verba legati nomine non possunt accipi pro institu-
18 tione, cum † titulus legati sit prorsus distinctus ab institutione seu eius titulo, l. legatum est de leg. primò. l. his verbis. Bartol. ff. de hæredib. instit. ita in specie respondet Alciat. in consil. 113. libr. 9. & tomo tertio in princip.

¶ Tertiò respondetur, quod ille tex. nihil etiá facit in casu nostro, cum ille loquatur de re prohibita alienari per legatarium, vel fideicommissarium, de qua nõ potest detrahi Falcidia & Trebellianica quia legatarius permittendo Falcidiã ab hærede detrahi censeretur alienare quodammodo partem fundi l. alienationis verbũ. de verb. sign Cyn. & Alber. in dicta auth. sed in ea. Iacob. de Beluis. in §. fi. in auth. vt sponsal. larg. ita. Soci. Iun. in dicto cons. 170. num. 49. volum. 2. & Alciat. in allegato consi. 113. nume. 8. quæ ratio cessat, quando hæres ipse sibi deducit illã quartã: quia nõ potest videri alienare quod sibi retinet. Nec obstat si dicatur quòd legatarij vel fideicommissarij censerẽtur alienare relinquẽdo penes hæredem: quia respondetur, quod in casu præsenti nulla est facta expressa prohibitio alienationis legatarijs vel fideicommissarijs. Præterea ratio dicti §. fin. est, quia testator alienationem prohibuit, vt ibi dicitur, non fauore hæredum aut successorum, ad quos voluit peruenire, sed ideo facta est mentio hæredum & successorum, quæ aliàs prohibitio alienationis non valuisset tanquam sine causa, & quia fuisset præceptum nudum. l. filius familiàs §. diui de lega. primo. Paul. de Castro in dict. authen. sed in ea quæ sententia comprobatur etiam ex manifesta ratione differentiæ, quæ adduci potest inter legatarium prohibitum alienare & hæredem: quia hæres retinendo Trebellianicam, retinet id, quod est in hæreditate, & in quo semper habiturus est directa iura. l. prima. in princip. ad Trebell. sed qui retinet Falcidiam, illud retinet quod testator ab hæreditate separauit. dicta l. legatum. & in quo nec directa nec vtilia iura habet: quia in legatarium statim secundum mentem testatoris transiuerit. l. à Titio. ff. de furtis. ergo nimirum si hoc casu facilius impeditur deductio, vt per Alciat. in allegato consilio 113. vbi etiam multa allegat, quæ conferunt ad terminos nostros.

19 ¶ Item respondetur, quod † dispositio dicti §. fi. & auth. sed in ea. habet locũ in prohibitione alienationis vniuersali vel generali omnium bonorum, vt satis demonstratum fuit suprà in 3. conclusione, & ex dictis per Alcia. in iam dicto consi. 113. col. 2. in versi. 4. confirmatur hæc opinio.

¶ Præterea dicitur, quod dispositio dictæ auth. locum non habet in prohibitione generali facta fin. his primi gradus, cum Trebellianica eis prohiberi non possit, vt in specie per Roma. in cons. 206. colu. pen. vers. cæterum. Ripa in citato. §. diui. n. 30. Paris. in allegato cons. 43. nume. 25. Cepha. in consilio 272. nu. 46. & Picum in l. in quartam. nu. 224. iunctis no. per eum in car. fi. col. pen. vbi concludit, testatorem non posse prohibere re filijs primi gradus Trebellianicam.

¶ Non obstant denique notata per Crot. & sequaces in dicto. §. diui, quia respõdetur, eos malè loqui cum constet ex supradictis contrariam partem veriorem, & rationem Crot. non valere per rationes deductas per Bero. in dictis cons. 73. n. 46. & 93. n. 15. ac alios suprà citatos.

¶ Vltimò non obstant not. per Crot. in d. §. diui. quia respõdetur malè loqui, vt cõstat ex ratione deducta per Bero. in consilijs suis. 79. n. 46. & 93. nu. 15. ac Picum alios suprà citatos. nec similiter facit dictum Ripæ. in dict. §. diui. quia allegat pro eius dicto Bald. in dicta auth. sed in ea. qui non loquitur in terminis suis, sed multũ diuersis, vt iam dictum fuit. vnde concludendo sermonem nostrũ indubitati iuris est, per dictam prohibitionẽ generalem non impediri detractionem Trebellianicæ, & tanto magis id dicendum venit, cũ ista opinio videatur sic in practica seruari, teste Soci. in allegato cons. 170. col. fi. & Alcia. in d. cons. 113. nu. 15. vers. & videtur, vbi inquit, quod ita consuetum fuit seruari Veronæ, vt appareret ex sententijs aliàs in similibus casibus latis: vnde mutanda non sunt, quæ certam hactenus habuerunt interpretationem l. minimè. ff. de legib. Imò plus dico ex rationib., & auctoritatibus suprà allegatis, quod non tantùm hoc habet locum in filijs primi gradus, sed in vlterioribus hęredibus vniuersaliter institutis & simpliciter prohibitis alienare in generali bona testatoris. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Minor vt restituatur in integrum debet probare se minorem.*

2 *Minor vt restituatur in integrum aduersus lapsum temporis probatorij, sufficit vt allegat se læsum absque alia probatione læsionis. & num. 7. sed contra secundum communem.*

3 *Ecclesia fungitur iure minoris.*

4 *Minor dicitur læsus eo ipso quod causam compromittit. & num. 21.*

5 *Minor in dubio admittitur ad appellandum ex solo lapsu temporis, sed contra secundum cõmunem. nu. 18.*

6 *Minor absque alia probatione læsionis consequitur restitutionem in integrum aduersus lapsum tempus confectionis inuentarij, sed contrà num 17.*

7 *Minor, si est reus, consequitur restitutionem in integrum ex solo lapsu temporis, quod secus est in actore.*

8 *Fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare tenetur.*

9 *Læsio in dubio non præsumitur,*

10 *Minor petens se restitui aduersus aliquem actum iudicialem vel extraiudicialem, tenetur necessario probare se minorem & læsum.*

11 *Fundans se in aliqua qualitate tenetur illam verificare.*

12 *Qualitas deducta in libello si non est legitimè probata, Iudex reum absoluere debet.*

13 *Qualitas in statuto posita, probari debet.*

14 *Lex vbi vnũ disponit, & aliud præsupponit, nunquam locum habet dispositio legis, nisi futurum verificetur.*

15 *Statutum disponens, quòd turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna & restituat possessionem locum non habebit nisi casu quo restitutio fieri possit.*

16 *Statutum vnum declaratur per aliud.*

17 *Declaratio ad tex. in cap. auditis. & in ca. suscitata. eo. tit. de restit. in integr.*

18 *Actor dicitur qui primò prouocat aliquem ad iudicium.*

CONSILIVM X.

RESTITVTIO in integrum aduersus lapsum temporis probatorij postulata per Dominum Hieronimum Muzetum minorem viginti annis, primo quidem aspectu suadent infrà scripta. & primò, quia ipse probauit se minorem, ꝙ probare tenebatur. Doct. communiter in l. nã & postea. §. si min. ff. de iureiur. tex. 1 est apertus in l. si min. C. de in integ. rest. vbi † minor qui vult restitui in integrũ, debet probare minorẽ ætatem. & ibi Bartol. & Alexan. Gozad. in consil. 22. num. 13.

2 ¶ Secundò, quia † allegauit se lęsum ex lapsu dicti temporis, quæ allegatio sufficit absq; ꝓbatione læsionis, vt est tex. in c. auditis. de resti. in integ. vbi ex sola assertione procuratoris dicentis se omisisse allegationem vel probationem necessariam, conceditur restitutio. Nec obstat si dicatur, ꝙ ille text. loquitur in Ecclesia, & nõ in minore: quia confunditur hæc obiectio per d. tex. vbi sum. Pontifex in concedendo ibi restitutionem ecclesię fundat se in hoc: 3 quia † Ecclesia fungitur iure minoris, & sic patet, ꝙ idẽ est in minore, quod in Ecclesia, cùm ęquiparentur. cap. primo. de restit. in integr. Cepha. in consi. 7. co. 1. Maran. in suo tract. de ordi. iudic. in 6. par. in §. secundus actus. nu 83. Bero. in cons. 26. num. 30. volumine primo.

¶ Tertiò, probatur hæc opin. per tex. in c. susci-tata. de rest. in integ. vbi ad allegationẽ partis dicentis se omisisse probationẽ etiam post sententiam fuit concessa restitutio.

¶ Quartò, allegatur tex. in l. si minor vigintiquin-4 que annis filio fa. vbi etiam gl. ff. de mino. vbi † minor dicitur læsus ex eo, quòd causam cõpromittit. l. si dictum. §. primo, ff. de euictio. l. cum. l. in fi. ff. de arbitr. Corne. in cons. 178. litera F. volum. tertio, dixi in cons. 53. num. 43. volu. 2. Paris. in con. 89. num. 46. volum. primo.

¶ Quintò, pro hac sententia facit quod voluit gl. & Bar. in l. fi. C. in quibus cau. restit. in integ. vbi di-5 cit Bar. quod † si minori non expedit appellare non datur restitutio: quia non læsus, si certũ est, quod expediat appellare conceditur restitutio, si verò dubitatur an expediat appellare vel nõ, in dubio præsumitur lęsus eo ipso quòd passus est perdere tempus ad appellandum.

6 ¶ Sextò accedit, Nã † minor absq; alia probatione læsionis admittitur per viam restitutionis in integrũ aduersus tempus lapsum confectionis inuẽtarij. §. penult. in auth. de hæred. & Fal. Alex. in consi. 124. col. 3. vol. 4. Bal. in l. ait prætor. ff. de mino. Bart. in l. etiam. col. 2. eod. tit. Ias. in l. properandũ. §. si. in tertio notabili. C. de iud. Paul. de Castro. in con. 86. in fi. volum. 2. Bero. in cons. 37. n. 7. vol. 2. & in cons. 68. nu. 83. vol. primo, Barba. in cons. 64. vol. 2. Paris. in cons. 65. nu. 55. vol. 3. Aufrer. in additione ad Capel. Tholosa. 55. in fin.

¶ Septimò, Iuuatur hæc sententia auctoritate Spe. in tit. de restit. in integr. §. 1. in princ. & in vers. illud præmittendum est. vbi tenet, quòd ex sola allegatione partis vel procuratoris, quòd omissę sint probationes, restituitur minor, quẽ sequitur Ias. in dict. §. si minor, colum. penult. vers. sed tu aduerte. Rebuf. in titul. de restit. cap. primo, glo. 3. nume. 10. Maran. in suo trac. de ord. iud. in 6. par. in §. secundus actus. num. 83. vbi dicit hoc notandum. Aret. in consi. 66. colum. antepenul. versic. sed tamen, vbi concludit quod ad petendum restitutionem aduersus probationem omissam debet allegari causa colorata, quæ si vera esset in toto vel in parte retractaret sententiam, & hoc allegato, etiam si nihil probet, debet restitui ad probationẽ omissam. Nec obstat secũdùm eũ tex. in dicta. l. nam & postea. §. si minor. per quem Bar. ibi tenet oppositum: quia respondet, quòd quãdo minor petit restitutionem aduersus factũ suum legitimè & cum auctoritate tutoris, maior est præsumptio contra minorem, & ideo difficilius restituitur minor, quia non est verisimile, quòd si tutor habuisset probationem promptã detulisset iuramentum parti aduersæ, vnde requiritur summaria probatio, sed quando minor petit se restitui nõ contra factum suũ cum auctoritate tutoris, sed cõtra omissum, quod erat sibi vtile vel necessarium nõ omittere: quia hoc de facili in minoribus cõtingit & in eorum administratoribus, propterea facilius concedit tunc lex restitutionẽ in integrum. Ant. de Butr. in ca. cum veniissent. de restit. in integr. quem sequitur Abb. in dict. cap. auditis. in 5. notabili. vbi etiam 7 But. & tanto magis hoc dicendum venit cum † ipse minor sit reus & non actor, vt voluerunt Fulgo. in dicto §. si minor. vbi inquit in reo minore non esse opus vt probet aliquam læsionem ad obtinendum restitutionem in integrum aduersus tẽpus lapsum datum ad appellandum. iterum in. l. fi. C. in quibus cau. in integr. restit. vbi etiam Castren. Alex. in cons. 115. colum. fi. volum. 5. & in cons. 80. colu. 2. volum. 7. Iacob. de sancto Georgio in d. l. fi. in. fi. Rui. in consilio 68. vol. 1. Port. in suis com. conclus. conclusione 6. Curt. in apostil. ad Castrens. in d. l. fin. sub nume. 5. Anto. Gab. in suis com. opin. libr. 2. in tit. de mino. conclusione secunda, in fin.

¶ Sed præmissis non obstantibus contraria sententia est de iure verior, ꝙ dictus minor non debeat restitui in integrum aduersus lapsum temporis probatorij nisi probata læsione, & ad sic dicendum mo-8 ueor ex infrascriptis. & primò, quoniã † vnusquisq; debet probare id, ꝙ est fundamentũ suę intentionis. l. qui accusare. C. de edẽ. l. ei qui dicit. ff. de proba. l. actor. quod asseuerat C. eo. tit. Soc. Iun. in consi. 137. num. 5. vol. 3. Port. in cons. 55. num. 106. 136. nume. 8. & in consi. 169. nume. 6. vbi est probanda cuiuscunque intentio, siue agat siue excipiatur, siue asserat siue abnegat, Parpal. in l. si quis maior. in primo notabili. C. de transf. Dec. in l. si emancipati. col. 2. C. de coll. sed hic minor læsionẽ aliquam non ꝓbauit pro obtinenda restitutione in integrũ petita, quod erat 9 fundamentum intentionis suæ, cum † indubio non præsumatur læsio. Gozad. in consi. 44. nu. 8. Cepha. in consilio tertio, in fin. & in consilio 152. colum. fi. Port. in consi. 169. nume. 6. ergo ei concedenda non venit ex defectu dictæ probationis. l. minoribus. C. de in integr. resti. Dec. in l. fi. in 2. notabil. C. de transac. vbi inquit, quod minori non datur restitutio in integrum simpliciter sed tũc demum si sit lęsus. Cephal. in citato cons. 3. in fin. Port. in consil. 134. num. 30. & in dicto cons. 169. numer. 6. Dec. in consil. 616. in fi. Nicol. Arelaten. in additione incip. & propterea. ad Alcia. in trac. de præsump. in prima reg. præsump. 42. Viuius in suis com. opin. in verbo minor. 10 in 2. vbi ait, quod † minor petens se restitui contra & aduersus aliquẽ actum iudicialem vel extraiudicialem tenetur necessariò probare se minorẽ læsum que ad causam, quam quippe si defendisset foueret bonam causam, subdens hanc esse receptam Doctorum sententiam. Bero. in con. 122. nu. 10. vol. 3.

11 Secundò moueor ex alio fundamento, nã † fundans se in aliqua qualitate tenetur illam verificare, Bar. in l. denunciasse. & in l. qui vxori. §. quid tamen. 12 ff. de adulte. vbi Ang. & Bal. notant, quod † si qualitas deducta in libello non est legitimè probata, Iudex

dex reum absoluere debet. Port. in consilio 19. numero 60. & in consilio 134. numero 9. ac in consilio 147. numero 31. vbi qualitates omnes consistentes
13 in facto probari debent, & ideo videmus, quòd † si in statuto est posita aliqua qualitas, ea probari dēt, Barto. in l. prima, in §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publ. Dec. in consilio 354. numero, 14. & 550. numero 4. Port. in consilio 64. numero 4. vbi tradit, ꝙ siue in tempore siue in loco siue in qualitate consistat intentio alicuius aut quælibet alia semper probari debet, aliàs conuentus absolui debet, sed in casu nostro, & si minor dixerit se fore læsum propter lapsum dicti temporis probatorij tamen læsionem ipsam non probauit, ergo ex defectu dictæ qualitatis non probatæ non debet consequi restitutionem in integrum postulatam.

¶ Tertiò, confirmatur hæc sententia, vbicunq;
14 † lex vnum disponit & aliud præsupponit, nunquā habet locum dispositio legis, nisi præsuppositū veri ficetur. glo. singularis in l. mancipia. in verbo aduocandum, quam ibi sequuntur Fulg. Castren. & Sal. C. de seru. fugit. Rō. in consilio 489. vbi inferunt ad
15 statutum, quòd † turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna & restituat possessionem, quoniam non habebit locum statutum nisi in casu quo restitutio fieri possit, Soci. Iun. in consilio 114. num. 22. volum. 3. Ruin. in consilio 83. numero 5. volum. 5. sed in terminis nostris lex mandat concedi restitutionem aduersus probationem omissam, vt in l. minor vigintiquinqne annis. ff. de min. ergo præsupponit quòd habeat probationem: quia aliàs dici non posset, ꝙ omissa fuerit: vnde opus est verificare quòd illam habeat, hoc enim argumento vtitur Natta, aliàs collega meus in consilio 343. numero secundo.

¶ Quartò facit, nam clari iuris est, ꝙ minor qui non confecit inuentarium in tempore statuto à lege de quo in l. fin. C. de iure delib. aduersus lapsum dicti temporis restituitur. §. penul. in anth. de hæred. & Fal. Bart. in l. etiam, colum. penultim. de mino. Bal. in l. ait prætor. eodem titul. Alexan. in consilio 21. columna secunda, volum. primo, & in consilio 124. columna 3. volu. 4. Iaſ. in l. properandum. §. fin. columna prima. Cod. de iud. Barba. in consil. 64. volum. 2. Castrens. in consilio 36. in fin. volum. 2. Aufrer. in addit ad Capel. Tolosan. 55. in fin. Bero. in consil. 68. numero 3. volum. 1. & in consilio 37. numero 7. volum. 2. quòd sanè intelligitur locū habere si probet se læsum: quia hæreditas sit damnosa. Guid. Pap. in decis. 141. vbi dicit ita vidisse determinari in Curia Parlamenti Delphinalis, quod & repetit in decis. sequenti: & in consilio 61. in fin. Alexan. in dicto consilio 21. columna secunda, & Ioan. Maur. in tract. de restit. in integ. cap. 127.

¶ Quintò accedit communis conclusio Bart. de qua in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. vbi concludit, quòd si minor non appellauit in tēpore non restituitur in integrum aduersus dictum tempus, nisi doceat de læsione, videlicet, ꝙ habeat tale quid propter quod in causa appellationis posset obtinere, per text. in dicto §. si minor. vbi Ange. ibi colum. fin. versicul. gloss. in verbo captus. dicit non valere consequentiam, minor non appellauit, ergo est læsus, quam sententiam etiam ibi sequuti sunt Sal. columna prima, versic. & ex ista gloss. Alexand. columna quarta, versic. in gloss. secunda, Alexand. in consilio 55. colum. final. volum. 5. Abb. in consilio 77. columna quarta, volum. 2. Dec. in consilio 436. colum. 2. versic. & primo, dixi in consilio 53. numero 42. volum. 2. quibus dictis addo & Bero. in consilio 102. numero 31. volum. 3. vbi dicit, ꝙ si sententia adiudicationis lata fuit contra minorē à qua non fuit intra debita tempora appellatum ex hoc solo cursu temporis læsio nō probatur, propter gestum, quod præcessit, hoc est, propter sententiam latam, quæ lapsum temporis præcessit, nam ex tali cursu temporis læsio non probatur. Sal. in l. fin. C. in quibus. cau. in integr. restit. Anton. Gabr. in suis com. opin. lib. 2. in titul. de mino. conclusione secūda, & hanc esse veriorem & communem opinionē tradit Decis. Pedemon. 158. colum. secund. num. 13. Ioan. de Maur. in tract. de restit. in integ. c. 278. ergo idem dicendum in casu nostro.

¶ Sextò, in terminis nostris ita voluit Bart. in d. §. si minor, dicens ꝙ si minor infra debitum terminum non probauit, non statim tanquam læsus dēt restitui ad terminum, nisi ostendat se habere probationem, & eodem modo si petit restitui aduersus omissam allegationem non restituitur, nisi doceat se illam habere, vt ita dicit debere intelligi. text. in l. minor vigintiquinque annis. Ang. ibi colum. fin. Saly. & Bald. colum. fin. Paul. de Cast. in consil. 181. volum. prim. Albert. in dict. leg. minor vigintiquinque annis. Decis. Pedemon. 158. numero 13. vbi asserit hanc partem veriorem & communem. Ange. in §. appellantur. colum. tertia in princip. de excep. vbi dicit hoc menti tenendū: quia multi erāt in actu pratico. Imol. in cap. auditis. in penult. car. de resti. in integr. vbi ait, quòd ille tex. qui vult restitutionē concedendam esse aduersus omissam probationē, debet intelligi & supleri per text. in dicto §. si min. cum glo. dummodo minor. prius præsumptiuè doceat de læsione. quod & voluit Card. ibi glo. Imol. Car. & Ancha. in Clementina prima. per illum tex. de restit. in integrum Natta in consilio 343. colum. penultim. Anton. Gabr. in suis commun. opinion. lib. 2. in titulo de mino. conclusione secunda. Marsil. in l. prima. §. præterea. colum. decim. de quæsti. Eusr. in consilio 196. numero 2. volum. 2. Rimin. in consilio 404. numero 14. Petr. de Beneuent. in decis. Rotæ Bononi. 85. numero 7. Ioan. Maurit. in tract. de restit. in integr. capitulo 166. Bero. in consilio 122. numero 11. volum. 3. quam partem communem esse attestatur Aufr. in additione. ad Capell. Tholosa. 55.

¶ Superest modo vt deueniatur ad responsionē eorum quæ in contrarium adducta fuerunt. & Primò non obstat tex. in cap. auditis, de restit. in integrum quia respondetur, quòd dispositio dicti capituli debet intelligi & suppleri per text. in l. nam & postea. §. si minor. prius præsumptiuè doceat de læsione, vt iura iurib. concedentur capi. cum expediat. de elec. in 6. & leg. prim. C. de inoff. dot. ita Imol. in dicto capit. auditis. in penult. notabili. quem sequitur Iaſ. in dicto §. si minor. colum. penultim. versic. tenendo tamen, Card. in dicto capitulo auditis.
16 nec hoc est nouum cum videamus etiam quòd † vnum statutum declaratur per aliud, Barto. in l. oēs populi, in secunda q. sextæ quæst. princip. de Iust. & Iur. Soc. Iun. in consi. primo, num. 42. volu. primo, 7. numero 6. & 8. numero 21. volum. eod. & cum ista responsione etiam transit Natta. in consilio 343. co-
17 lumna penultim. vbi etiam dicit, quòd † text. in d. capitul. auditis in verbo, vt asserit, debet intelligi de assertione quæ probatur glo. in leg. prim. in princip. in verbo dicatur. si quad. pauper. fecis. dica. & in l. si cuius, in verbo, docere. de appella. recip.

¶ Similiter non obstat text. in dict. cap. suscitata. quia secundum Nattam vbi suprà. ille text. debet intelligi secundum text. in dicto §. si minor.

¶ Vertiò, non obstat text iuncta glo. in dict. lege si minor. §. primo, quia respondetur, ꝙ minor cō-

promittendo dicitur se obligare ad parendum sententiæ etiam iniquæ. l. diem. §. stari. ff. de arbitr. ex qua obligatione læditur. quod non est in casu nostro. ita Alexan. in d. §. si minor, colum. 4. versi. non obstat.

¶ Quartò, ad notata per glo. & Bart. in d. l. fi. C. in quib. cau. in integr. rest. est necessaria: dicitur communem opinionem esse contra illam gloss. & Bart. vt latè suprà dictum fuit in versiculo quinto accedit.

¶ Ad Quintum de confectione inuentarij, ℣ aduersus eam minor restituitur: respondetur: vt dictum fuit suprà in versicul. 4. facit. quòd illa cõclusio intelligi debet probata læsione: quia hæreditas damnosa: vt etiam voluerunt idem Guid. Pap. decisio. 571. Minsinge. in cent. quarta, obseruatiõe 16. Francis. Marc. in quæst. 249. vbi inquit Curiam Delphinalem præfixisse tempus pupillo seu eius tutori, vt obuietur fraudibus: ad faciendum citari tutores & legatarios dicturos causam cur in integrum restitui non debent Port. in consil. 169. num. 5. Nat. in consi. 214. nu. 9.

¶ Pariter non obstat vltimum, quòd in reo non requiritur probatio læsionis secus in actore: quia respondetur, quod, posita illa opinione pro vera, ea nihil facit ad terminos nostros: quia dominus Hieronymus Muzetus in casu præsenti non est reus
18 sed actor si bene inspiciatur libellus, quia † ipse est ille, qui dominũ Vincentium Guarenam primò prouocauit ad iudicium, ergo dicitur actor. l. in tribus. ff. de Iud. Bart. in l. libertus. ff. de in ius vocan. Dec. in consi. 43. in prin. 487. colum. 3. & 686. in fin. Afflict. in decis. 268. in fin. Ex his igitur de quib. latè suprà scriptum fuit omnino concludendum esse arbitror prędictam restitutionem in integrum nul latenus esse concedendam prædicto domino Hieron. sed per eum procedendum esse ad vlteriora in meritis causæ.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio vna tollit aliam.*
2 *Assertio mariti & vxoris, quòd talis non sit eius filius concurrente fama Ciuitatis, vel viciniæ operatur, quòd talis sit spurius & natus ex adulterio.*
3 *Filius natus ex vxore in domo mariti & cum ea habitantis regulariter præsumitur natus ex marito. & num. 7.*
4 *Filiatio ex parte patris difficilis reputatur.*
5 *Probatio nedum vera sed etiam præsumptiua admittitur contra præsumptionem resultantem, quòd filius natus ex vxore in domo mariti præsumitur natus ex marito.*
6 *Filius natus in domo ex vxore vicinis scientib. præsumitur mariti.*
7 *Quod amplia procedere etiam si vxor fuisse sterilis per longum tempus cum marito.*
8 *Item & si probaretur habuisse alium conuersationem cum vxore.*
9 *Honestum possibile potius præsumitur quàm possibile inhonestum.*
10 *Assertioni matris, quòd filius sit adulter, non statur in præiudicium filiationis.*
11 *Pater vel mater si dicunt talem non esse filium, qui natus est ex matrimonio, eius dicto non creditur.*
12 *Præsumptio quæ surgit ex natiuitate in domo potentior est quàm nominatio & tractatus.*
13 *Fama vt probetur, requiritur quòd testes deponant à quibus dicere audiuerint.*
14 *Testes deponentes super fama etiam non interrogati debent exprimere personas à quibus audiuerunt.*
15 *Ratio reddita à teste quando non est sufficens infringit & diminuit dictum.*
16 *Fama probata ex vana voce populi non est attendenda.*
17 *Testibus deponentibus secundum ius commune magis creditur.*
18 *Verisimile quod non est imago dicitur falsitatis.*
19 *Probationes contra verisimile non admittuntur.*
20 *Testes deponentes de impotentia alicuius debent deponere, quòd tempore conceptionis erat impotens.*
21 *Tempus vbi est de substantia probari debet.*
22 *Filius natus ex vxore non præsumitur mariti quando tempore conceptionis erat impotens ad generandum.*
23 *Quilibet præsumitur habilis ad generandum, nisi contrarium probetur.*

CONSILIVM XI.

EX pluribus simul concurrentib. videtur prima facie dicendum, quòd Ioannes non sit filius quondam Magnifici Leonardi de Raspis, quoniã etsi in domo natus sit vicinis scientibus ex domina Argẽtina eius vxore, ex quibus regulariter solet probari filiatio. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui iur. & alie. l. si vicinis. C. de nup. & quidem præsumptiuè, cum filiatio ex parte patris reputetur. l. Lucius. ff. de cond. & demonst. Alexand. in l. licet Imperator. de leg. 1. Dec. in c. per tuas. in 3. notabili de proba. Soci. Iun. in consilio 86. numero 39. volumin. 2. Gozad. in consilio 13. columna prima, versi. septimo. Paris. in consilio 10. numero trigesimonono, volum. prim. Ruin. in consilio 53. in prin. volum. 5. Rimin. in consilio 289. col. secunda, in princ. tamen contra dictam præsumptiuam probationem admittitur probatio nedum vera in contrarium dict. l. filium. sed etiam præsumptiua, cum vna præsumptio tollat † aliam. l. diuus. ff. de in integr. restit. cap. literas. vbi Docto. de præsumpt. Paris. in consilio 10. columna prima, volum. 1. Docto. communiter in dict. cap. per tuas. vbi à dicta præsumptione receditur, si ex iudiciis & coniecturis potest apparere de contrario. Paris. in consil. 14. numero 243. volum. prim. Duar. in reg. 344. in 2. ampliatione, Barba. in consi. 68. colum. 2. & 3. volum. 4. Ruin. in dict. consilio 53. colum. prim. Alex. in consilio 78. columna penultim. volum. 7. Quod autem sint coniecturæ & indicia, ℣ dictus Ioannes non sit filius dicti domini Leonardi demonstratur: quoniam adest primò assertio tam dicti Leonardi, quàm dominæ Argentinæ eius vxoris quòd † Ioãnes non est filius ipsius Leonardi, sed cuiusdam Scipionis iam famuli iugalium de Raspis, cum qua cõcurrit fama in Ciuitate propria, vel in vicinia dictorum iugalium, ℣ Ioannes natus est ex adultero, quę duo sufficere videntur ad probandum, ℣ dictus Ioannes sit spurius. vt dixit Bal. in dict. leg. filium. vbi ait ℣ licet non stetur dicto parentum, ℣ filius non sit legitimus. l. final. in fin. ff. de proba. vbi text. loquitur in muliere nupta quæ dicebat filium ex se natum non esse legitimum sed spurium, & dicat litera ℣ non stetur dicto suo, tamen secundum Bal. fallit nisi cum eo concurreret fama: quia ipsa multum operatur, cum communiter se adaptet reb. veris vel vero proximis, sequitur Alexand. in consilio 78. colum. penultim. versic. præterea. volum. 7. Paris in consilio 10. numero 45. volum. 2. Paul. de Castro in consilio 175. colum. fin. versic. & maximè Alci. in tract. præsump. in 3. reg. præsumpt. 37. num. 9.

Anton.

Anton.Gabr. in ſuis com.opin.lib. 1. in titul. de præ
ſump.concluſione 14. nume. 14. & ſequenti. Quòd
autem dicti iugales hoc affirmauerint, probare vi-
dentur teſtes infraſcripti. & Primò, primus teſtis
Lucretia de Verona, quæ dicit audiuiſſe à domina
Argentina ſe eſſe grauidam cuiuſdam Scipionis, pa-
riterq; audiuit dicere à prædicto domino Leonar-
do, q; Ioannes nõ erat eius filius ſed dicti Scipionis,
domina Maria dicit ſe pluries audiuiſſe à domina
Argentina verba ſequentia (Che ringratiua il Sal-
uatore è Scipione, per che lei haueua quel figliuolo)
loquendo de Ioanne, & quòd dominus Leonardus
dicebat, vt audiuit, (portate quia quel mulazo de
Giouanni, che è figliuolo dun aſino) Baldeſar de
Mede quintus teſtis audiuit dominũ Leonardum
multoties dicentem, quòd Ioãnes non erat eius fi-
lius ſed Scipionis. De fama quoque probatur per
Lucium de Trottis, Ioanninum de Orto & Beltra-
mum Aſinarum. Item de alia coniectura, quòd do-
minus Leonardus non poterat coire cum domina
Argentina eius vxore, vt audiuit dicere ab ea Marga
rita de Tara, & idẽ dicebant ipſi iugales, vt deponit
quintus teſtis. Portia de Scalis deponit, quòd domi
nus Leonardus pluries tentauit eam cognoſcere
carnaliter, quæ ei blandiebatur, ſed nunquam po-
tuit Blaſina de Gatis dicit, quòd dominus Leonar-
dus ſe accinxit ad actum venereum cum ea per plu-
res vices diuerſis temporib. ſed nunquàm potuit eã
cognoſcere, & quòd non potuit ſecum reum vene-
ream habere, & q; eſt poſſibile, quòd aliis ſe coniun
xerit, q; tamen non credit, cum ſecum tunc nõ po-
tuerit: quia erat multum Iuuenis & non deformis.
Idem dixit vltimus teſtis dominus Hercules della
Volta, q; dominus Leonardus eidem dixit, q; non
erat potens ad coeundum, & ſimiliter idem ſibi di-
xit domina Alaſina Corteſia, quæ coniectura eſt ſuf
ficiens ad demonſtrandum, q; dictus Ioannes non
poterat eſſe filius prædicti domini Leonardi, vt pro
batur per Pariſ. in con.10.num.36.vol.1.vbi inquit,
q; licet in d.l. filium diffinimus. & l. miles. §. defun-
cto. de adult. caueatur filium præſumi genitum ex
ſemine mariti cohabitantis cum vxore, eſto quòd
eodem tempore adulter dictam vxorem ſubagitaſ-
ſet, & cum ea rem venereamhabuiſſet, tamen illud
procedit, quando tunc temporis maritus habilis,
& potens fuiſſet ad coeundum, ſecus quando infir-
mitate detentus vel alia ex cauſa conſuetudinem,
cum vxore habere non potuiſſet: quia tunc filius
præſumeretur conceptus ex ſemine adulteri & nõ
mariti, etiam ſi adulter in illa domo non habitaſſet:
vt vult Abb. in c. per tuas. colum. ſecunda. in princ.
verſi. & nota. de proba. quod & probat text. expreſ
ſus in d.l. filium. in fin. ergo multo fortius ſi in do-
mo habitabat, vt in caſu noſtro, rurſus in conſi. de-
cimoquarto, num. 242. volum. eod. Duen. in regul.
344. in prima limit. Bero. in conſi. 161. num. 20. vol.
2. & in conſil. ſequenti nume. 9. volum. eod. Didac.
in tract. varia. reſol. in prima part. carta 293. colum.
2. in pri. Boer. in deciſ. 299. num. 3. Ruin. in conſilio
53. colum. 2. verſi. 2. ſed præmiſſis, volum. quinto, &
colum. fin. Ex iſtis igitur coniecturis & iudiciis vi-
detur dicendum, dominum Ioannem non eſſe filiũ
dictorum iugalium ſed Scipionis adulteri, & per cõ
ſequens tanquàm ſpurium repellendum eſſe à ſuc-
ceſſione ipſius domini Leonardi, & ad illam admit
tendum fore dominum Albericum Tonſum hæ-
redem teſtamentarium prædicti domini Leo-
nardi.

¶ Quibus tamen non obſtantibus contrariã ſen-
tentiam amplectendam fore arbitror, quòd dictus
Ioannes dicatur filius legitimus dicti domini Leo-
nardi, & ad id dicendum moueor ex communi con
3 cluſione Doctorum, quæ habet q; † natus ex vxore
in domo mariti præſumitur filius mariti, vt atte-
ſtantur Docto. communiter in dict. leg. filium. & in
l. ſi vicinis. C. de nupt. nam licet, vt dictum fuit, pro
4 batio † iliationis quoad patrem difficilis iudicetur
d. l. Lucius. & in aliis locis ſuprà citatis quæ non re-
5 peto. Tamen † quando conſtat aliquem natum in
cõſtantia matrimonij, & ab vxorata & coniugata in
domo mariti vicinis vel aliis ſcientibus lex & ius
in dictis coniecturis & indiciis præſumptã probati
onem aſſumit, vt talis ita natus dicatur filius mari-
ti, & ex eius ſemine generatus, Bald. in conſilio 74.
volum. prim. Barb. in conſilio 58. colum. 2. volum.
2. Alex. in conſi. 88. nu. 3. vol. 7. Pariſ. in con. 10. col. 1.
vol. 2. conſi. 11. num. 13. & 12. num. 233. vol. eod. Pau.
de Caſtr. in conſil. 175. col. 2. Alcia in tract. præſum.
in 3. reg. præſump. 37. Dec. in conſil. 288. in princip.
& in conſilio 657. per totum Ruin. in conſilio 3. co-
lum. 2. volum. 5. Iaſo. in conſil. 125. colum. 1. volu. 4.
Bero. in conſilio 161. numero 7. volum. 2. & in con-
ſil. ſequenti, volum. eod. Duar. in regula 344. in 1.
ſed in caſu, de quo agitur, dictus Ioannes natus
6 † eſt in domo dicti domini Leonardi ex domina
Argentina eius vxore, vt ex teſtibus vtriuſq; partis
ſatis comprobatum eſſe demonſtratur, ergo iuris
præſumptiõe præſumitur filius ipſius domini Leo
nardi, & in tantũ vera eſt huiuſmodi ſententia, vt
7 † etiam illa procedat, ſi vxor fuiſſet ſterilis per lon-
gum tempus cum marito. Abb. in d. c. per tuas. Alci.
in tract. præſump. in dict. præſumption. 37. nume. 8.
Bero. in conſi. 162. num. 3. & 12. vol. 2. Duar. in d. re-
gula 334. num. 6. Ruin. in conſilio 53. col. 2. & 4. vol.
5. Anton. Gabr. in ſuis commun. opin. in lib. 1. in tit.
8 de præſum. concluſ. 14. num. 8. Item † & ſi probare-
tur, tunc temporis alium habuiſſe conuerſationem
cum dicta domina Argentina, & cum eam rem ve-
neream habuiſſe l. miles. §. defuncto. de adult. quem
text. pro ſingulari allegat Bal. in rub. C. de proba. co
lum. 5. in d. l. ſi vicinis. & in l. filium diffinimus, Do
cto. in d. c. per tuas, & ratio fundamentalis dicti §. de
functo. eſt propter benignam præſumptionem, per
quam præſumitur in meliorem partem, vt filius po
tius præſumatur natus ex legitimo matrimonio,
quã ex adulterio. argumento l. meritò. ff. pro ſocio.
Bal. in l. ſi viua matre. C. de ſuis & legit. & in d. c. per
9 tuas. col. 1. Nam potius præſumitur † honeſtũ poſ-
ſibile, quàm poſſibile in honeſtum, Bald. in dict. l. fi-
lium diffinimus. col. 3. Item in illo tex. honeſta con
iectura in honeſtam præſumptionem fauore inno-
centis prolis excludit. Bal. in l. 1. col. 15. verſi. quoad
ſecundum articulum. C. qui accuſa. non poſſ. Iaſ. in
citato conſi. 125. colum. 2. Didac. in tract. var. reſol.
carta 29. col. 4. in prin. cum pri. ſequentis Riminal.
in conſilio 289. colum. 2. Ruin. in allegato conſilio
53. col. 2. vol. 5. Bald. in conſi. 74. col. 1. vol. 1. Barb. in
conſi. 27. col. 3. vol. 1 Bero. in dicto conſi. 162. in prin.
volu. 2. Aicia. vbi ſuprà & Dec. in d. capitul. per tuas.
num. 4. Cepha. in conſil. 82. num. 59. vbi dicit, quòd
non tantũ fauore filiationis, ſed etiam matrimonij
præſumitur natus legitimus. Gozad. in conſi. 13. co
lum. 1. Soc. Iun. in conſ. 138. nu. 11. vol. 2. Neuiz. in cõ.
38. num. 9. & Duen. in dicta regul. 344. in 1. ampliati-
one, & adeo à iure recipitur concluſio, de qua ſu-
prà, vt etiam ſibi locum arroget, ſi vxor non habita
ret cum marito ſed cum eo, qui carnaliter illam co-
gnoſceret, ſi tamen ad eam facultatẽ haberet mari-
tus accedendi pro arbitrio ſuo & ad liberam eius
volũtatem, l; non habitaret cũ marito. Barb. in cõ-
ſil. 58. vol. 2. quia præſumitur filius legitimus mari-
ti fauore filiationis & matrimonij, quòd dictum nõ

arbitror

arbitror verum, cum contrarium teneant Iaſ. in cõ
ſil. 125. vol. 4. vbi reprobat Barb. vbi ſuprà, Bero. in
conſil. 162. volum. 2. Dec. in conſilio 657. in fin. Soc.
Iun. in conſi. 86. numero 44. volum. 2. Barb. in con
ſilio 27. columna ſecund. verſi. modo his præmiſſis.
volum. 1. vbi omnes vno ore cõcludunt huiuſmo-
di præſumptionem ſibi locum vindicare quando
filius natus eſt in domo, per iura ibi per eos citata.
Nec obſtare videtur ſi dicatur, ℣ præmiſſa Docto.
recepta ſententia locum non habeat vbi adeſt aſſer
tio matris in contrarium, aſſerentis dictum Ioannẽ
non eſſe filium mariti ſed adulteri: cùm probatio
melior & efficatior eſſe non poſſit, quàm ſit con-
feſſio vxoris & ſic eius matris negantis illum eſſe
filiũ mariti, tum quia confeſſio dicitur eſſe ſuper-
latiua probatio. Bal. in rubrica. Cod. de probat. &
ideo dicitur facere rem notoriam capit. primo, de
accuſa. in ſexto, tum quia non eſt veriſimile ℣ ma-
ter velit filio ſuo præiudicare negando illum eſſe fi-
lium ſui mariti: quoniam credendum non eſt, ℣
materna pietas contra filium mota eſſet, ſi verè ille
filius eſſet cap. afferte. de præſumptio. glo. in verbo
mota. in c. tranſmiſſæ, qui filij ſint legit. Nulla enim
charitas vincit paternam ſeu maternam. glo. in ca-
pitulo, per tuas. de probat. Quia reſpondetur quòd
10 † huiuſmodi aſſertio ſeu confeſſio non præiudicat
filiationi nec aufert ius quæſitum filio. l. final. ff. de
probat. Felyn. & alij in dicto capitulo per tuas. Pau-
lus de Caſtro in conſilio 75. columna ſecunda. in fi.
Abb. in capitulo officij. numero tertio, de pœnit, &
remiſ. communem Alexand. in l. nec profeſſio. C.
de teſtam. Grat. in reſponſo 140. columna quinta,
volumine primo, Anton. Gabri. vbi ſuprà. num. 13.
Alexand. in conſilio 88. columna ſecunda, volumi-
ne ſeptimo, Iaſ. in conſilio 125. columna prima, vo-
lum. 4. Socin. Iun. in conſilio 128. numero 21. volu-
mine ſecundo, Duaren. in dicta regula 344. nu. 4.
Didac. vbi ſuprà. Bald. in conſilio 14. volum. prim.
11 vbi dicit, quòd † ſi pater vel mater dicant talem nõ
eſſe filium, qui natus ſit ex matrimonio, quòd eis
non eſt credendum, vt dicit Ioan. de Raue. quia iſta
eſt legis præſumptio, cui ſtandum eſt niſi aliter in
contrarium probetur, & ſubdit quòd fatuus fuit
quidam Rex natus in matrimonio, qui credidit ma
tri ſuæ dicenti ſibi tempore quo vetula deceſſerit,
℣ non erat filius Regis, & renunciauit regno: nam
matri credere non debuit, ſed potius legi & ſecun-
dum legem conſcientiam ſuam informare, vt in §.
oportet. in auth. de iud. & inquit, idem dicendum
eſſe è contra, ſi qua mulier extranea, quam cogno-
uiſti dicat tibi, talis eſt filius tuus non debes illi cre-
dere: quia lex hoc non credit, niſi de eo, qui naſcitur
ex matrimonio, nam ſicut poteſt eſſe ex te poteſt e-
tiam eſſe de alio, & ſic patrem non habet. & inquit
Bald. quòd ſic bene credidit vnus ſapiens Bononiẽ-
ſis pro quo (vt fertur) quidam factus per Dei gratiã
Pontifex miſit eum vocatum, & in ſecretis dixit
tu es filius meus quem genui ex matre tua cum ta-
li tempore fuiſſem ſcolaris Romæ, vnde cum nunc
ego ſim dominus volo te promouere ad maximos
honores, qui reſpondit non placet Deo, ego ſum fi-
lius cuius mater mea fuit vxor, & bona domina,
Pontifex (vt vtar verbis ſuis) dixit ei, recede cũ do-
mino iſte credidit legi ſed non fuit ſapiens. vtinam,
(dicit Bald.) ſic dixiſſet cuidam amico noſtro. Bero.
in conſilio 161. numero primo. volumine ſecundo.
Barb. in conſilio 58. columna 2. in fin. volumine 2.
Alcia. vbi ſuprà, rurſus Bero. in conſilio 162. volum.
12 2. Dec in c. per veſtras. numero 4. nam illa † præſum
ptio, quæ inſurgit ex natiuitate in domo potentior
eſt, quàm nominatio & tractatus. vt per Abb. in d. c.
per tuas, quia in natiuitate agitur de proprietate fi-
liationis, in nominatiõe & tractatu agitur de quaſi
poſſeſſione, & proprietas præualet. c. cum dilectus.
de cau. poſ. & propr. Deci. vbi ſuprà. & tanto magis
prædicta confirmãtur, cum dictus dominus Leo-
nardus prædictum Ioannem tradiderit impenſis
ſuis nutriendum, baptizari fecerit & compatres vo
cauerit & aſſumpſerit, & quidem viros nobiliſſi-
mos, qui eum leuarunt de ſacro fonte, quæ omnia
arguunt tractatum paternum ipſius Ioannis Doct.
in c. tranſmiſſæ. qui filij ſint legit. & in c. per tuas.
de proba. Bero. in conſilio 162. numero nono. verſ.
præterea & 3. volum. 2. Alexand. in conſilio 88. co-
lum. fin. in princ. in verb. Item in tractatus. volum.
7. vbi inquit, ℣ ſi maritus tractauit quem vt filiũ,
℣ aſſertio matris & factum ipſius non poteſt præ-
iudicare filio in iure filiationis ſibi quæſito. Goz. in
conſilio 13. numero 17. vbi dicit, ℣ filius præſumi-
tur mariti ſi eum fecit leuare à ſacro fonte. Ex his
igitur concluditur, ℣ cum inter dictam dominam
Argentinam, & prædictum dominum Leonardum
contractum fuerit matrimonium, & ſemper habi-
tauerint ſimul & ſteterint tanquàm coniuges, & di
ctus Ioannes natus ſit in domo, in qua dicti iugales
habitabant vicinis ſcientibus, ℣ filiatio ipſius Ioan
nis iuris præſumptione probetur. dict. l. filium. &
l. vicinis. C. de nupt.

¶ Non obſtant modo, quæ in contrarium allega
ta non fuerunt, videlicet, ℣ à dicta præſumptione
receditur, quando concurrit aſſertio matris, dicen-
tis illum non eſſe filium ſuum & fama ſimul cum
dicta aſſertione. Quia reſpondetur, quòd in caſu pre
ſenti, licet ſit aſſertio matris & patris, cui regulari-
ter non ſtatur, vt abundè dictum fuit, tamen nul-
la reperitur probatio legitimè facta de dicta fama:
quoniam iſta eſt clara & indubitata iuris concluſio,
13 ℣ † ad eſſe probationis ipſius famæ requiritur, ℣
teſtes deponant à quibus dicere audiuerint, vt ſic li
quere poſſit an à fide dignis fama proceſſerit, vt no-
tabiliter declarat Bart. in l. de minore. §. ſi plurium.
in verſi. quæro ſi teſtis interrogetur. ff. de minor. Bu-
tr. & Imol. in c. cũ oporteat. de accuſa. ſaltem, quan-
do non deponunt ſe audiuiſſe à maiori parte popu-
li. Alexand. in conſilio 153. colum. fin. volum. 5. vbi
14 etiam dicit, ℣ † non interrogati debent exprimere
perſonas, à quibus audiuerunt. per not. per Ang. in
l. quid ergo. §. quæſitum. ff. de his, qui not. infam.
Rurſus in conſilio 150. numero 16. verſi. quinimò.
volum. eo. Iaſ. in conſilio 78. colum. penultim. ver-
ſic. 2. quia. volum. 3. Socin. Iun. in conſilio 86. num.
30. volum. Bero. in conſilio 170. numero 12. volum.
3. Ruin. in conſilio 51. numero 14. volum. 5. & in con
ſilio 158. numero 23. volum. eod. vbi inquit, quòd
ad probationem famæ non ſufficit teſtes dicere eſ-
ſe publicam vocem, & famam apud maiorem par-
tem populi, vel in tali Caſtro vel Ciuitate, niſi red-
dant rationem dicti ſui etiam non interrogati per
alium ſenſum corporeum, puta: quia audiuerunt à
maiori parte populi, & dicant à quibus traxit ori-
ginem, & exprimant cauſas ex quibus populus fuit
inductus ad ſic credendum: vt per Barto. vbi ſuprà,
& alios ibi per eum citatos, quia cognoſcere qualita
tem famæ non eſt tale, quod capiatur ex communi
omnium intelligentia abſque diſcurſu modico,
cũ & apud peritos difficile cognoſcatur in termi-
nis iuris, iuxta notata per glo. in lege ſtipulatio iſta.
§. hæc quoque. ff. de verbo. obligatio. propterea te-
ſtis iſto caſu non probat, ſi etiam non interrogatus
rationem non reddat. Iterum in conſilio 52. nume.
ſeptimo, volum. eod. ſed in terminis noſtris teſtes
deponentes de fama huiuſmodi rationem non red
dunt,

dunt, quæ conueniat prædictæ depositioni super fama, ergo nō probant famā de qua deposuerunt, ex quo non reddiderunt causam pertinentem ad illā, & ideo dicit Bald. in l. conuenticulam. col. 4. C. de
15 Epis. & Cler. ℭ † ratio reddita à teste quādo nō est sufficiens infringit & diminuit dictum: quia in teste est illa, quę præstat essentiam dicto. Ruin. in consil. 158. columna penultima, volumine quinto. Vn-
16 de † cùm dicta fama sit solùm probata ex vana voce populi, & non probatur aliqua præsumptio, ex qua dicta opinio & fama originem traxerit, nō probat, quia magis dicitur vana vox populi, quæ non est audienda. Bald. in l. proprietatis. Cod. de probat. Iason. in consilio 78. columna quarta. versicul. tertio, quando. vol. 3.

¶ Vlterius dicitur, quòd dictis testibus examinatis parte domini Alberici nulla est danda fides, cū sint testes examinati pro parte Ioannis, qui aduer-
17 santur aliis testibus, & † quibus magis credendum venit, cùm probēt secundum ius commune. Bald. in authen. omnes peregrini. Cod. commun. de succes. & verisimiliora deponant. l. ob carmen. §. fina.
18 de testibus. Nam † illud quod non est verisimile dicitur imago falsitatis. Bald. in leg prim. Cod. de serui. fugit. & in leg. final. Cod. de edict. diui Adr. tol.
19 vbi ait, probationes † contra verisimile non admittendas, & dicuntur verisimiliora deponere, quando consonant iuri communi & rationi. Bald. in l. testium. C. de testibus. sed testes domini Alberici deponunt contra ius commune, plus contra rationē. Nam non est verisimile, quòd si dictus Ioannes non fuisset eius filius, quòd leuasset eum à sacro fonte, & compatres assumpsisset notabilissimos viros. Item, nec eum tractasset vt filium, vt suprà dictum fuit, igitur, &c.

¶ Non obstant depositiones testium asserentiū, quòd dominus Leonardus erat impotens ad coeū-
20 dum. Quia respondetur, ℭ testib. ipsis nulla fides adhibenda venit, quoniam non deponunt ℭ tēpore conceptionis ille esset impotens, de quo tempore erat probandum, cùm sit de substantia, & ad illud tempus debuerit se restringere testis: nam vbi
21 tempus † est de substantia illud debet probari l. eū actum vbi not. ff. de negot. gest. l. matrem. C. de probat. Part. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de ope. noui nuntia. Ruin. in consilio 92. numero octauo, volumine tertio, Alexand. in consilio 87. nume. 4. volum. 7. & in consilio 198. columna prima, in fin. volum. eod. & in consilio 150. numero 10. vol. 6. Boer. decis. 36. colum. penul. & in terminis nostris ita concludit Ruin. in consilio 53. col. fin. vol. 5. vbi de-
22 terminat de substātia esse, ℭ † probetur, ℭ maritus esset impotens tempore cōceptionis: quia nihil referret, si postea superueniret impotentia, & ideo dicit, ℭ Medicus qui deposuit in casu suo, ℭ tempore quo cœpit videre ser Ioannē, eius vxor erat prope partū, & quòd ille erat tunc impotens ad coeundū, & sic deponit de impotentia, quæ aderat post conceptionem ex interuallo, & nō de tempore conceptionis, non probat: quia ad tempus conceptionis ipse debebat se restringere: quia est de substantia, & tan-
23 tò magis hoc dicendum venit, cùm † quilibet præsumatur habilis ad generandum, nisi contrariū probetur Barto. in dict. l. filium diffinimus. & sumus ēt in casu, in quo vna ex testib. examinatis ad instantiā domini Alberici, quæ vocatur Aurelia, deponit ℭ Dominus Leonardus, quando iacebat secū in lecto sine indumentis, ℭ faciebat negotiū carnaliter semel tantū qualibet nocte, secus de die quando erat indutus, cui testis standum venit, cum sit approbatus à parte producente, quæ contra eius dicta nihil posuit. l. si quis testibus. C. de testib. & pro hac sententia adducitur text. expressus in d. leg. filium. vbi receditur à præsumptione illius l. quando tempore cōceptionis fuisset absens maritus, vel si præsens infirmus vel inhabilis ad generandum: quia tunc nō præsumitur natus ex matrimonio, & sic considerat tempus conceptionis, an esset maritus potens vel impotens. Gozad. in consilio 13. nume. 46. & 47. Paris. in consi. 10. col. 1. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio obtenta per obreptionem non valet.*
2 *Obreptio magis vitiat quàm subreptio.*
3 *Obreptio committitur tacendo verum.*
4 *Obreptio quamuis modica nullam reddit legitimationem.*
5 *Quod amplia procedere etiam si in legitimatione adsit clausula citatis & non citatis, & inuitis, & illa supplentes, &c.*
6 *Incestuosus dicitur natus ex constituto in sacris & soluta, sed secundum aliquos non dicuntur incestuosi, sed spurij.*
7 *Rescriptum Principis extenditur ad defectus tacitos & suppressos.*
8 *Legitimatio vitio obreptionis redditur nulla, si in illius impetratione narratum fuit, filium esse naturalē, cum esset spurius.*
9 *Dispensatio difficilius conceditur incestuoso, quā spurio, & difficilius spurio, quàm naturali.*
10 *Taciturnitas operatur subreptionem.*
11 *Comiti Palatino si non sit mentio de eo, quo expressō nō faciliter concessisset legitimationem, gratia non valet.*
12 *Legitimatio in cuius impetratione nō fuit facta mētio de agnatis non valet, si eorū consensus non interuenit.*
13 *Legitimatio facta per Comitem Palatinum de filijs sacerdotum non valet, si eius auctoritas ad hoc non extendatur.*
14 *Priuilegia & rescripta recipiunt vires ex mente rescribentis.*
15 *Sacerdotes sunt Dij.*
16 *Sacerdotes præferuntur Imperatori.*
17 *Sacerdotes dicuntur Reges.*
18 *Imperator, qui est filius ecclesiæ nullo modo censetur ei præiudicare.*
19 *Comes Palatinus non potest legitimare filios sacerdotum.*
20 *Potestas generalis legitimandi spurios non includit filios spurios sacerdotum.*
21 *Adoptio & emancipatio filij sacerdotis, sicut debet fieri corā iudice patris, & sic iudice ecclesiastico, ita & legitimatio.*
22 *Argumentum de emancipatione ad legitimationem valet. declara vt in num. 66.*
23 *Laicus nullam habet iurisdictionem in clericum.*
24 *Quod amplia procedere etiam si clericus vellet.*
25 *Potestas in quocunque actu requiritur.*
26 *Potestas Comitis legitimantis dependet à priuilegio suo.*
27 *Legitimatio facta de illo, qui natus fuit ex his, inter quos matrimonium esse non potuit, lege diuina prohibente, non est proprie legitimatio, sed dispensatio. declara vt in num. 65.*
28 *Legitimatio si non valet, nec institutio facta in testamēto de filio legitimato.*
29 *Rescriptum qui habet suæ legitimationis dicitur habere fundatam intentionem.*
30 *Habilitas personarum præsumitur ad validitatem actus.*

31 In-

31 *Instrumentum publicum legitimationis vnà cum priuilegio legitimantis dicitur veritas apparens, & probatio fori disceptatione non indigens.*

32 *Legitimatio etsi sit de reseruatis supremis Principibus, tamen illam alteri communicare possunt.*

33 *Omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas.*

34 *Princeps secularis sicut potest, secundum communem filium natum ex constituto in sacris legitimare ita & facultatem ipsam alteri concedere.*

35 *Princeps in generali potestate concessa Comiti Palatino legitimandi natos ex quocunque coitu damnato, censetur ei dedisse facultatem legitimandi filios natos ex constituto in sacris.*

36 *Verba generaliter sunt intelligenda.*

37 *Qui omne dicit nihil excludit.*

38 *Dictio quoscunque, geminata extenditur ad maiora enumeratis.*

39 *Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque comprehendit etiam hæredem extraneum, qui largo modo dicitur hæres.*

40 *Verba quocunque modo vniuersalia sunt, quæ important quomodocunque.*

41 *Verba quouis modo, sunt vniuersalia.*

42 *Verba duplicata & fortius triplicata magis augent.*

43 *Filius præsumitur natus antequam pater esset in sacris constitutus.*

44 *Legitimans quando intendit super omni defectu dispensare, legitimatio valet, quamuis omnes defectus non sint expressè specificati.*

45 *Legitimans quando vult aliquem fore & esse legitimatum, nedum attentis defectibus expressis sed etiã si maiores pateretur, perinde est ac si expressè & specialiter mentio facta fuisset de qualitate prædicta & defectu, in quo ille talis esse reperiebatur.*

46 *Subreptio & obreptio tollitur, quando Princeps si sciuisset etiam concessisset.*

47 *Legitimatio interpretationem recipit à precibus porrectis.*

48 *Verba in omnibus & per omnia, apposita in legitimatione operantur effectum, quòd censeatur legitimatio facta eo modo sicut continetur in priuilegijs.*

49 *Verba in omnibus & per omnia, denotant omnimodã perfectionem legitimationis.*

50 *Statutum si disponit, quòd scholares habeãtur in omnibus, & per omnia pro ciuibus, ista verba faciunt, quòd habeantur tanquàm veri ciues quo ad omnia tam actiuè, quàm passiuè, & tam ad commoda, quã ad damna.*

51 *Studio Tolosano si est concessum, quòd gaudeat priuilegijs Studij Parisiensis, & si de nouo concedantur priuilegia Studio Parisiensi quæ non competunt Tolosano, tamen si in concessione dicatur, quòd gaudeat per omnia, tunc Studium Tolosanum gaudebit priuilegijs concessis Parisiensis post dictam adæquationem.*

52 *Testator si fecit alicui legata, & deinde talem instituat in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus in omnibus & per omnia, ista verba vniuersalia videntur importare omnia & quæcunque bona testatoris, & etiam illa quæ alijs legata erant.*

53 *Filius si legitimatur patre viuente valet legitimatio, licet de agnatis, qui erãt successuri ab intestato, nulla sit facta mentio.*

54 *Dictio taxatiua solum, excipit comprehensa sub illa, in aliis q. omnibus firmat regulam & dictum.*

55 *Exceptio si facta sit de aliquo casu, in quo speciale mandatum requiritur ampliatur regula, vt locum etiã habeat in aliis casibus requirentibus speciale mandatum.*

56 *Princeps in concessione facta alicui excipit vnum casum, in quo reseruauit ius tertij, illa reseruatio particularis facit, quòd in alijs videtur voluisse tertio præiudicare.*

57 *Princeps si in concessione meri, mixti Imperij & omni modæ iurisdictionis excipit aliquos quidam exprimuntur, qui sunt de reseruatis Principi, in cæteris casibus etiam Principi reseruatis concessio facta videtur.*

58 *Papa Principi sæculari aut alteri inferiori conferre potest potestatem, & iurisdictionem in clericos saltem voluntariam.*

59 *Mandatum generale si est datum alicui, saluo quòd nõ possit peti restitutio in integrum, sub tali generali mãdato comprehenduntur alij casus requirentes speciale mandatum.*

60 *Imperator si legitimat filium constitutũ in sacris, valet legitimatio quoad patrimonialia.*

61 *Clericorum bona licet gaudeant eodem priuilegia cum bonis ecclesiarum, tamen mortuo clerico sine testamẽto bona eiusdem spectant ad suos consanguineos.*

62 *Princeps potest legitimare filium natum ex soluto & monaca.*

63 *Princeps potest legitimare natum ex filio spirituali quã quis leuauit ex sacro fonte.*

64 *Comes Palatinus potest legitimare quoad bona temporalia patris.*

65 *Ecclesia etsi abhorreat, vt spurij etiam legitimati ad bona ecclesiastica admittantur, tamen si expressè Põtifex hoc dicat, valet legitimatio quo ad bona ecclesiastica.*

66 *Moderator & arbiter est vnusquisque in rebus suis.*

CONSILIVM XII.

LEGITIMATIONEM Domini Ioan. Baptistæ de Morandis factam ad instantiã domini Zachariæ eius patris per mulum reuerendum dominũ Philippum Mariam Campegiũ coadiutorem Feltrensem Comitẽ Palatinum fuisse nullam, & inefficacem demonstrant sequentia. Primò † quia obtenta fuit per obreptionẽ, quæ † magis vitiat quàm subreptitio, & quæ † solum committitur tacendo verum, vt colligitur ex not. per Iun. in capitul. cum dilecta de rescript. & Anton. de Butr. in cap. ex parte de Capell. Monaco. Ruin. in consilio 73. in prin. volum. 3. 88. numero 10, 93. numero 14. volum. 4. & in consilio 158. numero 10. volumine 1. Bero. in consilio 146. numero 33. volum. prim. quod ampliatur locũ habere † etiam si sit modica. Bald. in l. præscriptione, vers. nunc redeo ad quartum. Cod. si contra ius vel vtil. publ. Angel. & Moder. per illum text. in l. sed si hac. §. patronũ. ff. de in ius vocan. Curt. Sen. in consil. 16. colum. fina. Paris. in consilio 12. numero 222. volum. secund. & in consilio 9. numero 86. volum. eod. Port. in consilio 106. numero 48. vbi etiam dicit post Curt. vbi suprà. istud etiam procedere si in priuilegio adsit clausula † citatis vel non citatis & inuitis ac etiam clausula supplentes: quòd autem obreptitiè fuerit obtenta patet: quia in impetratione ipsius legitimationis fuit narratum, prædictum D. Ioan. Baptist. fuisse naturalem, quia natum ex soluta: & tamen hoc est falsum: quia † incestuosus: cũ natus fuerit ex constituto in sacris & soluta, glo. in l. 2. in verbo filij. Cod. de Epis. & Cler. Barb. in consilio 58. columna 12. versicul. & adhuc dico. volum. 2. Iaso. in consilio. 11. columna 3. in princip. volum. 3. Cum igitur dicta legitimatio fuerit obreptitia, ergo nulla: quia † rescriptum Principis non extenditur ad defectus tacitos & suppressos. Rui. in citato cons. 73. col. 1.

73. col.1.& in consilio 88.num.8.vol.eod.& ideo di-
8 xit Alex.in cons.60.num.40.vol.2. quòd † si in im-
petratione legitimationis narratum fuit filium esse
naturalem,cum esset Spurius redditur legitimatio
nulla,propter vitium obreptionis: sequuntur Rui.
in d.cons.73.col.1.Soc.Iun.in cons.100.num.8.vol.2.
Port.in cons.106.nu.45.Goza.in cons.26.nu.24.48.
nu.4.& 85.nu.2.Soc.in cons.47.nu.26.vol.4.si ergo
in supradicto casu vitiatur legitimatio, ergo multò
magis,quando non fuit expressum,quòd filius erat
9 incestuosus: quia † difficiliùs dispensatur cum in-
cestuoso, quàm cum spurio,& difficiliùs cum spu-
rio quàm cum naturali.Butr.in c.per venerabilem.
col.15.vers.nunc venio.qui filij sint legit. Decius in
cons.338.num.7.Ruin.in cons.81.num.7.volu.3.88.
num.8.& 158.num.9.vol.1.Port.in cons.106.nu.51.
vbi asserit hanc esse communem.

¶ Secundò, est etiam nulla: quia etiam expres-
sum non fuit legitimanti,quòd D.Zacharias,qui fe-
cit legitimare D.Ioan.Baptistam eius filium esset in
10 sacris constitutus: quæ † taciturnitas operatur sub-
11 reptionem: nam nulli dubium est: quòd † Comiti
Palatino debebat exprimi hæc qualitas, quæ forsi-
tan ipsum retrahere potuisset à concessione ipsa,vel
difficiliùs reddidisset eum ad legitimationẽ requi-
sitam.c.super literis.de rescript. faciunt notata per
Innoc.& Abb.in c.veniens.de præscrip. vbi dicunt,
quòd vbicunque non fit mentio de eo,quo expresso
præsumatur,quòd Princeps ita faciliter non con-
cessisset,vel minorem concessionem fecisset,non
valet gratia.Socin.in cons.246.colum.2.versic.4.&
vltimò.Soc.Iun.in cons.99.num.37.volum.2.Go-
zad.in cons.92.num.19.& in terminis nostris ita di-
xit Aemylian.in cons.96.in princ. vbi Didac.in pri-
mo libro fol.315.num.2.

¶ Tertiò, quòd sit nulla vitio subreptionis pa-
12 tet: quia † nulla facta fuit mentio Comiti Palatino:
quòd Dominus Zacharias haberet agnatos, de qui-
bus erat facienda mentio: licet eorũ citatio & con-
sensus non requiratur secundum Bar.& alios com-
muniter in l.Gallus.in §.& quid si tantum. ff.de lib.
& posthum. Cuman.in cons.98. Barbat. in cons.49.
in princ.volum.2.& Alex.in cons.188.col.3.volu.5.
sed legitimationem fortè non concessisset vel diffi-
ciliùs,ita Ioan. Andr. in §.1.in vltima additione ad
Specul.in tit.de succes.ab intest.in verbo,item scias.
Præpos.post Vbert. de Bobio per eum relatum in c.
per venerabilem.col.13.versic. ex his igitur. tamen
qui filij sint legit.Soc in d. §.& quid si tantum. col.
8.in 3.conclus.Alex.in cons.57.col.pen.vol.1.Berosi.
in cons.176.num.35.vol.2. & 177.num.35.vol.eod.
Aret.in cons.167. col.fin. & Soc.Iun.in cons.99.nu-
mero 40.vol.2.Emilia.in cons.96. col.1.

¶ Quartò dicitur,quòd non valet, etiam si facta
fuisset mentio: quòd dictus Dominus Zacharias es-
13 set in sacris constitutus: quia † dictus Comes non
habebat auctoritatem neq; facultatem legitiman-
di filios sacerdotum,si bene considerentur eius pri-
uilegia,tàm Cæsarea quàm Apostolica,à quibus de-
pendet omnis eius potestas.c.porrò.de priuileg.ad
probationem.c.1.C.de proba. Barba.in cons.58.co-
lum.3.volu.2.Port.in cons.109 num.98.sed verba
Priuilegij hoc non dicunt:sed in eo tantùm sunt de-
scripta verba infrascripta, videlicet, quoscunq; na-
turales: spurios: incestuosos: nepharios: manse-
tes: nothos: bastardos, & quoscunq; natalium de-
fectus: copulatiuè,aut disiunctiuè,quocunque mo-
do patientes,siue masculos,siue fœminas,quocun-
que nomine censeantur,& quouis modo illegitimè
natos, & quocunque alio defectu laborantes: per
quæ censetur data facultas Comiti Palatino legiti-
mandi filios Sacerdotum, vt per Barbat. in citato
consil. 58. colum.3. volum.2. & tantò magis id sua-
detur,quia vbi lex Imperialis vult clericum in ali-
qua dispositione comprehendere eo casu, quo po-
test illum verbis expressis exprimit. Ita ergo Bar-
bat. ibi colum.5.in fin.versic. Item vbi, vnde cùm
Comiti hoc non expresserit, dicendum videtur,
quòd non potuit per dictum Comitem fieri huius-
modi legitimatio.

14 ¶ Quintò,ex alio demonstratur,nam † priuile-
gia,rescripta & similia,recipiunt vires ex mente re-
scribentis,Innoc.in c.cùm Ecclesiæ.de excep.c.cùm
dilecti.c.cùm adeo. de rescrip. sed mens Cæsaris &
Pontificis concedentium potestatem legitimandi
non fuit,quòd legitimaret filios Sacerdotũ,vt con-
stat ex dicto priuilegio, in quo excipit filios Baro-
num,Principum,Ducum, & Comitum, quo casu
sequitur,quòd multò fortiùs videtur excepisse fi-
15 lios Sacerdotum, † qui sunt Dij.cap.cùm ex iniun-
cto. de hæret. vbi But.arguit contra laicos, qui vo-
16 lunt præferri clericis: præferuntur enim † Sacer-
dotes Imperatori.c.nouit.de iud. si ergo Imperator
excipit filios Baronum & aliorũ, de quibus suprà.
17 ergo multò fortiùs filios Sacerdotum, † qui dicun-
tur Reges.cap. duo sunt genera.12.q.1.Barb. in dict.
cons.58.col.5.vers.Item ex alio.

¶ Sextò aduertendum est, quòd si nos dicere-
mus, q; Princeps concesserit huic Comiti potesta-
tem legitimandi filios Sacerdotum, sequeretur ab-
surdum,quòd voluisset præiudicare Ecclesiæ, quæ
est successura sacerdoti vel clerico suo, vt in cap. 1.
18 de succes.ab intestato,quo casu videtur,quòd † Im-
perator,qui est filius Ecclesiæ,nullo modo ei præiu-
iudicare voluerit, vt in specie dixit Barba.in d.cons.
58.col.4.vers.præterea etiam.

19 ¶ Penultimò dicitur, quòd † Comes Palatinus
non potest legitimare filios Sacerdotum,vt proba-
tur auctoritate Barba.in d.cons.58. per totũ, quem
20 sequitur Dec.in cons.338.nu.6. vbi dicit, quòd † in
generali potestate legitimandi spurios nõ videtur,
quòd filij spurij Sacerdotum includantur, pro qua
sententia facit,quòd voluit Dom.in c.si annum.§.si
verò.col.2.de iud. vbi concludit, quòd Comes Pa-
latinus Imperatoris non potest legitimare filiũ Sa-
21 cerdotis,quia sicùt adoptio & emancipatio filij de-
bet fieri coram iudice patris: & sic iudice Ecclesia-
stico,vt voluerunt Domini de Rota relati per Do-
22 minic.vbi suprà: ita & legitimatio: † quia de eman-
cipatione ad legitimationem valet argumentum.l.
iubemus.C.de emancip. lib. Paris.in cons.2.nu.24.
vol.2.Benedict.de Plumb.in disputatione & statu-
to Pisano.Soc.in cons.65. in 3.volum. Vasq.in lib.3.
in §.10.num.648.vers.infero.

¶ Præterea dicitur,quòd etiam dato,quòd vale-
ret legitimatio prædicta facta per dictũ Comitem
Palatinum vigore facultatis sibi concessæ à Cæsarea
Maiestate,tamen quòd dictus Dominus Ioan. Ba-
ptista non posset succedere in bonis dicti Domini
23 Zachariæ existentis in sacris: quia † laicus nullam
habet iurisdictionem in clericum. c. quod clericis.
24 cum ibi notatis.de foro compe.adeo quòd † etiam
clericus,si vult,non potest cõsentire in iurisdictio-
nem laici.vt not.in c.significasti.eo.tit. igitur laicus
non potest habilitare aliquem vt clerico succedat.
ita Soc.in cons.65.in 3.vol. quem sequitur Cur.Iun.
in cons. 84.col.fin.

¶ Vltimò dicitur, quòd legitimatio ipsa non va-
luit ex defectu potestatis, quæ † in quocunque actu
requiritur.l.cùm te.C.de dona.ante nup:.capit.su-
per.de offic.deleg.quia Comes ipse non potuit legi-
timare dictum D.Ioannem Baptistam, quod pro-

batur: nam † qualis fuerit potestas Comitis dependet ex tenore priuilegij. cap. si cui. de extraord. cap. Corra. in vers. vim verborum & tenorem inspicientis. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. sed ex tenore priuilegij non habet Comes potestatem legitimandi spurios Sacerdotũ: vt constat ex verbis dicti priuilegij, de quibus suprà, modò sic legitimatio † facta de illo, qui natus fuit ex his, inter quos matrimonium esse non potuit: lege diuina prohibente, nõ est propriè legitimatio, nec restitutio naturalis, sed dispensatio: quia cùm à principio non potuerit ibi esse matrimonium seu veritas ipsius: nec imago fingi potest. l. 1. C. de lat. lib. tol. Doct. cõmuniter in d. c. per venerabilem. & sic ex his resultare videtur, quòd † sicut non valet legitimatio dicti D. Ioan. Baptistæ, ita non valet institutio de eo facta in testamento prædicti D. Zachariæ. Paul. de Castro in l. eam quam. C. de fideicom. quẽ ibi sequitur Iaſ. col. 2. Dec. in cons. 453. in fin. 288. col. 2. Paris. in consil. 12. num. 227. vol. 2. Soc. Iun. in cons. 99. num. 34. vol. 2. & 210. nu. 23. vol. eod. Port. in cons. 95. nu. 45. & 96. num. 70. & 75.

¶ His tamen non obstantibus, & quæ verè in terminis de quibus agitur non obstant sententiã contrariam vti magis amicam legibus amplectendam fore arbitror, & pro fundamento dicti Do. Ioannis Baptistæ, Primò deducitur, quòd † qui habet rescriptum suæ legitimationis, dicitur habere fundatam intentionem pro validitate suæ legitimationis, adeo quòd qui vult dicere cõtrarium, debet illud probare. Goz. in cons. 48. num. 11. per notat. per Abba. & alios. in c. in præsentia. de proba. per illum tex. in verbo constet. vbi dicunt, quòd † habilitas personarum præsumitur ad validitatẽ actus, & qui dicunt actum validum non habent necessè probare se fuisse habiles ad hoc, vt actus valeat, vt probatur per text. vbi Bald. in l. cùm te minorẽ. C. de probat. & per notat. per Imol. in cap. fina. in verb. idoneus. de præsumpt. Soc. Iun. in cons. 93. nu. 16. vol. 3. vbi ait, quòd † publicum instrumentum legitimationis vnà cum instrumento publico de priuilegio Comitis legitimantis dicitur veritas apparens, & probatio probata disceptatione fori non indigens. Dixi in consilio 61. numero 28. cum sequenti volumine primo. & in consilio 96. numero 16. volumine tertio, vbi alios citaui. Beros. in consilio 57. numero 12. volum. 2. sed dictus Dominus Ioan. Baptista habet dicta instrumenta publica & authentica pro se, ergo &c.

¶ Secundò dicitur, quòd licet † legitimatio sit de reseruatis supremis Principibus, Butr. in c. per venerabilem. col. 4. vers. 2. per illum tex. in verb. insuper. vbi etiam Abb. col. 3. & 6. qui fil. sint legit. §. fin. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. Bald. in l. 1. C. de iure aur. annu. Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. vbi etiam Crot. nu. 86. de liber. & posthu. Dec. in consil. 150. col. 2. Soc. Iun. in consil. 100. num. 30. vol. 2. & in cons. 95. num. 83. vol. 3. Paul. de Castr. in cons. 227. in prin. secundum antiquam impressionem. Paris. in cons. 1. num. 73. vers. 8. volum. 2. Corn. in cons. 1. in princ. vol. 3. & Port. in cons. 105. nu. 15. tamen illam Imperator vel Pontifex alteri cõmunicare potest. Bald. in l. 1. ff. de tuto. vel cura. dat. ab his in l. cum filius. ff. de milit. testa. Docto. in dict. c. per venerabilem. Iaſ. in cons. 68. colum. 5. in princip. vol. 3. Dec. in cons. 288. col. 2. circa princ. Paris. in consil. 2. num. 2. vol. 2. cons. 9. num. 83. & 14. num. 35. vol. eod. Gozad. in consil. 81. num. 7. & in consil. 92. num. 14. Cephal. in consilio 23. num. 18. adeo quòd legitimatus à Comite Palatino habente auctoritatem dicitur legitimatus à supremo Principe dante potestatem, cùm Comes id faciat auctoritate Imperiali vel Pontificia, nam † omnia nostra facimus quibus nostra impartitur auctoritas. l. prima. §. omnia. C. de veter. iur. enucle. Curt. Sen. in consilio 16. colum. 9. in fin. versic. fortiùs. Paris. in cons. 1. num. 3. volum. 24. nu. 3. & 5. nume. 3. volum. eodem. Socin. Iun. in consilio 121. num. 3. vol. 2.

¶ Tertiò facit, quia sicut † Princeps secularis potest, secundum communem, filiũ natum ex constituto in sacris legitimare. gl. in §. fi. in auth. quibus mod. nat. effi. sui. Io. Andr. in d. c. per venerabilem. vbi Abb. col. 7. ver. in gl. in verb. adulterinis. Præpo. car. 3. col. 2. & 11. col. 4. & Iac. de Zochis, vbi dicit ita etiam tenuisse Pet. de Bellaper. in auth. quib. mod. nat. effi. legit. §. illud. in verb. vbi ad sacerdotium. in auth. quib. mod. nat. effi. legit. Cald. in cons. 3. in tit. qui fil. sint legit. Pau. de Cast. in l. si quis posthumos. ff. de lib. & posthu. & in cons. 225. col. 2. in vers. breuiter. ibi maximè per Papã, quod demonstrat idem in alijs quàm in Papa, Soc. in l. Gallus. in §. forsitan. col. fin. de lib. & posthu. Bald. in l. atqui contra. vers. sed nunquid. C. de nupt. & in consil. incip. Imperator. & Petr. eius frater in cons. incip. viso Imperiali. Iaſ. in cons. 11. col. 3. circ. medium. vol. 3. Homod. in cons. 127. Rui. in consil. 67. num. 4. vol. 3. & 167. in 4. dubio. vol. 5. Socin. in cons. 65. col. 1. vol. 1. vbi asserit hanc esse communem, à qua in iudicando non est recedendum, & similiter in cons. 47. vol. 4. Didac. in 1. Tomo cart. 314. col. 2. vers. 3. concluſ. Paul. de Cast. in cons. 225. col. 2. & Cur. Iun. in cons. 84. in fin. dicit magis communem, ita & facultatẽ ipsã alteri committere, vt suprà dictum fuit. & in specie, quòd etiã Comes posit, id volunt Cald. in d. cons. 3. quem sequitur Rui. in alleg. cons. 67. nu. 4. Signo. de Homo. in citato cons. 24. quem etiam refert & sequitur Iaſ. in d. cons. 11. Socin. in iam d. cons. 65. col. 1. & in cons. 47. colum. 6. in fin. volum. 4. Paris. in cons. 8. col. fin. volum. 2. & Curt. Iun. in cons. 84. col. fin.

¶ Tertiò dicitur, quòd † in generali potestate cõcessa Comiti Palatino legitimandi natos ex quocunq; coitu damnato censetur data facultas legitimandi filios natos ex constituto in sacris. ita Paul. de Cast. in cons. 225. col. 2. vers. secundum est. vbi dicit, non videre quare non: quia non magis illicitus est iste quàm adulterinus. arg. 32. q. 7. c. quid in omnibus adulterio grauiùs est. iũcto eo quod habetur in d. cap. per venerabilem. super verbo adulterinis.

Item, † & quia verba sunt generaliter intelligenda. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præst. & † qui omne dicit nihil excludit. l. Iul. ff. de leg. 3. Lapus antiquus Doc. in §. illud. in auth. quib. mod. nat. effi. legi. vt refert Soc. in d. cons. 47. col. 7. in prin. vbi etiã ipse concludit cum Paul. de Cast. vbi suprà dicens, quòd quando post enumerationẽ specierum spuriorũ dicitur, & quoscunq; ex illicito coitu procreatos non videri inconuenientes, quòd sub dicta concessione comprehendatur facultas & potestas legitimãdi filios constituti in sacris, cùm concurrant volũtas Principis & potestas. c. cùm super. de off. deleg. Bero. in consil. 168. col. 1. vol. 2. si igitur in dicto casu cẽsetur esse data facultas legitimandi filios Sacerdotum, quantò magis in casu præsenti, vbi dat facultas legitimandi quoscunque etiam nobiles naturales spurios, incestuosos, nepharios, manseres, nothos, bastardos, & quoscunque natalium defectus copulatiuè aut disiunctiuè, quocunq; modo patientes, quocunq; nomine censeantur, & quouismodo illegitimè natos, & quocunq; alio defectu laborantes, etiam si plures vel omnes defectus natiuitatis in legitimanda persona simul cõcurrerent, natis Illustriũ Principum, Comitũ & Baronũ duntaxat exceptis. Nam ponderanda

38 randa sunt illa verba, videlicet, quoscunq; † de cuius dicti geminatione est extẽdi ad alia maiora enumeratis, vt per Bar. & alios in l. Balista. ff. ad Trebel. gl. no. in l. cùm seruum. ff. de arbitr. Bald. in Rub. ff.
39 de rer. diuis. quæst. 34. dum dixit, quòd † concessio in feudum pro se & suis hæredibus quibuscunque, comprehendit etiam hæredem extraneum & legatarium, qui largo modo dicitur hæres. l. id tempus. §. 1. ff. de vsucap. quos simplex illud verbum hæredibus non comprehenderet. c. 1. §. & si clientulus. de alie. feu. Alex. in l. si patroni. ff. ad Treb. dixi in consil. 3. nu. 65. vol. 1. & in pluribus alijs locis, quod verbum geminatum ad terminos nostros bene cõsiderat Soc. in citato. cons. 47. col. 6. in fin. Item quoque
40 ponderanda sunt alia † verba quocunq; modo patientes, quæ etiã vniuersalia sunt, & important quomodocũq; l. his solis. ff. de cond. indeb. l. vbi autem
41 non apparet. in fin. ff. de verb. obli. & † quouis modo, quæ etiam sunt vniuersalia. Clem. fin. in verb. quouis alio modo. de sent. ex com. Rui. in cons. 189. num. 7. vol. 1. quæ cùm non sint tantùm duplicata, sed triplicata magis demonstrant verba ipsa etiam comprehendere facultatem legitimandi filios Sa-
42 cerdotum, nam † triplicata magis augẽt quàm duplicata, vt de tertio matrimonio loquitur Barba. in cons. 43. vol. 2. Dec. in cons. 504. col. fin. in princip. & Crauet. in cons. 54. col. 2. Vnde ex his infertur, quòd cùm huiusmodi legitimatio facta fuerit ab habente potestatem, de qua constat publicis instrumentis, quòd valida fuerit dicta legitimatio, & ipsa inconcussè venit obseruanda, & tantò magis id dicendũ venit, cùm dictus Comes non tantùm eũ legitimauerit vigore potestatis Imperialis, sed etiam Pontificiæ vno & eodem tempore, de qua potestate Sedis Apostolicæ nullatenus apud scribentes dubitatur, cùm latas habeat habenas, vt decidũt Paul. de Cast. in cons. 215. in 2. col. Corn. in cons. 220. col. 4. vol. 4. Paris. in cons. 8. col. fin. vol. 2. Curt. Iun. in consil. 84. col. fin. Host. in sum. in tit. qui filij sint legit. §. fi. ver. nunquid ergo. & Rui. in cons. vlt. num. 4. vol. 5.

¶ Restat modò vt resoluantur, quæ in contrarium allegata fuerunt. & deueniendo ad primũ argumentum respondetur, & dicitur, quòd dicti filij nati ex constituto in sacris secundum aliquos non dicuntur incestuosi sed spurij, vt per Petr. Cyn. Sal. Raph. & Castr. in d. l. 2. & Bald. in l. si quis. C. de incest. nupt. per glos. in l. vulgo. ff. de stat. hom. & ita illos spurios vocat Rui. in cons. vlt. num. 4. vol. 5. Caccialup. in l. si qua Illustris. nu. 15. versi. sed vtrum. C. ad Orphicia. & si spurij ergo faciliùs legitimantur quàm incestuosi, vt suprà dictũ fuit. Vnde hoc stante dico, quòd non obstat dictum vitium obreptionis allegatum, etiam quòd dictus D. Ioan. Baptista
43 esset incestuosus: qa aut volumus dicere quòd † fuit natus ex ipso Domino Zacharia, antequam esset in sacris constitutus vt præsumitur, per text. in cap. 2. de filijs presb. in cap. veniens. de accus. & Didac. qui alia allegat in libro primo, fol. 291. in princip. & isto casu cessat vitium obreptionis: quia verum est, dictum D. Ioan. Baptistam fuisse naturalem: quia natum ex soluto & soluta. aut volumus dicere, quòd sit natus & conceptus tempore quo iam erat in sacris constitutus, & similiter non militat ratio dictæ obreptionis: quia si in ceis oculis inspiciantur verba supplicationis porrectæ Comiti Palatino & priuilegium legitimationis dicti Domini Ioannis Baptistæ secundum eius formam regulatur legitimatio, teste Soc. Iun. in consil. 93. nume. 43. volumin. 3. clarè apparet, Comitem legitimantẽ habuisse notitiam, ipsum fuisse natum ex patre constituto in sacris, quod demonstratur, nam in dicta supplicatione requiritur à prædicto legitimante, vt velit dictum Ioannem Baptistam sic, vt suprà, vel aliter genitum auctoritate Apostolica & Imperiali eo meliori modo, quo fieri possit legitimare, & ad iura legitimorum reducere, primæuisq; natalibus ac antiquæ naturæ restituere & reintegrare, omnemq; & quamlibet ipsius Domini Ioannis Baptistæ conceptionis & genituræ rubiginem, maculamq; & defectum vndequaque prouenientem, etiamsi maior foret expresso, ac aliàs qualiscunque fuerit, delere, cessare, abolere & annullare, cui quidem supplicationi annuens ipse Comes eosdẽ Zachariam & Ioannem Baptistam specialibus gratijs prosequentes, adhibita in præmissis & circa præmissa diligenti inquisitione, necnon & præuia causæ cognitione, maturaq; & solenni deliberatione præhabita, interuenientibus insuper omnibus & quibuscunque solennitatibus, tàm iuris quàm facti in similib. quomodolibet requisitis, legitimauit, &c. Cùm igitur dictus Comes adhibuerit diligentẽ inquisitionem circa supplicata, ac maturam & solennem deliberationem eorum, quæ fuerunt necessaria ad ipsam legitimationem, vt ipse asserit. & sic notitiam habuerit, quòd dictus Dominus Ioannes Baptista fuerit natus ex constituto in sacris, meritò videtur cessare allegata obreptio, vt in simili determinat Ruin. in consil. 104. colum. 3. in fin. cum princip. sequentis, volumine tertio: vbi concludit, quòd quamuis in impetratione legitimationis non fuerit expressum, quòd Dominus Augustinus, de quo in casu suo fuisset coniugatus, sed quòd filius natus erat ex ipso & soluta, quòd vitium subreptionis tollitur ex verbis legitimantis, dum dixit ac habita omniũ & quorumcunque ad hoc necessariorum perfecta cognitione: quia ex his apparet, Comitem habuisse notitiam qualitatis spurietatis, subdens, quòd in hoc creditur dicto Comiti sic affirmanti secundum Paul. de Castro, in l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. & alios per eum ibi citatos.

¶ Secundò respondetur, tritissimum esse in iure
44 quòd † quãdo legitimans intendit super omni defectu dispensare, legitimatio valet, quamuis omnes defectus non sint expresè specificati secundũ Paulum de Castro, in consil. 225. in fin. quem sequitur Beros. in consil. 168. num 5. vol. 2. vbi inquit, quòd
45 † quando legitimans vult aliquem fore & esse legitimatum, nedum attentis defectibus expressis, sed etiam si maiores defectus pateretur, prout in impetratione legitimationis continetur, perinde est, ac si expresè & specialiter facta fuisset mentio, de qualitate prædicta & defectu, in quo ille talis esse reperiebatur. argum. capit. qui ad agendum. cum ibi not. de procu. in sexto, iterum in cons. 172. num. 18. volum. eod. Ruin. in cons. 104. num. 13. vol. 3. & in consil. 73. nume. 12. versic. tertius est casus. volum. eodem. vbi ait, quòd quando per illum qui vult legitimari defectus illegitimitatis exprimitur, & per legitimationem in specie tollitur illud impedimentum specificũ adiecta clausula generali, & alio quocunq; defectu non obstante, quòd per talia verba generalia & vniuersalia non potest dici, quòd legitimans tantummodò habuerit respectum ad defectum natalium in precibus expressum: quia aliàs dicta verba generalia & vniuersalia nihil operarentur, contra l. si quando. ff. de legat. primo. sed dicitur habuisse respectum ad illum in specie & ad alios in genere, & non modò cumulatiuè, sed etiam disiunctiuè & alternatiuè, & sic voluit legitimare siue defectus expressus adsit, & concurrat cum alijs, siue non adsit alius. l. si hæredi plures. ff. de condit. & demonstrat. rursus in cons. 126. num. 8. volum. 5. Go-

46 Rad. in conſ. 85. num. 23. vbi dicit, quòd † quotieſcunq; apparet ex verbis Comitis, quòd etiamſi ſciuiſſet defectũ eodem modo legitimaſſet, tunc non vitiatur legitimatio, & tollitur omnis ſurreptio & obreptio, & ideo videmus, quòd ſi in impetratione beneficij narratur eſſe minoris valoris, & tamen ſit multò pluris, quo caſu per regulam Cancellariæ vitiatur gratia, & dicitur obreptitia, vt per Cardin. in cle. fi. de præbend. ſi tamen ex clauſula gratiæ colligitur intentio Papæ, quòd etiamſi ſciuiſſet beneficium multò maioris valoris vtique conceſsiſſet, tunc non vitiatur. Anchar. in conſ. 295. ſed in terminis, de quibus agitur Dominus Zacharias, conſtituit procuratorem legitimum pro impetranda dicta legitimatione, quem conſtituere potuit ſecundum veram receptam ſcribentium ſententiã, Bart. & alij in l. Gallus. in §. forſitan. ff. de libe & poſthum. Ruin. in conſ. 73. in fin. volum. 3. Dec. in conſ. 55. numero 6. & 338. col. penult. in fin. ac Pariſ. in conſil. 1. num. 18. volum. 2. ad ſupplicandum dicto Comiti, vt vellet prædictum Ioan. Baptiſtam naturalem & genitum per eum priùs ſolutum, & ex quadam ſoluta laica, ſeu aliter genitum auctoritate Apoſtolica & imperiali, qua fungitur, omni meliori modo, & vt ſuprà dictum fuit, ne idem repetam, legitimare.

47 quibus precibus attentis, & ſecundum quas † legitimatio interpretationeem recipit, Bald. in c. dilectus. de fide inſtru. Dec. in conſ. 403. num. 1. Pariſ. in conſ. 9. num. 42. volum. 2. & 11. numero 167. volum. eodem. Comes Palatinus merè, ſimpliciter, omniq; cauſa qualitate & conditione ceſſantibus legitimauit, legitimumq; fore & eſſe decreuit, & declarauit, prædictumq; Dom Ioan. Baptiſtam ad iura primæuæ naturæ & quolibet legitimos actus tenore præſentium reſtituit & reintegrauit in omnibus ex per omnia, iuxta tenorem & continentiam ſupradictorum priuilegiorum, ſibi (vt præfertur) Apoſtolica & imperiali auctoritate conceſſorum. vnde cùm ex eis, in quibus dependet tota ſua auctoritas, Bald. in conſ. 129. volum. 1. Pariſ. in conſ. 1. num. 97. volu. 2. Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthum Ruin. in conſ. 104. num 6 volum. 3. Cephal. in conſ. 2 num 2. Soc. Iun. in conſ. 93. numero, volum. 3. & in conſil 75. num. 22. volum. 3. ſatisconſtet de intentione ipſius Comitis, quòd voluerit non obſtante omni defectu eum legitimare, quamuis ſuppreſsi fuiſſent plus defectus, & illa conferre iuxta formã petitionis, ac in omnibus & per omnia, prout continetur in priuilegijs ſuis, dicendum venit legitimationem ipſam non peccare dicto vitio obreptionis: nam ponderanda ſunt omnia verba ſupradicta, & maximè illa in omnibus & per omnia,

48 & per † quæ verba cenſetur facta legitimatio eodem modo, ſicut continetur in priuilegijs: quia inter iſta duo ſubiecta nulla eſſe debet differentia, Gozad. in conſ. 5. nume. 1. & in conſil 6. num. 76. verſic. 9. concluſio. Iaſ. in conſ. 40. colum. 2. verſic. 4. dicitur, vo-

49 lum. 3. vbi dicit, quòd † iſta verba denotant omnimodam perfectionem legitimationis, & quoad omnium ſucceſsionem. Nam dicta verba maximæ ſunt importantiæ, vt conſtat ex his, quæ ſcribit Angel. in ..2. §. furioſus. per illum textum. ff. de iure co-

50 dicil. vbi dicit, quòd † ſi ſtatutum diſponat, quòd Scholares habeantur in omnibus & per omnia pro Ciuibus, iſta verba faciunt, quòd habeantur tanquam veri Ciues, quoad omnia, tàm actiuè, quàm paſsiuè, & tàm ad commoda quàm ad damna, quæ ad eos ſpectarent, & dicit Ang. quòd non meminit alibi legiſſe ſimilem modum loquendi, quam deciſionem ſequuntur Roma. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. Alexan. & Iaſ. in l. ſi Ruffinus. C. de teſta. milit. Pariſ. in conſilio 71. colum. 2. volum. 1. Crot. in conſil. 103. colum. tertia. quia ſecundum Angelum dicta verba ſunt tantæ efficaciæ, quòd ex illis fit, quòd inter duo ſubiecta non debet eſſe aliquod diſcrimen, rurſus Cro. in conſ. 124. numero 13. facit quoq; quod ſcribit Bald. in l. omnia. C. de Epiſ & Cler. vbi dicit, quòd † ſi eſt cõceſſum ſtu-

51 dio Toloſano, quòd gaudeat priuilegijs ſtudij Pariſienſis, & de nouo concedantur priuilegia ſtudio Pariſienſi, quòd illa non competunt ſtudio Toloſano. per l. ſi ita. ff. de auro & arg. lega. vbi attenditur tempus præſens, niſi ſecundum Bald. dicatur in conceſsione, & per omnia, quia tunc ſtudium Toloſanum gaudebit priuilegijs conceſsis, etiam poſt dictam adequationem, quod dictum referunt & ſequuntur, Abb. in c. fi. ne Cler. vel Monach. & Ruin. in conſ. 54. num. 8. volum. 2. vbi dicitur concludere, quòd † ſi teſtator alicui fecit aliqua legata, & de-

52 inde in ſuo teſtamento inſtituat aliquem in omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus in omnibus & per omnia, quòd iſta verba vniuerſalia videntur importare omnia, & quæcunq; bona teſtatoris, & conſequenter etiam quæ alijs legata erant: quia qui omne dicit, nihil excludit. l à procuratore. C. mand. & tantò magis hoc dicendum venit: quia non dicitur in omnibus alijs &c. vt communiter dici ſolet, ſed ſimpliciter in omnibus, & ſubditur. pleno iure in omnibus & per omnia, per quæ verba videtur probari, quòd teſtator voluerit hæredem omnia bona ſua vniuerſaliter habere abſq; aliqua diminutione & omni reſpectu. Ita enim ſonant illa verba in omnibus & per omnia, iuxta l. ſecundam. §. 2. ff. de iure codicil.

¶ Similiter ad ſecundum de taciturnitate, quòd Dominus Zacharias tempore natiuitatis & legitimationis Domini Ioan. Baptiſtæ erat in ſacris, reſpondetur, quòd huiuſmodi taciturnitas non potuiſſet retrahere dictum Comitem ad legitimandũ dictum Do. Baptiſtam, vel eum reddere difficilem ad illam concedendam: quoniam ſi voluit vigore dictæ ſuæ poteſtatis eum legitimare, non obſtantibus omnibus defectibus ſuppreſsis, etiam maioribus: quia nepharius, vel inceſtuoſus, vel copulatiuè, quod eſt magis, multò fortiùs voluit eum legitimare, non obſtante hac taciturnitate allegata, per regulam quæ habet, quòd cui conceditur quod eſt plus, mi l. ò magis quod eſt minus, reg. cui licet. de reg. iur. Ruin. in conſ. 67. col. 2. vol. 3. & Soc. Iun. in conſ 93 num. 11. vol. 3.

¶ Ad tertium quoq; reſpondetur ex dictis Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. cum quo tranſeunt

53 alij. ff. de libe. & poſthum. vbi dicit, quòd † ſi legitimatur patre viuente, quòd valet legitimatio. licet de agnatis, qui erant ſucceſſuri ab inteſtato, nulla ſit facta mentio: quia licet per legitimatum excludantur, non tamen dicuntur agnati pati damnum, cùm ſit in poteſtate patris, etiam alios inſtituendo excludere, Ruin. in conſ. 126. num. 3. volum. 5. Paul. de Caſt. Aret & Ruin. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. colum. 66. in verbo quinimò. ff. de libe & poſthum. Soc. Iun. in conſ. 142. num. 12. volum. 1. vbi inquit, opinionem contrariam in iure non veram & magis communiter reprobatam, & in conſ. 93. numero 18. vol. 2. Soc. in dicto §. & quid ſi tantum. vbi tradit in tertia cõcluſione, quòd licet dicta in contrarium ſoleant allegari, tamen ſibi hoc non dicũt: quia quatenus volunt, quòd fiat mentio de agnatis, volunt ad iſtum effectum, vt agnoſcantur non ſolùm patri, ſed alijs agnatis, ita quòd alijs ſuccedere poſsint: non autem ad effectum, vt illis præiudicet in ſucceſsione paterna, & quòd aliàs in queſtio.

ſtio. de facto ita conſuluit. Nec obſtat, quòd ſi de agnatis facta fuiſſet mentio, quòd fortè Comes non conceſsiſſet, ſaltem ita de facili: Quia reſpondetur, quòd hoc eſt omnino alienum à veritate, neq; credi debet: quia iura concedunt legitimationem filiorum non in defectum ſuccedentium ab inteſtato, ſed in defectum aliorum filiorum legitimorum, & propter eorum carentiam. §. generaliter. in authentic. quibus mod. nat. effi. ſui. & in §. præcedenti. & in §. ſi quis non habens filios in authent. quibus mod. nat. effi. legit. venientes autem ab inteſtato, nunquam reperiuntur conſiderati & merito: quia pater reſpectu aliorum habet liberam bonorum ſuorum diſpoſitionem, vt iam dictum fuit, alioquin diceremus, quòd regulariter & quaſi nunquam concederetur legitimatio, cùm rarò eueniat, quòd quis ſibi non habeat ſucceſſurum ab inteſtato, quòd eſſet contra mentem Imperatoris in dictis titulis, quibus mod. nat. effi. legit. & ſui. Vnde dicitur, quòd ſi Comiti millies diceretur, quod petenti filium legitimare extant tales & tales agnati vel cognati, ab inteſtato ſucceſſuri, non propter hoc minus legitimationem cõcederet, quia ſicut iura hoc non conſiderant, ita nec Comes ipſe cõſiderare habet, ita ad literam Socin. Iun. in conſil. 142. num. 19. volum. primo. Item reſpondetur & hæc eſt vera reſponſio & concordia, quod de venientibus ab inteſtato nõ eſt faciẽda mentio in legitimatione, quando ius aliquod non eſſet cum effectu ipſis acquiſitum in re, ſed ſolùm in ſpe & ad rem, ſecùs ſi ipſis venientibus ab inteſtato iam eſſet ius quæſitum in re: quia iam adiuiſſent hæreditatem, item etiã apprehendiſſent poſſeſsionem, & conſequenter ipſius fuiſſet acquiſitum dominium de iure gentiũ, quod tolli & auferri non poteſt ita de facili à Principe niſi in impetratione fieret mentio de ipſis agnatis, quibus eſſet iam ius quæſitum, ita Bero. in conſilio 277. num. 48. verſ. 2. reſpondeo.

¶ Pariter non obſtat quartum. Quia reſpondetur, quòd imò vigore poteſtatis imperialis potuit Comes legitimare dictum dominum Ioannem Baptiſtam, quamuis natum ex conſtituto in ſacris, vt ſuprà ſecundum communem opinionem demonſtratum fuit in tertia concluſione, & multò magis ex vi facultatis Apoſtolicæ ipſi Comiti conceſſæ, in qua Leo Pontifex Maximus eidem omnia conceſsa per Imperiale Culmen approbauit, atq; illa motu proprio indulſit & conceſsit, cum poteſtate vt ſpurios & illegitimè natos quocunq; nomine nuncupatos legitimare poſsit, natis Illuſtrium Principum, Comitum, Baronum duntaxat exceptis. & per conſequens omnes cuiuſcunque conditionis alterius & dignitatis homines, & ſic natos ex con-
54 ſtitutis in ſacris, † cùm illa dictio taxatiua ſolùm excipiat comprehenſa ſub illa, & in omnibus alijs firmet regulam & dictum. iuxta tradita per gloſſ. in Rub. de reg. iur. l. nam quod liquidè. in fin. ff. de pe-
55 nulega. Hinc etiam videmus, quòd † ſi exceptio facta ſit de aliquo caſu: in quo ſpeciale mandatum requiratur: ampliatur regula, vt etiam locum habeat in alijs caſibus requirentibus ſpeciale mandatum. vt per Dominum poſt Lapum in capit. qui ad agendum. §. primo, de procur. in 6. Alex. in l. fina. ff. quod quiſque iur. & ideo dixit Alex. in conſ. 215. co-
56 lum. 9. verſ. decimo. volum. 2. quòd † ſi Princeps in conceſsione ſua facta alicui excipiat vnum caſum, in quo reſeruauit ius tertij, illa particularis exceptio facit, quòd in alijs videtur voluiſſe tertio præiudicare, quem ſequitur Dec. in conſil. 197. nume. 3.
57 vbi ex his concludit, quòd † ſi Princeps in conceſsione meri, mixti imperij & omnimodæ iuriſdi-

ctionis excipit aliquos caſus, in quib. non vult iuriſdictionem eſſe apud poteſtatem loci, inter quos quidam exprimuntur qui ſint de reſeruatis Principi, de quibus in ca. 1. quæ ſint regal. quòd in cæteris caſibus etiam Principi reſeruatis conceſsio facta videtur. l. in his. cum gl. ff. de legib. latè de his per Dec. in c. cùm dilecto. colum. 2. de confir. vtili vel inutili. & ideo ex his conſuluit Bero. in conſ. 169. colum. 1. cum ſequent. volum. 2. quòd vigore huius facultatis conceſsæ per Maximilianum Imperatorem dicto Comiti & approbatæ per ſummum Pontificem potuiſſet ipſe Comes etiam legitimare clericos: quia licet Imperator, qui hanc amplam poteſtatẽ ei tribuit, non potuerit quoad clericos & Eccleſiaſticas perſonas facere, quòd gratia ſua ſortiretur effectũ & executionem, arg. cap. decernimus. de iud. & in c. 1. cum gloſſ. de oper. no. nunc. tamen iſtæ gratiæ defectus ſuppletur ex confirmatione Apoſtolica, argum. not. in Rub. & in c. 1. de confir. vtil. vel inut. & in cap. cùm acceſsiſſent. in gloſ. in verbo confirmatum. de conſtit. iunctis not. per glo. in dicto cap. de-
58 cernimus. vbi per plura iura dicit † Papam Principi aut alteri inferiori ſeculari in clericos conferre poſſe poteſtatem & iuriſdictionem ſaltem voluntariam. §. generaliter. in authent. quib. mod. nat. effic. ſui. Butr. Abb. & alij in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. faciunt etiam ſcripta per Pariſ. in conſil. 8. col. fi. vol. 2. vbi concludit, filium conſtituti in ſacris inſtante patre, vt in caſu præſenti, potuiſſe legitimari per Comitem Palatinum, præſertim cùm illam fecerit non ſolùm auctoritate imperiali, ſed etiam Apoſtolica, quo caſu nulla reſultat dubitatio quin valuerit & teneat, eſto quòd legitimatus fuerit filius Sacerdotis. in quam ſententiam etiam inclinat Curt. Iun. in conſ. 84. colum. fina. vbi inquit, cautiſsimum eſſe vt filius Sacerdotis poſsit legitimari ad effectum ſuccedendi patri, quod eodem tempore impetretur legitimatio à duobus, quæ ſimul concurrunt in prædicto Comite, qui legitimauit prædictum Dom. Ioan. Baptiſtam.

¶ Non obſtat quoq; & quintum: quia ad illud ſatis apertè reſponſum eſſe videtur ex his, quæ ſuprà dicta ſunt retorquendo fundamentum Barb. contra eum, quia nulli dubium eſt, quòd dicta exceptio filiorum, Comitum, Baronum, Ducum, &c. operatur reſpectu aliorum quorumcunq; quòd permiſſa ſit Comiti poteſtas legitimandi filios Sacerdotum, quod & comprobatur ex not. per Ruin. in conſ. 190.
59 num. 14. vol. 2. vbi dicit, quòd † ſi ſit datum mandatum generale alicui, ſaluo quòd non poſsit peti reſtitutio in integrum, quòd ſub tali generali mandato comprehenduntur alij caſus requirentes ſpeciale mandatum. Bero. ſi in conſ. ſuo 169. colum. prima, vol. 2. vbi loquendo de priuilegio conceſſo per Maximilianum Imperatorẽ omnibus Comitibus de Campegio, vt quilibet ſpurios illegitimè natos quocunque nomine nuncupatos legitimare poſsit, natis Illuſtrium Principum & Comitum ac Baronum duntaxat exceptis, & approbato in omnibus per ſummum Pontificem, cõcludit dictum Comitem, de quo in caſu ſuo, vigore dictę exceptionis taxatiuæ potuiſſe legitimare omnes cuiuſcunque alterius conditionis & dignitatis homines, & ſic etiam clericos.

¶ Sextum etiam non obſtat: quia non eſt verum quòd ſi clericus exiſtens in ſacris, moriatur non exiſtente legitimatione filij, quòd Eccleſia deberet ſuccedere ipſi Clerico quoad bona temporalia, imò quia conſanguinei ſui debent ſuccedere, vt in terminis decidit Soc. in conſ. 47. nu. 36. vol. 4. vbi cõſu-
60 luit quòd † ſi Imperator legitimat filiũ conſtituti

in sacris, valet legitimatio quoad patrimonialia: qà
61 licet † bona Clericorum gaudeant eodem priuile-
gio cum bonis Ecclesiarum c. Ecclesiarum. 12. q 2.
tamen mortuo Clerico sine testamento bona eius-
dem spectant ad suos consanguineos, qui sunt sub-
diti Imperatori. & ideo cùm per talé legitimatio-
nem non præiudicetur Ecclesiæ, sed laicis subditis
Imperatori, meritò dicendum videtur ipsam vale-
re, & præsertim concurrente auctoritate Apostoli-
ca. Plus dicitur, quòd Comes ipse virtute dicti pri-
uilegij Apostolici possit etiã legitimare quoad bo-
na Ecclesiastica, vt clarè cantant verba ipsius pri-
uilegij.

¶ Non obstat etiam, quòd non potuerit legiti-
mare, cùm inter dictum Zachariam & dictam solu-
tam poterat esse matrimonium inter eos lege diui-
na prohibente, quia pluribus modis respondetur,
& primò, quòd omnes Doct. qui ponunt hanc quæ-
stionem, loquuntur per verbũ Legitimare, vt con-
stat ex auctoritatibus suprà relatis, tàm pro parte
affirmatiua, quàm negatiua, & tamen cõmunis est
opinio, vt dictum fuit, quòd potest legitimari, ergo
62 datur legitimatio, item si datur † legitimatio de fi-
lio nato ex soluto & monacha, vt per Bald. in c. su-
per literis. col. 2. de rescript. Berosi. in cons. 168. col. 2.
vol. 2. Ias. in cons. 11. colum. 3. in princ. volum. 3. Dec.
63 in cons. 55. num. 4. Plus † potest dari legitimatio de
filio nato ex filio spirituali, quem quis leuauit ex sa-
cro fonte: teste Ias. in citato consil. 11. col. 3. in princ.
inter quos non potest esse matrimonium, & vt in
casu præsenti.

¶ Secundò responderi potest, quòd opinio con-
traria posset locũ sibi vindicare, vbi lex diuina in-
ter aliquos prohiberet matrimonium, secùs si lex
canonica: quia tunc legitimatio, maximè per ha-
bentẽ potestatem à summo Pontifice, vt in termi-
nis nostris decidit Alex. in cons. 2. num. 23. volum. 1.
vbi post Hostien. in summa, qui filij sint legit. §. fin.
versic. nunquid ergo, concludit, quòd filij nati ex
cõstituto in sacris possunt auctoritate summi Pon-
tificis legitimari: quia tales in sacris constituti non
lege diuina, sed lege canonica matrimoniũ contra-
here prohibentur, vnde videmus, quòd Papa po-
test dispensare, quòd cõstituti in sacris possint ma-
trimonium contrahere. cap. cùm olim. de cler. con-
iug. subdens hanc opinionem probari in gl. in ver.
adulterinis. in c. per venerabilem. qui filij sint legi-
timi. Paul. de Castr. in cons. 225. colum. 2. & Ruin. in
cons. vltimo. num. 4. volum. 5. & Ias. in cons. 40. co-
lum. 3. in fin. cum princip. sequentis. vol. 1. vbi dicit
sufficere, quòd in genere potuerit esse matrimoniũ
ante tempus conceptionis vel post, ad hoc vt quis
possit legitimari per rationes ibi per eum citatas.

¶ Tertiò respondetur, quòd licet dictus Domi-
nus Ioan. Baptista sit natus ex his, inter quos non
poterat esse matrimonium, tamen dicta legitima-
tio fuit iuridica & valida, quoniam etsi Princeps se-
cularis non possit aliquem legitimare tanquã na-
tum ex legitimo matrimonio, cùm non possit su-
per re iudice matrimonij dispensare, d. c. per vene-
rabilem. tamen quem legitimum facere potest remo-
uendo ab eo differentiam legitimitatis & illegiti-
mitatis, & sic reducendo eum ad primæuũ statum
naturæ. vt in auth. quibus mod. nat. effi. sui. §. si quis
ergo. in ver. antiquæ ingenuitati. & in ver. ad ipsam
deducentes natura: quia per istum modũ non dis-
pensatur super matrimonio, nec super aliquo im-
pedimento ad matrimonium, & sic nulla fit dispen-
satio super iure speciali, ita Ias. in citato cons. 11. col.
pen. vbi concludit, incestuosum natum ex filia spi-
rituali posse per Comitem Palatinum legitimari
modo quo super, non obstante quòd sit natus ex
his, inter quos matrimonium esse non poterat. ite-
rum in cons. 40. colum. 3. in princip. vol. eod. Ruin. in
cons. 67. colum. 2. versic. vel secun. dici potest. vol. 3.
vbi ait, quòd etsi Comes Palatinus non possit legi-
timare natum ex moniali tanquam natum ex legi-
timo matrimonio seu per mediũ matrimonij vali-
dando vel fingendo illud: quia super tali impedi-
mento canonico dispensare non potest. tamẽ stante
tali impedimento potuit eum legitimare, non ha-
bens respectum ad matrimonium, sed sine illo: re-
mouendo differentiam legitimitatis & illegitimi-
tatis: cùm talis differentia fuerit inuenta de iure
ciui. quia priùs omnes nascebant liberi. §. liceat. in
authen. quib. mod. nat. effi. sui. Aret. in l. ex facto. in
princ. de vulg. & pupil. col. 10. vbi dicit, quòd Im-
perator legitimando simpliciter filium nõ dicitur
illum legitimare per aliquod mediũ facti, sed sim-
pliciter tollendo ius positiuum & restituendo ad
pristinum ius naturæ, vnde tantùm dicitur dispen-
sare circa ius, propterea filius efficitur verè legiti-
mus, secùs si legitimatur per medium facti fingen-
do matrimonium. Rosel. in tract. de legit. dum tra-
ctat de legitimo effectu. col. 2. vbi tradit, quòd ad in-
ducendam veram legitimationem medium matri-
monij non esse necessariũ, sed sicut ille modus fuit
inuentus à iure ciuili, sic & alius modus potuit in-
duci à Principe, scilicet legitimatio, quemadmodũ
inducitur legitimatio absq; matrimonio, videlicet
per adoptionem vel arrogationem, gloss. instit. de
adopt. in princ. rursus Ruin. in cons. 75. num. 14. 76.
num. 14. vers. non obstat ratio. 79. num. 3. 86. col. 5.
in princip. & 94. col. 7. vers. & insuper. volum. 3. Go-
zad. in cons. 6. num. 63. & 29. num. 32. Capic. in decis.
93. colum. 5. & ita aliàs dixi in cons. 61. num. 5. cum
sequenti, volum. primo. Socin. Iun. in cons. 93. num.
33. volum. 3.

¶ Quartò, respondetur secundum Socin. Iun. in
cons. 93. num. 52. vol. 3. quòd illud procedit, nisi cla-
rè in contrarium constaret de voluntate Principis
priuilegium concedentis & Comitis legitimantis,
put in casu nostro, vbi dicitur de spurijs incestuo-
sis, nepharijs, &c. & de alijs quocunq; modo illegi-
timè natis, & quando legitimatio est facta totaliter
& in plenissima forma, & in qua omnis macula ge-
nituræ dicitur ablata & totaliter sublata: quia tunc
non est disputandũ de potestate Principis, vtrum
possit legitimare & facultatem legitimandi alteri
concedere etiam spurios, cùm vbique & per totum
orbem seruetur, dummodò de voluntate constet;
nam dicere contrarium esset infinitas destruere le-
gitimationes, quæ pro validis & firmis seruantur;
& (vt aliàs dicebat Bald. in simili) esset restringere
quodammodo mundum, quòd non est faciendum.
l. minimè. ff. de ll. nam à communi practica non est
recedendum. Alex. in cons. 27. vol. 1. & eò magis id
fatendum venit, cùm etiã legitimatio ipsa (vt iam
dictum fuit) facta fuerit auctoritate summi Pon-
tificis, vt liquet ex priuilegio per eum concesso di-
cto legitimanti.

¶ Non obstat quoq;, quòd legitimatio filij con-
stituti in sacris debet fieri corã iudice dicti consti-
tuti in sacris petentis legitimationem, sicut eman-
cipatio, & non coram seculari: qui nullam in eo ha-
bet iurisdictionem. quia primò respondetur, quòd
ea facta fuit vigore facultatis concessæ prędicto Co-
miti per sedem Apostolicam, & sic cessat obiectum.
Sed vlteriùs etiam dici potest, quòd quamuis etiam
facta fuisset per habentem tantum authoritatem à
culmine Imperiali, quòd illa valet, vt concludunt
Doct. communiter suprà relati, quia in casu de quo

agitur, non valet argumentum de emancipatione ad legitimationem, quia in legitimatione pater nihil agit, sed solùm legitimanti consentit, secundum Bart. & alios in l. Gallus. §. forsitan. de lib. & posthu. secùs in emancipatione, in qua dicitur pater agere. nam actus legitimationis celebrat inter legitimantem, qui est persona agens, & legitimatum, qui est persona patiens. vnde satis est, quòd legitimans sit superior legitimato, quamuis non sit superior patri, & ideo legitimatio potest peti à solo filio patre absente & ignorante, dummodò postea illã ratam habeat. Ang. in cons. 87. vnde filius debet illam petere à suo superiore: quia per assensum patris clerici non prorogatur iurisdictio iudicis laici, qui in clericum non exercet iurisdictionẽ, quia ille nihil agit, nec contra eùm agitur, sed solùm voluntatem suam declarat circa actum gestum in laicum per iudicem secularem, quod facere potuit. per nota. per Bald. in l. testamenta. C. de testa. ita Soc. in d. §. forsitan. in fi. vbi inquit, post longam altercationem ita fuisse decisum Florentiæ per tres solennes Doctores. Rui. in cons. vlt. num. 4. volu. 5. Vlteriùs dicitur, quòd communis est opinio contra Dom. vt refert Soc. in cons. 47. num. 36. vol. 4. vel quod dictum eius saluari potest quoad bona ex reditibus Ecclesiasticis acquisita. Didac. in d. lib. 1. §. 9. colum. pen. vers. 8. conclusio.

64 ¶ Vltimò non obstat, quòd dato, quòd † huiusmodi legitimatio fieri potuerit per Comitem Palatinum habentem auctoritatem à Cæsarea Maiestate, non tamen quoad bona temporalia patris: quia respondetur, quòd contrarium tenuerunt Bald. in d. c. per venerabilem. vbi per plura ostendit, quòd filius clerici cõstituti in sacris potest legitimari per Imperatorem quoad successionem paternã, & quo ad bona temporalia, quem sequitur ibi Præpos. in §. quod autem. col. 78. cum sequenti. Rui. in cons. 167. colum. 3. in princip. volum. 5. Ioan. Andr. & Abb. in d. c. per venerabilem. Soc. in citato cons. 47. num. 36. quia licet bona clericorum gaudeant eodem priuilegio cum bonis Ecclesiarum. 12. q. secunda. cap. Ecclesiarum. c. ex literis. de pignor. tamen hoc non debet in eorũ læsionem retorqueri. reg. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. Didac. in dicto §. 9. in 8. conclu. vbi etiam dicit ita tenere Cæsar. Lamber. in tracta. de iure patro. lib. 1. in 2. part. quæst. secunda. articulo 29. num. 17. & præsertim ita tenendum est, cùm dicta legitimatio facta fuerit à dicto Comite habente nedum authoritatem legitimandi dictum Dom. Ioan. Baptistam à Cæsarea Maiestate ad bona patrimonialia, sed etiam Ecclesiastica, vt constat ex priuilegio Leonis Pontificis Maximi, quam dare potuit, vt per Bero. in cons. 169. nu. 4. vol. 2. & in cons.

65 175. num. 21. vol. eod. vbi dicit, quòd † quamuis Ecclesia abhorreat, vt spurij etiam legitimati ad bona Ecclesiastica admittantur, vt volunt Docto. communiter in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. tamen si expressè Papa hoc dicit, valet etiam legitimatio quoad Ecclesiastica, & pro hac sententia adducitur quod voluit Curt. Iun. in cons. 84. col. fin. vbi dicit bonam esse cautelam, quòd quãdo tractatur de succedendo patri Sacerdoti, vt impetretur legitimatio ab habente auctoritatem & potestatem à Cæsarea Maiestate & à summo Pontifice eodem tempore, quod in casu nostro actum esse reperitur: Vnde ex his quæ abundè dicta fuerunt concludendum esse arbitror, stante priuilegio Imperiali concesso prædicto Comiti in amplissima forma & cum facultate, quòd legitimatus possit succedere patri, & agnatis non obstantibus aliqua lege, constitutione, statuto, ordinamento, reformatione, extra-

uaganti, prouisione, priuilegio, rescripto, decreto, vel decretali, aut cõsuetudine vetustissima in contrarium loquentibus aut decretis, vel alijs quibuscunque, tàm præsentibus, quàm futuris, specialibus vel generalibus in contrarium facientibus & specialiter legibus sub Rub. in authent. quibus modis nat. effi. legit. per totum & non obstantibus. leg. prima. & toto tit. C. de nat. liber. & maximè. aut. licet eodem tit. cap. naturales. si de feud. fue. contro. inter dom. & agnat. & C. de incest. nup. l. incesti. authen. ex complexu. eod. tit. & auth. de incest. & nephar. nup. per totum. §. sit ergo licentia. cum gloss. in ver. non permittemus. & auth. quibus mod. nat. effic. legit. colum. 6. l. prima, secunda, & toto illo tit. C. vnde cogna. & institu. ad orpha. & l. generaliter. C. de instit. & substit. l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebell. & l. si qua Illustris. C. ad orphicia. &c. tanta. & cap. per venerabilem. qui filij sint legit. quibus omnibus & singulis in quantum huic gratiæ, concessioni, edicto, consti. decreto obstarent, quantum ad hanc concessionem ex certa sciẽtia & motu proprio, auctoritate Imperiali, & de nostræ potestatis plenitudine derogamus & derogatum esse volumus ac si singulariter, specialiter & expressè & in omnibus eius capitulis & partibus enumerata essent, cum his omnib. radicibus intendimus & volumus ex certa scientia derogare, & nunc specialiter, singulariter & expressè derogamus, ac si de illis & illorum quolibet vel qualibet in hoc indulto facta esset mentio & derogatio specialis de verbo ad verbum simpliciter requireretur, approbato per summum Pontificem Leonem, non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis etiam municipalibus, reformationibus, decretis & consuetudinibus, necnon priuilegijs & indultis, tàm Apostolicis quàm Imperialibus in contrarium, quomodolibet forsan pro tempore cõcessis, quibus omnibus illorũ omnium tenores ac si verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in sui robore permansuris, hac vice duntaxat motu, scientia & potestate prædictis simpliciter & expressè derogamus, necnon omnibus illis quæ olim Maximilianus in Imperatorem electus in dictis suis literis voluit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque, dictam legitimationẽm non obstantibus obiectis, validam esse, & inconcussè obseruandam, & per consequens quòd licitè potuit dictus Dominus Zacharias instituere prædictum Dominum Ioannem Baptistam eius filium legitimatum in bonis

66 suis, in quibus † vnusquisq; est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. l. 1. C. de sacrò. Eccle. Paris. in cons. 72. num. 3. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Mensura loci contractus secundum crebriorem Doctorum sententiam attendi debet, & non mensura loci, vbi res sitæ sunt.*
2 *Nisi consuetudine aliud cautum esse reperiatur.*
3 *Consuetudo vim legis habet, seu lex non scripta dicitur.*
4 *Consuetudo est eiusdem potentiæ cuius lex.*
5 *Consuetudo æquipollet veritati.*
6 *Consuetudo fungitur vice Principis & Priuilegij.*
7 *Consuetudo facit licitum, quod aliàs est illicitum.*
8 *Consuetudo est facti, quæ non præsumitur nisi probetur.*
9 *Consuetudo probari debet per veras probationes, & non per præsumptiones & coniecturas.*

10 *Consuetudo formiter probanda est.*
11 *Probatio consuetudinis difficilis est.*
12 *Testes super consuetudine probanda debent deponere de visu actus, actuum frequentia, de temporis taciturnitate, & tales actus factos fuisse, ita & taliter, quòd appareat de tacito consensu populi.*
13 *Testes deponentes super consuetudine debẽt esse contestes, & non singulares in actib. & tempore, aliàs secundum communem non probant.*
14 *Testes super consuetudine etiam non interrogati, debent reddere rationem congruam dicti sui.*
15 *Consuetudo debet esse præscripta.*
16 *Consuetudinis adesse requiritur, quòd fuerit inducta & obseruata sciente & patiente populo.*
17 *Consuetudo vt inducatur, actus fieri debent ea intentione, vt consuetudo inducatur.*
18 *Consuetudo quando non est vniformis sed varia, seruandum est ius commune.*
19 *Instrumenta, si diuersimodè conficiuntur in Ciuitate ob talem diuersitatem redimus ad Ius Commune.*
20 *Consuetudo non debet esse incerta & obscura, sed certa & clara ad exemplum legis quam imitatur.*
21 *Iudicis dicto non standum, nisi quatenus constat ex actis coram eo agitatis.*
22 *Dictum vnius, dictum nullius.*
23 *Vox vnius non condemnat nec iustificat.*
24 *Iudex veritatem præ oculis habere debet, & eam amplecti.*
25 *Veritati semper locus esse debet.*
26 *Veritati omnia consonant.*
27 *Pactum debet seruari.*
28 *Humanæ fidei nihil magis conuenit, quàm pacta seruare.*
29 *Ratio naturalis à cuius nexu & supercilio nemo eximitur, iubet pacta seruari.*
30 *Verba in omni casu nullum alium excludunt.*
31 *Res venales licet non veniant in legato generali, secùs tamen est, quando in eo dictum fuisset de omnibus bonis.*
32 *Immunitas concessa ab omnibus oneribus, complectitur & onera belli.*
33 *Substitutio facta filio decedenti sine filijs, de Titio & eius hæredibus, licet non comprehendat extraneũ, limitatur locum non habere, quando in substitutione esset facta mentio de omnibus hæredibus.*
34 *Feudum hæreditarium etsi de sui natura non transeat ad hæredes extraneos, tamen id fallit, si in concessione feudali dictum sit de omnibus hæredibus.*
35 *Statuto si caueatur, quòd vxore præmoriente sine liberis maritus in omni casu lucretur dotem huiusmodi statutum excludit filios primi matrimonij.*
36 *Aequalitas debet esse iusta & æqua arbitrio boni viri.*

CONSILIVM XIII.

ALIAS consulendo in fauorem Magnifici D.Iacobi de Curte & contra Magnificum D.Petrum Odescalcũ, dixi in ipso cons. quod nunc impressum repetitur in consilio, vlti. in 3. volumine, quòd vbi agitur de
1 mensura prædiorum attendi debet † mensura loci vbi contractus est celebratus, non autem loci, vbi res sitæ sunt, demonstrando hanc esse nedum communem Doctorum sententiam, vt per Cagnol. in l. in stipulationis. de reg. iur. sed etiam crebriorem, vt in ipso cons. legitur, cui sententiæ nunc etiam adhæreo, quia si aliter diceretur, esset sub clarissimo sole mortale lumen afferre. Nunc verò per Dominum iudicare debentem motiuum eleuatur, quòd etsi huiusmodi sententia possit procedere inspecta dispositione iuris communis, tamen ea locum vindicare non potest stante consuetudine in contrarium
2 quòd † attendatur mensura loci vbi res sitæ sunt, cui consuetudini standum est, teste Bar. in d.l. semper in stipulationibus, quem cæteri ibi sequuntur,
3 † cùm vim legis habeat, seu lex non scripta dicatur. l. de quibus. ff. de legibus. §. ex non scripto. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Bald. in l. 1. col. 14. C. de sum. tri.
4 & fide Catho. vbi dicit consuetudinem † esse eiusdem potentiæ, cuius est lex. Soc. Iun. in cons. 54. nu. 11. volum. primo. 55. nume. 5. & 58. num. 3. vol. eod.
5 Nam † consuetudo æquipollet veritati, Decius in
6 cons. 586. col. 1. in fin. & † fungitur vice Principis & Priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea. de verb.
7 sign. item facit † licitum quod aliàs esset illicitum. glos. communiter approbata in c. tuam nobis. de simonia. Cui motiuo respond. dicitur, quòd † cùm
8 consuetudo sit facti, quæ non præsumitur. quòd asserenti ipsam extare incubit onus probandi. glos. in verbo probatis. in l. 1. vbi etiam Bald. in primo notabili. C. quæ sit long. consue. Alex. in cons. 67. vol. 7. Corn. in cons. 83. litera O. vol. 4. Dec. in cons. 402. nu. 11. Curt. Iun. in cons. 184. colum. penult. in princip. Socin. Iun. in consil. 65. num. 36. vol. 1. & in cons. 68. num. 116. vol. 3. & istud in tantum verum est, quòd
9 † ea probari debet per veras probationes, & nõ per præsumptiones, & coniecturas, textus est in dict. l. prima, Dec. in cons. 538. num. 8. & quidem formiter
10 Paris. in cons. 47. nume. 67. volum. 1. & in consil. 66. num. prim. volumine quarto. sed si perscrutantur & diligenter considerentur dicta testium examinatorum pro verificanda ipsa consuetudine, cuius
11 † probatio est difficilis, Fulgos. in consilio 6. Dec. in cons. 215. num. 2. in fin. & Curt. Iun. vbi suprà, vtiq; apparebit qualitates requisitas ad esse consuetudinis non fuisse probatas. de quibus per Cy. in l. secunda. colum. 12. C. quæ sit long. consuetudo. Nam primò
12 requiritur, quòd † testes deposuissent de visu actus, cuius consuetudo allegatur, de actuum frequentia, de temporis diuturnitate, & tales actus fuisse factos ita & taliter, quòd apparuisset de tacito consensu populi. Alexand. in consil. 45. 131. 136. & 196. volum. 2. & in consilio 173. columna secunda, volum. 6. Paris. in consil. 10. num. 16. volum. 4. Cranet. in consil. 134. num. 6. Dec. in consilio 215. num. 4. 402. colum. penult. & 538. colum. 2. Port. in consil. 106. num. 63.

13 ¶ Secũdò requiritur, quòd † testes sint contestes, & non singulares in actibus, & tempore: quia aliàs non probant. Butr. in c. licet ex quadam, de testibus. & Alex. in consilijs suprà citatis, quæ sententia consensu omnium recepta est, vt inquit Dec. in allegato consil. 402. col. fin.

14 ¶ Tertiò requiritur, quòd † reddidissent rationem congruam non interrogati, vt per Bart. in l. de quibus. col. 9. vers. sed si qui testes. ff. de legibus. Dec. in allegato cons. 215. & etiam in cons. 359. vbi allegat rationem: quia effectus consuetudinis consistit in iure sicut dominium, & ideo testes etiam non interrogati debent rationem adducere sui dicti, vt inquit Innoc. in c. cùm causam. de testibus, cuius dictum approbat Bal. in l. cùm res. in 3. notabili. C. de prob. & in l. solam. C. de testibus.

15 ¶ Quartò requiritur, quòd † sit præscripta. cap. Cumana. de elect.

16 ¶ Quintò, quòd fuisset probatũ, talem † consuetudinẽ fuisse inductam & obseruatã sciente & patiente populo, aliàs non debet obseruari. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de feudo. super Rub. ver. non omit-

omittam Curt. Iun. in Tract. feud. in 4. part. in 30. quæst. in ver. sublimitandum. col. 2.

17 ¶ Sextò, ad inducendum talem consuetudinem † actus debent fieri eo modo & intentione, vt induceretur consuetudo. prima distinctione. Abb. in cap. fin. in vlt. chart. vers. 7. requiritur. de consuet. Dec. in cons. 215. col. pen. & 402. col. fin. sed in terminis nostris huiusmodi requisita probata non reperiuntur. ergo motiuum redditur nullum, vt in simili, aliàs dixi in cons. 2. num. 118. vsq; ad numerum 126. Inclusiuè. volum. 1.

¶ Secundò respondetur, quòd etiam dato, sed non concesso, quòd fuisset probata aliqua consuetudo, tamen quòd illa alio modo obseruata fuit, vt probatum & demonstratum fuit, quo casu quando
18 † consuetudo non est vniformis, sed varia seruandum est ius commune. Bart. in l. 2. in fin. princip. ff. solut. matr. per l. nemo. §. temporales. de reg. iur. &
19 ideo dixit ibi Bart. esse notandum, quòd † si in Ciuitate conficiũtur instrumenta diuersimodè, quòd propter tales diuersitates redimus ad ius commune. Alex. in cons. 5. col. 3. vol. 5. & in cons. 127. in fin. vol. 2. Dec. in consil. 8. num. 4. 11. nu. 12. & 215. col. 2. vers. hoc idem. & in l. cùm quid. in 4. notabili. ff. si cert. peta. Neuiza. in cons. 28. nu. 2 Crauet. in cons. 96. nu. 5. Port. in cons. 106. nu. 59. Natta in cons. 106. num. 10. 300. num. 9. 332. col pen. in fin. Ign. in l. necessarios. in §. non aliàs. nume. 149. ff. ad Sillen. Aflict. in decisio. 280. colum. fin. vbi inquit, quòd si est probata consuetudo mercatorũ conformis iuri communi. in l. prima. ff. de act. empt. videlicet, quòd si res vendita non tradatur in tempore conuento, agatur ad interesse: & consuetudo prætendatur approbata, tunc debet iudicari secundum consuetudinem cõformem iuri communi. & ideò dixit Corn. in cons. 226. col. fin. volu. 4. quòd quando quidam so. uerunt, & quidam non, non deprehenditur determinatus & præcisus consensus populi, qui requiritur in consuetudine. c. fi. de consue. Dec. in cons. 215. col. 2. dixi in cons. 87. num. 55. vol. 2. facit text. in l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fund. instr. vbi ex deformi vsu testatoris non colligitur eius intẽtio. & ideo dixit Hosti. relatus per Nattã,
20 vbi suprà, in tit. de consuet. §. fin. in fin. quòd † consuetudo non debet esse incerta & obscura, sed certa & clara, ad exemplum legis quam imitatur. cap. erit autem lex. quarta distinct. quem sequitur etiam ipse Natta in consil. 575. num. 27. cùm igitur ex processu satis constet de consuetudine ipsa varia & difformi, resultat conclusio à nemine improbata, quòd standum est iuri communi, quod disponit, vt iam dictum fuit, mensuram loci cõtractus attendendam esse, & non mensuram loci vbi res sitæ sunt.

¶ Nec habet obstare, quòd aliàs ita fuerit obtentum in cõtradictorio iudicio inter Ciuitatem Mediolani, & alias Ciuitates illius status in causa æstimi generalis, vt attestatur Dom. Ludouicus Bergaminus, quia duobus modis respondetur. Et primò, quòd
21 † non est standum dicto iudicis, nisi quatenus constet ex actis coram eo agitatis. vt not. in c. quoniam contra. de proba. Soc. Iun. in cons. 6. in fin. volum. 1. Tiraq. in tract. de retractt. in §. 8. gloss. 9. in princip. ergo multò minùs assertioni vnius priua-
22 ti, quoniam dictum † vnius dictum nullius. c. veniens. il 1. de testibus. l. iusiurandi. vbi Docto. C. eod. tit. Soc. Iun. in cons. 37. nu. 18. vol. 2. Afflict. decis. 12.
23 num. 2. nam † vox vnius non condemnat nec iustificat. c. admonere. 32. quæst. 2. cap. licet ex quadam. de testib.

¶ Secundò respondetur, quòd in contrarium constat de veritate & per sententias, quemadmodum aliàs vertente lite coram Illustrissimo Domino Simoneta inter quondam Dominum Annibalem Curtium, & Illustres Dominos fratres Comites Borromeos super qualitate mensuræ aquarum: qa contractus celebratus fuerat Mediolani, & aquæ erant in territorio Papiensi, fuit per eum declaratũ modulum debere apponi iuxta mensuram Mediolanensem, & sic secundum mensuram loci contractus, quæ sententia demum comprobata & confirmata fuit per Illustrem Dominum Montium Senatorem, iudicem in causa appellationis, quibus sententijs omnino standum venit, iuxta not. in d. c. quoniam contra. vnde cùm hæc sit mera veritas,
24 † quam iudex præ oculis habere debet, ea amplectenda venit & sequenda. cap. Iudicantem. 30. quæstio. quinta. l. 2. C. de edend. Socin. Iun. in consilio 11.
25 in fin. volum. 1. vbi † veritati semper locus esse debet. l. fin. in fin. de probat. quæ erroribus gestorum, falsaq; asseueratione nunquam tollitur aut vitiatur. rursus Soc. Iun. in cons. 55. circa fin. vol. 3. & 144.
26 in prin. vol. eod. veritati † enim omnia consonant. Crauet. in cons. 6. num. 27.

¶ Præterea in fauorem dicti Magnifici Domini Iacobi, facit aliàs quoque ita fuisse iudicatum & obseruatum, vt constat ex proclamationibus aliàs factis, de mandato Illustris. Ducis Sueſſæ aliàs Gubernatoris & locum tenentis Regiæ Catholicæ Maiestatis in dominio Mediolani, quib. omnino standum venit, cùm sit ordo vniuersalis iam positus in statu Mediolani, qui omnes ligat. arg. not. in l. fin. de legibus. Stantibus igitur firmis supradictis, quòd mensura loci contractus attendi debeat, & non locus vbi prædia sita sunt, non obstante asserta consuetudine ex aduerso opposita tanquam formiter non probata, & quòd plus est vario etiam modo obseruata, per quam deformitatẽ attenditur consuetudo conformis iuri communi: videtur dicendum, quòd respectu aliorum bonorum diuisorum seruari debeat æqualitas inter ipsos vigore pacti inter eos initi, quòd ipsa æqualitas seruet, quòd equi-
27 quidem pactum † debet seruari: cùm nihil magis
28 fidei humanæ conueniat † quàm pacta seruare. l. 1. ff. de pact. l. iuris gentium. §. prætor ait. eod. tit. Soc. Iun. in consil. 139. in princip. colum. 2. 125. num. 14. volum. 3. & 146. num. 2. & 32. numero 6. volum. eo-
29 dem. nam † ratio naturalis à cuius nexu & supercilio nemo eximitur, iubet pacta seruari. Port. in consilio 3. num. 5. Constitutio enim pacta seruabo processit ab ore Dei, Bald. in Rubric. de constit. in princip. & Prouerb. hoc dicitur, Fili si spopondisti illaqueatus es verbis oris tui. Neuiza. in consilio 11. num. 10. & eò magis illud seruari debet, quando stipulatione vallatum est, Port. in consilio 201. col. 1. & præcipuè cùm in cõtractu societatis inter ipsas partes celebrato dicatur, quòd æqualitas seruari debeat in omnem casum. Nam ponderanda sunt illa
30 verba, † quæ nullum alium excludunt. l. Iulianus. de lega. 3. Maxima enim est virtus dictæ dictionis vniuersalis omnem vt constat. Primò ex his, quæ dixit Bartolus in l. generali. §. vxori. de vsufruct.
31 lega. vbi dicit, quòd † licet in legato generali res venales non veniant, dicto §. vxori. secùs tamen, quando in legato esset dictum de omnibus rebus: quia tunc propter illam dictionem vniuersalem omnibus, includentur etiam venalia, Decius in consilio 394. colum. 2. 357. colum. 2. in fine. & 666. col. 1. Ruin. in consil. 78. colum. penul. in princip. volum. primo.

¶ Secundò, ex his quæ scripsit Alex. in l. si ex toto. col. 2. vers. sit tamen cautus. ff. de lega. 1. & in consilio 30. colum. fin. volum. 5. Barbat. in consilio 26.

colum.

colum.tertia.&13. verſicul.quia reſpondeo.vbi in-
32 quit, † cautum eſſe illum,cui conceditur immuni-
tas,vt in ea dicatur, ab omnibus oneribus ordina-
rijs & extraordinarijs, quoniã vigore dictæ dictio-
nis vniuerſalis venit & onus belli , quod aliàs non
includeretur.

¶ Tertiò accedit,quod tradit Dec.in con.194.co-
33 lum. 2. vbi ſubſtitutio † facta filio decedenti ſine fi-
lijs de Titio & eius hęredibus,quæ ſecundum com-
munem intelligitur de deſcendentibus & non ex-
traneis, locum non habet, quando fuit facta men-
tio in ſubſtitutione de omnibus hæredibus: quia
virtute illius vniuerſalis dictionis omnibus, veni-
unt & extranei.

¶ Quartò facit,quod ſcribit Bald.in c.in præſen-
34 tia.col.7.de probat.vbi ait,quòd † licet feudũ hæ-
reditarium de ſui natura nõ tranſeat ad extraneos
hæredes,vt per Doct.in l. etiam. ff. ſolut. matri. ta-
men id fallit, ſi in conceſsione feudali dictum ſit de
omnibus hæredibus: quia tunc veniunt & extra-
nei.& cum Bald.pertranſeunt Alex. in conſ.3.col.2.
volum.5.& 195.col.6.vol.6. Gozad. in conſil. 59. co-
lum.3.

¶ Vltimò faciunt not. per Roma. in conſilio 44.
35 vbi conſuluit,quòd † ſtante quòd vxore præmori-
ente ſine liberis maritus in omni caſu lucretur do-
tem,quòd tale ſtatutum excludit filios primi ma-
trimonij, & derogat diſpoſitioni. l. hac edictali. C.
de ſecund.nup.& quia latè de hac quæſtione dixi in
tract.de lucro dotis.quæſt. 29. ideo ad ibi ſcripta
36 me remitto. Cùm igitur † æqualitas ipſa fieri de-
beat iſta,ęquaęq; eſſe debet arbitrio boni viri.l.quod
enim.§.1.l. in propoſita.l.tertia. in fin. ff. pro ſocio.
concludendum venit, quòd primò inter ipſos ſo-
cios debet fieri menſura prædiorum, tàm ſitorum
in territorio Mediolanenſi,quàm Laudenſi, ſecun-
dum menſuram loci Ciuitatis Mediolani,& exinde
quòd D. Curtius teneatur ſupplere pro æqualitate
& coadæquatione bonorum pro illo pluri precio,
ſeu fictu, quòd ad eum peruenerit in portione ſibi
obuenta. & ita hoc modo æqualitas erit inter eos
ſeruata,& euitabitur ſocietas Leonina, quæ repro-
batur,Pariſ.in conſ.90.num.44.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Bald ſecundum Iaſ. nihil ignorauit.*
2 *Bald. fuit lucerna & pater omnium Legiſtarum.*
3 *Mandatarius poteſt eſſe teſtis contra mandantem quoad inſtructionem proceſſus.*
4 *Mandatarius qui acceptauit mandatum, non facit indicium contra mandantem ad torturam.*
5 *Mandatarius qui non acceptauit mandatum, facit indicium ad torturam contra mandantem.*
6 *Teſtis qui dixit ſe delictum commiſiſſe mandato Domini,à delicto non excuſatur, & ſi excuſatur teſtis non eſt idoneus ad probandum mandatum.*
7 *Deponere quis non poteſt in re propria.*
8 *Mandatarius ſolus non facit indicium ad torturam.*
9 *Teſtis omni exceptione maior ſolus non facit indiciũ ad torturam.*
10 *Teſtes duo requiruntur ad faciendum indicium ad torturam ſuper remotis à maleficio.*
11 *Abſurditas fugienda & euitanda eſt.*
12 *Dictum mandatarij in cauſa aſſaſsinij facit indicium ad torturam.*
13 *Aſſaſsinus dicitur, cui datæ ſunt pecuniæ pro delicto perpetrando.*
14 *Delictum aſſaſsini eſt enorme & atrox.*
15 *Probationes plenæ non requiruntur in crimine aſſaſsinij propter enormitatem delicti.*
16 *Crimen læſæ Maieſtatis commitur etiam contra inferiorem à ſupremo Domino.*
17 *Funiculus duplex magis operatur quàm ſimplex.*
18 *Crimen aſſaſsinij talis eſt naturæ, vt in eo etiã procedatur non ſecuto effectu.*
19 *Mendacium ſolum non eſt ſufficiens indiciũ ad torturam.*
20 *Venditio bonorum omnium facta per delinquentem ante crimen commiſſum ſecundum cõmunem præſumitur facta in fraudem.*
21 *Inimicitia capitalis facit præſumptionem contra delinquentem.*
22 *Tortura adhiberi debet cum moderamine.*

CONSILIVM XIIII.

PRAESENS conſultatio in vno tantùm capite conſiſtere videtur, videlicet,an dictum Iulij Conarij Papienſis,qui depoſuiſſe videtur ſe mandatum habuiſſe à Ioanne de Guarena de occidendo Illuſtrem Comitem Vitiæ, indicium faciat ad torturam cõtra ipſum mandantem.

1 Bald.qui † nihil ignorauit,vt inquit Iaſ.in §.ſed iſte, col.9.Inſtit.de actio.in l.ſi quis arbitratu.col.5.ff.de
2 verb.oblig.&14.col.vbi dixit,quòd † fuit lucerna & pater omnium Legiſtarum,& in l.in pupillari.ff. de vulg.& pupil.in conſ.ſuo 429.in 3. volu. inquit, quòd ſi quærimus, an mandatarius criminis poſsit eſſe teſtis ſuper illo crimine, contra mandantem,
3 quod diſtinguendum eſt: quia † aut hoc quærimus quoad inſtructionem, & poteſt. l. qui vltimo. ff. de pœn. aut quoad probationem,& tunc refert,an ac-
4 ceptauerit mandatum, † & non poteſt eſſe plenus teſtis: quia ſocius criminis.l.fin.C.de accuſa.l.quoniam liberti.C.de teſtibus.quia mandans & mandatarius vnum perpetrant delictum, vt plenè per Cyn.in l.prima. C. ſi reus vel accuſa.aut non acceptauit mandatum, ſed ſolummodò fuit requiſitus & tentatus de delicto, & tunc propriè non dicitur criminoſus: quia innocenti animo & facto perſeuerauit,imò valde laudandus eſt:quia non conſenſit,ſed potiùs reuelauit. l.ſi quis ſeruo. C. de furt. &
5 tunc † tanquam integerrimus teſtis facit indicium ad torturam.l.ſi quis in princip.in vltima glo. C.ad l.Iul.Maieſtat.& Bald.ſequitur Boſ.in pract.ſua crimin. in tit.de indic.num.154.inquiens ita obſeruari.Marſ.in conſ.22.num.28.Pariſ.in conſ.151.nu.50. volum.4.Carer.in prat.crimin.in §.circa. num.101. Gramma.in deciſ.28.num.6. Iſtud quoque tenuit Corn.in conſ.172.colum.3.volum.3. & in conſ.41.
6 in princ.vol.4. vbi dicit, quòd † teſtis, qui dicit ſe feciſſe de mandato Domini, non excuſatur à delicto,& ſi excuſatur,nõ eſt idoneus teſtis ad probandum mandatum: quia eius intereſſe tractatur. &
7 † quia deponeret in re propria, quod non liceret. l. in omnibus.C.de teſtibus. Verùm, quia opinio iſta
8 cõmuniter impugnatur: quia nullo modo † mandatarius ſolus facit indicium ad torturã teſte Mar. in prat.ſua.in §.diligenter.num.73. vbi ait dictum Bald.ſibi nõ placere,& quòd vellet ab eo ſcire quomodo probatur,quòd mandatarius non ſuſceperit mandatum,cùm non ſufficiat aliquid dicere,niſi & dictum probetur.l.qui accuſare. C.de edend. Item & quia mandatarius non eſt idoneus teſtis, vt pa-
9 tet: quia † ſi teſtis omni exceptione maior non facit indicium ad torturam per ſe,ergo nec mandatarius.Plus,quia talis mandatarius deponit ſuper remotis à maleficio, & non immediatè de ipſo male-
10 ficio conſummato, ergo non probat: quia † in remotis à maleficio requiruntur duo teſtes ad faciendum

dum indicium sufficiens ad torturam.glo.not. in l. fi.C.fa hercis. Vltimò, quia si diceremus dictum mandatarij sufficere ad torturam contra mandantem sequeretur absurdũ & inconueniens, quòd volens nocere alicui posset eum destruere & lacerare, nam si tacitè haberet aliquem odiosum posset dicere, quòd talis dedit sibi mandatum ad aliquem occidendum vel vulnerandũ, & quòd ipse voluit acceptare, quod non est dicendum, nec etiã toleran-
11 cùm † absurditas semper fugienda sit & euitanda. l.nam absurdum.ff.de bon.lib.rursus in l.1. §.diuus Antonius.ff.de quæstio.& sing.l. 22.Paris.de Put.in Tract.Sind.in vers.tortura.il 3. Signo.de Homo. in cons.109.Gram.in cons.21. nu.12. cum seq. Foler.in Tract.crim.in ver.ad defensam.num.86.& hanc esse communem Doctorum sententiam inquit Clar. in pra. crimin. in fin.q. 21. ver. & ex hac. vbi inquit, quòd ita vidit seruari.

¶ Ideo in terminis nostris videndum erit, an dictum mandatarij faciat huiusmodi indiciũ ad torturam, & concludendum venit, quòd sic ex infrascriptis. Quoniam etsi tale dictũ simplex & nudum non faciat indicium, tamen fallit, quando sumus in
12 causa assassinij, vt in casu præsenti, quoniã † dictum mandatarij in dicto crimine facit indicium ad torturam. ita singulariter inquit Bertach.in repert.suo in verbo mandatarius.col.fin.quem sequitur Paris. in cons.151.col.2.circa fi.vol.4.vbi fortiùs loquitur in mandatario, qui accepit mandatum, sed in casu præsenti sumus in assassinio, vt patet, qa huic mandatario fuerunt datæ pecuniæ, & vltra datas aliæ promissæ, vt occideret dictũ Comitem, ergo assassinus dicitur tàm mandans quàm mandatarius: vt
13 inquit Bal.in cons.383.vol.5.vbi assassinus dicitur, qui precio vel promissione accepta aliquem interfecit, Sal.in l.non ideo minus.col.fi.C.de accus. Bos. in tract.crim.in titul. de mandato ad homicidium. num.14. Item & qui precio dato vel promisso, facit aliquem occidi. Bald.vbi suprà, & Boss.in tit. de for. comp.num.141. Cùm igitur simus in tali delicto,
14 † quod est enorme & atrox. Mars.in cons.19.nu.18. Arim.in addit.ad Ang.in tract.malefi.in verficul.& Sempronium.num.4.& in quo propter enormitatem
15 † delicti nõ requiritur plena probatio, sed sufficiunt probabilia argumenta. Mars.in l.1.num.127. C.de rapt virg. in cons.127.nu.17.& in pract. criminali.in §.examinanda.nu.27.Carer.in pract.sua cri. in §.circa.vbi enumerat plura, quæ permittũtur in tali crimine, quę aliàs non permitterentur.& Clar. in pract.crim.in verb.assassiniũ. vers. præterea. nimirum si mandatarius in tali crimine quamuis acceperit mandatum, faciat indicium ad torturam.& licet Carre.in pract.crim.in §.circa.nu.101.& Gram. voto 34.aliter senserint, si alia non concurrant, tamen id negari non potest, quin concurrente in casu nostro crimine læsæ Maiest. commisso per dictum Ioannem, qui tale delictum mandauit contra dictũ Comitem, cuius est homo fidelitatis, aduersus quẽ
16 † commissum fuit crimen læsæ Maiestatis: quamuis sit inferior à supremo Domino, & eũ recognoscat. Alex.in cons.13.col.1.vol.6.Brun.in cons.28. col.2. in princ.Barbat.in cons.70.colum.13.vol.4.Crauet. in cons.224.col 3.in fin. Rub. Alexan.in cons.154.in primo dubio.nam ista duo simul iuncta saltem de-
17 bent operari indicium ad torturam: quia † duplex funiculus magis operari debet quàm simplex. authent.itaq;.C.commu.de succes. Nec habet obstare, quòd delictum aliquod non fuit secutũ. quia dictus mandatarius illud reuelauit dicto Comiti. Quia re-
18 spondetur, quòd in † assassinio proceditur etiam non secuto effectu. vt per Carrer. in d.§.circa. nu. 8. & Clar.in pract.crim.in verb.Assassinium.ver.scias etiam.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd dictũ istius mandatarij facit indicium ad torturam. quia plura alia concurrunt cum eius dicto, quod sufficere videtur. Bald.in d.cons.429.vbi præsertim si alia adminicula suffragentur: vt fuga. Mars.in d.§.diligenter. nu.46.in fi. vbi concludit, quod non cõcurrentibus alijs indicijs, præsumptionibus vel coniecturis contra mandantem: dictum mandatarij non facit sufficiens indiciũ ad torturam, quod inquit menti tenendum, quia sæpe de facto contingit: ergo à contrario sensu secùs concurrentibus alijs. Clar.vbi supr. Foler. etiam vbi sup.nu.86.Gram.in cons.21.num.12. Bos.in loco suprà citato.num.155.Paris.in cons.151.num.7. vol.4. Quòd autem hîc concurrant alia adminicula satis apertè demonstratur. Et primò, quia iste Ioannes detẽtus conuictus fuit, nedum de vno mendacio, sed de pluribus, vt liquet apertissimè ex prõ-
19 cessu, quod † quidem mendaciũ facit magnam præsumptionem contra mendacem, vt per Bar.in l. hu. col.1.ff.de quæstio.Mar.in pract.crim. in §. diligenter.nu.174.cum sequenti.Bald. in l. presbyter. C. de Epis & Cler.Ang.ab Arim.in addit.ad Angel.in tracta.malef.in verbo fama publica, in vers. non quæro.Gram.voto 30.nu.15.Afflict.post Iser.in consti.fi damna.not.14.nu.45.Carer.fol.95.nu.119. vbi asserit hanc esse communem Felyn.in c.literas. col.2.in prin.de præsumpt.Alex.in cons.77.nu.3.vol.1.Ioan. de Amicis in consil.134.num.3. Clar.in pract.crim. §.fin quæstio.21.in ver.mendacium. Horat. Luc.in cons.160.num.35.vbi post Gram.ibi per eum citatũ tenet hanc esse receptam Doct. sententiam, quamuis multi sint qui dicant, quod faciat indicium ad torturam, Rom.in cons.8.in princ. Boer.decis.163. col.fi.Paris de Puteo in tract.de sindica.fo.141.nu.4. Bos.in tract.crim.in tit.de ind.num.36. vbi practica ita seruat, & Doct.communiter ita concludere inquit Foler.in pra.in verbo ad defensam.post nu. 5. Ang.Aret.in tract.malef.in verb.fama publice. versic.9 quæro.Mars.in cons.50.nu. 67.& 71. Gram.in cons.17.nu.19.Cur.Sen.in cons.41.in fi.& So.in con-
20 54.nu.13.vol.3.Concurrit † quoq; venditio omnium bonorum facta per ipsum detentum, quæ quidẽ facta ante crimẽ cõmissum præsumitur facta in fraudem, teste Bart.in l.post contractum. col.2 ff.de cõ. Cuius sententia consensu omnium recepta est, vt ibi per alios.Foler.in prac crim. in verbo ad defensam.nu.112.concurrente tamen inimicitia capitali, vt ibi per Bartolum & alios ac Foler. vbi suprà quæ
21 † quidem inimicitia capitalis facit præsumptionem cõtra delinquentem, Gram.in voto 30. nu.20. Bald.in cons.98.col.fi.in prin.vol.1. Mars.in dicto §. diligenter.nu.69. cum aliquibus sequentib. Gram. in cons.3.nu.16.& Clar.abundè in di.quæst 21.vers. inimicitia. vbi dicit inimicitiã capitalem vigere inter offensum, & eum qui de delicto est suspectus orta ex graui causa, & si non facit indiciũ ad torturam secundum communem, tamen facit aliud indiciũ: Quòd autem hîc concurrat & sit inimicitia capitalis inter ipsum detentum, & dictum Comitem Vitiæ satis clarè demonstratur ex dictis testium, qui deponunt de inimicitia ipsa in specie, vt requiritur secundum Bald.in l.si quis testibus.in fi.C.de testib. Imol.in c.Raynutius.de testa. Grammat.in cons. 43. num.7. Ex his igitur saltem simul iunctis concludendum esse arbitror, confirmandam esse pronunciationem contra dictum detentum factam de
22 tòrquendo, dummodo † tamen tortura adhibeatur cum moderamine, iuxta l. quæstionis modum. ff. de quæstio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vasallus committens delictum de directo in personam Domini, feudum quamuis antiquum perdit, & reuertitur ad Dominum: quamuis aliqui aliter senserint: vt in num. 3.*

2 *Ratio quare feudum tali casu reuertatur ad Dominum hîc ponitur.*

3 *Feudum non amittitur ex delicto in personam Domini, quoties constat ex tenore inuestiturae concedentem noluisse, vt per delictum vnius alteri praeiudicetur.*

4 *Feudum non Domino, sed filijs vel agnatis applicatur, si sententia criminis laesae Maiestatis lata fuit in contumacia feudatarij.*

5 *Crimen laesae Maiestatis committitur contra Dominum inferiorem habentem merum & mixtum imperium etsi recognoscentem superiorem.*

6 *Poena l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. nedum habet locum contra delinquentem, sed etiam eius filios masculos, licet filiabus dos dari debeat de bonis confiscatis.*

7 *Crimen laesae Maiestatis non cõmittitur per non subditum.*

8 *Bona habens in dominio alicuius Principis, non dicitur propriè eius subditus, sed impropriè.*

9 *Subditus ratione contractus vel delicti non est propriè subditus.*

10 *Feudatarius, qui iurauit fidelitatẽ Domino, si ei non sit subditus aliter quàm ratione feudi, non cõmittit crimen laesae Maiestatis.*

11 *Superiorem suum offendens ex priuata inimicitia, non committit crimen laesae Maiestatis.*

12 *Rebellans se officiali non propter ipsum, sed propter Principem, tunc dicitur se Principi rebellare, secùs si quis se rebellat Rectori propter factũ ipsius: quia tunc non dicitur hostis Principis.*

13 *Occidens consiliariũ Regis odio particulari, licet Rex eo careat, poena criminis laesae Maiestatis, non afficitur.*

14 *Prodiens Patriam non odio Principis, sed ob alium finem, in crimen laesae Maiestatis non incurrit.*

15 *Principem decet subditos amare, & eos non iniurijs afficere.*

16 *Princeps dicitur communis omnium pater.*

17 *Principis officium est castitatem amare, & vnicuique iustitiam facere, aliàs non dicitur Princeps.*

18 *Princeps cauere debet ne opera mala faciat, quia tunc non dicitur minister DEI, sed Diaboli, in illo actu.*

19 *Intentio principalis attenditur.*

20 *Statutum puniens turbantes statum Principis, locum habet, quando principaliter turbat, & non secundario.*

21 *Vasallus committens crimen laesae Maiestatis contra inferiorẽ à Domino supremo, etsi puniri possit poena capitali, tamen eius filij priuari non possunt bonis paternis.*

CONSILIVM XV.

DVo sunt dubia, quae ex iuribus ad me transmissis resultare videntur, quorum primum est, an feudũ Vallis Vlinae de quo fuit priuatus per sententiã Antonius de Stroppinis, eo quia Illustrem Dominum suum directum in personam offendit, reuertatur ad Dominum, vel applicetur agnatis. Secundum verò est, an Nicolaus de Arcellis, qui vulnerauit praedictum Illustrem Dominum, dicatur commisisse crimen laesae Maiestatis, in tantum, quòd nedum ipse veniat puniendus poena capitali, sed etiam in confiscatione bonorũ, quae officiat etiam filiabus suis. 3

¶ Circa primum dicendum videtur, veram esse conclusionem scribentium, † quòd quando vasallus committit aliquod delictum, quod de directo offendat personam Domini, feudum quamuis antiquum ad Dominum reuertitur. gloss. in cap. 1. §. fin. quae sit caus. benefic. amitten. gloss. in cap. primo. §. fina. de pace iurament. firm. Iacob. de Beluis. Nicol. de Neapol. Bald. in dicto §. fin. quae sit prima causa benefic. amittend. vbi etiam Praepos. col. 4. versic. aut propter crimen. vbi inquit, tale feudum † reuerti ad Dominum in vltionem suae iniuriae, exclusis omnibus descendentibus & agnatis. Iacob. de Aret. & Odofr. vt ait Bald. in cap. 1. si vasal. feud. priue. Afflict. in decis. 385. num. 2. & hanc esse receptam Doct. sententiam inquit Ana. in cons. 32. col. 1. vers. circa secundum. Dec. in cons. 324. num. 30. 252. colum. penul. vers. & in proposito nostro. Gratia. in cons. 2. num. 15. vol. 1. Paris. in consil. 21. num. 52. volum. 1. Rub. Alex. in cons. 70. col. final. vbi asserit ab ista sententia non esse recedendum in iudicando. Alex. in cons. 30. col. 6. vol. 1. Gozad. in cons. 84. Bos. in pra. crim. in tit. de bon. publ. num. 55. Iacob. de S. Georgio in inuestitura sua in verbo dictiq; vasalli promiserunt Feloniam non cõmittere. col. 19. ver. videamus nunc vbi tradit, quòd etsi opinio cõtraria sit verior & humanior, tamen quòd ab hac sententia in iudicando non est recedendũ. Zas. in tract. feud. in 5. part. princ. col. 1. in fin. & in 2. à qua in iudicando non est discedendum, dicens non sine ratione à lege feudali hoc introductum esse: quoniam tale feudũ quando conceditur, id datum esse censetur cum qualitate & conditione, vt si ingratitudo cõmittatur contra Dominũ, reuertatur ad ipsum & agnati non possunt conqueri, ex quo à Principe feudum affectum fuit cum hac qualitate & conditione, ita Curt. Iun. Paris. vbi suprà. & Afflict. in decis. 282. col. fin. vers. ego dicebam. 1 2

¶ His tamen non obstantibus sententiam contrariam in terminis nostris veriorẽ fore arbitror, quamuis supradictam conclusionem multi improbare videantur, vt primò tenuerunt gl. in cap. si vasal. feud. priue. & in c. 5. §. 1. de succes. feud. Isern. in cap. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alie. per Federic. in c. 1. §. fin. quae sit prima caus. benef. amit. & in cap. 1. si vasal. feud. priu. Hostien. in summa de feu. Afflict. in c. 1. §. hoc quoq; de succes. feu. in cap. 1. si vasal. feudo priuet. in c. 1. §. deniq;, in prin. quae sit prima caus. benef. amit. & in c. p. 1. in verbo, & bona committentium. nu. 5. quae sint regal. Gigas in Tract. de crimine laesae Maiest. lib. 1. quaest. 5. vbi inquit non applicari Domino feudum antiquum quoad proprietatem. Tamen non recedendo à communi Schola Doctorum, vt decet consulentes, dico, quòd in casu nostro stante forma inuestiturae & concessionis factae primo acquirenti per antecessores praesentis Illustris Domini directi propter dictam priuationem feudi, de quo suprà, illud omnino applicari debere Magnifico Domino Antonio Stroppino agnati dicti delinquentis: quoniam receptissima est Doctorum sententia, quòd quoties constat ex tenore inuestiturae concedentem voluisse, vt per delictum vnius alteri praeiudicetur, tunc talis offensa facta in Dominum, per quam condemnatus fuit vasallus, non praeiudicat nedum agnatis, sed nec etiam filijs delinquentis, sed forma inuestiturae obseruari debet. ita Aluarot. in c. 1. §. denique. col. 4. vers. 7. conclusio. quae sit prima caus. benef. amit. vbi dicit, quòd potest esse inuestitura taliter concepta, quòd 3

agna-

agnati non priuarentur, feudo propter delictum commissum in personã domini, vt si inuestitura dicit, concedo feudum de vno alium, vel omnibus principaliter, vel attẽtis meritis singulorum: quia ex istis verbis constare videtur de mente concedẽtis, ꝙ personam vnius eiusque descendentis de per se principaliter considerauerit, non tanquàm oẽs descendant à primo, sed tanquàm sint primi successores. Idem dixit Bal. in c. 1. col. 3. ver. ego, si vasal. feud. priue. in c. 1. col. 2. de vasal. qui contra constit. Lotha. vbi quãdo in cõcessione dicitur, ꝙ de vno in alterũ reuertatur, tũc secundum tenorem inuestituræ feudũ non domino, sed agnatis acquiritur. sequitur Alex. in consi. 103. col. fin. vol. 1. Præpos. in d. §. denique Iacob. de Sancto Georgio, vbi supra. col. 18. versi. 4. limitatur. Dec. in consi. 252. col. pen. 544. col. pen. & 606. col. pen. circa finem. Alc. in cõs. 82. in fi. Bos. in tract. crim. in tit. de bono. publ. num. 54. in fi. Curt. Iun. vbi suprà, col. 2. vers. limitate. sed in casu nostro feudũ prędictum fuit concessum generi, quo casu per delictum vasalli non acquiritur domino in præiudicium agnatorum & illorum de genere, ita in terminis Bal. in d. c. 1. §. denique. colum. 1. vers. & nota. dicẽs, ꝙ illud ꝙ ibi dicitur, ꝙ propter illa, tam iniuria domino feudum sibi applicatur in vltionem suæ iniuriæ procedit, nisi feudum sit cõcessum generi: quia tunc solum ius delinquentis ad dominum reuertitur, & nõ ius reliquorum, quod ex prima persona illud habent quodã ordine mortalitatis non per viam hæreditatis. l. 3. de interdict. & relega. quod & voluit ibi Alua. Dec. in consil. 544. columna penultima. in fin. & 606. col. pen. in fin. Iacob. de Sancto Georgio, vbi supra col. 17. ver. limitabitis.

¶ Secundò dicitur, quòd cũ huiusmodi sentẽtia fuerit lata in cõtumaciam ipsius Antonij, quod
4 † feudum non applicatur domino quanuis etiam supremo, sed si filijs vel agnatis, vt in terminis voluit Bos. in tit. de bon. publ. num. 56. vbi inquit aduertendum esse, quòd licet quãdo delictum est cõmissum contra personam domini, siue feudum sit nouum siue antiquum applicetur domino, tamen id locum non habet si in contumaciam vigore statutorum, vt contumaces habeantur pro confessis & conuictis, feudatarius dãnaretur: quia dicta condemnatio non noceret filijs vel agnatis, cùm probatio facta per contumaciã, nõ egrediatur personã cõtumacis. Idẽ tenuit Alci. in cons. 182. in fi. Ex his igitur satis apertè concluditur feudum de quo agitur, omnia applicandum esse & applicari debere dicto domino Antonio agnato & non domino, non obstantibus in contrarium adductis, quæ sibi locũ
8 vindicant, vbi Inuestitura & concessio facta fuisset
9 simpliciter per dominum acquirenti, & non generi ipsius, vel quando offensa facta fuisset in personam domini, & sententia subsequuta fuisset, atque contra vasallum delinquentem præsentem & non contumacem.

¶ Venio ad secundum caput, in quo prima facie dicẽdum videtur, quòd dictus Nicolaus veniat puniendus pœna criminis læsæ Maiestatis. l. quisquis, C. ad Iul. Maiest. quod † crimẽ etiam committitur
5 contra dominum inferiorem habentem merum & mixtum Imperium, licet recognoscentem superiorem. Alex. in consi. 13. volum. 6. vbi inquit, quòd crimen læsæ Maiestatis dicitur committi, nedũ cõtra Principem, sed etiam contra inferiorem, vt cõcludunt communiter Pau. de Eleaz. & alij in cle. pastoralis. de re iud. Brun. in consi. 27. col. 2. in princi. Barb. in consi. 70. col. 13. vol. 4. post Bal. Ancha. & alios per eũ ibi relatos. vbi loquitur in subditis Ducis Comitis vel Marchionis, qui superiorẽ recognoscunt. Rub. Alex. in cõsi. 154. in 1. dub. Cuma. in cõs. 153. Paul. de Cast. in l. 3. C. de Episc. aud. Gigas in tracta. de crim. læsæ Maiesta. lib. 1. vbi loquitur in inferiore à supremo Principe eum recognoscente, qui tamen habet alia plena regalia. Craue. in consi. 224.
6 col. 3. in fin. & in tantũ, hoc est verũ, ꝙ pœna † dictæ l. nedũ officit delinquẽti, sed etiam in filijs masculis, licet filiabus dos dari debeat de bonis confiscatis, vt per Bal. in l. si patri. col. 3. C. de dot. prom. vbi dicit, ꝙ si bona patris fuerunt confiscata, fiscus tenetur dotare filiã de bonis confiscatis, quã deci. refert Affli. in c. 1. §. præterea vasallus. glo. 3. nu. 80. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. in c. 1. in verbo & bona committentium. in princ. quæ sint regal. vbi dicit, ꝙ temporo suo Ferdinandus Rex Neapolis, cũ fuisset dãnatus de crimine læsæ Maiestatis Princeps Rosani maritauit honorificè filias dicti Principis eaſq; ex bonis paternis fisco addictis dotauit, quẽ actũ dignum memoria tradit Afflictus ipse, quẽ sequuntur Bos. in dicto tract. crim. in tit. de crim. lęsæ Maiest. li. 3. quæst. 15 Bereng. in l. in quartam. nu. 206. ad l. Fal.

¶ Sed præmissis nõ obstantibus altera pars in casu præsenti omnino est amplectenda, ꝙ imò dictus Nicolaus nullatenus puniri potest pœna criminis læsæ Maiestatis, ꝙ ex infrascriptis demonstratur, & primò quia consensu omnium receptum est non
7 † subditum nõ posse committere crimen læsæ Maiestatis, Bal. in l. secũda, C. de falsa moneta, vbi ait, ꝙ si subditus Ciuitatis falsificat monetam ipsius incidit in crimen læsæ Maiestatis, & quòd dixit subditus: quia non subditus non incidit in crimen læsæ Maiestatis, & subdit, proditorem populi incidere in crimen læsæ Maiestatis, si est subditus aliàs secus, dixi in consilio 4. in prin. volum. 1. sed vltra ibi dicta adduntur decisiones infrascriptę, Alexan. in cõsilio 13. colum. 1. volum. 6. Corne. in consil. 96. col. 2. vol. 4. Paris. in consil. 101. nume. 33. volum. 1. Gramat. in voto 10. n. 32. Craue. in consil. 224. col. antepen. Bos. in trac. crim. in tit. de foro compet. nu. 137. & in tit. de crim. læsæ Maiest. num. 106. Cepha. in cõsil. 75. num. 56. vol. 1. Luc. de Penna in l. prima, col. 2. ver. an scilicet. C. de conduct. & procur. lib. 10. sed dictus Nicolaus non est subditus dicti Illustris Domini, neque ratione originis, neque ratione domicilij, ergo crimen læsæ Maiestat. committere non potuit.

¶ Nec habet obstare si dicatur, ꝙ & si domicilium non habeat in loco directi domini, tamen habet facultates & prædia, quæ possidet in territorio suo: quia respondetur, ꝙ talis nõ est verè & propriè sub
10 ditus, sed largè & impropriè, sicut † ille qui dicitur subditus ratione contractus vel delicti, qui est impropriè subditus, vt est gloss. cõmuniter approbata in cle. 1. in verbo subditos, de foro cõpe. Alex. in l. penult. col. fin. de iurisd. omn. iud. & in addit. ad Bar. in l. assumpti. in §. filius. ff. ad municip. hinc videmus, ꝙ si aliquis sit vasallus Principis ratione alicuius, feudi & consequenter subditus, ex illa tantũ ratione, iuxta capitulũ cæterũ. de iud. nõ dicitur cõmittere crimen læsæ Maiestatis aduersus dominũ suũ, cũ is propriè subditus nõ dicatur, ex quo subditus non est ratione domicilij, sed tantũ ratione rei. tex. est notabilis in clementina pastoralis. §. denique. & ibi gl. in verbo non subfuit. vbi Cardin. Imo. & alij de re iud. Bos. in d. tit. de crim. læsæ Maiesta. nu. 106. vbi dicit, ꝙ communiter tenetur per Cardin. & alios in dicto §. denique, quòd † licet feudatarius iuret fidelitatem domino iuxta antiquam, & nouam formam fidelitatis, sine quo iuramento non

solet fieri feudatio, tamen si non sit subditus aliter, quàm ratione dicti iuramenti non committit crimen læsæ Maiestatis, subdens ita declarandum esse Socin. in consilio 272. columna penultim. versiculo secundo, dum dixit, ℣ feudatarius dicitur subditus: quia est subditus ratione feudi, vt possit agi cõtra eum ad priuationem feudi non aliter; vt tenuit etiam ipse Socin. in consil. 27. columna prima, volum. tertio. Specul. in tit. de feudo. §. quoniam. versic. 17. quæritur, quem sequitur Alciat. in consi. 451. numero tertio, vbi inquit, ℣ dici non potest, quòd Dux Vldericus, de quo in casu suo, qui erat solùm subditus Regi ratione feudi non autem ratione originis vel aliter, commiserit crimen læsæ Maiestatis contra Regem. Afflict. in cap. 1. in princ. qual. vasal. iura. deb. fide. dom. vbi inquit, non esse bonam cõsequentiam, sum vasallus: ergo subditus: per notata in d. Clem. pastoralis. quas decisiones suprà citaui in consi. primo. numero 29. cũ duob. seq. quibus etiam nunc addo Oldr. in consilio 43. in 6. quæst. quem sequitur Ariminen. in addit. ad Ang. in tract. malefic. in vers. che hai traditio la tua patria, in vers. quæro aliquis congregat. colum. 3. in fi. & Bero. in consil. 165. col. 2. vol. 3.

¶ Secundò, ℣ non dicatur commisisse crimen læsæ Maiestatis, posito etiam ℣ esset subditus, quod tamen negatur, demõstratur, quoniam clara est doctorum sententia, quòd † offendens superiorẽ suũ ex priuata inimicitia nõ committit crimẽ læsæ Maiestatis. vt voluit Bart. in l. hostes. ff. de capit. & postlimin. rever. vbi inquit, quòd † quando quis rebellat officiali nõ propter officialem, sed propter Principem: quia non vult obediret Principi, tunc videtur Principi rebellare & sic indicere bellum, sed si quis rebellaret Rectori propter factũ ipsius: quia eũ malè tractat, vt faciũt Ciuitates Ducatus Marchiæ, tunc non diceretur hostis Principis, vel summi Põtificis, sed ipsius Rectoris. Affli. in c. in verbo & bona commit. num. 11. vbi inquit, quòd † si quis occidat Consiliarium Regis, vel eius Cancellariũ odio particulari, licet Rex eo careat, in crimen læsæ Maiestatis non incidit. Mart. de Laud. in tract. de crim. læsæ Maiest. q. 21. Gigas in trac. cri. læsæ Maiest. li. 1. quæst. 14. & in quæst. 26. num. 8. Bos. in pract. cri. in tit. de crimine læsæ Maiestatis, nu. 14. Saly. in l. fallaciter. C. de abolitio. vbi dicit, ℣ † prodens patriam non odio Principis principaliter, vt ei Ciuitas auferatur, sed ob aliũ finem non incidit in crimẽ læsæ Maiestatis sequuntur Ang. & alij relati per Cravet. in consi. 6. nume. 79. Affli. vbi suprà, nu. 57. ℣ inquit menti tenendum. & num. 63. dixit in consi. 1. suprà eodem. nu. 33. cùm nonnullis seq. sed in casu, de quo agitur, dictus Nicolaus intulit vulnus in personam ipsius illustris Domini ex odio particulari. quia defloravit sororem committendo raptum. ex quibus satis cognoscitur, ℣ hoc provenit ex inimicitia & odio particulari, quàm animo committendi crimẽ læsæ Maiest. Decet † enim Principẽ subditos amare & eos iniurijs non afficere. Nam sciendum est, ℣ Princeps † dicitur cõis & omnium pater. Luc. de Pen. in l. qui conditioni. col. 2. C. de his qui spon. mu. publ lib. 10. Affli. in c. 1. col. 2. de prohi. feud. alie. per Lotha. & officium eius est castitatem amare, & vnicuique iustitiam facere: aliàs non diceretur princeps. Item & commodis priuatorum vacare. Affli. in c. 1. de prohib. feud. alie. per Fede. nu. 8. sed, cui dubium ℣ hic Princeps cõmittendo raptus, & defloranda mulieré non dicitur hæc obseruasse, sed contra officium paternũ fecisse, ergo, &c. & ideò dicit Affli. in capit. primo, numero 156. cùm sequ. quæ sint regal. quòd licet de eius peccato soli Deo rationem reddere debeat. c. totam. de pœnit. dist. 3. Cauere † tamen debet ne opera mala faciat, quia non dicitur minister Dei sed Diaboli in illo actu, vt inquit Iser. in loco ibi per eum citato, et si hæc dicuntur de supremis principibus, quanto magis dicendum est de inferioribus ab eis. Istis igitur sic stantibus, ab omni iure alienum esse videtur, quòd hic Nicolaus dictũ crimen læsæ Maiestatis commisisse dicatur, cũ principalis eius intentio † & quæ attendi debet. l. si quis nec causam. ff. si cer petat. non fuerit tale scelus cõmittere, & ideò dixit Bald. in l. 1. §. prim. columna 2. de iust. & iur. ℣ † statutum puniens turbantes, vel turbare volentes statum Principis, intelligitur principaliter non secundariò, & ideo ℣ si quis aliũ aggressus fuerit ex causa inimicitiæ & propter hoc factus sit tumultus, quòd iste non incidit in pœnã statuti, quia actus illius nõ fuerit ad hoc principaliter ordinatus. Ideò non debet attendi id ℣ sequutum est in consequentiã. l. rogasti. si cert. petat. Rui. in consi. 145. nume. 21. vol 5. & Gigas latè in tract. de crim. læsæ Maiest. lib. 1. quæst. 17.

¶ Tertiò dicitur, ℣ etiam ex alio capite, dato (sed non permisso) ℣ potuissent condemnari dictus Nicolaus de crimine læsæ Maiestatis, tamen quòd sententia ipsa respectu bonorum paternorum non potest officere filijs dicti condemnati. Quoniam receptissimi iuris est, ℣ † si vasallus, qui commisit crimen læsæ Maiestatis contra inferiorem dominũ recognoscentem superiorem possit puniri pœna capitali, non tamen debet aliquid operari respectu aliorum, vt priuetur bonis paternis: quia dispositio l. quisquis. §. sed & filij. C. ad l. Iul Maiest. habet locũ contra committentem crimen læsæ Maiestatis, cũ personam supremi Principis & non inferioris, quã uis habentis merum & mixtum Imperium. vt per Alexand. in consilio 13. colum. 1. volum. 7. Bald. in l. data opera. columna 5. qui accusa. non pos. Crave. in consilio 224. colum. 4. in princip. vbi dicit, quòd si quis committit contra dominum inferiorem, cõtra iuramentum fidelitatis præstitum, licet quoad puniẽdum ipsum delinquentem dicatur committi crimen læsæ Maiestatis, non tamen vt sit locus omnibus alijs pœnis respectu filiorũ, per decisiones ibi per eum citatas, quod voluit & Afflic. in tit. quæ sint regal. in princip. num. 112. vbi tradit, quòd si vasalli Baronum Regem recognoscentium se rebellãt contra Baronem mutando Regem non incidunt in crimen læsæ Maiestatis, vt voluit Oldra. in consilio 43. sed alia pœna sunt puniendi, si iniustè se rebellarunt, quòd sanè dicit intelligendum esse, quando Baro non habeat merum & mixtum Imperium, secus si illud à Rege haberet & offenderetur in personam: quia tunc licet tale delictum sit crimen læsæ Maiest. tamen non puniuntur filij, Bos. in tract. crimi. læsæ Maiest. nume. 53. Paul. de Cast. in l. 3. ver. Itẽ nota tex. C. de Epis. & Cler. Gigas in tract. de crim. læsæ Maiest. in primo lib. quæst. 29. nu. 2. & in 3. lib. q. 1. cap. fin.

¶ Vltimò, ℣ dicta sententia non officiat filijs facit, quod supra dictum est in præcedenti quæsti. de sententia lata contra cõtumacem, ex nota. per Bos. in tit. de bono. publ. nume. 56. & Alc. in consi. 182. in fin. Vnde cũ hæc sententia lata fuerit contra dictũ Nicolaum merè contumacem, succedere debet, ℣ ipsa non habet nocere filijs dicti Nicolai, ex iuribus & auctoritatibus suprà citatis.

SVMMARIVM.

1 *Pater est vsufructuarius bonorum maternorum filij.*
2 *Pater consequi non debet vsufructum bonorum maternorum existente filio clerico.*

3 Cle-

3 *Clerici etiam in patria potestate constituti, licitè possunt disponere, & testari de bonis aduentitijs.*

4 *Dispositio. l pen. C de bon. mater. & l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. locum non habet in filio clerico.*

5 *Pater si emit libros filio studenti, qui nõ efficiatur Doctor viuente patre libri non efficiuntur præcipui filij, secus si emit filio Clerico studenti & tradidit,*

6 *Filius familias Clericus quicquid consequitur, à patre vel aliunde, censetur quasi castrense peculium*

7 *Clerici primæ tonsuræ quamuis remaneant in potestate patris, tamen gaudent priuilegio clericorum beneficiatorum.*

8 *Dispositio cap. quia nos. de testa. locum habet in omnibus clericis cuiuscunque ordinis.*

9 *Clericus in minoribus lato sumpto vocabulo dicitur esse in ordinibus sacris.*

10 *Clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt & constituti in minoribus.*

11 *Dispositio capituli Odoardus, de solut. locum etiam habet in simplici clerico.*

12 *Clerici primæ tonsuræ gaudent priuilegio fori.*

13 *Clericus primæ tonsuræ distringi non potest, vel condemnari à Iudice laico, aliàs censura excommunicationis plectendus est.*

14 *Laicus qui procedit contra clericum priuatur sua iurisdictione, & actor sua causa.*

15 *Filij licet ex crimine læsæ Maiest. paterno puniantur, secundum formã. l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. tamen illa locum non habet in filio clerico.*

16 *Filius quando vult testari inuito patre cautela est, vt accipiat primam tonsuram.*

17 *Clerici simplices gaudent omnibus priuilegijs & Immunitatibus, dummodo clericaliter viuant, etiã in aliter acquisitis, quàm ex clericatu.*

CONSILIVM XVI.

1 EX Tsi Clarissimi Iuris sit ℘ Magnificus dominus Franciscus de Georgijs † vsufructuarius, sit bonorum maternorum dominorum Alberti, Galeatij & Friderici eius filiorum, vt est tex. in l. 1. C. de bon. mater. nec nõ & aliorum bonorũ aduentitiorum filijs quæsitorũ. l. oportet. C. de bon. quæ liber. §. 1. per quas personas nobis acquiritur. Soc. Iun. in consil. 10. in princip. volum. 2. Bero. in consilio 139. in pri. volum. 2. & in consilio 140. in prin. vol. eod. etiam si filij morianturante patrem. l. 3. C. de vsu. & habit. l. si quis, vel si qua. §. fi. C. ad tertul. ibi, pater vsumfructum donec viuit teneat incorruptum, vbi etiam Bal. & Saly. Nam vsus fructus dicitur personalis seruitus. l. prima. ff. de serui. Ideò cũ persona perdurat & ea extincta finitur, Insti. de vsufr. tradunt glo. & Doct. in dicta. l. prima, Paris. in consilio 74. numero 77. volum. 3. & Soc. Iun. in consi. 124. col. 1. vol. 2. quòd pater de dicto vsufructu æs alienum filiorũ soluere non teneretur. l. fin. §. finautem. C. de bon. quæ lib. Alex. in l. vsufructu. ff. ad l. Fal. Bero. in consil. 38. in fi. vol. 1. vbi asserit hanc esse cõmunem contra Bart. in l. fi. ff. de vsufru. legat. Tamen in terminis nostris

2 nunquid dictus dominus Franciscus † vsumfructũ consequi debeat portionis bonorum maternorum domino Vincentio eius filio clerico spectandorũ. Res satis aperta & manifesta videtur, ℘ nõ, vt in terminis decidere videtur Barb. in cap. quia nos. in 2.

3 notabili de testa. post Hostiẽ. ibi, vbi dicit, ℘ † clerici etiam in patria potestate cõstituti, licitè possunt disponere & testari de omnibus bonis aduentitijs, & ℘ vsufructus illorũ bonorũ nõ acquiritur patri,

4 ℘ dictum † inquit mirabile ad limitationẽ. l. pe. C. de bon mater. & l. cũ oportet, & similiũ. C. de bon. quæ lib. vt illæ locum nõ habeant in filio clerico. & ideo subdit, ℘ si mater vel extraneus instituat filiũ familiãs clericum patri nõ acquiritur vsusfructus, quod est mirabile in fauorem clericorum, quã partem etiam sequitur ibi Card. ℘ & voluit Ioan. Dile. in tract. de arte testan. in prin. in 1. cautela in fi. Nam in fauorem filiorum clericorum multa permittũ-

5 tur quæ aliàs nõ permitterentur, & ideo videmus, ℘ ũ † pater emit libros filio studenti, & ille non efficitur Doctor viuente patre, nõ efficiunt præcipuè filij, vt per Bart. & alios in l filiæ licet. C. de colla. tamen si emit filio clerico studenti & tradidit, statim

6 efficiuntur sui, & ratio est quia † quicquid filius familias clericus cõsequitur à patre, vel aliunde, censetur, quasi castrense peculium. l. cũ lege Leonina. auth. presbyteros. & l. sacrosanctæ. C. de Episco. & Cler. Ita Alber. de Rosa. in d. l. filiæ licet. cũ quo ibi pertrã sit Iaf. col. 2. in prin. Petr. Girard. in sing. 54. & Marsi. in rubrica de fideiusso. num. 147. ver. & adde etiam.

¶ Nec habet obstare si dicatur, ℘ præmissa sibi locum vindicarent in clericis beneficiatis non autẽ in clericis simplicibus primæ tonsuræ: quia respondetur ℘ † quãuis huiusmodi clerici primæ tonsurę

7 remaneant in potestate patris, iuxta glo. in c. fi. in c. cũ voluntate. de sent. excom. tamen gaudent priuilegio, quo clerici beneficati, teste Car. in d. cap. quia nos ex generalitate dicti cap. quem sequitur ibi An-

8 ton. de Butr. dicens † illum tex. habere locum in omnibus clericis cuiuscunque ordinis, & sic nedum in presbyteris, sed etiam si clericus habeat primam tonsuram duntaxat, quod inquit bene notandum

9 Barb. ibi. Nec mirum: quia † clericus in minoribus lato sumpto vocabulo dicitur esse in gradu sacro, id est, in ordinibus sacris, vt est gl. sing. 32. dist. in summa Gramma. in voto 33. numero 3. & in 1. addit. &

10 iõ in materia fauorabili appellatione † clericorum veniunt etiam in minorib. constituti, Abb. in rub. de vita & honest. clericor. c. clerico 22. dist. Hinc etiã

11 à iure cauetur, ℘ † dispositio cap. Odoardus. de solut. quæ vult ℘ clericus non possit conueniri vltra quam facere possit locum etiam habeat in simplici clerico, quia appellatione clerici, venit etiam clericus primæ tonsuræ. c. cũ contingat. in fi. de æta. & qualit. Ita Neuiza in consil. 59. num. 5. Item etiam à

12 lege disponitur, ℘ † clerici primæ tonsuræ gaudent priuilegio fori, c. 3. de foro cõpet. Dec. in c. clerici. in fin. de Iud. Alex. in consi. 8. col. 1. volu. 1. & in con-

13 sil. 149. colum. 1. volum. 6. vbi nullus † clericus etiã si non sit in sacris, sed solum primam habeat tonsuram non potest distringi, vel condemnari à iudice laico, aliàs cẽsura excommunicationis plectendus est. Io. And Bona. in consi. 2. nu. 11. inter consi. crim. & ibi Luchin. de Curt. in consi. 60. in fin. dixi in cõ-

14 si. 5. in 1. vol. Imò de iure ciuili laicus, † qui procedit contra clericum priuatur sua Iurisdict. & actor causa, auth. statuimus. C. de Epis. & Cler. Andr. vbi suprà, & ideo dixit Parpa. in repet. l. placet. numero 21. & 23. cir. fi. ver præmittatis. C. de sacrosan. eccle. ℘ propè omnia Iura, quæ loquuntur de clericis, intelliguntur semper in clericis primæ tonsuræ, & vt ibi latiùs per eum, vbi ponit plura exempla, quæ nõ transcribo. Accedit quoque singularis & notabilis

15 decisio quæ habet, ℘ † licet filij ex crimine læsæ Maiest. commisso per patrem puniantur & patiantur pœnam. quia priuãtur omnibus bonis paternis, tã ex testamento, quàm ab intestato, & perpetuò sunt infames & ab omnibus honoribus & officijs exclusi, & supplicantes pro eis Principi efficiuntur in-

ſames.l.quiſquis. C.ad l.Iul. Maleſt. tamen iſta locũ non habent in filio clerico.gloſ.ſing.in c.ſatis per verſum.56.diſtin. quàm ſequitur Alexã.in addit.ad Bar.in d.l.quiſquis. Archid in c.ſi quis 6.q.1. Marſ.in rub.de fideiuſſ.numero 141. vbi inquit, hoc valde notã.ad limitationem dictæ l.quiſquis Ruin.in cõſilio 4.columna 1. & numero 17. volum. 5. & ideò tradit Iaſ..in dict.leg.filiæ licet.colum. 2.q̃ id, quod dictum eſt de libris emptis per patrem filio clerico, & traditis locum habet etiam in filio clerico ſimplici primæ tonſuræ, vt patet. nam ſimplex clericus, primæ tonſuræ poteſt facere teſtamentum, & ſi ſit in poteſtate patris, quamuis aliàs ſecus.l.ſenium in fin.C.qui teſtam. fac. poſſ. eo quia illud quod habet cenſetur, quaſi caſtrenſe peculium, de quo poteſt filius teſtari l.final. ff. de inoffic. teſtam. quoniam in eo habetur pro patre familiãs.l.2. ff. ad Maced. Cano.in dicto capit.quia nos. Hinc ſcribit Veronen.in
16 caut.113.quòd quãdo † filius vult teſtari inuito patre cautela eſt, quod accipiat primam tonſuram, q̃ reputat valde notabile & notatu dignum: quia per hanc viam eludentur iura diſponẽtia, quòd filius familiãs non poſſit teſtari, quã quidem ſententiam amplectuntur Ioan.Dile.vbi ſuprà & Petr. Girard. in dict.ſingul.54.quæ omnia notanda inquit Iaſ.vbi ſuprà: quia ſimplicibus legiſtis videbuntur noua, & eo magis hoc dicendum venit in caſu de quo agitur, vbi dictus dominus Vincẽtius Clericus clericaliter viuit.per ea quæ dicit Inno.in cap. primo.
17 extrà de apoſtatis.vbi † clerici ſimplices gaudent omnibus priuilegijs & immunitatibus, dummodo clericaliter viuant non ſeculariter negotiando, vel tabernas intrando, vel tonſuram dimittendo, quẽ ſequitur Parpal.vbi ſuprà.num.22.

¶ Nec obſtat etiam ſi dicatur præmiſſa procedere, quoad acquiſita per clericum ex clericatura, & non aliter: per Bart.in l. ſacroſanctæ. C. de Epiſc. & Cleri. & Capr.in ſua regula 102. num.100. per tex.in auth. presbyteros. C. de Epiſ. & Cler. Quia reſpondetur ſecundum Barb.in d.c. quia nos. col. in prin. q̃ imò text.in d.auth. presbyteros. apponit gladiũ ad dictum Bart. malè loquentis, ponderando illum text. ibi dum dicit: Res quomodolibet ad eorũ dominium venientes habere ſub ſua poteſtate præcipimus. & in d.l.ſacroſanctæ.in verb. quæcũque bona, quo tempore fratribus non conferant. quæ dicti (inquit Barb.) mentio commendanda. quã ſententiam etiam approbant Iaſ.in d.l.filiæ licet. col. 2. & in l.fin.col.fi.verſ.hinc & ſecunda. C. qui teſta. fac. poſſ. dum ſe remittit ad dicta per eum in d.l. filiæ licet & Parpal.vbi ſuprà. cum declaratione tamẽ ſuprà relata.

SVMMARIVM.

1 *Retentio dotis nõ competit filijs contra matrem, à qua redditio rationis tutelæ adminiſtratæ petitur.*
2 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.*
3 *Retentio eſt quædam compenſatio.*
4 *Compenſatio non admittitur de liquido ad non liquidum.*
5 *Retentio dotis fieri poteſt à filio donec per matrẽ fuerit reddita ratio, ſi in aſſumptione tutelæ obligauit bona ſua.*
6 *Hypotheca tacita oritur ex adminiſtratione.*
7 *Cui damus actionem, multo magis exceptionem.*
8 *Retentio fauorabilior quàm petitio.*
9 *Diſpoſitio.l pen.§. taceat. locũ non habet, vbi mulier obligauit bona ſua.*
10 *Item & vbi in inſtrumẽto eſt appoſita clauſula, omni iuris & legum auxilio.*
11 *L.de hu.ff. de tranſact. derogatũ eſſe cenſetur per clauſulam omni iuris & legum auxilio.*
12 *Plus beneficio excuſſionis.*
13 *L.plerique.ff.de in ius vocan.*
14 *Beneficio ordinis.*
15 *Beneficio cedendarum actionum.*
16 *Beneficio Inuentarij.*
17 *Beneficio diuiſionis.*
18 *Beneficio incarcerandi.*
19 *Exceptioni ſimulationis.*
20 *Nec non & præſcriptioni.*
21 *Et legibus municipalibus.*
22 *Clauſula, omni iuris & legum auxilio, qualecunq; auxilium comprehendit.*
23 *Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt.*
24 *Effuſo ſermone quis vti non debet.*

CONSILIVM XVII.

MAgnifica Domina Hyſabella de Arcellis, quę fuit tutrix dominorum Hypoliti, Leandri & Aſcanij filiorum ſuorum, petijt dotes ipſius à prædictis eius filijs, qui contra dictã petitionem ſe opponunt aſſerentes non teneri ad huiuſmodi reſtitutionẽ, ſed velle eas tenere, donec per ipſam reddita fuerit ratio adminiſtratæ tutelæ ipſorum filiorum. Vnde quæritur, an poſſint dicti filij dotem ipſam retinere quouſq; ratio ipſa reddita fuerit. Prima facie dicendum videretur, quòd † retentio ipſa fieri non poſſit, per 1
text.in §. taceat. verſ. ſed nec retentio. in fin. C. de rei vxo. acti. ibi. Vt ſit omnium retentionum expeditus tractatus, & ex ſtipulatu actio merito ſecundũ ſui naturam nullam accipiat retentionem. cũ ergo
2 ex vi d. l. generaliter † ſit prohibita retentio generaliter ea debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt. & ſic etiam in caſu in quo dos eſſet oblig.

¶ Secundò aduertendum eſt, quòd text. in §. taceat. ponderat, quòd vbi competit alia actio, retentio dotis dari non poteſt, & ideo cũ pro tutela actio tutelæ competat recurri non debet ad retentionẽ dotis, vt per prædicta vult Neguſan. in tra. de pign. carta mihi 86. col. 3. vbi etiam alio modo hoc confirmat, dicens quòd præmiſſio redditionis rationis cũ reſtitutione reliquorum, quæ ſit in tutela non poteſt reparari, nec aliqua certa quantitas quæ fortè eſſet appoſita in inuentario poteſt de ſe per ſe peti, ſed in ſimul totæ ratio reuideri debet: cùm poſſit contingere q̃ tutor plus oſtendat in redditione rationis ſe impendiſſe in rem pupilli, quàm ipſe habuit. l. 1. §. præterea. ff. de contra iud. tute. vt per plura concludit Alexa. in conſi. 192. in 7. vol. ex quo ſecundum eum etiam infertur, q̃ cũ debitum dictæ tutelæ non ſit liquidum, ſed incertum, donec tutelæ ratio integra non ſit reuiſa, quòd pro eo non de-
3 bet dari retentio, † quæ eſt quædam compenſatio, vt habetur per Bar. & alios in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut. matr. & † de debito liquido ad nõ li-
4 quidum non datur compenſatio, Bar. in l. aufertur. § compenſationem. ff. de iur. fiſci. & Alex. in conſil. 94. in 4. vol. Nec obſtat ſecundum eum, q̃ Socin. aliter tenuerit in conſ. 126. duplicato in conſi. 180. quia reſpondet, q̃ Soc. non bene reſpondet ad §. taceat. dum intelligit illum procedere, quando dos reperitur obligata & hypothecata per mulierem, prout eſt quando mater aſſumpſit tutelam filiorum, pro qua tacitè veniunt bona obligata l. pro officio. ff. de admin. tut. & fortius, ſi fuiſſent per ipſam matrem expreſsè hypothecata, quia iſta reſpõſio eſt, cũ text. in d. §. ſed nec retentio. qui (vt iam dictũ fuit) loquitur ge-

tur generaliter & non vult ℘ retentio detur in dote, & subdit Neguſ. quòd ſecundum iſtam partem pluries iudicauit & iudicatum vidit.

¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contraria ſententia in caſu de quo agitur eſt de iure verior, ℘ dictæ dominæ Hyſabellæ iam tutrici filiorum ſuorũ repetenti dotem ab ipſis poteſt opponi exceptio nõ
5 redditæ rõnis adminiſtratiões, & † dos valeat retineri donec ratio adminiſtratiõis reddita fuerit, & hoc propter expreſſam hypothecam bonorum ſuorũ factam tẽpore aſſumptæ tutelæ, vt in ipſius inſtru-
6 mento continetur, & † tacitã reſultantem ex diſpoſitione iuris communis. l. pro officio. ff. de adm. tuto. quia cum filij ratione hypothecæ habeant ius in re, poſſunt dotẽ retinere, per not. in l. quãuis. c. de diſtr. pig. l. & in rubrica. C. etiam ob Chyrogra.
7 pec. nam ſi datur actio † hypothecaria ad auocandũ poſſeſſionem, Inſtit. de actio. §. Item ſeruiana. ergo multo magis exceptio, vt in regula cuidamus. de re
8 gul. iur. & ſic retentio † quæ eſt fauorabilior quàm petitio, per l. retentionem. C. de vſur. Cepha. in cõſilio 229. num. 5. 151. num. 7. 289. numero quinto. & 299. numero 34. & 229. numero quinto, & ita in terminis noſtris conſuluit Socin. in conſilio 180. col. 2. quem ſequitur Dec. in conſil. 349. colum. fin. Bero. in conſil. 37. num. 8. volum. 2. vbi inquid ℘ licet in actione de dote non habeat locum retentio ſecundum communem opinionem, vt habetur in dicto §. taceat, tamen ſi mater quæ fuit tutrix tranſiuit ad ſecunda vota non reddita ratione adminiſtrationis, tunc quia lex ipſam odio habet & punit, poterit dos retineri, ſicut & tunc ratione promiſſionis in aſſumptione tutelæ poterit carcerari ſecundum Soci. vbi ſuprà. Non obſtant modo quæ ex aduerſo adducta fuerunt per Neguſ. vbi ſuprà. Quia reſpon detur, quòd dictus §. taceat. limitatur locum non
9 habere † vbi dos reperitur obligata & hypothecata expreſsè per mulierem, prout requiritur ſecundum Boer. deciſ. 23. numero 100. & Capic. deciſ. 50. ver. 6. pro vt in caſu noſtro, vt voluerũt Soc. vbi ſuprà & alij ſequentes ſuperius citati: vlterius dictus
10 §. taceat. locum ſibi nõ vindicat, vbi † in inſtrumẽto tutelæ ſit appoſita clauſula, omni iuri & legum auxilio. quæ clauſula eſt maximi ponderis & mo-
11 mẽti, cũ videamus ℘ † per ipſam derogatur diſpoſitioni. l. de his. ff. de tranſa. vt per Iaſo. ibi Alexa. in conſilio 11. colum. 4. volum. 2. Goz. in conſilio 69. colum. 3. in fin. Dec. in conſilio 452. colum. pen. Soc. Iun. in conſil. 116. colum. antepen. volum. 1. Crot. in
12 conſil. 84. in fin. nec non † & beneficio excuſſionis. Bal. in l. 1. colum. 3. C. de conuen. fiſci. debito. libro 10. quem ſequitur Aret. in conſi. 33. col. 3. in princip. Alexan. in conſi. 32. colum. 3. volum. 4. & 34. volum. eod. Dec. in l. fin. colum. 4. ff. ſi cert. pet. & in conſi-
13 lio 27. col. penult. Pariter ℘ † l. plerique. ff. de in ius vocan. vt per Iaſ. ibi colum. 4. verſi. 13. limita. ℘ etiam non obſcurè videntur intellexiſſe Rom. Alex.
14 & Soc. ibi, nec non † beneficio ordinis, Gui. Pap. de ciſ. 67. Tiraq. in l. ſi vnquã. in prin. n. 121. C. de reuo.
15 dona. atque etiam † beneficio cedẽdarum actionũ. Ang. in l. 2. C. de fideiuſ. Dec. in cõ. 27. col. 2. 452. col. pen. & in d. l. fi. col. 4. verſi. cu. illud. Tiraq. vbi ſuprà.
16 item † & beneficio inuentarij, ne quis non cõueniatur, niſi in quantũ facere poſſit, ac ne conductor petere poſſit remiſſionem mercedis propter ſterilita-
17 tem, beneficio † diuiſionis facultati reuocandi donationem ob inſinuationem nõ factam, beneficio
18 non † incarcerandi, & exceptioni ſimulationis, vt
19 de † his omnibus dixi in conſi. meo 13. num. 13. vſq; ad vigeſimum vol. 1. & in tract. de lucro dotis. quæ-
20 ſtione 42. ſimiliterque † præſcriptioni. Ruin. in cõſilio 111. num. 6. vol. 1. quem ſequitur Ceph. in con-
21 ſi. 40. nu. 11. Itẽ † & legib. municipalib. vt per Bald. Angel. & Cuman. 1. in l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. Rom. in conſilio 251. Ruin. in conſil. 512. colum. 7. volum. primo, Socin. Iun. in conſi. 180. nu. 24. volum. 3. Tiraq. vbi ſuprà & dicto tract. meo de lucro dotis vbi ſuprà. Si ergo in dictis caſibus derogatum eſſe videtur dictis iuribus & legibus municipalibus, vtique dicẽdum videtur, ℘ per dictã clauſulam etiam renunciatum fuerit diſpoſitioni d. §. taceat. quæ eſt iuris cõmunis. quod & maxime dicendum videtur, cũ clauſula ipſa poſita fuerit poſt nonnullas renunciationes præcedentes, per ea quæ
22 tradit Ceph. in conſi. 25. num. 42. nam † dicta clauſula qualecunque auxilium cõprehendit, ita ℘ qui omnia dicit nihil excludit. l. à Procuratore. C. manda. Soci. Iun. in dicto conſi. 180. num. 18. & Tiraquel. vbi ſuprà. Nec facit, ℘ dicit Neguſan. ℘ per Soc. nõ videtur bene reſponſum ad §. taceat. in quo retentio dotis generaliter & indiſtinctè prohibetur, vt eſt text. ibi in §. ſed nec retẽtio. in fine ibi. vt ſit omnium, &c. vnde cũ dicti l. generaliter loquatur, generaliter debet intelligi. l. prim. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de publicia. & ſic non debet reſtringi d. §. taceat. ad caſum in quo dos eſſet obligata. Quia reſpondetur, ℘ argumentum Neguſan. 1. poſſet locum habere, niſi illi eſſet renũciatum, prout renunciatum videtur per dictã clauſulam, nam ſi aliter diceremus ſequerentur multa inconuenientia. Primò, ℘ cum ſit regula generalis, quòd tranſactio facta nõ viſis verbis teſtamenti nõ valeat. l. de his. ff. de tranſa. quæ generaliter intelligi debet, ℘ illi non diceretur renunciatum per talẽ clauſulam, & tamẽ hoc eſt falſum, vt ſupra dictum
23 fuit. Nam † quilibet fauori ſuo reunciare poteſt. l. ſi quis conſcribendo. C. de pac. plus ſequeretur etiã, ℘ cùm diſpoſitio dict. l. plerique. quæ etiam eſt generalis, & quæ generaliter eſt intelligenda, illi non derogetur per dictam clauſulam, & tamen hoc eſt ab omni iure alienũ, vt etiam ſupra oſtenſum fuit. Multa alia ſimilia poſſent colligi ex ſupradictis, quę breuitatis cauſa omittuntur. Pariter non obſtat, ℘ Imperator in dict. §. taceat. vult, quòd vbi competat alia actio, retentio dotis dari non debet. & ideo cùm pro tutela competat actio tutelæ non debet recurri ad retentionem prohibitam. & ideo quòd debitum dotis ex natura non patiatur retentionem, non debet mutari eius natura propter tutelam aſſumptam & expreſſam, vel tacitam hypothecam, quia reſpondetur, ℘ in contrarium eſt communis Doctorum ſchola, de qua ſuprà, & ℘ ratio ſua non poteſt procedere etiam ſtante dicta renunciatione, ex rationibus & auctoritatibus ſupra citatis, nam ſi volebat, quòd filij poſſent contra eam, vti huiuſmodi retentione, nõ debebat ſe obligare & renuntiare dictæ diſpoſitioni §. taceat. Vnde cùm renuntiauerit, ſibi imputandum venit. l. veteribus. ff. de pact. cùm ſimil cauere enim quis debet, ne ſic
24 † effuſo ſermone vtatur. l. fin. C. de dot. promi. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Grauare non poſſum, quem non honoro.*
2 *Teſtatorem ita voluiſſe non ſufficit, niſi eius voluntas transferat in diſpoſitionem, quod declara, vt in nume. 20.*
3 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
4 *Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur.*
5 *Fideicommiſſum eſt onus.*

6 *Fideicommissum est facti, quod non præsumitur nisi probetur.*

7 *Regula solet dari, quòd in substitutionibus, seu fideicommissis illa substitutio, vel fideicommissum locum non habet, quæ vel quod reperitur in testamento.*

8 *Interpretatio in dubio fieri debet, vt non subsit fideicommissum.*

9 *Filij positi in conditione & grauati non censentur, secundum magis communem honorati, sed contra secundum verorem, & magis communem. vt in numero 11.*

10 *Opiniones quando duæ sunt contrariæ semper præsumitur verior & firma illa pro qua consuluit Collegium.*

11 *Ius accrescendi post agnitam portionem locum non habet in proprietate.*

12 *Interpretatio in dubio sumenda non est, quòd testatoris dispositio aliquod exhorbitans à iure communi inducat.*

13 *Ius accrescendi non est propriè substitutio.*

14 *Fideicommissum tacitè non inducitur ex sola prohibitione alienationis.*

15 *Opiniones quando sunt duæ, illa tenenda est, quæ testamentum & voluntatē testatoris defendit.*

16 *Quod amplia procedere, etiam si sit opinio vnius singularis Doctoris.*

17 *Coniectura in dubio illa capienda est, per quam actus conualidatur, cùm sit fortior quibuscunque alijs.*

18 *Declaratio ad l. ab eo. C. de fideicom.*

19 *Fideicommissum inducitur ex coniecturis & indicijs.*

20 *Consequens qui vult, etiam antecedens velle videtur, sine quo illud esse non potest.*

21 *Dispositio licet non inducatur ex eo, quod conditionaliter profertur, inducitur tamen in antecedenti vel consequenti, quando illud potest induci nuda voluntate testatoris.*

22 *Differentia constituitur, inter dantem & recipientem.*

23 *Declaratio ad l. si ita stipulatio ff. de oper. lib.*

24 *Declaratio ad l. sed & si fic. §. fin. de leg. 3.*

25 *Declaratio ad l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. instit.*

CONSILIVM XVIII.

AB hoc seculo migrauit quondā Magnificus Dominus Centonius de Salucijs suo prius cōdito testamēto, in quo vniuersalem hæredē instituit Dominum Traianum eius filium, & casu quo hæres ipse decederet sine filijs, vel filij ipsius hæredis decederent, eis sic decedentibus, substituit Magnificum Dominum Herculem de Salucijs. Modo insurgere videtur dubitatio, an ista substitutio in filijs filij hæredis, qui sunt domini Gaspar & Aloisius valeat iure fideicommissi eis decedentibus sine liberis? Quæstio ista valde ardua & difficilis est, vt inquiunt Iaſ. in consilio 25. in principio. volumine tertio. in l. Centurio, columna 29. versic. circa illam quæstionem. ff. de vulgar. & pupilla. & Boer. in l. cùm filio. numero 49. ff. de legatis primo. in qua diligenter procedendum est, & ideo vt illius veritas habeatur, primò arguam non fuisse ex verbis ipsius testamenti inductū fideicommissum. Et in primis moueor, quia † quem non honoro, grauare non possum l. ab eo. C. de fideicom. l. plane. la secunda. §. fi. de lega. primò. l. Imperator. in princ. ff. de lega. 2. sed domini Gaspar & Aloisius nepotes nō reperiuntur honorati, ergo grauari non potuerunt, vt etiam dicunt scriben. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. 1

¶ Secundò dicitur, quòd † non sufficit ita voluisse testatorem, nisi voluntas ipsa transeat in dispositionē l. quidam cū filiū. vbi Bald. & Imol. ff. de hæred. instit. Soc. in l. in ambiguo. per illum tex. in vlt. not. ff. de reb. dub. Dec. in cōsi. 15. nu. 1. & 477. nu. 4. Soc. Iun. consil. 1. numero 7. volumine 3. nam † propositum in mente retentum nihil operatur l. si repetendi. C. de cond. ob cau. Soc. Iun. in dicto cōsilio primo. nume. 6. consil. 78. num. 32. volum. eod. Ruin in consi. 177. num. 13. vol 2. Dec. in consi. 465. num. 8. sed in casu, de quo agitur testator nō disposuit de facto fideicommisso in personam dictorum nepotum ꝙ vtcq; ei facile erat disponere si noluisset, vnde cū non fecerit censendum est illum noluisse inducere tale fideicommissum, argu. l. primæ. §. finautem ad deficientis. C. de cad. tollen. cap. ad audientiam. de decimis, nam † testator ꝙ non loquitur velle non præsumitur, Bald. in dict. §. finautem ad deficientis. Dec. in consilio 514. col. 1. 2

¶ Tertiò facit, nam † fideicommissum est facti & res onerosa. l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Soc. Iun. in consi. 95. num. 19. volum. 1. in consi. 168. num. 11. volum. primo, & 180. num. 7. volum. eod. quod † nō præsumitur nisi probetur, Soc. Iun. in consil. 102. nu. 23. volum. primo. vbi dicit, quòd in substitutionibus seu fideicōmissis solet dari pro regula, quòd † illa substitutio seu fideicommissum locum nō habet, quæ vel quod non reperitur in testamento: Dec. in consil. 45. nu. 14. Soc. Iun. in consilio 1. nume. 4. vol. 3. Cepha. in consi. 67. num. 27. sed ex verbis dicti testamenti non apparet de aliquo fideicōmisso, ergo † in dubio interpretatio fieri debet, vt non subsit aliquod fideicommissum, cùm hoc fauorabilius sit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Alciat. in consil. 525. num. 12. & in consi. sequen. num. 9. 3 4 5 6 7 8

¶ Quartò dicitur, ꝙ & si Bart. in l. centurio. colu. 9. versi. vlterius quæro. ff. de vulg. & pupil. teneat, ꝙ istis duobus concurrentibus, videlicet, quòd † positi in conditione, & grauati censeantur honorati, & per dictum grauamen eis reliquisse, per l. denique. §. interdum. ff. de penu lega. & l. si ita stipulatio. ff. de oper. liber tamen, quòd dicta iura nō probant intentionem Bar. quia in casu dicti §. interdū. secundum Imol. & Alex. in dicta l. cēturio. quos sequitur Soc. in l. cū filio. ff. de lega. primò, peculium intelligitur relictum seruo propter onus illi impositum: quia quando datur libertas seruo inter viuos peculium etiam illi concessum esse videtur, & sic de facili seruum sequitur tanquam accessorium. l. 1. C. de pecul. eius, qui lib. merue. & quamuis sit secus, vt ibi dicitur, quando libertas datur in vltima voluntate, tamen secundum prædictos patres, si etiā grauetur seruus aliquid de peculio dare, peculium etiā isto casu dicitur sequi seruum, & præsumitur illi relictum. quia sequitur de facili dationem libertatis, nam si esset verum, quod inquit Bart. sequerentur secundum Imo. ibi & in cap. Raynutius. de testa. ꝙ nunquam haberet locum regula d. l. ab eo. C. de fideicom. vbi testator non potest grauare, quem nō honorat, volum. primo. 218. colum. prima, volu. tertio. 9

¶ Similiter respondetur ad tex. in l. si ita stipulatus. secundū Alex. in dicta l. centurio. quòd ibi ponitur casus specialis, in quo illud. ꝙ exprimitur in vim conditionis, videtur dispositū simpliciter, seu dispositionem inducit, & hoc ideo ibi est: quia illud ꝙ erat ibi positum in dispositione non poterat peti nisi quodam speciali iure, tanquam positum in causa onerandæ libertatis. iuxta l. primam. §. quæ onerandæ. ff. qua rer. act. non datur. Vnde excepto casu posito

posito in dicta l. si ita. illud quod est positum in conditione non inducit dispositionem. in l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. cau. testa. cùm ergo filij filiorum fuerint nominati per modum conditionis in casu de quo suprà, sequitur quod non debent videri vocati per modum dispositionis ad hæreditatem, iuxta l. ex facto. ad Trebel.

¶ Sed vlterius dicitur, & contra Bar. videtur tex. in l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. instit. vbi testator adijciendo onus non per hoc videtur tacitè relinquere: quem tex. contra Bart. notant ibi Bal. & Cuma. Imol. Alex. & alij in d. l. centurio.

¶ Allegatur & tex. in l. sed si sic. §. si. de lega. 3. vbi si Stichus sit damnatus dare, si factus fuerit hæres hæredis testatoris relictum non valet: quia dictus Stichus iudicio testatoris nihil habet, & tamen hoc falsum esset si in antecedenti tacitè dispositum fuisset. puta: si Stichum hæredem, vt grauari possit. l. ex facto. in princip. ff. ad Trebel.

¶ Vltimò, contra sententiam Bar. tenuerũt Bar. sibimet contrarius in consil. suo incip. Andreas. vbi expressè concludit, quod quando facta est substitutio fideicommissaria filijs filiorum non aliter institutis, talis substitutio inualida redditur, Bal. in. l. ab eo. C. de fideicomm. in l. sed si sic, §. primo, per illum tex. ff. de lega. 3. & in cons. 385. volu. 5. Roma. in l. Lucius. ff. de hæredita. instituen. Ioan. de Imol. in dicta l. centurio. car. antepenul. in cap. cum tibi. colum. 9. de testa. & in cap. Raynutius. in materia compẽdiosæ substitutionis. eod. titu. Oldra. in dicta l. ab eo. Alber. de Rosa. in rub. de vulg. & pupil. colum. 123. in materia compendiosę substitutionis. in versicu. sed quia testatores, referẽs hanc quæstionem aliàs fuisse de facto in ciuitate Cesenæ, & quod Iacob. de Beluis. consuluit tale fideicommissum valere, sed quod Ricard. Malumbr. & Raynaldus de Forliuio consuluerunt contrarium. Benedic. de Perus. in cap. si pater de testa. in 6. Paul. de Castro in con. 36. secundum antiquam impressionem. Ancha. in cons. 126. Mantua. in consilio 275. Alex. in cons. 91. column. quinta, volum. primo, dup. in cons. 111. volumin. 3. 185. nume. 27. volum. 2. cons. 219. 184. colum. tertia. volum. eod. 22. in fin. volu. 3. 24. colum. tertia, volum. eod. consi. 13. colum. penult. volum. 4. 105. colum. tertia, volum. primo, & 91. num. 9. volum. eod. Soc. in con. 140. num. 3. in primo volu. dup. in consil. 218. Claud. in l. cum filio. ff. de lega. primo. Soci. Iun. in consilio 176. nume. 20. volum. 2. Bertran. in cons. 182. colum. secunda, volum. 3. 236. colum. secunda. 151. volumi. eod. & cons. 31. volum. 2. & hanc esse receptam Doctorum sententiam firmant patres infrascripti. Ias. l. prima, colum. quinta, ver. 2. modo limitatur. C. de pac. in dicta l. centurio. vbi dicit quod sentẽtia Bar. damnatur tam in scholis quàm in palatijs. in cons. 89. col. prima, volum. primo, & 143. colum. quinta, in fi. vers. non obstat tertium. volum. 2. Ruin. in consilio 89. colum. quarta, vol. 2. 205. num. 2. 114. nume. 4. 130. num. 7. 169. colum. secunda. in princip. volu. eod. consi. 128. nume. 20. volum. 3. & 136. numer. 16. 115. num. 3. & 120. volum. eod. Paris. in consi. 31. num. 4. vol. 2. 44. nume. 6. & 87. nume. 23. vol. eod. Claud. Seysel. in dicta l. centurio, Dec. in cons. 270. colum. secunda. 291. in fin. 422. colum. prima, 465. colum. 3. in fin. vers. 2. potest responderi. Soci. Iun. in consi. 112. num. 24. volum. primo, & 118. nume. 22. volum. eod. Bertran. in consi. 82. colum. fi. volum. primo, & quam sententiam vti crebriorem amplectũtur So. in consil. 62. colum. penult. volum. 3. & 68. colum. 7. volum eod. Curt. Sen. in con. 42. colum. 9. versicu. siue etiam: Paris. in cons. 86. num. 13. volumin. 2 & 89. nume. 31. volum. eod. Rub. Alex. in cons. 144. colum. prima. Ruin. in consi. 100. colum. penult. in princip. volum. 2. 103. num. 4. 171. colum. secunda, in fin. vol. eod. & 134. num. 18. volum. 3. Curt. Iun. in consil. 11. num. 2. Alexa. in dicta l. centurio. Cepha. in cons. 17. num 17. & 268. nume. 19. Didac. in cap. Raynutius. §. 3. nume. 3. de testa. Zanch. in repetitione. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 730 ad Treb. Gerard. Mazo. in cons. 2. nume. 24. Clar. in §. testamentum. quæst. 79. & Collegium Papiense inter consil. Curtij. Sen. 45. quod consiliũ sequendum esset iuxta not. per Abba. in cap. prudentiam. in 3. notabili. de offic. de leg. vbi dicit, quod † quando sunt duæ opiniones contrariæ semper præsumitur verior & firma, pro qua consuluit vnum collegium, maximè si est famosissimum sapientissimorum virorũ, prout est Papiense, quam doctrinam refert & sequitur Curt. Sen. in consil. 46. colum. tertia, in fi. Port. in cons. 91. num. 7. vbi quod plurium concurrente voto constituitur, maximè rectum censeri debet.

¶ Verum maturius & diligentius considerando contrariã sententiã vti veriorem ęquiorẽ tanquam tendentẽ ad seruiendum mẽti testatoris, & frequentiorẽ amplectendam fore arbitror, & primò, quia quãdo filij seu nepotes, qui positi sunt in cõditione reperiuntur grauati, tũc censentur honorati & inuitati, ad effectum vt grauamen illis iniunctũ valeat, quoniam quamuis filij & nepotes in conditione positi regulariter vocati non dicãtur. vt est glo. communiter approbata in l. Lucius. ff. de hæred. instit. vt latè dixi in cons. 51. num. 5. volum. 3. tamen quando positi in conditione expressè & specificè grauati reperiuntur. his duobus simul & copulatiuè concurrentib. censentur honorati, ad effectũ vt fideicommissum illis iniunctum valeat, vt voluit Bar. in dict. l. centurio. col. 9. versic. vlterius quęro, quâ partem etiam tenent Iacob. de Beluis. relatus ab Alber. vbi suprà Dyn. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2. Aret. in §. fi. instit. de vulg. & pupil. Corne. in dict. l. ab eo. vbi etiam. Iacob. de Aret. & Ioan. de Monte sperello & Ioan. Petrucius. Dec. sibi aduersarius in l. prima, nume. 15 C. de pac. & in cons. 182. colum. fin. in cons. 635. num. 4. & 637. num. 8. Ripa etiam in dicta l. prima, num. 11. Aret. in dicta l. centurio, & in l. cum filio. ff. de lega. primo, Imol. sibi inconstans in l. filius familiàs. §. cum quis de leg. primo, vbi etiam Cum. & in l. hæreditas ad Statium, & in l. Lucius de hæred. instit. Alex. sibi contrarius in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & in con. 64. colum. quarta, vol. 5. Curt. Iun. in con. 139. nume. 20. vbi sequitur Bart. dicens, quod solitus est ibi defendere Bar. ab impugnationibus aliorum. & in cons. 87. colum. fi. Anch. in capit. si patre de testa. in 6. Aret. in trac. de testa. in verbo si decesserit sine liberis. colum. tertia. versic. quid si testator. Oldra & Bal. in l. prima, C. de cond. insert. Ferd. Loaz. in addit. ad Galiaul. in dicta l. centurio. Gozad. in consilio 26. numerò 23. & 104. columna prima, Corne. in consilio 146. colum. quinta, volum. 2. 97. litera D. volumin. primo, consil. 20. litera I. volumin. 4. 101. litera C. versiculo tamen simul. & 273. litera F. volum. eod. vbi inquit, quod comperuit celeberrimum Dominum Ioan. Petrucium cum alijs viris excellis consulendo hoc firmasse, & quod etiam vidit ab alijs ita consultum fuisse dum Pisis legeret, & quod ita sibi semper visum fuit, Bertran. in consilio 141. numero 2. volu. 3. & 173. volum. eod. Barba. in consilio 27. column. 16. versiculo & plus dico, volumin. primo, & in consilio 57. volum. 2. Bald. in trac. substit. in vltima carta colum. prima, Socin. Iun. in cons. 158. nume. 73. versicu. & voluit. volum. 2. 174. nume. 22. versic. & voluit. & in cons. 168. num. 75. vol. eod. Prat. Papien. in

for.libel.quomodo agitur ex ſubſtit.in ver.compẽdioſæ.colu.3.in primo,Ang.de Peruſ.in quibuſdam lecturis in l.prima,C de cond.inſert. & in l. legatis. C.de lega.quem refert.Curt.Sen.in conſi.51.col.10. verſicu.ſed ita eſt.Crauet.in conſi.130.colum.ſecunda,in fi.verſi.2.cenſeri debet.Pau.de Caſtro.in conſil.263.colu.ſecunda,in fin.volum.2.Bero.in conſil. 106.nume.5.volum.2.Ceſſane.in conſi.67.num.43. Soci.in l.cum auus.in fin.colu. de cond. & demon. & in conſil.12.colum.ſecunda,verſicu. confirmant prædicta.volum 3.Guid.Pap.in quæſt.184. Bald. & Saly.in l.precibus.colum.penul.verſi.quæro ſextò C.de impub. & alijs ſubſtit.vbi dicit Saly.Rayn.vltimate ita tenuiſſe in materia cõpendioſæ.Guliel.Benedict.in repet.cap.Raynutius.in verbo. ſi abſq; liberis.il.2.num.52.Anto.Gab.in ſuis com.opin.lib. 4.in titu.de fideicom.conclu.quarta.num.13.in fin. Ruin.in conſil.108.nume.16.volum.2.123.colum.3. 124.num.4.volum.eod.140.num.9.volu.3.vbi dicit ita conſultum fuiſſe per clariſsimos viros. & in conſil.142.colum.quinta,in princip.volum. eod. & 139.colum.tertia,volum.eod.Polit.in trac.compendioſę ſubſtit.colu.penult.& cum hac parte vti communiter recepta pertranſeunt Paul.de Caſtro in dicta l. ab eo.in lectura antiqua, vbi dicit quòd vidit communiter teneri opinionem, Bart. quicquid ibi dixerit Bal.Corne.in conſ.primo,82.nu.6. & litera. R,volum.3.& in conſil.22.litera F,volumin.2.Bero. in conſi.104.nume.12.volum.2.106.num.5.volum. eod.Aret. & Ripa in dicta l.centurio.Socin.in l.cum filio.ff.de lega.primò,vbi dicit hanc opinionem tenendam in conſulendo,& à multo tempore citra,à Doctoribus Peruſinis canonizatam,& etiã alios Doctores infinitos Italiæ in ardua quęſtione conſuluiſſe.Bertran.in conſil.129.col.ſecunda,volu.2.Craue. in conſil.155.colum. ſecunda. vbi refert quòd hanc opinionem in iudicando ſolet curia ſequi, vt audiuit Guid.Pap.in quęſt.39 & ita iudicare ſolet Curia Delphinalis.Mantua in conſ 92.vbi ita tenetur tàm in iudicando quàm in conſulendo.Soc.Iun. in con. 100.nume.21.volum.3.vbi impugnat dicta per eum in alijs conſilijs,ſubdens quoque vidiſſe ita conſultum per Soci.patrum in quodam conſilio non impreſſo incip.Viſo teſtamento.Ruin.in conſi.131.nume.7.volum.2.in conſil.111. columna quarta, volu. eod.in conſilio 128.colum.tertia,in princip.volum. tertio,& in conſilio 139. columna tertia,volumine eod.Celſus in conſilio vigeſimo,numero 35. verſic. ſed vbi.Ponta.Iun in dicta l.cum filio.vbi ait, iſtam opinionem canonizatam, quam quidem opinionẽ tanquam frequentiori calamo receptã amplectuntur Soci.Iun in conſil.114.nume.28.volum.3.Ruin. in conſ.127.nume 4.& 167. columna tertia, volu.3. Socin.in conſ.249.num.5.vbi etiam dicit, quod ita aliàs conſultum vidit per Dominũ Ioan. de Monte Sperello & Benedictum Capram,& quòd ſæpius ita conſuluit & conſultum vidit per doctiſsimos viros Peruſinos & Senenſes.Bero.in conſi.110.numer.24. volum.2.Curt.Sen.in conſ.51.colum.10. verſic. ſed ita eſt. Cepha.in conſil.93.colu. ſecunda, & Galiaul. in dicta l.centurio. nu.458. vbi dicit, quòd ſemper tenuit hanc opinionem non ſolùm de æquitate ſed etiam in puncto iuris propter expreſſam voluntatẽ teſtatoris.& in num.475.verſi.7.in fin.& ita aliàs tenuit Collegium Peruſinum,vt citat Ceph.in cõ.93. colum.ſecunda,& Collegium Mediolani,vt refert Clarus in d.§.teſtamentum,quæſt.78.

¶ Et pro opinione Bart. facere videtur tex. in l. Titia.Seio.§.Seia libertis.ff.de lega.2. vbi ſi teſtator leget prædium liberis ſuis,& grauet vltimũ decedẽtẽ reſtituere prædium alteri p hoc grauamen intelligere eum ſubſtituere in partibus alterum, & hoc non alia ratione niſi quia aliàs vltimus moriens nõ poſſet adimplere grauamen. Nec obſtat ſi dicatur, q̃ ibi vltimus venit per ius accreſcendi: quia reſponde-
11 tur,quod hoc eſſet contra regulam, quòd † in proprietate non habet locum ius accreſcendi poſt agnitam portionem.l.1.§.fi. de vſufr.accreſ.Item in du-
12 bio eſt interpretandum, quod † diſpoſitio teſtatoris non inducat aliquod exhorbitans à iure cõmuni.etiam quod poſsit.l. vxori. §. primo, de legat.3. vbi Bar.glo.fi.in l.talis ſcriptura de leg.primò, item ibi tex.dicit.teſtatricem videri gradus duos ſubſti-
13 tutionis feciſſe.ius † enim accreſcendi non eſt, ppriè ſubſtitutio.l.ſi Titio.§.Iulianus,de lega.2. & verba præcipuè iureconſulti capi debent propriè l.prima, §.ſi is qui nauem.ff.de exercito. item non eſt dicendum.quòd ibi fideicommiſſum ſit inductum de primo morientẽ ad vltimum propter prohibitionem alienationis: quia vt dicit Bart. in d.§. Seia. & Are.
14 in l.centurio.colum.20.per ſolam † prohibitionem alienationis non inducitur fideicõmiſſum tacitè inter prohibitos alienare,Bartol.in l.qui Romæ.§.cohæredes.de verb. obli. & in l. ſi ita quis.§.ea lege.eo. titu.& hoc probatur in d.§.Seia.vbi tex. dicit, q̃ in prima parte teſtamenti,in qua erat facta prohibitio alienationis,nõ erat tale fideicõmiſſum iniunctum item non obſtat quod dicit Imol.in dict.l.centurio. & Alex.quod ibi primus qui cenſetur grauatus reſtituere vltimo,erat in parte reſtituenda grauatus expreſsè,in præſenti autem qnæſtionẽ nõ, vnde eo ipſo quòd vltimus moriens grauatus cenſetur, etiam primus moriens grauatus reſtituere vltimò fundũ alteri.vnde in neceſſariũ antecedens debet primus cenſeri grauatus reſtituere morienti: quia vt dicit Are.in dicta l.centurio.tex.non ſe fundat ſuper hoc ſed ex eo quia vltimus erat grauat⁹ reſtituere, & vt vltimus poſsit totum reſtituere prout grauatus eſt & dicere quòd primus poteſt cenſeri grauatus: quia erat honoratus, Dicitur ſimiliter & econtra, quòd hic debẽt eſſe honorati filij ex quo erãt grauati, nec etiam eſt dicendum, vt inquit Iaſ. ibi in di.l centurio.quòd ibi cenſeatur inductum, ppter duo copulatiuè primò, quia teſtator iniũxit onus vltimo morieti, quod totum reſtitueret, vt per Bar.in l.vel ſingulis.de vulg.ſubſt.quia dato, quod hæc intelligentia ſit vera ad illũ tex.non facit quin ille textus non faciat pro Bar.in d.l.centurio.quia etiam hic liberi vltimo loco morientes fuerũt grauati in tota hęreditate.& ſi fortaſsis diceretur, quod hic non dixit de tota hæreditate ſed ſimpliciter hæreditatem vel bona,dicitur quod ſimiliter in dicto §.Seia.non dixit totum fundum ſed eum fundum,&c.Item ſimiliter non obſtat ſi diceretur.quòd ibi iſta duo ſimul iuncta,ſcilicet,prohibitio alienationis & grauamen impoſitum vltimo operatur illud tacitũ fideicommiſſum,vt videtur velle gloſ.in §.vel ſingulis.inſtit. de pupil.ſubſt.Quia reſpondetur,quod etiã in caſu noſtro iſta duo debent operari ipſum tacitum fideicõmiſſum,ſcilicet mentio facta de liberis, in verbis conditionalibus & grauamen eis iniunctũ, ita formaliter vt ſupra dixit Galiaul.in d.l.centurio.num. 478.& quem tex.etiam pro opinione Bart. adducit Bertran.in d.conſ.173.num.24.

15 ¶ Item pro Bart. etiam facit regula, qæ habet, q̃ † quando ſunt duæ opiniones, illa eſt tenẽda, quæ defendit teſtamentum & voluntatem teſtatoris. l. ſi
16 pars.ff.de inoffi.teſta. q̃ procedit etiam † ſi ſit opinio vnius ſingularis Doctoris, Hoſtien.& Abb.in cap.2.
17 de coniug.lepro.item in dubio capienda eſt illa † coniectura p quam actus conualidatur quæ fortior eſt quibuſcunq; alijs, Caſtren. in l. ex imperfecto. C. de

teſta.

testa. Dec. in cons. 11. colum. fi. Soci. Iun. in cons. 179. nu. 13. cum duobus sequentibus. volum. 2. Ceph. in cons. 93. num. 5. & 10.

¶ Restat vt argumentis in contrariũ adductis re
18 spondeatur, & ad primum dicitur, quod † dispositio dictæ l. ab eo. procedit quando quis simpliciter grauatur: quia hoc tantùm non sufficit, sed quãdo filij vel nepotes sunt in cõditione, cogitauit & voluit testator hæreditatem ad filios vel nepotes peruenire. l. Lucius. ff. de hære. inst. in verbo prudens consiliũ testatoris, &c. nimirum si eos etiam grauãdo ex hac voluntate iuncta cum prima, & sic ex istis duobus concurrẽtibus & simul iunctis inducitur fideicommissum. ita Ruin. in cons. 139. colum. secunda, in fin. volum. 3. & in con. 111. colum. tertia, versicu. & non obstat volum. 2. vbi dicit post Aret. ibi per eum cita tũ, quod negatur in casu nostro, quòd aliquid non sit relictum quando quis in re propria testatoris est grauatus.

¶ Non obstat & secundũ quia respondetur, quod allegata in contrarium procedunt, & locum habent in voluntate omnino tacita, secus si ex eo quod est pressum in testamento voluntas tacita colligat, vt notat Bal. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. Dec. in consilio 514. in fi. 465. colum. 3. in princi. & in consi. 186. colum. tertia, versicu. non obstat quod testator. quam doctrinam Bal. sequuntur communiter scribentes, vt per Soci. in l. hæredes mei. §. cum ita, col. quinta, ff. ad Trebel. & Curt. Iun. in consil. 12. colu. tertia, circa fi. versic. postea considerando. Soc. Iun. in con. 42 num 26. volum. primo. vbi inquit, quod licet aliàs soleat dici, quod non sufficit testatorem aliquid velle nisi & illud disponat, q illud procedit quando de voluntate non constat iuridicè, secus quando de ea constat p coniecturas: quia tunc dicit
19 testator satis disposuisse, cum † semper in fideicommissis, vt sciamus quid disposuerit testator, mõtem eius etiam per coniecturas & inditia perquirim⁹. l. in conditionibus. vbi doc. ff. de cond & demon. & in l. tertia: C. de lib. præter. iterum in consil. 111. nume. 26. volum. eod. in cons. 78. num. 32. volum. 3. sed in terminis de quibus agitur inficiari non potest, quin appareat de volũtate dicti testatoris, & quod disposuerit ponendo nepotes in conditione & grauando ergo, &c. & ita respondet in casu præsenti Galia. in dicta l. centurio num. 467.

¶ Ad tertium similiter respondetur: quod satis constat de dicto fideicommisso si non expressè saltem tacitè, quod sufficere videtur, vt constat ex scriptis per Socin. Iun. in citato consil. 111. & in cons. 158. nu. 65. volum. 2. & ex alijs supra allegatis in præcedenti responsione.

¶ Non obstat, quod opinio Bar. non benè fundatur in iuribus per eum allegatis: quia respondetur, q imò opinio sua benè probatur in dicto §. interdũ vt per illum text. ita tenet Aret. ibi, nam secundum eum aliquãdo quis grauatur præstare certã quantitatem in genere vel rem, quę non est in patrimonio testatoris, & ex hoc onere quis non intelligitur honoratus, & hoc casu habet locum, l. ab eo. C. de fidei com. qui allegatur contra Bart. aliquãndo quis grauatur præstare rem vel partem rei quæ est in patrimonio testatoris, & quia tunc impossibile est quod præstetur agnato nisi sit legatarius vel hæres, ideo
20 honoratus intelligitur, quia qui vult † consequens videtur velle antecedens sine quo illud esse non potest. l. illud, in princ. ff. de acqui. hæred.

¶ Nec facit q Imol. & Alex. in d. l. centurio, cũ quibus transit Soci. in l. cũ filio, de leg. primo, dicant q in illo casu peculium intelligitur seruo relictũ propter onus illi impositum: quia quando datur libertas seruo inter viuos peculiũ illi esse concessum censetur, & sic de facili seruum sequitur tanquam necessarium, si non adimatur. leg. prima. C. de pecu. eius qui liber. merue. & quamuis sit secus vt ibi dicitur quando datur libertas in vltima voluntate, tamen secundum prædictos si etiam grauatur seruus aliquid de peculio dare: peculium etiam isto casu sequitur seruum, & præsumitur illi relictum: quia sequitur de facili dationem libertatis. Quia respondetur, quòd huiusmodi respõsio ex duobus non videtur vera, & primò, quod ex hoc sequeretur q quando seruus de peculio esset grauatus dare nedum hæredi sed etiam tertio, quod videretur peculiũ seruo relictum, & tamen Imol. in l. ex hac scriptura ff. de dona. & Alex. in consi. 24. in 2. volum. dicunt, quòd dictus §. interdum. non habet locum si seruus sit damnatus dare tertio: per l. tertiam. §. fi. cum gl. in verb. dare. ff. de cond. ob. cau.

¶ Secundò dicta responsio non valet: quia, vt dicit Are. in d. l. centurio, alia ratio assignatur in dict. §. interdum, videlicet quia seruus nõ posset aliàs de peculio dare nisi peculium diceretur relictum, & q ista sit ratio illius tex. voluit Bar. in dict. l. ex hac scriptura. quem prædicti non allegant in ver. sed quero
21 prædicta. vt dicit quod † licet dispositio non inducatur eo quod conditionaliter profertur, inducitur tamen in antecedenti vel consequenti quando illud poterat induci nuda voluntate testatoris, per l. Proculus, allegatã per eum & dictum. §. interdum & quamuis Soc. in d. l. cum filio. videatur hanc rationem ad illum tex. impugnare, quamuis de Bar. in dicta l. ex hac scriptura. nullam facit mentionẽ, nihilominus parum vrgere videtur quod per eum in contrarium allegatur. Primò enim dicit, quod in dicto §. interdũ non est antecedens necessarium ad validitatem oneris iniuncti seruo quod peculium ei videatur relictũ: quia cum seruus haberet peculij administrationem dictum onus non cẽsetur sibi iniunctum sed hæredi. l. peto. §. mater. de lega. 2. quod vltimum sanè est falsum, cum per seruum illo casu damnum sit hæredi, ideo eidem hoc onus fu esse impositum non potest dici dicto §. mater. in fi. & quia
22 † inter dantem & recipientem differentia constituì debet. l. secunda, vbi Bart. ff. de stipul. seru. loquitur ergo §. mater, quando administrator alteri & non hæredi simpliciter grauatur dare per modum dispositionis & non quando ei relinquitur sub conditione dandi, vt loquitur dictus §. interdum. ita formaliter respondet Dominus meus Ruin. in consil. 139. colum. tertia. volum. 3. & in con. 111. nu. 3. cum pluribus sequentibus volum. 2.

23 ¶ Ad l. si ita stipulatio. † dicitur, q dictus Imol. in d. l. centurio. quod illa l. loquatur in contractu & etiam speciale ibi sit contra regulã iuris. l. si quis sub conditione dandorũ decem. ff. si quis omis. non est verum, quamuis Alex. ibi & Ias. eum sequãtur: quia ratio illa nequis includatur in totum, super qua se fundat ille tex. videtur militare etiã in casu nostro & si dicis, ex quo non de iure communi sed speciali fauore libertatis excluditur ibi patronus à pecunia deducta in dispositionẽ. ideo visum fuit prætori q saltem haberet patronus operas deductas in conditione prout considerat Alex. dicitur quod non minus debet esse æquum in casu nostro, vt voluntas testatoris expressa habeat suum effectum. ita Galiaul. in dicta l. centurio. num. 470.

¶ Respondetur & quoq; ad tex. in dict. l. hæreditas. quod in casu dictæ l. sumus in hęredis institutione, quæ induci non potest ex tacita voluntate testatoris: quia requirit q expressè & nominatim instituatur hæres. l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hære. instit.

instit.l. iubemus. C. de testa. nos verò loquimur in fideicommisso, quod inducitur ex tacita voluntate testatoris. Dy. & Bal. in l. vnica. §. primo. col. tertia. versicu. & hæc faciunt. C. de cad. tol. vbi propriè facit hanc differentiam inter institutionẽ directam & substitutionem ex vna, & fideicommissum ex alia. Galiaul. in dicta l. centurio. nume. 467. vbi etiam allegat Castren. Roman. & Soc. Ruin. in cons. 139. numero 11. volum. 3.

¶ Secundò respondetur, verũ esse q̃ ex solo grauamine non censetur honoratus, & ita procedit contrarium, secus, quando cum grauamine sunt positi in conditione ad exclusionem substituti: quia tunc resultat dispositio. Corne. in d.l. ab eo quem sequitur Ripa in dicta l. centurio. nume. 166. versicu. quid tenendum.

24 ¶ Ad l. sed & sic. §. fi. de leg. 3. respondetur † quod nihil obstat: quia vt dicit Bart. in d.l ex hac scriptura oportet: quod antecedens dependeat à nuda testatoris voluntate, quamuis ergo posit testator hæredem grauare, vt Stichum hæredem instituat, per hoc tamen hæres sic grauatus ad hoc non cogit, sed solum per fideicommissum restituere hæreditatem testatoris grauatus intelligitur. l. ex facto. ad Treb.

25 & l. filius famil. §. vt quis † hæredem de lega. primò, & q̃ fideicommissum non potest dici antecedens ad validitatẽ legati relicti à Sticho: quia per illud non succeditur hęredi sed testatori. l. cohęredi. §. cum filiæ, de vulg. & pup. & per consequẽs nõ est adimpleta illa conditio, si Stichus erit hæres hæredis ipsius testatoris, ita respondet Ruin. in cons. 139. num. 10. volum. 3. & in consil. 111. numer. 11. versicu. non obstat. 3. dum se remittit ad Aret. & idem vult Galiaul. in dicta. l. centurio. numero 462. versic. 2. non obstat vbi dicit, quòd respondet & verbis Aret. & clarius quàm ipse faciat, quod in dicto §. fina. nec tacitè nec expressè poterat grauatus censeri honorat⁹, ex quo testator expressè dixerat, si Stichus seu hæres factus iussu eius adiuerit hæreditatẽ, & sic testator expressè ponebat in voluntate hæredis, an institueret Stichũ quem ipse grauauerat vel nc: cum ergo nõ consequatur hæreditatem necessariò ex dispositione testatoris, ergo grauari non potuit: hoc autem dici non potest in casu nostro, in quo non constat ex verbis testatoris, quod potuerit in potestate instituti, q̃ hæreditas ipsius testatoris perueniat vel non ad eius instituti liberos: vnde vt valeat grauamẽ initum ctum ipsis liberis debemus dicere, quòd voluerit institutum esse grauatum restituere ipsis liberis.

¶ Vltimò non obstat, quod in contrariũ est communis opinio, & magis recepta Doctorum sentẽtia: quia respondetur contrarium constare ex enumeratione Doctorum, nam cõtra Bar. sunt triginta Doctores, & pro eo sunt quadraginta duo. Nec facit, q̃ contra Bart. consuluit Collegium Papiense: quia & pro Bar. cõsuluerunt omnes Perusini & omnes Florentini, vt refert Barba. in consilio 57. volumine. 2. & Cepha. in dicto consi. 93. columna secunda, nec non & iudicauit Collegium Mediolani teste Clar. vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Feudum fœmineum potest in dotem dari.*
2 *Non tamen æstimatum, nec cum pacto de lucrando.*
3 *Donatio propter nuptias constitui potest feudo inæstimato & sine pacto lucrandi.*
4 *Feudum æstimatum quando datur in dotem dicitur alienatio.*
5 *Feudum fœmineum datum in dotem per mortem vxoris reuertitur ad vocatos in concessione feudali.*
6 *Bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt dari in dotem per patrem filiæ si non habet aliunde vnde dotem constituat.*
7 *Auth. res quæ. C. com. de lega. locum etiam habet quando est prohibita alienatio bonorum.*
8 *Item nedum pro dote constituenda, sed etiam pro alijs sumptibus nuptialibus.*
9 *Alleganti patrem habere alia bona pro constitutione dotis filiæ quàm subiecta fideicommisso, incumbit onus probandi.*
10 *Bona omnia subiecta fideicommisso dari possunt in dotem pro filia, si aliàs honestè non posset se nubere.*
11 *Auth. res quæ. nedum locum habet quando dos præcessit fideicommissum sed etiam si post.*

CONSILIVM XIX.



QVOD Magnifica Dom. Isabella de Castello posit Feudum Ottolini † & fœmineum à se tentum & possessum & in quo nullum penitus ius habet Dominus Iulius eius frater absq̃ consensu Domini directi futuro suo coniugi in dotem dare: seruata tamen forma infrascripta & non aliter, probatur ex infrascriptis. Et primò ex decisione Bald. in consil. 108. volum. primo, & in consilio 346. volum. 2. & in capit. primo, an maritus succed. vxor. per tex. in cap. primo, de inuest. quam Titius accepit à Sẽpronio. Zas. in vsib. feud. in tit. de feud. alie. num. 7. quod tamen sanè intelligendum esse arbitror, dummodo † non 1 2 detur æstimatum, neque aliquod pactum de lucrando apponat. Iacob. de Ardizo. in sum. in titu. quib. mo. feud. amit. sub Rubricella, mulier habens. Alua. & Præpos. in cap. primo. §. donare. qual. olim feud. po. alie. post Iser. & Bal. ibi, vbi Alua. rationem adducit quia cum talis alienatio sit sincera & sine fraude facta & dominium suum vtile feudale quoddam iuris naturali remaneat apud eam. l. in rebus. C. de iure dot. neque ipsum feudum abdicauit à se imò vsufructu vtitur ad suam sustentationem, iuxta l. vbi adhuc. C. de iure dot. videtur hoc satis iuri consonum. & subijcit, q̃ ista opinio videtur sibi multum ęqua, ne mulier se ipsam dotando ita de facili feudo suo priuetur, præsertim cum Dominus ipse non sit passurus aliquod damnũ ex hoc: Iacob. de Sancto Georgio in inuest. sua, in verbo ita etiam. colu. fi. Fely. in c. quæ in Ecclesiarum. columna 30. versic. in ea glo. ibi de constituti, Curt. Sen. in con. 27. colum. 8. vers. & quia tertio. Afflic. in dicto. §. donare. num. 17. versicu. istud procedere potest. & in cap. Imperialem. in princip. in 13. notabili. num. 86. versi. 2. fallit. de prohi. feud. alie. per Feder. Mart. de Laud. in dicto §. donare colum. secunda versicu. ex prędictis not. & in dicto cap. Imperialem. in princ. colu. secunda, versicu. in ea glossa. Fride. Schen. in Commentarijs suis feudalibus, in parte 12. num. 79. vbi reprehendit Iacob. de Beluis. qui simpliciter tenuit, mulierem nunquam posse dare feudum in dotem siue æstimatum siue inæstimatum sine cõsensu Domini. Ias. in auth. res quæ. colum. 7. versic. 2 limitat. C. com. de legat. Petr. Loriot. in vsib. feud. carta. 91. in princip. versi. idem in dote. Zas. in trac. feud. in titu. de succes. feu. num. 69. Petr. de Rauen. in consuet. feud. in §. donare, Dixi in trac. de lucro dotis quæst. 54. num. 18. Io. Lupi in repetitione rubricæ. de don. inter vir. vxo. §. 12. colum. prima, & hanc esse communem Doctorum sententiam attestantur Curt. Iun. in trac. feu. in quarta, par. in versicu. 4. quæro principaliter. colu. secunda, Clar. in §. feudum. q. 26. & Fride. Schenth. in dicto capitu. Imperialem. carta mihi 664. versic.

secundo

secunda conclusio nec mirum quia etiam videmus
3 idem esse in donatione propter nuptias, quam † con
stituere potest maritus in feudo dummodo inæsti-
mato, ita Bald. Laud. Alua. & alij in dicto §. donare.
Curt. Iun vbi suprà in versi. ex præmissis. & Frider.
Schen. vbi suprà, Ioan. Lupi in repet. rubricæ, de do
na. inter vir. & vxor. §. 12. colum. prima. Nec habet
obstare si dicatur, quod imò videretur dicendum
contrarium: quia quando mulier dat in dotem feu-
dum, transfertur Dominium in maritum. l. docean
cillam C. de rei vindica. & sic datur alienatio, quæ
est prohibita sine consensu Domini dicto ca. Impe-
4 rialem, quia respondetur, quod † quando datur feu-
dum æstimatum in dotem tunc propriè dicitur alie-
natio: quia dicitur quædam emptio, & sic trans-
fertur Feudum irrevocabiliter in maritum, quæ
ratio cessat quando feudum non est æstimatum:
5 quia † soluto matrimonio per mortem vxoris feu-
dum reuertitur ad vocatos in concessione feudali,
& sic non remanet dominium penes maritum, vt
in cap. primo, an marit. succedat vxori, ita Doctor.
communiter in dict. §. donare, & in alijs suprà cita-
tis: Similiter non obstat quod Iser. in dicto capitu.
primo, an maritus, &c. quem sequitur ibi Aflict. in
2. notabili, velit, quòd mulier non possit se de suo 8
feudo dotare sine consensu Domini, Quia respon-
detur: quod communis opinio est in contrarium,
vt supra dictum fuit à qua in iudicando, & consu-
lendo non est recedendum: vel ipsius sententia pos-
sit saluari, vbi feudum esset nouum in persona mu-
lieris: quia tunc verum est, si vellet illud dare in do-
tem & transferre dominium requiritur consensus
Domini, cum tunc tantùm tractetur de eius præiu-
dicio & non alterius, iuxta scripta per Curt. Iun in
consi. primo. num. 15.

¶ Circa aliud caput, non conterendo tempus vbi
non expedit, dico Dominum Iulium patrem Do-
minæ Isabellæ non habentem bona sufficientia ad
6 constitutionem dotis filiæ, posse † de bonis quon-
dam Magnifici Domini Angeli eius patris subiectis
fideicommisso dotem ipsam constituere secundum
conditionem ipsius & viri. tex. est in § quamobrem
in auth. de restit. & ea quæ parit. vbi Bart. & Ang. in
auth. quæ res. C. com. de legat. vbi sic ait legislator.
7 Res † quidem fideicommissarias, restitutioni sub-
iectas prohibemus alienari vel obligari, si tamen le-
gitima portio non sufficiat ad dotis vel donationis
propter nuptias constitutionem, in eam causam res
prædictas alienari vel obligari permittimus, & ita
ibi tenent Iacob. de Aret. Bart. Bald. Fulgos. Angel.
Alex. Ias. & alij, Iacob. de Aret. & Sal. in l. voluntas.
C. de fideicom. Alex. in consilio 56 columna secun-
da, volumine primo dup. in consilio 22. volumine
secundo, dixi in consilio 85. in princip. volum. pri-
mo. sed vltra ibi scripta addo Bero. in consilio 113.
num. 44. volum. 2. vbi concludit, quod si bona as-
cendentia ad legitimam & Trebellianicam ad dotis
constitutionem filiæ non sufficiunt. eo casu de bo-
nis subiectis fideicommisso potest pater illam dota-
re secundum conditionem patris, & viri per tex.
cum ibi notatis in dict. auth. res quæ, & per Docto.
in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel iterum in con
sil. 116. num. 14. volum. eod. & in consil. 57. nume. 35.
volum. 3. Cepha in consilio 177. num. 3. 253. nume.
39. Crot. in consil. 144. nume. 19. Catel. Cotta. in me-
mor. incip. dos. in versicu. 2 nota. Curt. Sen. in con-
silio 27. colum. octaua, versicu. sed contra & 63. co-
lum. fin. in princip. vbi dicit quod sæpenumero ita
consuluit dum casus occurrit. Anast. in consilio 61.
colum. secunda, vbi etiam Bologuin. in addit. in fin.
colum. Roma. in consil. 457. colum. secunda, Port.
in consi. 38. num. 14. vbi ait, quando dos congrua
ex bonis liberis filiabus constitui non potest, conse
quens esse vt fideicommissum diminui possit, quod
quidem bonus vir, id est, iudex censere debet. l. cum
post. §. gener. ff. de iure dot. vbi dotis quantitas pro
modo facultatum & dignitate natalium constitui
debet, & in l. quæro. eod. tit. vbi modus ex facultate
mulieris atque mariti statuendus & quousq; ratio
patitur, rursus in consi. 61. num. 34 Ruin. in consi. 57.
num. 5 volu. 5. consi. 17. colum. pen. volu. 2. in consi.
199 num. 5. cum seq. volum. eod. Paris. in consil. 81.
num. 46. volùm. 2. quam dispositionem amplia pro
cedere etiam si per fidei committentem esset pro hi
bita alienatio bonorum. & hanc esse communem
opinionem attestatur Ias. in dicta auth. res quę. col.
sexta, in princip. contra Bart. in cap primo §. dona-
re, qual. Feud. olim pote. alie. omnes in l. filius fami-
lias. §. diui de lega. primo. Paris. in consi. 63 num. 36.
vol. 2. & in con. 81. num. 48 vol. eod. vbi asserit hanc
esse receptam Doctorum sententiam. Rom in con-
si. 457. colum. secunda, & Curt. Sen. in consi. 27. col.
7. in fi. Bero. in consi. 38. num. 25. volum. 2. vbi etiam
ipse asserit hanc esse cõmunem. Item, amplia etiam
dispositionem d. l. habere locum nedũ pro dote cõ-
stituenda † sed etiam pro alijs sumptibus & appara-
tis nuptialibus, secundum gl & scri. ben. in dicta au-
then. res quæ. & Bero in citato consil. 1. 3 nume. 44.
sed in casu de quo agitur & si Domina Isabella ha-
beat feudũ Ottolinum, de quo supra in præcedenti
dubio, quod quidem est paruũ & modicum, tamen
certissimum est, quòd non reperiret maritum qui
illud caperet in dotem, cum non possit dari æstima
tum & cũ pacto de lucrando & cum trãslatione do-
minij, vt dictum fuit, vnde cum in dicto feudo fun-
damentũ substantiale fieri non possit dicẽdum ve-
nit, quod cum Dominus Iulius pater ipsius domine
Isabellę non habeat modum constituendi dotẽ con-
gruam filiæ, quod possit de dictis bonis subiectis re
stitutioni fideicomissi supplere dotem congruam
dictę Dominæ Isabellæ, cum pro se stet præsumptio
9 quod non habeat, adeò quod asserenti † in contra-
rium incumbit onus probandi, teste Cur. Sen. in ci-
tato consi. 27. colum. octaua, imò fortius dicitur, q
10 † si Domina Isabella non posset honestè se nubere
nisi omnia bona subiecta fideicommisso constitue-
rentur in dotem, q illa dari possunt, secundum Bal.
Paul. de Castro & Ias. in dicta auth. res, quæ quos se-
quutus sum in citato consi 85 colu. 1. Nec habet ob-
11 stare si dicatur, q dispositio ipsius † auth. res quæ lo-
cum non habet, nisi quãdo dos præcesserit grauamen
fideicomissi, secus autẽ quando dos constituta fuit
post grauamen, vt voluit Ang. in auth. de restit. & ea
quæ parit. quẽ sequitur Ias. in dicta auth. res quæ, col.
septima, versic. ex 2. habetis. & in consil. 231. colum.
tertia, in princip. volum primo, vbi mordet Ana. ali
ter sentientem in con. 61. Ruin. in consi. 137. colum.
fi. volum. 2. Paris. in consi. 52. num. 32. volum. 2. & in
consi. 63 num. 46. volu. eod quia respondetur, quòd
in contrarium est communis opinio: vt latè appa-
ret in dicto consilio 85. numer 32. vbi confutaui di-
cta per Ang. & eius sequaces, quæ non transcribo
cum videri possunt, & q confirmatione ibi allegato
rũ adduco etiam Catel. Cottam in dicto suo memo.
incip. dos, nec non & Cepha. in consilio 177. numer.
17. attestantem hanc esse cõmunem, & Port. in con-
sil. 61 num. 35. firmantem hanc partem frequentio-
ri calamo receptam. quia semper viget ratio necessa
rij oneris dotem constituendi. l. qui liberos. ff. de ri-
tu nup. & in d. §. quamobrem. ibi. ne fideicommissi
ignorantia mulieris defraudentur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Auth res quæ. C.com. de lega. ita habet locum in dote restituenda sicut in constituenda.*
2 *Priuilegia concessa doti dandæ censentur quoque concessa doti restituendæ.*
3 *Auth res quæ. etiam habet locum si mulier recepit fideiussionem pro dote restituenda.*
4 *Ius, quod habet mulier consequendi dotem in bonis subiectis fideicommisso, competit etiam suis hæredibus quamuis extraneis.*
5 *Dispositio dictæ auth. res quæ. habet locum etiam quando dos non venit restituenda, vel restituenda post grauamen fideicommissi.*
6 *Dispositio dictæ auth. res quæ. locum non habet in dote confessata, sed contra num. 14. quando lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis.*
7 *Ius quæsitum fideicommissario in spe ei auferri non potest.*
8 *Dos fictitia & non vera sed confessata non gaudet priuilegijs dotalibus, nec meretur habere nomen dotis.*
9 *Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio vim donationis habere videtur.*
10 *Bona subiecta fideicommisso deducuntur vt æs alienũ & fideicommissarius dicitur creditor.*
11 *Exceptio non numeratæ dotis non potest opponi per mulierem, nec creditores lapso temoore statuto à lege ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.*
12 *Priuilegium prælationis in actione hypotecaria tantũ mulieri competit, vbi dos est realiter tradita.*
13 *Confessio solum probat inter easdem personas non autem in præiudicium tertij.*
14 *Confessio dotis facta per maritum lapso tempore opponendi exceptionem non numeratæ dotis tantum operatur quantum operatur vera & realis solutio dotis quæ præiudicat marito & omnibus creditoribus.*
15 *Dos confessata lapso tempore, de quo suprà, habet omnia priuilegia dotis numeratæ.*
16 *Declaratio ad tex. in l. si quis post hac. C. de bon. proscrip.*
17 *Declaratio ad l. si cui. C. de non nume. pecun.*
18 *Confessio mariti de dote recepta post promissionem dotis efficit marito ac creditoribus vt exceptionem nõ numeratæ dotis opponere non possint.*

CONSILIVM. XX.

LEGITVR Instrumento celebrato de anno 1540. inter Dominum Antonium Bertolacium, & Dominum Gabrielem de Accursis, quemadmodum ipse Dominus Gabriel confitetur, se habuisse, & recepisse pro dote seu dotis nomine Dominæ Lauiniæ eius coniugis & filiæ prædicti Domini Antonij scuta tria millia, quæ promisit reddere & restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ per mortem ipsius Domini Gabrielis, qui casus euenit, propter quod de duobus hæsitari contingit, quorum Primum est, an D. Gabriel potuerit obligare bona pro restitutione dotis, quæ subiecta reperiuntur fideicommisso auito ita quod in ipsis bonis possit fieri executio ad commodum dictæ Dominæ Lauiniæ occasione dictæ dotis. Secundum est posito q; sic, an ea fieri possit pro dote confessata, cum sint lapsa omnia tempora statuta à lege ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis.

¶Circa primũ difficultas versari videtur: quia in auth. res quæ. C. com. de leg. & in corpore vnde sumitur disponitur, q; pro dote constituenda possunt obligari & alienari bona restitutioni fideicommissi subiecta, quando pater aliunde non habet in qbus filiam dotare possit. vt not. ibi Bart. Bal. Fulgos. Ang. Alex. & alij. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. Alex. in cons. 57. col. secunda, vol. primo. dup. in cons. 23. volum. 2. Bero in consi. 113. num. 44. volum. 2. & 116. num. 14. volu. eod. Port. in consi. 38. numero 13. & 67. nume. 7. & per alios à me citatos in consilio 85. in princip. volu. primo, ac in alijs locis, an auth. ipsa etiam sibi locum vindicet in dote restituenda, quãdo obligatio dotis facta fuit post grauamẽ fidei commissi: Breuiter deueniendo ad scopum conclu-
1 dendum videtur dispositionem dictæ auth. ita † locum habere in restitutione dotis sicut in cõstitutione & post onus fideicommissi, vt de primo est text. in §. quamobrem. in auth. de restit. & ea quæ parit. glo. & communiter Doctores iu dicta auth. res quę. Petr. de Bellaper. Cyn. & alij in auth. contra cum rogatus. C. ad Trebel. quia † priuilegia concessa doti
2 dandæ censentur quoque concessa doti restituendę l. prima §. & vt plenius. ibi. vtroque latere. C. de rei vxo. actio. Bal. nouel. in trac. dot. in sexta. par. 11. speciali prope finem. Ripa. in l. filius familiàs. §. diui. nu. 76 de lega. primo, Alex in dicto consil. 57. colum. secunda, Iaſ. in cons. 157. volum. 2. Paris. in con. 52. numero 4. volumin. secundo, & numero 33. & in cons. 63. nume. 35. volum. eod. Port. in dicto con. 61. num. 35. Ceph. in cons. 177. numero 10. in cons. 261. nume. 22. & 272. num. 43. Opizo in dicto §. diui. numer. 57. Craue. in consi. 19. in fin. & in consi. 291. in fin. Ruin. in cons. 137. num. 18. volum. 2. 57. numer. 5. volu. 5. & 199. num. 11. volumi. 2. vbi fortius voluit post Paul.
3 de Castro in consi. 130. quòd † si mulier recepit fideiussionem pro dote restituenda, q; etiam tũc de bonis subiectis fideicommisso poterit per hæredes mariti dos restitui, quamuis vxor agere posset contra fideiussorem ad dotis restitutionem, quem sequuntur Ioann Lupus in repet. rubricæ. de donat. inter vir. & vxo §. 14. colum. 2. vbi allegat etiam Castr. in alijs locis Gozad. in consil. 97. numer. 10. vbi etiam concludit cum Croto. in dicto §. diui. colum. 19. versicu. 8. quæritur mulierem pro dote sua consequenda habere hypothecariam in bonis subiectis fideicommisso, & quòd † istud ius competit nedum mulieri sed etiam hæredibus eius quamuis extraneis,
4 per decisiones ibi per eum citatas, quas & ego amplexus sum in allegato consil. 85. numer. 33. & hanc esse communem attestantur, Gozad. in d. consi. 97. num. 10. & Rub. Alex in con. 78. col. 2.

5 ¶Quo verò ad aliud an † dispositio ipsa locũ habeat quãdo dos nõ præcesserit grauamen fideicomissi sed postea, quãuis Ang. in auth. de resti. & ea quæ parit. videatur velle q; non, argu. gl. ibi quæ incipit sed non nedum dicitur iam accepit. per quã dictionem iam patet, quod ad hoc. vt de dote dãda vel restituẽda res subiecta restitutioni fideicommissi possit alienari, necesse est q; † obligatio dotis vel donationis propter nuptias præcesserit fideicommissum aliàs secus, quod dicit probari in §. cum igitur. in
6 auth. de resti. & ea quæ par. & in d. auth. res quæ, quę iura dicit ita esse intelligenda, quem sequũtur Ang. in trac. de testa. in gl. super verbo & fideicomissum. Iaſ. in auth. res quæ, col. 7. vers. & ex secunda habetis in consi. 231. col. 3. in 1. vol. vbi dicit hanc esse veritatem, quicquid dixerit Ana. in consi. 61. Paris. in cons. 62. num. 24, vol. 2. & 63 nu. 46. vol. eo. Rui. in consi. 137. col. si. vol. 2. Soci Iun. in con. 119. num. 7. volum.
7 2. Nam negari non potest quin sit † quæsitum ius fideicommissario in spe probabili, quod ei auferri non potest, Bar. in l. is potest. col. 2. ff. de acq. hæred. Quia respondetur communem opinionem esse in contrarium, vt per Fulg. in dicta auth. res quę. Soc.

in consi.

in consil. 23. col. 2 vol. 3 vbi inquit q hæc opinio est clara de mente omniũ in ipsa auth. res quæ, & q doctores communiter ita tenent, ac mirandum esse q Ange. & Moder. Papien. contrarium tenuerint, & q contra Ang. consuluit genitor suus & omnes aduocati Florentini, & ita tenui in dicto consi. 85. num. 33. vol. 1. vbi plures citaui asserentes hanc esse communem confutando rationes Ang. & sequacium, quorum dicta non transcribo ne videar membranas occupare, idem voluerunt Alex. in cons. 67. col. 2. volu. 4. Ias. in consil. 158. col. prima, vol. 2. vbi tradit, q pro hac parte consuluerunt valentes doctores Florentini. Catel. in memor. incip. dos. Rub. Ale. in consil. 78. col. 1. & sequenti, quam partem vti communem sequitur. Ceph. in cons. 177. nu. 17. & Port. in consi. 61. num. 35. vbi inquit sententiam ipsam frequentiori talamo receptam.

¶ Venio ad secundũ caput principale, in quo quæritur: an dispositio dictæ auth. res quæ. locũ habeat in dote confessata. Prima enim facie dicendum videtur, q non: quia ille tex. loquitur propriè in illa dote restituenda quæ habet priuilegia dotalia, de quibus in l. 1. ff. solut. matr. sed dos fictitia & non vera sed cõ
8 fessata † non gaudet dictis priuilegijs dotalibus, nec meretur habere nomen dotis, vt per doct. in d. l. prima, gl. & Bald. in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab. &c. & q ea locum non habeat tenet Ang. in aut. de restit. & ea quæ par. in prin. col. 2. post. glo. Ias. in dicta auth. res quæ, col. penul. versi. 9. limita. Bal. nouel. in tract. dotis in 6. par. prin. priuil. 13. Goz. in cons. 19. in fi. Ripa in d. §. diui. num. 77. vers. ego in facti contingentia. Ruin. in consi. 132. col. fi. vol. 4. Ioan. Lup. in repetit. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 15. versi. ista tamen intellige. Paris. in cons. 52. nume. 40. vol. 3. & 63. col. fi. vol. eo. Bero. in cons. 116. col. fi. volum. 2. Nam
9 pro ista parte facit illud quod dicitur, q † quis constante matrimonio confitetur se habuisse & recepisse dotem, talis confessio vim donationis habere dicitur, Bar. & alij in l. si diuortio. ff. de verb. obl. Alex. in cons. 26. col. 2. vol. 2. & in cons. 165. colum. 3. vol. 3. Aret. in §. fuerat. col. 13. de actio. Cum igitur talis confessio fuerit facta animo donãdi, sequitur quòd tractandum non venit, an per talem dotem confessatã diminui debeat fideicommissum relictum in testa-
10 mento auito, cum † bona subiecta fideicommisso deducantur vt æs alienum, & fideicõmissarius dicatur creditor. l. irritum, vbi Bal. C. ad l. Fal. Bero. in consi.
11 116. in fi. volum. 2. Nec habet obstare, q † ex quo lapsa sunt tempora statuta à lege ad opponendũ exceptionem nõ numeratæ dotis, de quibus in auth. de tẽpo. nõ solut. pecun. vnde sumitur auth. quod locum. C. de dote cau. non nume. q lapsu dicti temporis præiudicatur nedum marito sed etiam & creditoribus, iuxta doct. Bar. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Quia replicatur, q illa obesse non debet fideicõmissario, & primò per tex. iuncta glo. in verbo data in l.
3 bit onus illud euidenter probandi, cum aliàs † verborum importantiæ seu significationi sit standum. l. non aliter. ff. de lega. 3. rursus. in consi. 102. num. 23. vol. 1. Lancel. Galiaul. in l. centurio. col. 66. de vulg. & pupil. quem refert Soc. Iun. in consil. 111. nu. 27. & in consi. 118. num. 18. vol. eõd.

4 ¶ Secundò facit, quia † fideicõmissum dicitur onus & grauamen naturali administrandarũ rerum liberari contrarium. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. l. ex tribus. cùm ibi notatis. C. de inofi. testa. ideò † tã facile induci non debet, nisi de mente testatoris dispositiua appareat. l. quidam cũ filiũ. ff. de hæred. instit. vbi Bald. & Imol. cùm non sufficiat testatorem ita velle, nisi talis † voluntas transeat
6 in dispositionem. l. vnica. §. finautem ad deficientis. C. de cad. toll. Iaſ. in l. tertia. versi. 3. intellige. C. de liber. præte. vbi concludit, quòd † regula quæ habet,
7 mentem attendi magis quàm verba, limitatur generaliter, quando de tali mente modo aliquo constat dispositiuè, alioquin non est seruanda tanquam abortiua, & non explicatiua voluntas, secundũ Port. in consil. 40. nu. 4. consi. 55. num. 61. & 137. nume. 17. Soc. Iun. in consi. primo. num. 4. vol. 3. consi. 180. nu
8 mero 15. & 62. volum. 2. & † in dubio debet fieri interpretatio in benigniorem partem, & hoc vt onus non sit iniunctum, vel minus grauetur hæres. arg. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2.

¶ Tertiò accedit: Nam nemini dubium est. quòd
9 si † testator prohibet alienationem adiecta causa, quia vult, quòd bona conseruentur in familia, quia talia verba censentur adiecta per viã causæ ad conualidan. nudam prohibitionem, nõ inducunt fideicommissum simplex & absolutum, sed ita demum si fiat alienatio contra prohibitionem. ita Soc. in cõsil. 40. col. fin. inter consi. Curt. Sen. Dec. in consilio 218. nu. 15. consil. 287. colum. 5. versicul. vltimò non obstat. consi. 422. colum. secunda, in princip. & columna tertia. consilio 377. numero 7. per tex. in l. peto. in §. fratre. de leg. 2. vbi simpliciter domus fuit prohibita alienari, & adiecta fuit causa, vt in familia relinqueretur, & tamen non inducitur fideicommissum, nisi in casu alienationis, non obstante expressione dictæ causæ. Curt. Iun. in consil. 43. col. quinta, in princip. vbi post Socin. ibi per eum citatum cõ
10 cludit, q; si † facta est prohibitio de non alienando, & non sint adiecta illa verba, vt in familia relinqueretur, illa prohibitio est nuda, tanq̃ facta sine causa, & per cõsequens nõ obligatoria. iuxta. l. filius familias. §. diui, de leg. 1. sed si adiecta sunt illa verba, vt in familias

familia conseruentur per modum causæ ad faciendum, q; prohibitio non sit nuda, tunc reddunt prohibitionem efficacem & causant fideicommissum in casu in quo sequatur alienatio, absque eo q; causent simplex, & absolutum fideicommissum, post mortem prohibitorum. Rursus in consi. 145. nume. 10. versic. quartus principalis casus. & in consil. 167. nume. 3. Soc. in l. si cognatis. colum. 9. versicu. quòd aliquando. ff. de reb. dub. Ruin. in consi. 127. num. 12. versic. quæ responsio. volum. 2. & num. 13. versiculo sed nec ista responsio. consi. 134. num. 3. & nume. 16. volum. Soc. Iun. in consi. 97. num. 5. volum. 2. vbi asserit hanc esse communem opinionem. 163. num. 8. volum. eod. & in consil. 140. colum. tertia, in princ. volum. 3. sed in casu de quo agitur prohibitio alienationis possessionis Gadij facta per dictum quondã Illustr. Comitem Proualum fuit facta cum illa ratione, vt bona conseruentur in familia Iustorum ergo non fuit inductum simplex & absolutũ fideicommissum inter illos de Iustis nisi in casu alienationis, quæ non fuit secuta, vt etiam concludunt Alexa. & alij in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. obliga.

¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariã sententiam arbitror probabiliorem esse, & de iure veriorem & magis consonam menti ac voluntati testatoris, quòd imò per infrascripta verba testatoris, ltẽ considerans præfatus dominus testator, quòd possessio Gadij semper remaneat in familia Iustorum, voluit & ordinauit q; hæredes sui & descendentes, nunquam possit eam vendere, pignorare nec donare, nec permutare, aut testatoris, vel alio quocũque modo alienare quartam partem Gadij ipsius testatoris: quia vult vt vadat de hærede in hęredes masculos legitimos & naturales ac de legitimo matrimonio natos & procreatos de linea ipsius testatoris, vsque ad vltimum successorem. censeatur per dictã prohibitionem inductũ fideicommissum simplex, & absolutum inter illos de familia Iustorum vsque ad vltimum de domo illa etiam aliqua non sequuta alienatione, & sic quòd portio possessionis Gadij quondam dicti Comitis Prouali vigore fideicommissi facti per eum spectet ad Illustr. Comitem Paulum de Iustis.

¶ Et in primis præmitto, id quòd vult regula trita, q; in interpretatione, & vera declaratione testamentorum, & quæ in eis continentur summa, vera
11 & magna diligentia primo loco perquirenda † est testatoris voluntas, quæ ante omnia obseruanda est. l. cum virum. C. de fideicom. l. in conditionibus. ff. cõ
12 di. & demon. Illa † enim dicitur totum facere. vt inquit Iurisconsultus in l. ex facto. la grande circa me-
13 dium. ff. de hæred. instit. & † quæ sola dominatur & regit omnia. l. cũ quæstio. in fi. C. de lega. Soci. Iun. in consi. 1. num. 7. vol. 3. 100. num. 101. 145. num. 12. vol. eod. & 101. numero 5. volum. primo. Dec. in consilio 270. nume. 6. consi. 23. colum. secunda, Paris. in cons. 53. colum. secunda. volum. 3. Port. in consi. 54. num. 3. & 46. num. 12. cùm duobus sequentibus. Quo præmisso sic stante, moneor ex infrascriptis conclusio-
14 nibus, quarum prima est, quòd † prohitio alienationis facta cum ista ratione, quia volo quòd bona in familia remaneant, simplex fideicommissum inducit, Aret. in l. qui Romæ. §. cohæredes, colu. 3. ff. de
15 verb. obli. quia verba enũtiatiua prolata per modũ causæ dispositionem inducunt, Bart. in l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matr. & in l. pater filium. §. fundũ. ff. de lega. 3. vbi dicit, q; ista verba prolata per modũ rationis in prohibitione alienationis, quia volo q; bona mea non exeant de familia, inducunt dispositionem & fideicommissum: quem sequitur ibi Soci. col. 5. quia talia verba, de per se sine prohibitione alia hoc in portare videntur, dum dicitur: quia volo l. secunda, C. com. de lega. ex hac enim ratione appareret de finali causa prohibitionis: quia ea facta reperitur ad fortificandum fideicommissum, vnde non debet operari q; fideicommissum simpliciter factũ
16 restringat casu quo sequatur alienatio, cum † inducta ad vnum finem non debeant operari contrariũ effectum. l. legata inutiliter. ff. de lega. primò, & præsertim hoc dicẽdum videtur, quia voluit q; semper possessio Gadij remaneat in familia Iustorum: Nam vt ista voluntas testatoris, de qua constat, suum ha-
17 beat locum, necessarium est, quòd simplex & † absolutum fideicommissum oriatur, Dec. in consi. 38. colum. secunda. cons. 425. colum. prima. 635. columna prima. & in consi. 23. colum. tertia, ver. sexto. Cuma. in l. cum ita. §. in fideicommisso. columna secunda, de lega. 2. Ruin. in consi. 122. colum. secunda, in fi. volumna secunda, Gozad. in consi. 102. colum. 2. Craue. in consi. 130. colum. penult. Paris. in consi. 26. col. tertia. volu. 2. vbi asserit hanc esse communem Doctorum sententiam, Corne. in consi. 12. colum. 3. versicu. nec supradictis, volum. 2. Verum quia contraria sententia pluribus placuit, vt supra dictum fuit, & etiam Alex. qui dicit omnes ita tenere in consi. 56. colum. fi. volum. primo, Ias. in consi. 56. columna 3. versi. prædicta. volum. 3. dicitur, quòd limitatur illa locum non habere, vbi ratione addita in prohibitione esset posita dictio semper, vt in casu nostro. Dec. in consi. 23. colum. secunda, versicul. ex his. & in ver. additur etiam hoc verbum. in consilio 38. columna
18 tertia, in princip. & 481. columna 1. cùm dicta † dictio semper, in terminis nostris intelligitur in perpetuum. Paris. in consi. 37. num. 24. volum. 2. vbi concludit, q; quando hæreditas est grauata, vt puta, quia bona hæreditaria sunt prohibita alienari, si est apposita dictio semper, nedum dicitur inductum fideicõmissum, quoad personam primorum institutorum sed etiam quoad omnes descendentes in infinitum
19 Rursus in consi. 92. num. 37. vbi ista † dictio exponitur. omni casu & omni tempore. l. prima, vbi glo. & omnes. ff. solut. matrim. l. semper. ff. de iure immu. iterũ in consi. 92. nu. 17. & in consi. 90. num. 28. volu. eod. Curt. Iun. in consi. 22. colum. fin. Goz. d. in consilio 102 col. prima, Rub. Alexand. in consi. 53. Crot. in l. filius familias. §. diui. colum. prima, de lega. primò. nam idem videmus, si est apposita dictio perpetuò, vt per Paris. in consi. 90. nu. 28. & in cons. 53. nu.
20 21. cum nonnullis sequentibus. vol. 3. nam † dictio perpetuò æquipollet dictioni semper & sinonimè procedunt, vt ibi per Ruin. in consi. 128. colum. fin. volum. primo, Paris. in consi. 30. num. 24. vol. 2. Bero. in consi. 80. nu. 9. vol. 2. Curt. Iun. in consi. 161. nume. 12. sed in casu nostro adest dicta dictio semper. vt est videre in c. suprà relato. ergo, &c.

21 ¶ Secunda est conclusio, q; † quando nõ modũ causæ annuntiuè prolatæ, sed per modum rationis dispositiuè testator expressè voluit, quòd bona remaneant in familia. tunc inducitur fideicõmissum simplex & absolutum, nedum in casum alienatiõis, sed etiã mortis. Soc. in l. qui Romæ, in §. cohæredes. columna 6. versi. quartus & vltimus casus. ff. de verbo. oblig. & in consi. 57. colum. secunda, versicul. secundum fideicommissum. volu. 3. Curt. Iun. in consi. 145. num. 9. ver. primus, vbi inquit, quòd quando testator per modum principalis dispositionis ordinat bona sua conseruari in familia, vel in suos descẽdentes, q; in hoc non reperit aliquem discrepantem, quinimò omnes ingenuè fatentur tũc resultare simplex fideicommissum & absolutum, quem sequitur Soc. Iun. in consi. 140. colum. tertia, versic. aliquando etiam quartò. vol. 3. vbi concludit, quòd quando

post

post prohibitionem alienationis simpliciter factam testator expresse disponit, ꝙ bona alienari prohibita remaneant in familia, tunc non est dubitandum quin fideicommissum simplex post mortem inducatur, quia ad id tendit expressa dispositio testatoris, quæ vti lex seruãda est. §. disponat. in auth. de nupt. Gozad. in cons. 102. col. fi. versicul. præterea. Anto. Gabr. in suis com. opin. in 4. libro in titul. de fideic. num. 29. vbi licet adducat Soc. Alex & Dec. tenentes contrarium, tamen hæc est communis, vt cõstat excitatis per eum vbi suprà. Bero. in cons. 81. colum. tertia, in princip. volum. 2. in cons. 176. nume. 56. volum. eod. Curt. Iun. in cons. 161. numer. 12. sed in terminis nostris, vt patet ex capitulo supra relato, constat de expressa dispositione testatoris, ergo inficiari non potest quin fuerit inductum fideicõmissum simplex & absolutum in familia iustorum per dicta verba. Item considerans dictus testator, quod possessio Gadij semper remaneat in familia Iustorum. quod verbum considerauit, ponderat Bero. in consil. 176. numero 56.

¶ Tertia est conclusio & ab omnibus recepta, ꝙ
22 quoties † te stator prohibet bona alienari extra familiam: quia vult ꝙ in familia relinquãtur, per talia verba inducitur fideicommissum simplex & absolutum. ita Ruin. in consil. 127. num. 13. volum. 2. vbi inquit, ꝙ & si prohibitio de non alienando cum ratione adiecta: quia voluit bona conseruari in familia, non inducat fideicommissum nisi in casu alienationis, secus tamen est si dicatur, prohibeo alienari extra familiam, quia volo ꝙ in familia relinquatur, tunc inducitur simplex fideicommissum, vt dicta verba vltimo loco posita aliquid operentur. Soc. in l. si cognatis. col. 6. de reb. dub. Rursus Ruin. in cons. 158. num. 12. in cons. 134. num. 16. volum. eod. vbi ait ꝙ licet quando prohibetur alienatio adiecta causa, quia testator vult, ꝙ bona remaneant in familia, dicto casu intelligatur fideicõmissum relictum inter illos de familia si sequatur alienatio & non aliter: qui ailla causa fuit apposita ad validandam prohibitionem, quæ aliàs non valebat tanquã nuda: per not. in l. filius familiàs. §. diui. de legat. 1. tamen secus est, quando prohibitio erat valida absque expressione causæ saltem explicitè, & tunc si exprimatur fideicõmissum simplex inducitur: sicut quando testator prohibuit alienationem extra familiã: quia voluit bona in familia remanere. Nã dicta prohibitio alienationis extra familiam valuisset tanquã facta contemplatione & fauore familiæ, secundum Cy. Bart. & alios in dict. l. quoties, & Modern. in dicta. §. diui. ideò per verba sequentia, scilicet, quia voluit in familia remanere, inducitur simplex fideicõmissum: quia talia verba videntur adiecta ad hunc finem, & non ad validitatem prohibitionis, quę sine hoc valebat, iterum in consi. 89. nume. 12. volum. eod. quia si aliter diceretur expressio illius causæ: quia vult in familia remanere: esset superflua, cùm iam esset valida. Socin. Iuni. in consilio 140. col. tertia versiculo, aliquando & 2. volum. 1. vbi attestatur hanc esse magis communem, quòd inducatur simplex fideicommissum post mortem. Bero. in consil. 88. num. 4. vol. 2. & in cons. 176. num. 56. circa fin. volum. eod. Curt. Iuni. in consi. 43. colum quinta, in princip. & in consil. 145. nume. 10. versic. tertius principalis casus, vbi asserit hanc esse communem. Ias. in cons. 96. col. 2. in versiculo 2. volumin. 4. & in consilio 108. columna quarta versiculo, confirmatur. volum. eod. Bart. & alij communiter in d. §. cohæredes. & hanc esse magis communem inquit Anto. Gabr. vbi suprà num. 37. allegando infinitos doctores qui hanc partẽ amplectuntur. Rube. Alex. in consil. 53. colum. secunda, si igitur in dicto casu inducitur fideicõmissum simplex & absolutum propter dicta verba: quia voluit testator ꝙ bona remaneant in familia, ne fruſtratoriè censeantur apposita, ergo idem erit dicendum in præsenti casu nostro, vbi testator primo loco alienationem dictę possessionis Gadij prohibuit, vt semper remaneat in familia Iustorum: & vltra addit: quia voluit ꝙ vadat de hærede in hæredes masculos legitimos & naturales, ac de legitimo matrimonio natos & procreatos de linea ipsius domini testatoris vsq; ad vltimum: nam si aliter diceretur, sequeretur, ꝙ ista verba essent apposita sine virtute operandi, contra l. si quando. ff. de lega. 1. quod non est dicendum, vt per Bald. in rubr. C. de contrahe. empt. in nona quæst.

¶ Quartò, in terminis nostris, quòd † quando
23 prohibita est alienatio bonorum: quia vult, quòd bona vadant de hærede in hæredem, quòd per dicta verba inducatur fideicommissum simplex & absolutum, voluerunt Dec. in consil. 38. num. 4. 218. in fi. 377. colum. quarta, versic. prædictis tamen & versic. aliquando. Paris. in consil. 30. nu. 22. vol. 2. vbi dicit quòd si testator prohibuit alienationem bonorum asserens quòd voluntas sua erat, quòd perpetuò bona sua peruenirent de hæredibus in hæredes, quòd per talem prohibitionem factam cum expressione dictæ causæ, fuit inductum validum fideicommissum in fauorem filiorum, quorum causa talis prohibitio facta fuit, etiam si non esset sequuta aliqua alienatio, propter dicta verba expressa in huiusmodi prohibitione, Rursus in consil. 41. nume. 28. & 40. vbi dicit, quòd si testator disponit, quòd eius hæredes non possint alienare nec vendere, nec modo aliquo cõtractare eius bona immobilia in totum, vel in partem: quia voluit dicta bona ire de hærede in hæredes masculos, ista verba operantur, quòd per ea resultat fideicommissum gradatim & successiuum quoad omnes masculos descendentes ipsius testatoris, etiam non sequuta alienatione, ex quo prohibitio facta est propter masculos de familia, & in fauorem masculorum, vt est etiam in casu nostro. Socin. in cons. 57. colum. prima & secunda, volu. 3. Paris. in cons. 90. num. 25. 93. num. 26. 55. colum. prima. & 88. colum. tertia & quarta, volum. eod. & in cons. 8. colum. secunda, volum. 1. Grat. in consi. 31. colum. tertia, volum. 2. Port. in cons. 6. num. 23. & 137. num. 18. vers. 3. Ant. Gabr. vbi suprà num. 15. Bero. in cons. 84. num. 13. vol. 2.

24 ¶ Quinta est conclusio, quòd † quando ex qualitate rei prohibitæ alienari, prohibitio de se erat valida, vt quia esset turris vel palatium Maiorum, prout est in casu nostro dicta possessio Gadij, quæ fuit antecessorum suorum, & est tam honorifica & cum iurisdictione adiecta ratio, vt res remaneat in familia, inducit simplex & absolutum fideicommissum. Dec in consilio 23. colum. tertia, in fi. vers. & conclusio prædicta, in consi. 38. col. tertia, in princip. versic. quinto, per ea quæ dicunt Cyn. Bald. Saly. & Ias. in l. voluntas. C. de fideic. vbi dicunt, quòd ex qualitate rei prohibitio vestitur à causa saltem tacitè: quia testator prohibendo domum alienari, videtur velle quòd ratione affectionis ea remaneat in familia & agnatione, & ista causa tacita valebit. Rube. Alex. in consil. 53. col. secunda, vers. & eo maximè. Curt. Iun. in consil. 43. columna quinta, in fin. & Ruin. in cons. 208. col. 8. versi. ac etiam vol. primo. Nec obstat si dicatur, quòd doctores supra citati loquantur de turri: quia respondetur, quòd † etiam ea procedit in do
25 mo. vel alia quacunque possessione antecessorum, vt per Ferd. Loaz. in l. filius familiàs. §. diui. num. 59. in fi. versic. ex istis. de leg. 1.

¶ Simi-

¶ Similiter nõn obstat, quòd loquantur doctores in dicta.l.quoties. quando expressa fuit causa, q̃ erat antecessorum suorum, quia dicitur, quòd cùm ista fuerit causa ad mouendum testatorẽ, ad ita prohibendum alienationem dictæ possessionis tam honorificæ, si alia non reperitur expressa, debet haberi pro expressa. Dec. in consilio 23. numero 6. & eo maximè id dicedum venit, cùm testator in casu de quo agitur prohibuerit hæredibus suis alienationem dictæ possessionis tantũ, vt expressè considerat Ferd. Loaz. vbi suprà nu. 60. conciliando opinionem Decij, cum contraria, de qua ibi per eum.

¶ Supereſt modo vt remoueantur quæ in cõtrariũ allegata fuerũt, & deueniendo ad primũ fundamentũ dicitur, quòd licet expressè dictus Dominus Paulus non reperiatur in testamẽto nominatus, tamẽ reperitur tacitè nominatus, q̃ sufficit in fideicõmissis. vt per Soc. Iun. in cons. 180. n. 16. vol. 2.

¶ Ad secundum respõdetur, q̃ † licet fideicõmissum sit onus hæredi, tamen est fauorabile testatori, cuius interest eius voluntatem adimpleri l. in testamentis, de reg. iur. l. prima, C. de sacrosanct. eccle. & adeò, vt dicamus etiam publicè interesse. l. vel negare. ff. quemad. testa. aper. vnde vt voluntas testatoris seruetur, etiam habita per coniecturas, sæpe inducitur fideicommissum per interpretationẽ licet verbis non sit expressum. l. cum proponebatur. cũ materia de lega. 2. Docto. in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebel. non obstante q̃ sit fideicommissum ad onus hæredis: quia cum ex vna parte cõcurrat ratio oneris fugiendi & ex alia ratio adimplendæ voluntatis testatoris & eius fauoris ampliandi, quæ ratio ante omnia attendi debet & primum locum obtinet. l. in conditionibus primum locũ, in princip. ff. de cond. & demõn. ista secunda ratio veluti potentior præualere debet. l. cum acutissimi. C. de fideicom. ita Soc. Iun. in cons. 167. n. 91. cum sequenti vol. 2. Port. in cõsil. 40. n. 22. cum pluribus sequentibus.

¶ Non obstat vltimum, quia respondetur, q̃ & si plures teneant oppositum, vt suprà dictũ fuit, tamẽ sententia ipsa limitatur locum non habere in terminis nostris, vt constat ex conclusionibus suprà firmatis, ex quibus liquidò constat in casu de quo agitur, nedum esse inductum fideicommissum in casum alienationis sed etiam simplex & absolutum in familia Iustorum, & sic quòd vigore dicti fideicommissi portio Gadij fideicommittentis spectat ad prædictũ Comitem Paulum.

¶ Stante igitur dicta cõclusione pro vera, q̃ dictũ fideicommissum sit simplex & absolutũ, insurgere videtur difficultas, an dictus Illustr. Comes Paulus virtute ipsius fideicõmissi admitti debeat ad portionẽ dictæ possessionis Gadij ex voluntate testatoris, attento q̃ testãtor fideicommissum restrinxit in descendentes suos masculos de linea ipsius testatoris vsque ad vltimum successorem, & primò videretur dicendum q̃ non: quia dictus Dominus Paulus non est de descendentibus ex linea ipsius testatoris sed ex
27 linea fraterna ergo &c. Nam † linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium cõtinens gradus & distinguens numeros prout diffinit Ioan. Andr. in arbore consanguinitatis in margine Capy. in decis. 156. n. 3. Tiraquell. in tract. de retract. in glo. nona n. 2. Ruin. in cons. 23. nu. 6. volu. 3. vbi linea
28 patris † est illa, quæ originem habet, & descendit à patre Corne. in cons. 198. colum. fi. vol. 3. Homod. in cons. 90. colum. secunda, versi. cum post hos. Barba. in l. cum acutissimi, nu. 125. C. de fideicom. sed vt dictũ fuit, isti non sunt de linea domini testatoris sed alterius, ergo ad eos spectare non potest dicta portio possessionis Gadij.

¶ Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum videtur in casu de quo agitur ex infrascriptis. Et primò, Nam † illud debet haberi pro expres-
29 so, de quo si testator fuisset interrogatus ita expressè disposuisset, l. tale pactum. §. fin. fi. de pact. vbi docto. Paris. in cons. 47. num. 51. volum. 2. con. 75. num. 37. cons. 78. numero 14. 76. nume. 26. volum. eod. sed cui dubium q̃ si testator fuisset interrogatus, an voluntas eius fuisset, q̃ deficientibus descendentibus suis sine masculis, q̃ dicta possessio Gadij remaneret ad dictum dominum Comitem Paulum, si extaret, vel ad suos proximiores de familia Iustorum masculos, si ipse non esset in rerum natura, vtique ita respondisset, ergo pro expresso haberi debet ac si ita disposuisset. Ruin. in cons. 177. nu. 2. vol. 2. per gloss. in dicto. §. fi. quæ maximè in fideicommissis procedit, in
30 quibus sola † voluntas attenditur. l. cum proponebatur, de lega. 2. Soc. Iun. in cons. 188. nu. 16. volum. 2. Bart. & Ias. in l. Titius. §. Lucius. de lib. & posthum. Curt. Sen. in cons. 51. col. secunda, versic. confirmantur præmissa.

31 ¶ Secundò facit: Nam † absurditas euitanda est in
32 quantum fieri potest. l. nam absurdum. ff. de oper. li bert. & ideò videmus, vt † absurdum remoueatur q̃ recedi potest & debet à propria significatione verborum. Bart. in l. Gallus. §. etiam si parente, de lib. & posthu. in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. Bart. & alij, in l. omnes populi, in tertia quæst. 6. quæstionis principalis. ff. de Iust. & iure. Deci. in consil. 19. volu. quarto, Soc. Iun. in cons. primo, num. 118. vol. primo vbi dicit. quòd licet generalitas verborum videatur aliqualiter per interpretationem offendi, tamẽ hoc non videtur in iure nouum: quia à verbis receditur & ab eorum significatione, vt inquitas & absurditas remoueatur. Rursus in cons. 9. nume. 6. volum. eod.
33 Port. in cons. 18. nu. 28. Hinc videmus, quòd † appellatione filiorum com prehenduntur nepotes, vt absurditas euitesur, qui aliàs non comprehenderẽtur l. vxorem. §. concubinam, de lega. tertiò, Ruin. in cõsil. 118. nume. 13. volum. 2. Bero. in cons. 122. columna
34 tertia, in fi. vol. 2. Item &, quòd † licet substitutio cõcepta in vno casu extendatur ad alium casum. l. Gallus. §. & quid si tantum, de lib. & posthum. cessat tamen extensio quando ea mediante sequeretur absurdum, q̃ magis dilectus esset deterioris conditionis quàam minus dilectus. Fulgos. in cons. 13. & Ruin. in consilio 141. colum. prima, in fine. cum princip. sequentis vol. 3. sed si nos diceremus, quòd fœminæ, de quibus in facto, deberent consequi dictam quartam partẽ possessionis Gadij, sequeretur absurdum & iniquitas, videlicet, q̃ minus dilectus præcederet magis dilectum, & sic q̃ ipse præcederet filias dicti testatoris & aliorum descendentium, quæ absurditas euitare debet l. si viua matre. C. de bon. mater. l. Publius. §. fi. de cond. & demon. Ruin. in cons. 43. nu. 6. vol. 3. 37. n. 9. volum. eod. & in cons. 150. numero 11. vol. 2. & n. 8. item & quòd remotiores essent melioris conditionis quàm proximiores, quod esset absurdum. Ruin. in cons. 37. n. 9. volum. 3. & præsertim in cognitæ testatori, Soc. Iun. in cons. 155. nu. 2. volu.
35 2. Nam indubitati iuris est, quòd † testetor videtur habere maiorem affectionem ad proximiores. Bald. Cuma. & Floria. in l. cum ità. §. in fideicommisso, de lega. 2. docto. in l. Gallus. §. etiam. de liber. & posthu. Paris. in cons. 40. nume. 27. volum. 2. vt igitur remoueatur ista iniquitas & hoc absurdum, dicendum videtur q̃ dictam portionẽ possessionis Gadij dictus Illustr. Comes Paulus, qui est de familia & agnatione dicti testatoris, & qui vocatur ex dispositione eiusdem testatoris, dum in eius voluntate dicitur: Itẽ considerans quòd familia Iustorum semper re-

manean t

maneant portio suæ possessionis Gadij, consequi debeat ratione dicti fideicommissi.

36 ¶ Tertiò confirmatur hæc sententi: Nam † testator frustatoriè non censetur apposuisse verba in suo testamento, l. si quando. de lega. primò, l. cum tantum. de proba. Bero in cons. 12. numer. 4. volum. 4. & in tantum vera est huiusmodi sententia, ne reddan-
37 tur frustratoria verba testatoris, ꝙ † verba vltimo loco in fine posita, quæ aliàs solent regulariter referri ad omnia præcedentia referũtur solũ ad proxima, Bart. & alij in l. talis scriptura, de leg. primo, Bero. in cons. 86. u. 22. vol. sed si nos diceremus, quòd dictum fideicommissum non extendatur ad dictum Illustrem Comitem Paulum, sequeretur quòd dicta verba. Itẽ desiderans præfatus Dominus Comes, quòd possessio Gadij semper remaneat in familia Iustorũ voluit, &c. essent superfluò apposita, si voluisset ꝙ ipsa possessio tantum transiret in descendentes de linea ipsius testatoris vsque ad vltimum, vnde vt tollatur hæc superfluitas, dicẽdum venit, ꝙ in dicto fideicommisso comprehendatur Illustris Comes Paulus nepos ex fratre, qui frater dicitur etiam de linea fratris secundum Castrens. in cons. 111. secundum antiquam impressionem, & si impròpriè, quod toleratur in præsenti casu.

¶ Quartò, ponderanda est dictio semper, apposita in dicta dispositione ibi. Item desiderans præfatus dominus testator, quòd possessio Gadij semper re-
38 maneat in familia Iustorũ † quæ dictio semper præcisam dicitur habere virtutẽ, l. prima. ff. solut. matr.
39 l. semper. ff. de iure immu. & † ad certi temporis præfinitionem non restringitur de facili. Port. in consi. 36. nu. 42. Nam dicta dictio exponitur omni casu & omni tempore. Paris. in consi. 92. nume. 37. volum. 2. in cons. 90. num. 8. Bero. in cons. 80. nu. 9. vol. 1. item dicta dictio idem importat quòd perpetuò, vt per Paris. in cons. 53. num. 21. quod verbum imperpetuum habet tractum in futurum & denotat tempus in secula seculorum & sine præfinitione, Bar. in l. annua. ff. de annu. leg. Port. in con. 30. nu. 24. Nam si diceremus dictum fideicommissum non habere locum in dicto Comite Paulo vtique dicendũ esset, quòd semper & in perpetuum non remaneret in familia Iustorum, ergo vt dicta dictio suum operetur effectũ, concludendum venit, quòd fideicommissum ipsum extendatur ad dictum Dominum Paulum, cum sit de familia Iustorum, & sic erit sensus, quòd desiderans præfatus testator, ꝙ semper remaneat in familia Iustorum possessio Gadij, prohibet illius alienationẽ, quia vult, ꝙ vadat de hærede in hæredes legitimos, & naturales de linea ipsius testatoris, id est sub qua pater subijcitur, & sic ꝙ illud verbum patris, sumatur subiectiuè & constructiuè, vt dicta verba semper remaneant in familia Iustorum, suum operentur effectum, vt in simili dixit Anchar. in consilio 95. col. secunda, quod est in consi. 534. Bal. 3. vol. hoc sic præsupposito. vbi consuluit, quòd si testator prohibuerit testari & dimittere bona sua alij quàm propinquis ex linea vel ex prole patris, ꝙ ista verba possunt duplicem habere sensum, vnus est, vt illud verbum patris, sumatur naturaliter vel effectiuè, & secundũ istum sensum comprehenduntur solum liberi patris & liberorum descendentes, & sic non ascendentes directò nec ex transuerso: Alius est sensus, quod istud verbum patris, sumatur subiectiuè siue constructiuè, vt sit sensus, vt Gregorius possit bona dimittere propinquioribus suis descendentibus tantũ ex linea patris, id est, sub qua pater subijcitur, inquiens, ꝙ iste intellectus magis videtur de mente testatoris, & ꝙ sibi magis placet quã alius propter aliã partem subdisiunctiuæ quæ sequitur, seu prole, quæ nihil adderet, sed idem repeteret, Ergo idem dicendum in casu nostro, vbi nisi hoc modo intelligentur illa verba semper remaneat &c. nihil operarentur.

40 Nam verbum † linea, aliquando capitur effectiuè, aliquando contentiuè. Soc. in l. Gallus in. §. nunc de lege. colum. secunda, in princ. de lib. & posthum. Paris. in cons. 40. colum. fi. volum. 1. stantibus igitur supradictis, dicitur etiam ꝙ fœminæ, de quibus agitur non possunt petere supplementũ legitimæ in dicta possessione Gadij tanquam subiecta fideicommisso, vt dictum fuit, sed si prætendunt aliquam legitimã illam consequi debent in alijs bonis suis: quoniam
41 trita est conclusio, ꝙ † legitima eligi non potest neque capi in bonis in quibus substitutio facta est, si alia bona viliora non supersint, vt colligitur ex decisione Bal. in rubrica. ff. de rer. diuis. colu. prima, vbi dicit, ꝙ si pater mandauit in testamento suo, ꝙ hospitale fiat in domibus suis, & filius velit dictas domos eligere pro sua legitima non potest, quia potest eligere vnam rem de qua testetur, si filius in cæteris bonis relictis potest habere legitimam, quia electio quæ datur filio pro legitima datur in alijs reb. non legatis: quoniam legata integraliter sunt præstanda. §. si bessem non excedunt. §. quamobrem. in authen de restit. & ea quæ parit. Alex. in consil. 12. colum. prima, in fi. volum. 5. Cravet. in cons. 19. nu. 14. vbi legitima non potest eligi neque capi in bonis, in quibus substitutio facta est, si alia bona supersunt. Corne. in cons. 106. colum. penult. in fi. vol. 2. & in consi. 180. in 4. dubio vol. 4. vbi dicit, quòd si detractis rebus legatis restant etiam aliæ res hæreditariæ ex melioribus: ita quòd arbitrio boni viri ipse filius ex rebus non legatis possit commodè detrahere legitimam tunc non esset æquum ꝙ detraheretur de reb. legatis nec conuenire arbitrio boni viri, qui debet niti æquita-
42 te. l. quod si Ephes. ff. de eo quod cert. loco, & † Iudex voluntatem testatoris debet sequi sicut venator leporem. Bald. in l. cum quidam. C. de neces. ser. hæredit. instit. ideo de rebus legatis non debet detrahi legitima regulariter, secus videtur si omnia bona vel ferè omnia meliora bona hæreditaria essent relicta. Nam tunc non detrahit legitimam congruè arbitrio boni viri, vt dicit Bald. post Cyn. in l. scimus. C. de inoffic. testam. dixit in con. 12. in princip. vol. primo, & 65. n. 32. vol. eo. Vnde ipsis sufficere debet, ꝙ illam possint habere in alijs bonis, nisi extaret aliqua, renuntiatio dominæ Lucretiæ, quæ comprehenderet legitimam: quia ea officeret etiam filiab. de qua verbum non facio, cum renuntiationem non viderim. Ex his igitur concludendum esse omnino arbitror, ꝙ cum Illustris Comes Paulus sit de agnatione & familia masculina quõ. Illust. Comitis Prouali fideicommittentis, ꝙ omnis iustitia militet eius fauorem, adeò ꝙ virtute dicti fideicommissi simplicis & absoluti consequi debeat portionem dictæ possessionis Gadij, quæ erat ipsius fideicommittentis, & ꝙ nullum penitus ius competit parti aduersæ, in dicta portione.

SVMMARIVM.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri debet cognosci per superiorem arbitratorũ, declara vt in in num. 15.*

2 *Reductio ad arbitrium boni viri instar habet appellationis.*

3 *Appellatio quando interponitur à sententia iudicis, semper recurritur ad superiorem iudicantis.*

4 *Rescisio contractus si petitur, agi potest in loco contractus.*

5 *Causa si compromittatur in clericum & laicum simul,*

&

& eorum laudum petatur reduci ad arbitrium boni viri adeundus est Episcopus.

6 *Clericus vel laicus si volunt petere reductionem ad arbitrium boni viri, laicus illam petet coram laico superiore arbitratoris: si verò clericus, coram superiore clerici.*

7 *Reductio ad arbitrium boni viri secundum magis communem debet peti coram iudice ordinario rei, & numero 13.*

8 *Actor tenetur sequi forum rei.*

9 *Restitutio in integrum debet peti coram iudice eius, contra quem petitur restitutio.*

10 *Reductio ad arbitrium boni viri petitur officio iudicis.*

11 *Officium iudicis licet non sit actio, tamen succedit loco actionis.*

12 *Iudex competens ille est ad interponendum decretum vel auctoritatem, qui esset iudex competens in lite.*

13 *Dissimilitudo est maxima inter appellationem & reductionem ad arbitrium boni viri.*

CONSILIVM XXIIII.

QVOD Excellentissimus Senatus Pedemontanus iudex sit competens in causa reductionis ad arbitrium boni viri postulatę per Illustres Dominas Lucianam de Trinitate, & Catherinam Comitissam Arignani aduersus Laudum latum in ciuitate Taurini per Illustrem Dominum Carolum Comitem Lusernæ & Magnificum Dominum Bernardum Trottum: Iuris vtriusque Doctorem: Lectorem in almo Gimnasio Thaurinensi, arbitratores in fauorem Illustris Domini Theodori Rottarij Dominæ Vitiæ.

Primò demonstrat decisio Roma. in consil. 265. co-
1 lumna secunda. vbi dicit, quòd † reductio ad arbi-
trium boni viri debet cognosci per superiorem ar-
2 bitratoris, cùm † reductio ipsa instar habeat appel-
lationis. l. non distinguemus, §. cum quidam. ff. de
3 arbitr. vnde † sicut quando appellatur à sententia
iudicis: semper recurrimus ad superiorem iudican-
tis. l. præcipimus. C. de appellatio. ita etiam & quan-
do petitur reductio ad arbitrium boni viri, ea co-
gnoscenda venit per iudicem superiorem arbitra-
toris. Arch. in c. non ita. secunda quæst. sexta Angel.
in l. si suspecta. §. fi. ff. de inof. testa. vbi inquit, quòd
si vnus est Paduanus alter ex litigatorib. Perusinus
& arbitrator electus Mediolanensis, iudex reductio
nis erit ordinarius arbitratoris. Io. Andr. in c. statu-
tum. §. cum autem. de rescri. in 6. Affl. in decis. 51. per
totum. Angel. in disputatione sua incipiente, duo ad
inuicem litigantes. in fin. vbi dicit, hoc locum habe
re quando in dicto loco superioris arbitratoris esset
factum compromissum, ex quo ibi perficitur cõtra
ctus transactionis resultans ex compromisso & lau-
do sequuto. authen. si veri. C. de duo. ergo partes ibi
sortiuntur forũ. l. hæres absens. ff. de iud. c. Romana
§. contrahentes. de for. compe. in 6. vbi enim agitur
4 ad recessionem † contractus, potest etiã agi in loco
ipsius contractus. l. qui certo loco. ff. de cond. inde.
Bal. & Saly. in l. præcipimus. C. de appella. in fin. vbi
5 ait, quòd † si causa compromittatur in Clericum &
laicum simul, & eorum laudum petatur reduci ad
arbitrium boni viri, quòd adeundus esset Episco-
pus: quia Clericus & dignior trahit ad se laicũ, & sic
aditur Episcopus tanquam superior clerici arbitra-
toris. Paris. in cons. 45. num. 11. & 65. volum. primo.
Dec. in rub. de appella. num. 13. Felyn. in cap. primo.
colum. quinta. in princip. de præscrip. vbi conclu-
6 dit, quod † si Clericus vel laicus volunt petere re-
ductionem ad arbitrium boni viri, quod illam pe-
tere debent coram superiore arbitratoris, & si est
laicus, eam petet coram laico, si verò Clericus est
arbitrator, coram superiore Clerici. But. in c. quod
Clericis. de foro compet.

¶ Sed præmissis non obstantibus contraria sen-
tentia est de iure verior, & magis communi calculo
7 recepta, quod † peti debet coram iudice ordinario
8 rei, & hoc primò per regulam quæ habet, q̃ † actor
tenetur sequi forum rei. cap. si Clericus. ca. cum sit.
9 de foro comp. secundo † quia restitutio in integrũ,
cui similis est recursus ad arbitrium boni viri, debet
peti coram iudice eius contra quem petitur restitu
10 tio. l. 2. C. vbi & apud quem. item ista † reductio pe-
titur officio iudicis. cap. 2. & cap. exposita. de arbit.
igitur cum contra Illustrem Dominum Comitem
Vitiæ imploretur huiusmodi officium, debet sequi
forum rei, scilicet iudicis ipsius Comitis, qui non
est Senatus Pedemontanus. cap. fin. de foro compe.
11 Nam † licet officiũ iudicis non sit actio, tamen suc-
cedit & proponitur loco actionis, & sic eius naturã
sequi debet. Inno. in cap. 2. de offi. iud. l. in causæ, in
princip. ff. de minor.

¶ Item pro hac sententia facit tex. in l. cùm hi. §.
12 transactionem. ff. de transac. vbi † ille est iudex com
petens ad interponendum decretum vel auctorita
tem, qui esset iudex competens in lite illa, & ideo di-
cit ibi Paul. de Castro, quod ille text. etiam facit, q̃
sit iudex competens cum petitur laudum reduci ad
arbitrium boni viri.

¶ Vltimò, hanc partem tenuerunt Floria. & Bar.
in l. si societatem. §. arbitrorum. colum. tertia, vers.
quis erit iudex. & Guliel. de Tulet. nume. 99. versic.
item quæro. ff. pro socio. Bar. & Bal. in l. secunda, C.
vbi & apud quem. Anch. in reg. ea quæ. quæst. 17. de
re. iur. 6. vbi reductio ad arbitriũ boni viri debet pe-
ti coram eo, coram quo causa erat agitanda compro
misso cessante. Fely. in cap. cum sit. colum. secunda,
circa fi. de foro compet. Abb. in cap. Quintauallis.
in fi. ver. sed dubitabatur de Iur. vbi etiã Butr. Ang.
in l. qui certo loco. ff. de cond. indeb. Alex. in consil.
103. colum. prima. volum. 5. Soc. in consi. 18. col. pri-
ma volum. primo, Lanfr. in trac. de arbitr. quæst. 19.
Paul. de Castro in dicto §. transactionem. Ancha. in
disputatione cum Clericus. Feder. de Sen. in consil.
285. Ang. in quæst. duo fratres. Franc. in rubrica de
appella. colum. fi. dixi in consi. 226. num. 30. vol. pri-
mo. & hanc esse communem Doctorum sententiam
firmat Alex. in cons. 131. in princip. vol. primo. & ma
gis receptam Marant. in suo aur. spec. fol. mihi 573.
col. 2. in princ. vnde cum ista sit approbata Doctorũ
sententia in iudicando & consulendo ab ea non est
recedendum.

¶ Non obstant modo quę ex aduerso allegata fue
runt: & primò, quod ex quo reductio ad arbitrium
boni viri est species appellationis. debet regulari se-
cundum appellationem, cuius cognitio spectat ad
13 superiorem iudicis à quo. Quia respõdetur, quod †
maxima est dissimilitudo inter appellationem ad
arbitrium boni viri, vt per Feder. de Senis. in dicto
consil. 285. vbi dicit, quod ista petitio ad æquitatem
non habet instar appellationis nec in modo inter-
ponendi nec in tempore prosequendi. item hic agi-
tur per quærelam contra partem aduersam, vt tol-
latur sibi ius quæsitum ex iniquo arbitramento. lon
ga quidam differentia est an agatur per viam appel-
lationis, an per viam simplicis quærelæ, capi. con-
certationi de appel. Lanfranc. in dicto trac. de arbit.
quæst. 22. versicul. non obstat quod pendente tem-
pore. vbi dicit, quod magis dicendum est reductio-
nem esse dissimilẽ appellationi quam esse similem:

quia vbi maior reperitur dissimilitudo, quàm similitudo, ista dicuntur dissimilia & è contrario secundùm Bald. in cap. cum speciali. de appella. quæ dissimilitudines quantæ sint non transcribo, cum ibi legi & videri possunt.

¶ Similiter non obstat, quod reductio debet coram superiore arbitratoris, quia respondet Fede. de Senis, ꝙ illud posset habere locum si ageretur cõtra arbitratorem: quia fecit litem suam, ꝙ vt cõtra eum agi potest, vt clarè demonstrat Cur. Se. in l. si ex falsis. n. 12. C. de transac. vbi dicit, ꝙ hac parte consuluisse plures excellentissimos Doctores quos citat. vel & secundò respondetur, quod cum in contrarium sit magis communis opinio Doctorum, vt suprà dixi quod non est curandum de sententia contraria.

SVMMARIVM.

1 *Legata facta pluribus, & transcendentia vires hæreditatis diminuuntur vnicuiq; pro rata.*
2 *Quod amplia procedere, etiam si vnus ex legatarijs fuerit primo loco nominatus quàm alter.*
3 *Argumentum à verisimili siue affirmatiuum siue negatiuum est validum.*
4 *Mens testatoris in interpretatione sui testamenti & contentorum in eo omni cum diligentia est perquirenda cùm primum locum obtineat.*
5 *Mens testatoris totum facit.*
6 *Mentem testatoris pedetentim sectari debemus sicut venator leporem.*
7 *Paternum officium est capere optimum consilium pro filijs.*
8 *Patres plus diligunt filios quàm seipsos.*
9 *Amicus nullius melior reperitur quàm pater.*
10 *Pater potius filijs suis quàm alijs prouidere censetur.*
11 *Prima causa est liberorum.*
12 *Prudentes interpretati sunt eum esse dementem qui sine causa se obijcit naturali erga liberos charitati.*
13 *Charitatem naturalem erga liberos qui non curat morbum cerebri & defectum rationis habere dicitur.*
14 *Verisimilitudo est cognata naturæ.*
15 *Verisimilitudinem iudicantes maximè considerare debent.*
16 *Affectione paterna erga liberos suos nulla maior reperitur.*
17 *Ardor amoris paterni inæstimabilis est.*
18 *Interpretatio dura & absurda fieri non debet.*
19 *Experientia est efficax rerum magistra.*
20 *Testator præsumitur illud disposuisse quod verisimiliter ordinasset si de eo interrogatus fuisset.*
21 *Dispositio dict. l. si quis testamento. §. apud Iulianum. locum non habet vbi vnum legatum est factum ex causa dotis & alia non: quia tunc legataria dotis præfertur alijs.*
22 *Legatum factum simpliciter filiabus intelligitur relictum pro dote.*
23 *Dotis fauore multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*
24 *Testator si in testamento inter alia legata reliquit dotem & postea in codicillis apposuit clausulam diminutiuam legatorum factorum in testamento, talis diminutio non refertur ad legatum dotis.*
25 *Legatum factum simpliciter filiabus: intelligitur relictum pro dote si filiæ sint nubiles, aliàs secus.*
26 *Quod declara vt in num. sequenti.*
27 *Dos augeri potest & ante & post matrimonium.*
28 *Præcedentia declarant sequentia.*
29 *Legatum vnum recipit interpretationem & declarationem ex his quæ continentur in alia parte testamenti.*
30 *Media declarantur ex præcedentibus & subsequentibus.*
31 *Media intelliguntur probata: probatis extremitatibus.*
32 *Diuersa ratio inter vnum casum & alium diuersum ius producit.*
33 *Legatarij habent hypothecam tacitam pro legatis.*
34 *Tacitam & expressam hypothecam habens præfertur habenti tacitam.*
35 *Vincula duo magis ligant quàm simplex funiculus.*
36 *Prohibitio inducta à lege & ab homine est fortior quàm simplex inducta à lege.*
37 *Hypothecam expressam habens secundum communem præfertur habenti tacitam.*

CONSILIVM. XXIIII.

PRIMO quidem aspectu in præsenti consultatione dicendum videtur, quod stantibus legatis factis in testamento quondam Illustris Domini Giberti de Pijs tam dominabus Annæ & alijs suis filiabus quàm Dominis Gaspari Prato & Galeatio Belentino, & quæ † excedunt vires suæ hæreditatis inter ipsos legatarios fieri debeat diminutio legatorum pro rata. per tex. in l. si quis testamento §. apud Iulianum. ff. de lega. primo. vbi legislator inquit, quod si testator habens triginta fecit legatum de ipsis triginta vni, secundo de viginti, & tertio de decem, cuilibet fit diminutio pro rata, ita quod primus legatarius habebit viginti, secundus decẽ, & tertius quinque. qui text. secundum Paul. de Castro ibi procedit, dato quod † vnus sit primo loco nominatus quàm alter. ad idem est text. in l. quærebatur. in princip. ff. ad legem Falcid. vbi dicitur, quòd si testator habens solùm quatuorcentum in bonis: quia habebat vnum debitorem in dicta summa, legauit liberationem debitori de ipsa quantitate, & alteri legauit quatuorcentum, concurrerent ambo legatarij in isto legato, & sic debitor consequetur liberationem respectu ducentorum, altera ducenta consequetur alter legatarius. quia cum ambobus sit legata quantitas, vnus non est potior alio. 1

¶ Sed præmissis non obstantibus altera pars in casu, de quo agitur, videtur de iure verior, quòd dictæ filiæ consequi debent integrum legatum, & sic non debet dari concursus inter alios legatarios cũ ipsis filiabus. ad quod dicendum moueor ex infrascriptis, & primò arguendo à verisimili, quod † argumentum est validum. l. nuptura. in fin. ff. de iure dotium. Paris. in consil. 8. num 29. vol. 1. 22 numero decimotertio, vigesimo tertio, numero 69. volum. eod. & in consilio octauo, numero septimo, volum. quarto, vbi valet affirmatiuè & negatiuè, sed si diligenter perspiciatur, verisimilis mens dicti quondam Illustris Domini Giberti Pij testatoris & patris ipsarum filiarum, quæ in interpretatione testamentorum, & contentorum in eis omni † diligentia perquirenda est, cum primum locum obtineat. l. in conditionibus. in princip. ff. de conditio. & demonst. & facit † totum. l. ex facto. la grã de in medio ff. de hæredit. instit. Soc. Iun. in consi. 136. num. 12. volumine tertio. & † quam sectari debemus pedetentim sicut venator leporem. l. quidam. C. de necessar. hæred. instit. Socin. Iun. in consi. 122. numer. octauo, volumine tertio, vtiq; apparebit verisimilem mentem ipsius fuisse, cum † officium paternum sit capere optimum consilium pro filiabus. argu- 2 3 4 5 6 7

mento.

mento l. nec in ea. §. fina. ff. ad l. Iulia. de adult. & qui
8 patres † solent plus diligere filios quàm seipsos. l.
9 isti quidem in fin. ff. quod met. cau. quoque † nullus
melior amicus reperiatur quàm pater. l. quidam
cum filium. vbi Docto. de hæredib. instit. quod no-
luit: quod de legato facto filiabus fiat aliqua diminu
tio in fauorem aliorum legatariorum extraneorũ.
10 Nam indubitati iuris est partem † potius filiabus
suis quàm alijs voluisse prouidere, Soci. in consilio
nono, numero decimo octauo, volumine primo, &
si aliter diceretur, sequeretur quod hoc esset con-
11 tra naturalem pietatem & charitatem, cum † prima
causa sit liberorum l. in successione. C. de legit. hæ-
red. & de ipso quondam illustri Domino Giberto
posset dici quod ait Bal. in auth. ex causa. colum.
septima, versi. secundò capio. C. de liber. præte. vbi in
12 quit, quod † prudentes interpretati sunt eum esse
dementem, qui sine causa se obijcit naturali erga
liberos charitati, Soci. Iun. in cons. 59. num. 13. volu.
13 3. vbi qui † charitatem naturalem erga liberos non
curat dicitur habere morbum cerebri, & defectum
rationis, Vt igitur hæc euitentur & amplectamur ve
14 risimilitudinem ipsam, quæ † est cognata naturæ.
Bald. in consil. 180. columna 3. Cruet. in consilio 75.
15 numero 24. & 135. nume. 33 & quam maximè con-
siderare debent iudices, teste Aret. in consilio nono.
columna secunda. Cruet. in consilio nono. nume.
35. concludendum venit, stante ipsa verisimilitudi-
16 ne & affectione paterna ergo suos liberos, & † quæ
nulla maior esse reperitur, Craue. in consilio primo
17 columna secunda, & † consideratio ardore amoris
paterni, qui inæstimabilis est. Bal. in l. precibus. col.
sexta. versi. Item dixi. C. de impub. & alijs substi. So
cin. in cons. 59. columna prima, vol. 3. quod de dicto
legato facto prędictis filiabus nulla debet fieri dimi
nutio ad beneficium aliorum legatariorum extra-
neorum ipsi Illustri quon. Domino Giberto. Nam
tenendo huiusmodi interpretationem, quę æqua &
18 fauorabilis, euitabitur quòd † illa non erit dura &
absurda, prout interpretari debet. glos. in verbo pie
tate. in l. vxorem. §. codicillis. de leg. tertiò, Paris. in
consilio 20. numero 26. volumine 3. & eo magis id
dicendum venit. cum legatum factum dictis filiab⁹
inspecta dignitate patris & qualitate ipsarum non
dicatur excessiuum, iuxta l. quæro. ff. de iure dot.
Imò plus dicitur, quòd illud dicitur modicũ: quia
si debent se matrimonio copulari, cum aliunde ali-
quid non habeant, cum maxima difficultate, & si
sint de antiquissima, nobilissima & Illustri Prosa-
pia de Pijs: poterunt reperire maritos pares. Nam
hodiernis temporibus adeò crescunt dotes, vt ex-
19 perientia † docet, quæ est efficax rerum magistra.
cap. quàm sit. de elec. Alex. in cons. 22. nu. secundo,
volu. quarto, & 132. num. quinto, vol. quinto, quòd
viles mercatores audent petere dotes duorum mi-
lium scutorum, Nobiles quatuor & quinque milia,
& illustres personæ quindecim & viginti milia.
Consideratis igitur dicta verisimilitudine, amore,
affectione & charitate paterna erga ipsas filias, ne-
cessariò dicendum venit & meritò, quod meus pa-
terna nõ fuerit, vt fieret diminutio dicti legati fauo
rem extraneorum, sed vt integrum legatum conse-
querentur suæ filiæ.

20 ¶Secundò facit. Nã testator præsumitur illud di-
spositisse quod verisimiliter ordinasset si de eo fuis-
set interrogatus, gl. in l. tale pactũ. §. fi ff. de pac. l. fin.
vbi not. C. de Posthum. hæred. instit. Paris. in consil.
75. numero 37. volumine secundo, consilo 78. nu-
mero decimo quarto, & in consilio septuagesimo-
nono, numero vigesimo sexto, volumine eo. Socin.
Iun. in consilio 90. numero decimoquarto, vol. pri-
mo, & 126. numero 16. & 84. volumine eod. sed cui
dubium. quod si dictus Illustris Dominus Gibertus
testator fuisset de præsenti difficultate interrogat⁹
vtiq; ita disposuisset, q⁹ de legato facto filiabus nul-
la esset faciẽda diminutio ad commodum aliorum
legatariorum extraneorum, ergo hoc pro expresso
haberi debet. Nam considerandum est, quod lex in-
terpretatur partem velle propriam sobolem extra-
neis anteponere. l. cum acutissimi. C. de fideicom.
facit quod scribit Socin. Iun. in consilio 113. numroe
13. volum. primo, vbi dicit, quod affectio testantis,
in dubio præsumitur maior erga suos descendentes
& eius nepotes quàm in alios, qui à testatore non
descendunt.

¶Tertiò dicitur, non esse admittendum concur-
21 sum inter dictos legatarios ex alio capite: quia † dis-
positio dictæ l. si quis testamento. §. apud Iulianum.
& aliarum legum non habent locum, vbi vnum le-
gatum est factum ex causa dotis & alia non: quia
tũc legatariæ quib. relicta fuit dos, præferũtur alijs.
Bart. in l. 2. §. si sponsi. ff. de priui. cred. vbi dicit, quod
si pater dotauit filiam nupturam & bona non sunt
sufficientia alijs legatis, q⁹ dos filij debet deduci vt
æs alienum, vt possit nubere: quia hoc onus est pa-
tris. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. quem ibi sequitur
Ripa. num. 13. Paul. de Castro. in dicto §. apud Iulia-
num. columna secunda, Alexan. in l. si cum dotem.
§. si pater. columna finali. ff. soluto matri. Natta in
cons. 455. numero octauo, Bald. de Bartol. in l. pri-
ma, nnmero 471. soluto matr. sed in casu de quo agi
22 tur legatum † factum ipsis filiabus, quamuis simpli-
citer factum, intelligitur pro dote relictum, vt per
Bar. in l. quod autem. ff. de iure dot. vbi Alexa. ibi in
additione, vbi dicit hoc notandum Paul. de Castro
in l. Titio centum. §. Titio genero. colu. penul. vers.
quid si pater. ff. de condit. & demonst. Bald. in l. non
sine, columna secunda, vers. modo hic quæritur. C.
de bon. quæ libr. Ias. in l. filia legatorum. C. de legat.
Fabia. in auth. præterea. nu. 66. C. vnde vir. & vxor.
And. in §. fuerat. colum. 16. vers. vnium. tamen. insti.
de actio. Ruin. in consi. 224. numero decimo, volu-
mine primo. Franc. Marc. in dec. s. 861. in fi. Brun. in
trac. exclus. fœm. in sexto articulo princip. in septi-
ma quæstione. colum. fina. Ang. à Gembil. in trac. de
testa. in verbo item iure institutionis. col. fi. & hanc
esse communem dixerunt Ruin. in cons. 138. nume.
5. volum. 4. & Cepha. in cons. 84. numero 9. Nam, vt
inquit Ias. in dicto §. apud Iulianum. paria sunt q⁹ le-
gatum sit factum simpliciter filiabus vel expressè
23 pro dote: nam † fauore dotis multa permittuntur,
quæ aliàs non permitterẽtur, vt abundè vltra alios
per Bal. de Bar. in dicta l. prima, vbi inter alia priui-
24 legia dotis dicit in 142. priuilegio, quòd † si in testa-
mento inter alia legata fuit dos relicta, & postea in
codicillis fuit apposita clausula diminutiua legato-
rum factorum in testamẽto, talis diminutio non re
fertur ad legatum dotis, per tex. in l. libertis. §. post-
humus. de alim. & cib. lega. Nec habet obstare si di-
catur sententiam ipsam limitandam esse vt non pro
25 cedat nisi quando legatum † sit simpliciter filiabus
nubilibus, secus si nõ nubilibus, vt in casu præsenti.
Alex. in addit. ad Bartol. in dicta l. quod autem. in l.
huiusmodi. in §. si pater. col. tertia. versic. tertio. po-
test limitari. ff. de lega. primo. & in cons. 211. numer.
9. volum. 7. Ruin in cons. 80. colum. fina. volumi. 2.
Natta in cons. 363. num. nono. & 15. quia quando pa-
ter legat filiæ non nubili, non videtur tunc legare
pro dote nec animo compensandi cum dote: quia
tunc pater non poterat cogi ad dotandam filiam. l.
quod pupillæ. ff. quando dies lega. ced. & sic cessat il-
26 la necessitas legalis. Quia respondetur, quòd † com-

munis schola Doctorum est cõtrarium, quod imò quando legatum est factum simpliciter filiabus, nõ distinguũt doctores inter nubilẽ, vel non nubilem: & dictum Alexan. posse morderi inquit Fabian. de Pepis in dicta authentic. præterea. numero sexagesimo sexto. ex quo legatum ipsum sortitur effectum post mortem testatoris, qui videtur voluisse prouidere pro futuro tempore, quo non sit exiturus in vita. & sic voluit habere respectum ad tempus quo teneretur purè dare dotem, vnde subdit, quòd dicta dos deberet computari ex præsumpta voluntate testatoris: Vel & secundo respondetur, quod dictum Alexandr. posset esse verum eo casu, quo legatum dotis est purum, sicut quando fit filiæ, cui debetur legitima. secundum Bartol. in l. Titio centum §. Titio genero. ff. de conditionib. & demonstrationib⁹. Nam isto casu si filia sit nubilis, imminet necessitas dotandi, ideo præsumitur animus compensandi, secus si cessat dicta necessitas, vt quia filia non sit nubilis: sed quando legatum dotis in dubio censetur factum sub conditione illa, si filia nupserit, vt in casu nostro, vbi dictũ legatum dicitur in se habere tacitam conditionem si nuptiæ sequantur, secundum Bartolum vbi supra, tunc si legetur simpliciter filiæ causa non expressa, & intelligatur in dubio factum pro dote, intelligitur collatum in illud tempus nuptiarum, & sic in illud tempus quo pater vel eius hæres ad dotem obligatur, & per consequens illo tempore potest compensatio locum habere, & cessat ratio Alexand. ita formaliter tradit Ruin. in consilio sexagesimo quarto. num. 9. versic. ad istud primo. volum. 2.

¶ Secundò respondetur, quòd cum in præcedentibus testator legauerit expresè minorem quantitatem pro dote filiabus suis, vt constat in testamento dicti quõdam Illustris Domini Giberti, vbi postquam reliquit dictis filiabus scuta septẽ milia, nec non & possessionem de Bosa, ac molendinum de Panzarello inquit (Et perche la predetta Illustre Signora Isabella sua consorte si troua grauida, & spera sua Signoria in Dio, le fara gratia che habbia vn figliuol maschio, hà ordenato quanto di sopra perle dotidi esse sue figliuole) & si clarè dixit testator, quod illud legatum fuit pro dote, & in sequentil egato maioris summæ triginta duorum milium scutorum voluerit, quod alia minor, de qua suprà, in illo contineretur, & ad primum se retulit, præsumendum est, quod ex eadem causa dotis secundò
27 legauerit, vt illam augeret, & † quæ augeri potest, & ante & post matrimonium. l penultima, authentica sed iam necesse. C. de donatione ante nupt. Vn-
28 de cum † ex præcedentibus declarantur sequentia l. qui filiabus, in princip. ff. de legat. primò, satis constat ex his, quod licet filiæ non sint nubiles, tamen voluit testator compensare legatum cum dote, & credendum est, quod ex eadem causa dotis secundum legatum factum sit, præsertim cum testator de primo fecerit mentionem, & ideo præsumendum est, quod voluerit solum hoc secundum legatum à primo differre in quantitate & non in causa, argumento notatorum in l. triticum. ff. de verborum obligation. ita Ruin. in consilio 64. numero septimo, versi. secundo etiam respondetur, volumine secundò, nec mirum cum etiam videamus à iure recep-
29 tam esse, quod † vnum legatum recipiat interpretationem & declarationem ex his quæ continentur in alia parte testamenti, Alex. in cons. 180. nu. 12. vol. 2. Goz. in cons. 49. col. prima, & tanto fortius id suadetur, cum nedum in primo legato sed etiam in vltimo facto ipsis filiabus de octo millibus pro vnaquaque earũ casu quo nasceretur masculus, expressit idem testator, quòd illud relinquebat pro dote, in quo casu cum † media declarantur ex præcedentibus & subsequentibus. l. si seruus plurium. §. si. ff. de lega. 1. l. hæredes palam. versi. sed si notam. ff. de testa. Soci. in l. plures testamento. col. 2. de rebus dub. Fely. in rubrica de re iud. col. 5. versi. intellige.
30
31 Neuiz. in cons. 62. n. 9. & soleat dici, q̃ † probatis extremitatibus media intelliguntur probata, Bald. in l. indici. colu. fi. versic. quæritur. C. de rei vindicat. Natta in cons. 235. nu. 8. sequitur quod legatum dictorum triginta duorum milium scutorum factum esse intelligatur ex causa dotis.

¶ Quartò, q̃ etiam testator noluerit legatarios extraneos concurrere cum filiabus & legatarijs demonstratur ex alio, quoniam ordinauit post legata facta tam extraneis quã ipsis filiabus, q̃ si Dominus Hercules fuisset hæres, & negaret adesse tot bona allodialia, quæ sufficerent pro satisfaciendo dicta triginta duo milia scuta filiabus & alijs legatarijs, obligabat ipsis filiabus omnes munitiones, tormenta, menoraměta facta tam in arce de Saxolo quã in suo statu, & iura quæ habebat in Molendino posito in Burgo de Saxolo & in alijs locis positis vltra flumẽ Siclæ, & similiter omnes res & bona nominatas & nominata in legato facto vt supra dictis suis filiab⁹. q̃ quam obligationẽ etiam satis demonstratur mentem suam fuisse, quòd filiæ suę integraliter legatum triginta duorum milium scutorum consequerẽtur, dato etiam quod alia bona non sufficerent pro solutione aliorũ legatorum, & inficiari non potest, quin magis voluerit ex dicta obligatione consulere suis filiabus quàm alijs propter differentiam, quã inter ipsos legatarios constituit, obligãdo tantum bona sua pro legato facto filiabus & non pro alijs legatis. & ex qua satis perpenditur testatorem maiorem affectionem habuisse suis filiabus quam extraneis, & meritò, cum prima charitas sit filiorum, quæ affe-
32 ctio † operatur diuersam esse rationem inter vnum casum & alium, ergo & diuersum ius. l. inter stipulãtem. §. sacram. de verbo. oblig. Alex. in cons. 46. nu. 6. volum. 2.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quod etiam alij legatarij habent hypothecam q̃ legatis suis in bo-
33 nis legantis: quia respondetur † ipsos tantùm habere tacitam inductam à lege, vt per Scriben. in l. prima, C. com. de lega. Alex. in cons. 4. n. 19. vol. 2. & 98. num. 5. volum. eo. Sed filiæ legatariæ expressam &
34 tacitam † quæ duæ tanquã fortiores debent præponderare simplici tacitæ cum † duo vincula magis li-
35 gant quàm simplex funiculus. balista. vbi Scribe. ff. ad Trebel. l. cum scimus. vbi Bart. de agr. & cens. lib.
36 11. Hinc videmus quod † fortior est prohibitio inducta à lege & ab homine: quàm simplex inducta à lege Doct. in l. si quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. in l. filius familiàs, §. diui. de lega. primo dixi in consil. 81. numero 17. cum pluribus sequentibus. volum. 2. & 98. numero vigesimo. vol. eod. Imò plus dicitur quòd si dictæ filiæ tantùm habuissent hypothecam expressam, illa esset fortior, quàm tacita. Alexan. in
37 cons. 184. in fi. vol. 6. vbi mulier † quæ habet tacitam hypothecam pro dote, l. prima, C. de rei vxor. actio. non præfertur habenti expressam. glos. prima, in §. fuerat. Instit. de actio. Bart. & communiter alij in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab. rursus in cons. 58. num. 5. vol. 2. vbi dicit hanc esse magis communem Doctorum sententiam.

¶ Non obstant modo ea quæ adducta fuerunt: quia etsi pateat expressa responsio ex his quæ scripta fuerunt, adhuc replicatur ea locum non habere concurrente verisimili mente testatoris in contrarium, & etiam quia legatum factum fuit dictis filiabus

bus etiam ex causa dotis, quo casu dispositio dictarum legum locum non habet in dicto legato facta ex causa dotis, vt latè per Docto. suprà citatos, quos amplius non transcribam.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta cum clausula quod filia succedere non possit nisi in eo quod patri placuerit, dicitur propriè dispensatio.*
2 *Legitimatio & dispensatio inter se differunt.*
3 *Dispensatio fieri potest quo ad quædam, & quo ad quædam non.*
4 *Statuto si caueatur quod extantibus filijs masculis fœminæ non succedant, illud locum habet in legitimatis simpliciter, secus si cum aliquo pacto: quia ista non esset legitimatio, sed dispensatio.*
5 *Monstrum esse videtur quod quis reputetur legitimus & non legitimus. declara vt in num. 16.*
6 *Liber quis esse non potest quo ad quædam, & quo ad quædam seruus.*
7 *Dispensatio illa dicitur, quando fieret legitimatio cum clausula absque præiuditio venientium ab intestato declara vt in num. 17.*
8 *Legitimatio per quam tollitur omnis defectus natalium omnisque labes & macula genituræ, & omne iuris obstaculum & per quam quis restituitur ad primæua iura, quibus omnes liberi & legitimi nascebantur, dicitur vera legitimatio.*
9 *Legitimare est abolere maculam & defectum natalium, seu natalibus restituere.*
10 *Legitimatio est quædam natalium restitutio quæ absque coniugio natis extra causam ingenuitatis conceditur.*
11 *Legitimatio dicitur vera & propria, quando quis absolutè restituitur natalibus, non obstante quod in legitimatione dicatur, quod legitimatus non possit succedere patri nisi in eo quod sibi placuerit.*
12 *Effectus succedendi separatur à legitimatione.*
13 *Ius cognationis licet tolli possit, tamen cognatio ipsa & sanguinis coniunctio tolli non potest.*
14 *Legitimatio licet non reuocetur secundùm communem per superuenientiam filiorum legitimorum: tamen effectus legitimationis limitatur & restringitur: quia cum legitimato concurrunt filij ex legitimo matrimonio postea nati.*
15 *Paul. de Castro in l. pactum quod dotali. in fin. C. de collat. in l. sed si hac, §. patronum, de in ius vocan. l. si ab eo. C. de legit. hæred. & in rubrica, C. de iur. au. anu. declaratur.*

CONSILIVM XXVI.

STante Capitulo conuentionis initæ inter quondam Magnificum Dominum Franciscum Messeranum genitorem Magnifici Domini Philiberti & Dominum Augustinũ Scaliam, quæ sequitur (Il Signor Agostino si contenta Sposar la Signora Flerida con li capitoli infrascritti, cio è che il Signor Filiberto debba legitimar la sudetta Signora Flerida sua figliuola & il Signor Francesco per abiadiga.) Prima facie dicendum videtur quod Dominus Philibertus offerendo se paratum legitimari facere dictam dominam Fleridam cum reseruatione, quòd † ea sibi
1 succedere non possit, nisi in eo quod sibi placuerit, non dicatur satisfacere dicto capitulo nec promissioni paternę: quoniã huiusmodi oblatio nõ dicitur
2 esse legitimationis sed dispensationis, inter † quam legitimationem & dispensationem secundum Scribentes maxima constituitur differentia, vt latè per Butr. & alios in c. per venerabilem. qui filij sint legit. Gozad. in consilio 6. Paris. in consilio 7. numero 19. volum. secundo, Alexan. in consil. vltim. volum. 5. quæ sententia probari videtur ex notat. per Paul. de Castro in l. pactum quòd dotali. colum. fin. C. de collat. Quærit enim ibi quidam habens liberos legitimos & naturales fecit legitimari bastardum pacto apposito vel clausula, quod non possit succedere nisi in eo quod sibi placuerit relinquere. & primo refert nonnullos consuluisse non valere clausulã prędictam: quia legitimatio non potest fieri pro parte sed quoad omnia, aliàs esset monstrum, quod esset legitimus quo ad quædam & quo ad quædam non per tex. in dicto capitulo per venerabilem. vbi dicebant esse casum iuncta gloss. in capit. cum inhibitio. de cland. despon. tamen postea dicit se cum pluribus alijs consuluisse cõtrarium, quod licet ipsa propriè non sit legitimatio postquam fit aliqua reserua
3 tio. nihilominus erit quædam dispensatio, † quę fieri potest quòd ad quædam, & quòd ad quædam non, vt habeatur pro legitimo in quibusdam, licet nũ sit legitimus. l. cum ex oratione. ff. de excusa. tut. & cũ Castren. transit ibi Alex. in prima columna & Curt. Sen. Idem Castren. in l. sed si hac. §. patronum. il secundo, ff. de in ius vocan. vbi ex hoc infert se consuluisse, quod in omni materia vbi filij legitimati ex-
4 cludunt fœminas: vt est quando statutum dicit † q, existentibus filijs masculis fœminæ non succedant, quod statutum prędictum locum habet in legitimatis simpliciter: secus si cum aliquo pacto: quia ista non esset legitimatio sed dispensatio, quam limitationem benè notandam inquit ibi Ias. columna secunda: quia vtilis: rursus in l. si ab eo. C. de legitim.
5 hæred. vbi tradit: quod quasi † monstrum esse videretur, quod quis reputetur legitimus, & non legitimus, cum duæ qualitates cõtrariæ esse non possint
6 in eodem subiecto, sicuti quis non potest esse † liber quòd ad quædam & quo ad quædam seruus. l. pariter in fin. C. de libert. caus. & ideo quòd cum legitimatio sit quædam integratio status, quæ non potest fieri nisi quoad omnia: quia quis non potest esse in duplici statu contrario, quod si aliquid reseruatur, puta quod legitimatus non possit succedere patri vnà cũ alijs legitimis & naturalibus, prout frequenter contingit, illa non erit ppriè legitimatio, sed dispensatio, quæ benè potest fieri quoad quædam & quòd ad quædam non & quod remanebit ille illegitimus, licet ipsa illegitimitas sit velata quòd ad quædam & quo ad quædam non l. 2. C. de iure aur. annul. Rursus in rubrica C. de iur. aur. annul. & in consilio 221. secundum antiquam impressionem: ex qua sententia Paul. inquit Bero. in consilio 175. numero decimo quinto, volumine secundo, quod si-
7 militer dicetur dispensatio † quando fieret legitimatio cum clausula, absque præiudicio venientium ab intestato: quia non dicitur legitimatio simpliciter sed secundum quid legitimatio dicitur fieri & cum hac restrictione, ergo dicetur dispensatio propriè: quia per illam spurius plenè non restituitur sed cũ certa modificatione, vt in terminis voluit Bald. in consilio 254. inter consilia Angel. Crot. in consilio 113. numero vigesimo secundo. post Corne. in consilio nono, circa fin. in quarto volumine. Accedunt quoque scripta per Alexand. in consilio vltimo volumine quinto, & in consilio 30. volum. 4. vbi dicit, quod ista non est propriè legitimatio sed dispensatio, cum non sit legitimus quo ad omnia. Gozad. in consilio 92. columna tertia. versic. quarta conclusio. Ruin. in consi. 109. col. 6. versi. quarto principaliter.

volu.3.Iaſ.in conſi.40.col.2.in fi.vol.3.Roman in l. qui ſuperſtitis.de acq. hæred.

¶ Sed præmiſsis non obſtantibus concurrendo cum Magnificis Dominis conſulentibus, q in hoc articulo ſcripſerunt, contrariam ſententiã in caſu, de quo agitur, veriorem fore arbitror. q imò per legitimationem dictę dominæ Fleridę oblatam per Magnificũ dominum Philibertum eius partem ſatisfactũ ſit dicto capit.conuentionis & promiſsionis de quibus ſuprà: quoniã legitimatio oblata eſt vera &
8 propria legitimatio, cum p eam tollatur † omnis defectus natalium, quem poſſet pati: omniſq; labes & maculà genituræ ſuæ, & omne iuris obſtaculum & per eam reſtituatur ad primęuaiura, quibus omnes liberi & legitimi naſcebantur, & ex toto deſinat eſſe illegitima, adeò q amplius ſpuria appellari non poſsit.l.Imperialis.vbi Bal.& Saly.C. de nupt. Rui. in conſ.86.col.2.verſic.ſed tamen. volum.3. Gozad.
9 in conſi.6.num.62. vbi † legitimare eſt abolere maculam & defectum natalium, ſeu uatalibus reſtituere. Iaſ. in dicto conſilio 40. columna tertia; Dec.in conſil.258.colum.fi.verſic.vltimo non obſtat, & in conſi.264.colum.pen.in princip.Alba. in conſilio 7. numer. quarto, vbi dicit hanc eſſe propriè legitimationem cum perſona fuerit generaliter & adſolutè habilitata & reſtituta ad omnes gradus, honores, &c. Pariſ. in con.ſeptimo, colum. tertia, in fi.vol. 2.
10 Didac.in tomo primo §.8.in princ.vbi ſic ait † legitimatio eſt quædam natalium reſtitutio, quæ abſque coniugio natis extra cauſam ingenuitatis conceditur. Nam ſicuti libertinus qui in eo ſtatu vel ſeruitute natus fuit à Principe reſtituitur illis natalib.l. 2. ff.de nat.reſtit. ita illegitimæ natus antiquę ingenuitati & naturæ, ex qua omnes legitimi naſcuntur, reſtituitur per legitimationem.vt in auth.quib.mod. nat. effi.ſui in prin.& in §.illud tamen: vnde à diſpenſatione plurimũ diſtat, eo quod diſpenſatio ad aliquem actum vel certis quibuſdam legibus aliquem
11 legitimũ efficit, ſed legitimatio omnino legitimũ quem conſtituit, Butr.in c. per venerabilem. nu. 16. & ibi Abb.& gloſ.prima, qui filij ſint legit. Docto.in l.ſed ſi hac.§ patronum.de in ius vocan. in l.Gallus. §.& qui ſi tantùm.ff.de lib.& Poſthum. Cum igitur iſta ſit vera & propria legitimatio & aliquo modo non poſsit dici diſpenſatio, ſequitur quod per dictũ Dominum Philibertum erit ſatisfactum dicto capitulo, de quo ſuprà, per talem legitimationem.

¶ Nec habet obſtare: q legitimatio quæ offertur per Dominum Philibertum fuit limitata: dum vult q ea non poſsit ſuccedere niſi in eo quod patri placuerit, quo caſu iſta non eſt vera legitimatio ſed diſpenſatio, vt ſuprà exaduerſo dictũ fuit. Quia reſpondetur, quòd adducta in contrarium loquũtur & locum ſibi vindicant, quando quis limitatè fuit habilitatus ad ſuccedẽdum vel legitimatus cum iſta clauſula, quod ſuccedat patri in eo quod ſibi placuerit,, & ita loquitur Paul. de Caſtro in locis ſupra relatis. Nam negari non poteſt iſto caſu, cum legitimatio ſit limitata, quin limitatum producat effectum.l.in agris.ff.de acqui.rer.dom.& ideo quod talis non dicitur abſolutè legitimatus quia perſona integra nõ
12 fuit, ſecus eſt quãdo † legitimatus ad natalium iura reducitur, & omnis macula genituræ penitus tollitur & legitimus conſtituitur: quia tunc ceſſant not. per Caſtren.& alios vbi ſupra. Nec vis fienda eſt in eo, q ſucceſsio limiteturin eo quod patri placuerit: quia licet in iſta parte effectus legitimationis limitetur, nihilominus nõ videtur quod ipſa legitimatio quæ reſpicit integritatẽ perſonæ limitata dicatur,
13 quia † effectus ſuccedendi ſeparatus eſt ab ipſa legitimatione. Vnde licet effectus ſuccedẽdi limitetur, non tamẽ ipſa legitimatio limitata videtur, ita Soc. in conſ.246.col.3.verſ.2.prima legitimatio, vbi inquit, q licet tollatur effectus ſucceſsionis, remanet tamen legitimatio integra & perfecta, quam ſententiam ſequitur Dec.in conſi.258.col. pe. vbi pro confirmatione dicit, q etiam videmus, q † ius cognationis tolli poteſt, glo. in §. quod autem inſtitut.de capit.dimin. Roma.in conſi.82.& tamen cognatio ipſa & ſanguinis coniunctio tolli non poteſt.l.iura ſan
14 guinis.ff.de reg.iur. Item & quia † licet per ſuperuenientiam filiorum legitimorũ legitimatio prius facta ſecundum communem opinionem non reuocetur, effectus tamen legitimationis limitatur, & reſtringitur: quia cum ipſo legitimato concurrunt filij ex legitimo matrimonio poſtea nati.l.ſi vnquam. C.de reuocan.donat.& ſic patet, q legitimatio firma maneat, licet effectus legitimationis aliqua ex parte minuatur, rurſus in conſilio 264. columna pe
15 nultima, in princip.& in l.pactum † quod dotali.C. de collat. Curtius Senior in conſilio ſeptuageſimotertio, columna decimaſexta, verſiculo ſecundo reſpondemus. Ruin.in conſilio 75. numero duodecimo, volumine tertio, vbi tradit, quod dictum Paul. procedit & locum habet in diſpenſatione collatiua, prout eſt illa quæ fit quò ad quid in futurum, & non in reſtitutiua, ſicut quando fit etiam vt ex tetro, pro ut quando reſtituitur antiquis natalibus ſiue priſtino iuri naturæ & penitus aboletur omnis macula genituræ, vt in caſu præſenti offertur, vt declarat Anto.de But.in dict. cap. per venerabilem. columna 17.verſicul. nunc vltimo videmus. Item in numero vndecimo, verſicu.vnde ad hoc etiam. inquit quod ad hoc vt quis dicatur verè legitimus ſatis eſt, quod ſit plenè reſtitutus natalibus, quamuis in dependentibus & conſequutiuis à legitimitate in aliquibus differat ab alijs: quia ſine iſtis poteſt ſtare legitimitas & ab eis ſeparati & ideo ſubdit, q quamuis quis non ſit capax ſpiritualium, non tamen per hoc ſit quin poſsit eſſe legitimus, & deueniendo ad caſum noſtrum, tradit ſequendo Socin. vbi ſuprà, quod vbi quis legitimatur & natalibus reſtituitur cum reſeruatione, quod nõ poſsit ſuccedere niſi in eo quod ei fuerit relictum à patre, efficitur legitimus & quòd dicitur ſimpliciter legitimatus & non diſpenſatus: quia potentia ſuccedendi, quę eſt ablata per dictam reſeruationem, dicitur eſſe ſeparata à potentia legitimandi, per not.per Barto. in l. is poteſt.ff.de acquiren.hæredita. Rurſus in conſi.octuageſimo ſexto, columna ſecunda, volumine eo. & in conſilio 145. numero quarto, volumine eo. Alba. in conſilio ſeptimo, Zuccard.in l. poſthumo. numero quadrageſimotertio. C. de bon. poſ. contra tab. vbi dicit, conſiderandum eſſe an reſtrictio fiat circa ipſam reſtitutionem natalium, aut circa effectus à reſtitutione & legitimatione reſultantes: quia primo caſu, quando reſtringitur legitimatio reſtitutiua, vt quia non legitimatur abſolutè ſed quo ad certos effectus, vt puta poſsit ſuccedere in eo quod pater ei dederit, & iſto caſu iſta non eſt legitimatio ſed potius diſpenſatio, ſicut in eo qui impetrabat, vt poſſet annulos aureos portare. Nam non efficiebatur ingenuus ſed ſolum quo ad illum actum habebatur pro ingenuo, vt per Caſtre. in dicta Rubrica, aut verò reſtrictio ſit ſolùm circa effectus legitimationis, vt eſt quando abſolutè reſtituitur natalibus in forma pleniſsima & oportuna, deinde Imperator dicit, volumus tamen, vt patri ſuccedere non valeas, niſi in eo quod tibi reliquerit, & iſto caſu cum legitimatio non ſit illa quæ reſtringitur, ſed effectus qui reſultabat à legitimatione eſt ille: qui reſtringitur, & tunc dicendum eſt, quod ſit vera legitimatio &

non

non dispensatio. vt latè declarat Soc. in l. sed si hac. §. patronũ. de in ius vocan. & in consilio suprà citato 246. Hanc quoque sententiam amplectuntur Pari. in consi. 7. nume. 17. vol. 2. vbi inquit. hanc legitimationem restitutiuam, cum dicta reseruatione esse veram legitimationem: & latius in prin. 2. col. vbi ait hanc esse veram & propriam legitimationem, Goz. in consilio 6 num. 64. Soc. Iun. in consi. 93. nu. 41. volu. 3. & Didac. in primo Tomo in c. 8. secunda part. col. 2. cùm seq. Alc. in pareg. Iuris lib. 3. cap. 4. in fin. & in consi. 205. circa fin. Cùm igitur ista legitimatio quæ offertur, licet cũ dicta reseruatione, sit vera & propria, concludendum venit, ꝙ dictus Magnificus dominus Philibertus videatur satisfacere d. cap. inito inter quondam dominum Franciscũ eius patrem & dominum Augustinum Scaliam; & ad vlteriora non teneri.

16 ¶ Non obstat illa ratio, ꝙ † quis non potest esse pro parte legitimus & pro parte non, vt in d. capit. cum inhibitio. quia si illa legitimationem oblatam accipere voluerit in totum desinit esse illegitima, quamuis priuata aliqua potentia, quæ potuit separari, vt supradictum fuit, & propterea dicta per Castren. in locis suprà citatis, & sequacium poterunt habere locũ, quando legitimatio esset facta impropriè per dispensationem, secus quando expressè restituitur pristinæ naturæ & omnis geniturę macula remoueatur, sicut in casu de quo agitur fiet: quia tũc verè erit legitima, & ex toto desinit esse spuria, quãuis non possit succedere patri nisi in eo, quod sibi reliquerit vel placuerit. ita Ruin. in citatis consilijs 75. num. 13. & 86. col. 2. quod est etiam de mente omnium Doctorum suprà citatorum.

17 ¶ Vltimò, nõ obstat ꝙ † legitimatio non dicitur sed dispensatio, quando quis legitimatur, cũ clausula absque præiudicio veniẽtium ab intestato. Quia respondetur: ꝙ quando quis est absolutè, & plenè legitimatus: licet cũ illa reseruatione: dicitur verè legitimatus & non dispensatus: vt in terminis decidere videtur Gozad. in consi. 6. num. 63. vers. nõ obstat, quòd sit apposita clausula. vbi dicit: ꝙ quando quis est restitutus natalibus simpliciter & obsolutè. licet sit apposita illa clausula: sine præiudicio veniẽtium ab intestato: illa clausula non facit, quin dicatur verè legitimus, & plenè legitimatus: quia ista clausula solũ respicit effectus succedendi, qui separatus est ab ipsa legitimatione. & licet sit limitata successio, seu effectus succedendi, tamen non dicitur limitata legitimatio: quia ex diuersis non infertur l. Papinianus exuli. ff. de mino. Didac. vbi suprà. num. 3. vbi dicit hanc non esse dispensationem sed legitimationem veram & propriam.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt aliena ri ex causa dotis, vbi bona mariti non supersunt, in quibus dotes vxor consequi valeat.*

2 *Auth. res quæ. com. de leg. secundum crebriorem Doctorum sententiam, ita habet locum in restitutione dotis, sicut in constitutione.*

3 *Auth. res quæ. locum etiam habet si grauamen iniunctum fuit ante dotis constitutionem.*

4 *Auth. res quæ. locum etiam sibi vindicat, si testator expressè prohibuerit alienationem bonorum suorum.*

5 *Auth. res quæ. locum non habet, quãdo à testatore est expressè prohibita alienatio ex causa dotis.*

6 *Auth. res quæ. locum habet in liberis testatoris & non in transuersalibus.*

7 *Authen. res quæ. locum non habet quando expressè est prohibita alienatio ex causa dotis, pariter locum non habet, quando prohibita est alienatio per verba habentia, vim specialis prohibitionis ex causa dotis.*

8 *Testator si prohibet domum vendi, alienari, aut quouis titulo in alium transferri: sub illo verbo quouis titulo: vniuersali sui natura comprehenditur etiam titulus dotis.*

9 *Prohibita alienatio quoquo modo, intelligitur etiam prohibita alienatio necessaria, quæ sub simplici prohibitione non continetur.*

10 *Verba nullo modo quæ sunt præcisa: tollunt omneum viam in cõtrarium & potentiam: adeo quòd omnis dispensatio per illa verba dicitur prohibita.*

11 *Dictio nullo modo: dicitur habere clausulam decreti an nullatinam.*

12 *Testator si disponit in suo testamento, quòd res nullo modo alienetur per illa verba nullo modo, intelligitur velle, quòd etiam in casibus specialibus aliàs per missis alienari non possit.*

13 *Verba vniuersalia negatiua semper plus virium habent roboris efficaciusq; obligant ac magis præcisè astringunt, quàm affirmatiua.*

14 *Negatiua intensius negat, quàm affirmatiua affirmet.*

15 *Verbum quamcunque, quod est vniuersale, includit diuersa ab expressis.*

16 *Verba quauis causam: generaliter omnẽ causam considerabilem, & illegitimam important.*

17 *Verba grauaminis, si sunt vniuersalia & pinguia operantur, quòd in restitutione fideicommissi veniunt bona, quæ aliàs non venirent, sub simplici grauamine.*

18 *Dictio alius: addita dictioni vniuersali comprehendit maiora expressis.*

19 *Dictio etiam, auget.*

20 *Dictio penitus, tanquàm præcisa nullam recipit modificationem: seu limitationem.*

21 *Dictio penitus, æquipollet verbo omnino.*

22 *Dictio penitus, idem significat, quòd ex toto vel prorsus seu omnino, prohibitiumq; est omnis dispensationis.*

23 *Dictio penitus: significat idem quòd dictio omnimodo.*

24 *Dictio omnimodo & consequenter dictio penitus significant indistinctè, & idem quòd totaliter.*

25 *Statuto si caueatur, quòd agnati penitus excludant matrem, virtute illius dictionis penitus excluditur etiã à legitima.*

26 *Dictio in nihilo: est vniuersalis negatiua.*

27 *Dictio omnibus, quæ est vniuersalis prolata ab homine non recipit restrictionem.*

28 *Dispositio simplex, quæ sui natura non solet comprehendere futura, ea comprehendit per dictionem omnia: vniuersalem.*

29 *Alienatio omnium bonorum, si est permissa virtute illius dictionis omnium: comprehenduntur nedum bona tacitè prohibita alienari, sed etiam expressè.*

30 *Feudum concessum pro se & hæredibus, licet non transeat ad hæredes extraneos: tamen hoc fallit si dicatur, pro se & quibuscunque hæredibus.*

31 *Dictio integraliter, importat idem quòd totaliter.*

32 *Statuto si disponatur: quòd præmoriente vxore sine liberis masculis maritus lucretur integram dotem: virtute illius verbi integram: maritus etiam lucrabitur dotem in præiudicium filiorũ primi matrimonij.*

33 *Verba in omnibus & per omnia, apposita in testamento intelliguntur, siue aliqua diminutione.*

34 *Trebellianica etsi nõ censeatur prohibita, nisi expressè &*

sè & specialiter prohibeatur, tamẽ sufficit, quòd prohibeatur per alia verba æquipollentia, & ex sui natura hoc importantia, vt si testator iussit totam hæreditatem restitui.

35 *Expressum id dicitur, quod includitur ex natura verborum.*

36 *Illud quod resultat ex verbis testamenti habetur pro expressõ & scripto, & de eo iudicatur vt de tali, etiam quando pro forma actus deberet esse expressus.*

B7 *Dispositioni l. hac edictali. C. de secun. nup. derogatum esse censetur, si per verba statuti potest apparere statuentes voluisse ei derogare: licet expresse in statuto non fiat mentio expresse de ipsa derogatione.*

CONSILIVM XXVII.

EX Conclusionib. infrascriptis prima facie dicendum videretur, quòd hęc Nobilis Matrona debeat cõsequi restitutionem dotium suarũ aliàs datarum, quondam eius marito in bonis subiectis fideicõmisso, facto per quondam Magnificum Dominum Annibalem Cõstantium in suo vltimo testamento.

¶ Prima igitur est conclusio, ꝙ quando nulla supersunt bona mariti defuncti in quibus vxor dotes
1 suas consequi valeat † bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt alienari ex causa dotis auth.
2 res quæ. com. de leg cuius quidem legis † depositio ita procedit in restitutione dotis sicut in constitutione, vt volũt Bart. & cæteri in dicta auth. res quæ. & Docto. communiter post Bart. in l. filius familiâs. & diui. ff. de leg. 1. quàm sententiam communem sequuntur Rub. Alexand. in consilio 78. colum. 2. in prin. Rui. in consilio 137. colum. penult. volumine 2. 199. numero 4. volum. eod. & in consilio 57. nume. 5. Didac. in lib. 2. variar. resol. cap. 6. versi. 4. nõ tantum, dixi in consilio 85. numero 30. volum. 1. & hanc esse frequentiorem Doctorum sententiã firmat Soc. Iun. in cons. 119. numero septimo, volum. secundo.

3 ¶ Secunda est conclusio, ꝙ † dispositio dictæ auth. res quæ locum etiam habet, si grauamen iniũctum fuit ante dotis constitutionem: quia semper viget ratio necessaria oneris dotem ipsam restituendi. §. quam obrem. in auth. de restit. & ea quæ parit. ne fideicõmissi ignorantia mulieres defraudentur, quòd expresse probatur in dicta auth. res quæ, vbi in rebus subiectis fideicommisso filius grauatus potest restituere dotem pro filia. Cùm igitur hæc iura velint & permittant huiusmodi dotis constitutionem fieri posse, non obstante ꝙ bona sint subiecta fideicõmisso, clarè datur intelligi, ꝙ loquantur, quãdo grauamen fideicommissi erat iniunctum ante dotis constitutionem: quia si ipsa dotis constitutio præcederet grauamen non diceretur filius res subiectas fideicommisso obligare, ex quo tempore obligationis non erat fideicommissum, quam partem vti communem sequitur Didac. vbi suprà versi. 4. non tantũ. Soc. in consilio 23. volum. 3. Anan. in cõsil. 61. Dec. in consilio 519. numero 2. Rub. Alexan. in citato consilio 78. Gozad. in consilio 97. nume. 10. Dixi in allegato consil. 95. numero 29. & hoc frequẽtiori calamo receptum fore inquit Didac. vbi suprà.

¶ Tertia est conclusio, ꝙ dispositio ipsius auth.
4 locum etiam habet si † testator expresse prohibuerit alienationem bonorum suorum, vbi per Scriben. & in dicto §. diui. Ruin. in consilio 123. numero 4. volumine 2. vbi asserit hanc esse magis communem Didac. vbi suprà cap. 6. versi. 2. hoc in tractatu, vbi ait legem ipsam locum habere non tantum, vbi est tacita prohibitio alienationis, sed etiã si expresse à testatore sit alienatio prohibita. Alexand. in consilio 56. volumine 1. Castr. in consilio 13. secundũ antiquam impressionem, Dec. in consilio 519. Goz. in consilio 97. columna secunda, quòd sanè intelligendum est, quãdo simpliciter est prohibita alienatio,
5 secus vbi testator † expresse prohibuisset alienationem etiam ex causa dotis: quia tunc auth. res quæ. non habet locum, propter expressam voluntatem testatoris, quæ derogat volũtati tacitæ & præsumptæ. Alex. in dicto consilio 56. numero 3. Crot. in d. §. diui. columna 18. vbi etiam Loaz. nume. 360. Didac. vbi suprà in versi. 5. Ruin. in consilio 123. nume. decimo, volumine 2. Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus. columna 16. versic. vtrum. C. de inoffi. testam.

6 ¶ Quarta est conclusio, quòd † licet dispositio dictæ authen. locum non habeat in transuersalibus, tamen secus est in liberis testatoris, secundũ Bartol. & alios communiter in dicta auth. res quæ. Paul. de Castro, & alij in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebe. Aret. in consilio trigesimo septimo, in secundo dubio, Ruin. in consilio 137. numero decimo septimo, volumine secundo, Socin in consilio 73. numero quinto, volumine quarto, Didac. vbi suprà in versi. illud tamen. Port. in consilio 61. numero tertio. Cuman. in dicto §. diui. in fin. vbi Loaz. numero 361. fatetur hanc esse communem. Cũ igitur simus in casu in quo nulla extant bona mariti defuncti, & agitur de restitutione dotium expressarum in prohibitione alienandi, & maritus prædictus sit filius testatoris, qui fideicõmissum in suo testamento ordinauit: ex his sequi videtur, quòd alienatio dictorum bonorum fideicommisso subiectorum pro restitutione dotium huius Magnificæ Matronæ fieri possit.

¶ Verũ præmissis non obstantibus contraria sententia in casu, de quo agitur, verior de iure esse videtur, vt ex sequentibus apparebit, quoniam cõmuni calculo receptum est, quòd
7 † si prohibitio specialis alienationis (vt dictum fuit) sit ex causa dotis, non habet locum dispositio dictæ auth. res quæ. ergo & idem dicendum venit, quando prohibitio alienationis est facta per verba habentia vim specialis prohibitionis ex causa dotis, & quæ dictam causam de necessitate comprehendunt, vt in terminis decidere videtur Ruin. in consilio 123. columna 3. in
8 fine. volum. 2. vbi dixit, ꝙ † si testator prohibuit domum vendere, alienare, aut quouis titulo in alium transferre, sub illo verbo quouis titulo, vniuersali sui natura, comprehenditur etiã titulus dotis, quia qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus, de leg. 3. & mouetur ex notatis in l. quidam. §. primo. iuncta glo. in verbo, quoquo modo. ff. de fideicom. liber.
9 vbi † prohibita alienatione quoquo modo, intelligitur etiam prohibita alienatio necessaria, quæ sub simplici prohibitione non continetur. l. peto. §. prædium. de legat. 3. si ergo in casu prædicto ratione illius verbi quoquo modo, includitur casus dotis, quanto magis id dicendum videtur in casu præsenti vigore dictionum & verborum vniuersalium, geminatorum & plusquam triplicatorum infrascripti capituli. Mandauit ꝙ idem testator bona sua nullo modo diminui posse nec per detractionem legitimæ seu falcidiæ seu Trebellianicæ, vel ob quamcunque aliam causam etiam piam, nec per contractum vel quasi: quia voluit effectu, idem testator ea bona remanere debere quocunque tempore penitus illæsa, & in nihilo diminuta, ad hoc vt dispositio

tio ipsius in quocunque casu plenissimum effectum
fortiri valeat perpetuò in omnibus, & quibuscun-
que bonis suis, præter supradicta mobilia & se mo-
uentia integraliter in omnibus & per omnia. Nam
primò ponderanda sunt illa verba nullo modo di-
10 minui posse, † quæ sunt præcisa & tollunt omnem
viam in contrarium & potentiam, adeò quòd o-
mnis dispensatio per illa verba dicitur prohibita.
glo. in clem. 2. in verbo nullo modo de ætate & qua
11 lit. Alexand. in l. fin. C. de milit. testa. & quæ † dictio
dicitur habere clausulam decreti annullatiuam, Zẽ
ze. in cle. prima, de sequest. poss. & fruct. inferens, ꝙ
vbi ius loquitur per verba vniuersalia nullo modo
vel nullatenus, tacitum in se videtur habere decre
tum & tollere omnem potestatem aliter disponen-
di, Gozad. in consilio 25. numero nono, & in consi-
12 lio 71. numero 4. vbi inquit, quòd quando † testa-
tor disponit in suo testamento, ꝙ res nullo modo
alienetur, per illa verba nullo modo, intelligitur
velle, ꝙ etiam in casibus specialibus aliàs permissis
alienari non possit, per text. in §. sanctissimas. in au-
then. de alie. & emphy. Craue. in consilio 201. num.
42. & hoc maximè dicendum est in hoc casu, vbi ista
13 verba vniuersalia sunt negatiua, † quæ semper plus
virium habent & roboris, efficaciusq; obligant ac
magis præcisè astringunt, quàm affirmatiua. Arch.
in c. si peccauerit. secunda quæstione prima, Tira-
quel. in repe. l. si vnquam. in verbo reuertatur, nu-
14 mero trigesimonono. C. de reuocan. dona. Nam † ne
gatiua intensius negat, quàm affirmatiua affirmet,
glo. in capit. cum dilectus. de consuet. Paris. in consi
lio 151. numero vigesimo, volumine 3. 97. numero
36. volum. 1. Bero. in consilio 37. numero 11. volum.
2. & 117. numero 5. vol. eo. dixi in tract. dotis quæsti
one 31. num. 7.

¶ Vlterius ponderanda etiam sunt alia verba, vel
15 ob quãcunque aliam causam, quòd verbum † quã-
cumque stat augumentatiuè. l. ea tamen adiectio.
de leg. 3. & vniuersale est c. nemo potest. prima distin
ctione. Soc. in consilio 16. colum. prima, volum. primò, & per consequens includens diuersa ab expres
16 sis, So. in consilio 2. volum. 1. vbi dicit, ꝙ † ista verba quauis causa, generaliter omnem causam consi-
derabilem & illegitimam important, glo. in verbo, quauis causa. in Clem. 1. de re iud. Ruin. in consilio
72. numero tertio, volum. 3. vbi virtute dictionis
quibuscunque, quæ est vniuersalis, veniunt ea quæ
non venirent, sicut videmus, quod in restitutione
17 fi dei commissi, si † verba grauaminis sunt vniuersa-
lia & pinguia, veniunt bona, quæ aliàs non venirẽt
18 sub simplici grauamine. Adest & dictio † alius, quæ
addita dictioni vniuersali, comprehendit maiora
expressis. Clem. 1. vbi Imol. de re iud. glo. in capitu-
lo quãuis. in verbo quoslibet. de elec. in 6. Dec. in l.
si fugitiui. num. 34. C. de seru. fugi. Goz. in consil. 6.
numero 43. vbi dicit, quòd licet dictio alius, alia im
plicet similia & non maiora expressis c. sedes. de re-
script. tamen fallit si dicatur quibusuis alijs: quia in
cludit maiora expressis, Ruin. in consilio 73. nume.
ro 20. volum. 3. Decis. Pedemon. 57. numero 7. Di-
xi in consi. 61. nu. 42. vol. 1. Considerandæ sunt quo-
19 que verba ẽt in piam causam † quæ dictio etiã, au-
get. l. etiam ff. solu. matri. Alcia. in consil. 75. num. 6.
in 3. Tomo. ex quibus verbis satis apertè colligitur,
quòd si testator voluit alienationem fieri posse in
piam causam, nec etiam voluit eam fieri posse pro
restitutione dotis. Nam pia causa multis potuit pri
uilegijs, de quibus per Tiraquel. in tract. de priuile.
piæ. cau. Item etiam põderanda sunt illa verba quo-
cunque tempore, quæ (vt suprà dictum fuit) sunt
vniuersalia, & quę comprehendunt omne tempus:
20 similiterq; alia sequentia penitus illæsa, quę † dictio
penitus, tanquam præcisa nullam recipit modifica
tionem seu limitationem, Ange. in consilio 27 per
text. in l. ambiguitatem. Cod. de vsufruct. Crot. in
21 consilio 32. numero vigesimo, vbi dicit † dictam di
ctionem æquipollere verbo omnino, & operantur
quòd dispositio non recipiat aliquam modificatio-
nem, sed intelligatur simpliciter & omni casu. l.
Græcè. §. illud. ff. de fideiusso. Gozad. in consilio vi-
gesimoquinto, numero nono, vbi dicit, quòd
22 † istud verbum penitus, idem significat, quòd ex to
to vel prorsus seu omnino, & quod est prohibitũ
omnis dispensationis, rursus in consilio 71. nume-
ro quarto, Paris. in consilio 68. numero vndecimo,
volumine primo. Port. in consilio quadragesimo-
secundo, numero 91. Ruin. in consilio 117. numero
23 decimo, volumine tertio, vbi † dictio hæc idem si-
nificat, quod dictio omni modo. l. prima. C. de gla-
dia. lib. vndecimo, iuncta rubrica & not. glo. in cle-
24 men. prima, de preb. quæ † dictio omnimodo & cõ
sequenter dictio penitus significant indistinctè, &
idem quòd totaliter, text. est vbi gloss. & Bart. in l. si
cum exceptione. §. sed quatenus. ff. quòd met. cau.
Iterum in consilio 41. numero octauo, volum. eod.
25 vbi concludit, quòd † stante statuto, quòd agnati
penitus excludant matrem, quòd virtute illius di-
ctionis penitus, quæ importat idem quòd omninò
& per consequens indistinctè, mater excluditur à
legitima, rursus in consilio 154. numero 8. volum.
1. Soc. in consi. 20. in fin. vol. 2.

¶ Præterea inspicienda sunt etiam illa verba in
26 nihilo diminuta, † quæ dictio nihil, est vniuersalis
negatiua. l. si is, qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub.
Alex. in l. qui vsumfructum. colum. pen. in fin. ff. de
verbor. oblig. in consil. 58. colum. 1. volum. 6. & in
consil. 137. num. 10. volum. eod. Cepha. in consilio
186. numero 13. Ias. in l. prima. nu. 82. de vulg. & pu-
pil. Gerard. Mazol. in consil. 2. num. 27. pro quo fa-
ciunt ea, quæ dixit in tract. de lucro dotis. quæst. 31.
accedunt quoque & alia verba, ad hoc vt dispositio
illius in quocunque casu plenissimum effectum sor
tiri valeat, quæ excludunt omnem casum virtute
dictorum verborũ. Nam si aliter diceremus, quòd
dicta verba non comprehenderent casum dotis, se-
queretur, quod dispositio testãtis quocunque casu
non sortiretur plenissimum effectum, & ideò, vt
dicta verba posita cùm ministerio non intelligan-
tur frustratoriè apposita, contra. l. si quando de le-
ga primo, vtique dicendum venit verba ipsa com-
plecti casum dotis. Item etiam considerandæ veni-
unt alia verba in omnibus, & quibuscunque bonis
27 suis & primò, dictio omnibus, † quæ est vniuersa-
lis, adeo quòd prolata ab homine non recipit restri
ctionem, Bart. l. generali. §. vxori. de vsufruct. leg.
Ruin. in consilio 61. numero decimoquinto, vol. 5.
vbi illa dictio non recipit restrictionem de habilita-
te, & non solũ stat vniuersaliter respectu rerum sed
etiam temporum. facit, quod notat Bald. in l. omnia
28 priuilegia. C. de Episc. & Cleri. vbi † dispositio sim-
plex, quæ sui natura non solet comprehendere fu-
tura, ea comprehendit per dictionem illam omnia,
vniuersalem, Ruin. in consilio 76. numero nono,
volumine quinto, & in consilio 109. numero nono,
29 volum. 2. vbi concludit, quòd † si alienatio omniũ
bonorũ est permissa virtute illius dictionis omniũ,
quæ est vniuersalis & nihil excludit, comprehen-
duntur, nedum bona tacitè prohibita alienari. vt
subiecta fideicommisso, sed etiam expresè prohibi
ta alienari, dixi latè in consilio 87. numero octauo,
cùm pluribus sequentibus, volum. secundo, & eo
magis hoc dicendum videtur, cum fuerit etiam

addita

addita dictio quibuscunque, quæ est vniuersalis, vt supradictum fuit, quod etiam comprobatur, ex his quæ scripsi in consilio 96 numero 36. volum. primo, & in consilio 79. volum. eod. vbi demonstraui
30 communem esse conclusionem, ℣ † licet feudũ cõcessum pro se, & hæredibus non transeat ad extraneos hæredes, tamen hoc fallit si dicatur, pro se & quibuscunque hæredib. & in cõsilio 71. numero 7. volu. eod. vbi vigore dicti verbi vasallus potest de feudo testari.

¶ Penultimò, aduertendum quoque venit ad dictionem integraliter, positam in depositione ipsius
31 testatoris, quòd † verbum integraliter importat, idem ℣ totaliter. Alexand. in consilio 201. numero 7. volumine 6. Ruin. in consilio 119. numero 6. volumine 3. Paris. in consilio 116. numero 14. volum. primo, Ioan. de Amicis in consilio 12. numero 29. Natta in consilio 464. numero 9. Hinc videmus, quòd
32 † stante statuto ℣ præmoriente vxore sine liberis maritus lucretur integram dotem, virtute illius verbi integram, maritus etiam lucrabitur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, vt latè dixit in tract. de lucro dotis, quæst. 38.

¶ Vltimò, in dicta dispositione dicitur in omni-
33 bus & per omnia † quæ in testamento apposita intelliguntur sine aliqua diminutione, iuxta tradita per Doctores in prima, de lega. primò, Socin. in cõsilio 124 numero octauo, volum. primo. Nam ista verba sunt maximi momenti, vt patet per ea, quæ notat Crot. in consilio 103. numero 11. Paris. in consilio 71. numero septimo, volum. primo, Soci. Iun. in consilio 124. numero octauo, volumine primo, Cepha. in consilio 186. numero 11. & in consil. meo 67. numero 42. volumine 3. consideratis igitur dictis verbis, & dictionibus vniuersalibus, de quibus suprà, quæ nedum sunt geminatæ & triplicatæ, sed quinquies geminatæ, quæ demonstrant enixam voluntatem disponentis, iuxta l. baliſtam. ad Trebel. Ruin. in consil. 171. numero 11. volumine 3. illam ℣ fuisse, quòd nullo modo, casu & tempore possint bona ipsius testatoris diminui, sequi videtur, quòd etiam vigore dictorum verborum, & dictionum intelligatur prohibita alienatio ex causa dotis: quia si aliter diceremus resultaret, quòd dicta verba & dictiones remanerent superfluè positæ, quod non est dicendum, per l. si quando. de lega. primò.

¶ Non obstat, quòd si non est prohibita expressè alienatio dotis habet locum auth. res quæ. Quia respondetur, quòd contrarium tenuit Ruin. in citato consilio 123. colum. tertia, & bene: quia expressum illud dicitur, quod includitur ex natura verborum, Bart. in l. fideiussor. §. meminisse. de legat. primò, Ruin. in consilio 148. numero 6. volu. 3. vbi con-
34 cludit, ℣ & si dicatur, quòd † detractio Trebellianicæ non censeatur prohibita, nisi expressè & specialiter prohibeatur, tamen sufficit quòd prohibeatur per alia verba æquipollentia, & ex natura sui hoc importantia, vt si testator iussit totam hæreditatẽ
35 restitui: quia † illud dicetur expressum, quod includitur ex natura verborum. rursus in consilio 159. numero 10. volum. eod. & in consilio 122 numero
36 11. volum. 2. vbi dicit, illud † quod resultat ex verbis testamenti habetur pro expresso & scripto, & de eo iudicatur, vt de tali, etiam quando pro forma actus deberet esse expressus. Nam pro expresso habetur, quod sumitur ex expressis, Bal. in l. prima, col. fin. C. de his qui ante apert. tab. Paris. in consilio 97. numero 107. volum. primo, istud etiam comproba ri potest ex his, quæ per me dicta fuerunt in trac. de
37 lucro dotis quæstio 25. vbi firmaui † dispositioni. l. hac edictali. C. de secund. nupt. derogatum fuisse, si per verba statuti potest apparere statuẽtes voluisse ei derogare, licet expressè mentionem non fecerint de ipsa derogatione.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. secũdæ. C. de rescind. vend. locum habet in transactione, sed contra num. 25.*

2 *Transactio fieri debet de re dubia & de lite incerta & de lite pendente, vel saltem, quòd sit probabilis timor litis.*

3 *Donatio vel retentio est de substantia transactionis.*

4 *Transactio dicitur non solùm, quando datur totũ pro toto, sed etiam quando totum pro parte, imò si plus detur quàm petatur.*

5 *Contractus transactionis introductus fuit ob bonum publicum, vt esset litium finis.*

6 *Statutum prohibens transactionem fieri generaliter loquendo non valet.*

7 *Iuramentum non valet, seu seruandum non est, si quis iurauit non transigere: quia tale iuramentum videtur contra bonos mores.*

8 *Instrumenta omnia, omnes ℣ probationes etiam per testes transactione facta annullantur, & ipso iure cassantur, quamuis expressè & specifice inter partes nihil dictum fuit.*

9 *Transactione facta non est licitum petere pœna ex veteri causa: quia trãsactio omnia vetera cassat & annullat.*

10 *Interpretatio magis in contractu transactionis, quã in alijs fieri debet ad effectum, vt ipse sustineatur & valeat.*

11 *Reipublicæ interest lites finiri & partes ab expensis releuari.*

12 *Transactio facta bona fide, secundum communem, præ textu instrumentorum nouiter repertorum non rescinditur.*

13 *Litium finiendarum fauore id quod per transactionem datur non repetitur, licet indebitum fuerit & quasi sine causa solutum.*

14 *Transactionis contractus dicitur litis finitæ impeditᵛ processum ad vlteriora.*

15 *Transactio adeo dicitur litis finitæ, quòd Principis rescripto infringi non debet.*

16 *Transactionis natura est, quòd litem totaliter finiat, ita vt amplius de decisis per eam lis non oriatur.*

17 *Transactio vim rei iudicatæ habet.*

18 *Venire sicut quis non potest contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam: quia facit de albo nigrũ & falsum mutat in verum non essentialiter sed quo ad effectum, ita nec contra transactionem.*

19 *Transactio non rescinditur ex pœnitentia.*

20 *Contractus transactionis est innominatus.*

21 *Pœnitentia regaliter locum habet in contractibus innominatis.*

22 *Transactio rescindi non potest data enormi læsione vltra dimidiam iusti pretij.*

23 *Transactio facta pro modico etiam super magna lite valet, dummodo sit facta ex causa.*

24 *Transactio si est facta pro minori quantitate, & in qua enormis læsio prætenditur, non potest peti vt ad arbitrium boni viri reducatur: quia in ea læsio propter dubium euentum litis cadere non potest.*

25 *Minori renuncianti cum iuramento minori ætati, restitutioni in integrum & omni legi, de qua possit se iuuare, non competit remedium l. secundæ. Cod. de rescind.*

26 *Remedium dictæ l. secundæ, competit data enormi læsione vltra dimidiam in magno excessu.*

27 *Læsionem allegans incumbit onus probandi, & nedũ læsionem*

læsionem vltra dimidiam iusti pretij in magno excessu habito respectu ad veram æstimationem rei, super qua est transactum, probare debet, sed valorē rei considerato dubio euentu litis, propter quod censeatur minus valere.

28 *Venditio & emptio differunt à transactione.*

29 *Glossæ auctoritas maior est cæteris.*

30 *Glossæ auctoritas omnes alias antecellit.*

31 *Glossam appellat Idolum suum* Cyn.

32 *Iudex debet se tenere opinioni glo. sicut qui nescit equitare tenet se ad arzonum.*

33 *Transactionem rescindendam non esse, in dubio pronũtiandum est.*

34 *Compromissum est stricti Iuris & strictè interpretandum.*

35 *Compromissum extendi non debet, nisi ad specificata, etiam si amplissimas clausulas contineret, & iuramẽto esset vallatum.*

36 *Iuramentum nihil operatur vbi deficit consensus.*

37 *Arbitrorum potestas dependit à compromisso.*

38 *Laudum latum super non comprehensis in compromisso redditur nullum.*

39 *Iuri suo vnusquisque renuntiare potest.*

40 *Moderato & arbiter vnusquisque est in re sua.*

41 *Reruntianti non datur vlterior regressus ad renuntiata.*

42 *Geminatio plus debet operari, quàm simplex funiculus.*

43 *Renuntiatio geminata, cùm magis enixam & deliberatam voluntatem renuntiantis demonstret, difficilius reuocatur.*

44 *Renuntiatio geminata supplet omnes solennitates omnemq; præsumptionem erroris tollit, & ius defuturo comprehendit.*

45 *Transactionem iuratam non obseruans, secundũ communem incidit in pœnam legis, si quis maior.* C. *de transact.*

CONSILIVM XXVIII.

VIsa Transactione, cum alijs iurib. ad me transmissis, ac locupletissimo consilio edito per Magnificum Dominum Ioan. Antonium Calderium, qui bene matureq; omnia discussit, sententiam ipsam tanquam bene fundatam cõfirmandam fore arbitror, & pro habenda resolutione præsentis consultationis duo principaliter veniunt discutienda. Primò, an transactio inita inter dominum Fabricium de Carretto, & dominos Bernardum, Ioannem Georgium & Cæsarem etiam de Carretto eius fratres de iure subsistere possit: Secundum est, an Dominum Isabella vxor secundo loco, quondam domini Antonij de Carretto possit contrauenire renuntiationi, per eã factæ in fauorem nominatorum in ea.

¶ Circa primam difficultatem, non recedendo à more meo solito primò arguam in fauorem dicti domini Fabritij. Et dico quòd transactio prædicta officere non potuit ipsi domino Fabricio: quoniã in ipsa enormiter fuit læsus & vltra dimidiã iusti pretij, adeò quòd sibi competit remedium. l. secundæ. C. de rescind. vend. quòd† quidem militat etiam in transactione, quæ videtur quædam emptio & vẽditio, qui enim transigẽdo aliquid recipit, videtur omnia ius suum vendere pro eo quod recipit, sicut ille qui vendit hæreditatem. l. secunda, in prin. ff. de hæred. vel actione vend. & sicut talis venditor non tenetur, si res aliqua renunciatur, vt ibi. ita etiã nec transigens si id quod transigendo dimisit aliquo recepto euincatur. l. si profundo. C. de transacti. & ibi Iaſ. propè finem, qui videtur facere talem æquiparationem. Quod autem dispositio dictæ l. locum sibi vindicet in transactione, hoc voluit ibi Bartol. in versic. vtrum hæc lex. in l. si quis cum aliter. versicu. quæro quid in contractu. ff. de verbo. oblig. & in l. si societatem. §. arbitrorum. colu. penul. ff. pro Socio. vbi Bart. inquit & declarat, non deberi considerari veram rei, de qua agitur, æstimationem, sed quanti valebit dubius ille & futurus euentus litis, puta quòd licet res, de qua erat quæstio, valebat centum aureis, tamen communi æstimatione euentus ille dubius & spes non valebat, nisi quinquaginta. Nam tunc si in transactione non receperit viginti quinque, & sic vltra dimidiam illius æstimationis futuri euẽtus fuerit deceptus, poterit vti illo remedio dictæ l. secundæ. & ista fuit opinio Bart. in l. Lucius. §. fina. ff. ad Trebel. vbi Raynu. Angel. Imol. & Paul. de Castro tenent hanc opinionem Imol. Ang. Rom. Paul. de Castro Hieron. Tort. & Aquen. in dicta l. si quis cum aliter. Imol. in capit. quintauallis. carta 16. de iureiurand. Butr. Card. Imol. Abb. & Anto. Burgos in cap. cum causam. de empt. & vendit. Salyce. in consi. incip. Matthias Franc. de Ramp. in consil. incip. ego Franciscus Flori. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Iacob. de Are. in dicta leg. secunda, Socin. in consil. 105. colum. fin. vol. fin. colum. & in regula 226. in octaua limita. Cald. in consilio 3. de transact. Ioan. de Anan in consi. 33. vbi Bolognin. in addit Abb. in consilio 64. colum. secunda volum. primo, Corne. in consilio 211. columna 5. ad fin. 241. circa fin. volum. 2. in consi. 161. colum. pen. 189. ad fi. 206. colum. quarta, volum. 3. & in consilio 17. colum. quarta, ad fin. volum. 4. Rub. Alex. in consil. 103. colum. secunda, Suarez. in alleg. 22. nume. 4. Bertran. in consilio 81. colum. fin. volu. primo. 199. colum. 3. volum. eod. consi. 12. colum. secunda, volu. 2. & 172. col. fin. vol. eo. & hanc esse cõmunem opinionem Doctorum firmant Cacialu. in trac. de transac. quæst. 12. Fabia. de monte in trac. de emp. & vendit. in octaua, quæst. princip. colum. 5. Dec. in consi. 203. colum. secunda, in consil. 60. colu. penul. dicens hanc opinionem in se habere æquitatem, quam iudex semper ante oculos habere debet. l. q; si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. & amplecti debet: quia obuiatur fraudibus l. in fundo. ff. de rei vindi. in cons. 551. columna 2. Soc. in consilio 84. colum. secunda, & sequenti, volum primo, Alb. in consi. primo, numero 22. & 89. colum. quarta, Natta in consilio 548. numero 11. Cagnol. in dicta l. secunda. nume. 80. & hanc sententiam, vti frequentiori calamo receptam sequitur Soc. Iun. in consilio 129. num. 48. volu. primo, vbi dicit ab ea non esse recedendum in consulendo & iudicando, & in consilio 98. columna 3. volum. 2.

¶ His tamẽ non obstantib. & verè ad casum istũ de quo agitur non facientibus, contrariam sententiam de iure veriſſimam arbitror, q; dicta trãsactio, vti valida rescindi non debeat, sed incõcusse obseruanda sit, cùm omnia necessaria ad validitatẽ transactionis interuenerint, & Primò † quia ipsa facta fuit de re dubia, incerta & de lite pendente, quæ valet. l. prima. ff. de transac. Dec. in consi. 351. columna secunda, vbi dicit q; ad hoc vt transactio valeat requiritur, q; sit lis vel probabilis timor litis. l. prima C. de transact. vbi Ang. dicit. q; propter hoc notarij in instrumentis semper apponunt, cùm sit lis vel esse dubitetur. Dec. in consilio 351. num. 2. versi. his tamen non obstantibus. in consil. 474. nu. 7. 479. col. fin. & 532. numero 10. Soc. Iun. in consi. 144. colum. prima, volum. primo, Bero. in consil. 176. nume. 28. volum. primo. Paris. in consil. 12. num. primo, vol. 2. & 150.

& 150. numero 7. volum. 4. Port. in consilio 15. numero 30.

3 ¶ Secundò, quia † interuenit datio, quæ est de substantia transactionis. l. transactio l. vltima. C. de transac. vbi est tex. ℣ transactio non valet aliquo nõ dato vel retento. Ruin. in consi. 132. numero 5. volumine primo, Bero. in consil. 176. nu. 19. volu. primo, vbi dicit, ℣ dummodo aliquid detur vel retineatur vel remittatur transactio tenet. Bal. in l. fin. colum.
4 secunda, C. de execut. rei iud. vbi ait, ℣ † est transactio non solũ quando datur totum pro toto, sed etiam si plus detur quàm petatur, vt per eum in dicta l. transactio, quem sequitur ibi Iaso. & ideò dixit Paul. de Castro in l. suus hæres. C. de repud. hæred, per illum text. quem reputat singularem, ℣ si reperiatur instrumentum tractationis, in quo non contineatur, quid datum vel retentum ex causa transactionis, ℣ nihil valet: quia ista est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur, vt per Bart. in l. sciendũ ff. de verbo. oblig. sequitur Alex. in dicta l. suus hæres. Ruin. in consil. 132. num. 5. vol. 1. & Iaſ. in dicta l. transactio.

¶ Tertiò, ℣ dicta transactio obseruanda veniat
5 & rescindenda non sit, probatur: quia † contractus transactionis introductus fuit ob bonum publicũ, vt esset litium finis. l. secunda, ibiq; Bal. & alij. C. de transac. l. fratris vbi etiam Docto C. eo. tit. Deci. in con. 630. num. 64 Afflict in decis. 220. in primo dubio. Neuiza. in consilio 50. num. 28. Paris. in consilio 96. numero. 57. volumine primo, Anton. Petr. in repet. l. prima, numero 412. ff. de iureiurand. Hinc est
6 ℣ † statutum prohibens transactionem fieri generaliter loquendo non valet, ea ratione inter cætera: quia per talem prohibitionem publica quies & publica vtilitas impediretur, vt singulariter determinat Calialup. in tract. de transact. in 22. quæst. qui etiam in sequenti ait, ℣ † non valebit iuramentũ, seu
7 seruandum non erit, quando quis iurauit de non transigendo. cũ tale iuramentũ videatur contra bonos mores, sequitur Soc. Iun. in consilio 32. numero 12. volum. 3. & in tantũ hoc ab omnibus admit-
8 titur, ℣ † omnia instrumenta & iura omnes ℣ probationes etiam per testes transactione facta annullantur & cessantur ipso iure, quamuis expressè & specificè nihil dictum fuerit inter partes. tex. est singularis in capit. primo, de transact. quem multũ ex-
9 tollit Bald. in rubrica eod. tit. vbi dicit, quòd † post transactionem nõ est licitum petere pœnam ex veteri causa: quia transactio omnia vetera cassat & annullat. subdens, quòd aliàs de hoc fuit magna quæstio de facto inter Regem Vngariæ & Venetos, ex qua nata fuit horribilis & pessima guerra. Anton. Petr. vbi suprà Iaſ. in dicta leg. fratris. columna prima, & Coraſ. in l. admonendi. numero 67. de iureiu-
10 ran. & † ideò in ipso contractu magis, quàm in alijs debet fieri interpretatio, vt sustineatur & valeat. argumen. cap. finem litibus. de dolo & contu. interest
11 † enim Reipublicæ lites finiri & partes ab expensis releuari. l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. peta. Deci. in consilio 630. numero quarto. Hinc videmus,
12 ℣ † transactio bona fide non rescinditur prætextu Instrumentorum nouiter repertorum. l. sub prætextu la prima, C. de transact. Dec. in dicto consilio 630. numero tertio, Lanfranc. in dicta l. admonendi. numero 14. ff. de iureiur. vbi asserit Doctores cõmuniter ita tenere Anton. Petr. vbi suprà numero 43. Bero. in consilio 176. numero 16. volu. primo, Soc. Iun in consilio 3. numero 9. volum. 3. hinc est,
13 ℣ † fauore litium finiendarum, id quod per transactionem datur non reperitur, licet indebitum fuerit, & quasi sine causa solutum: quia lex pro idonea causa habet, ℣ per transactionem fuerit à litè recessum. l. in summa. §. primo, & ibi Docto. ff. de cond. indeb. Soc. Iun. vbi suprà. Nemini enim dubiũ est,
14 ℣ † dictus contractus transactionis dicitur litis finitę & impedit processum ad vlteriora. dicta. l. fratres. vbi Docto. Beroius in citato. consilio 176. numero 17. l. eleganter. §. si quis post. de cond. indeb. c. primo, de lit. contest. in 6. & adeo dicitur litis finitæ, ℣ † rescripto Principis infringi non debet l. cau
15 sas. C. de transact. Decis. Pedemon. 91. numero 7. nisi secundum glo. ibi expressè illi legi fuerit derogatũ argum. tex. in l. si quis in princip. ff. de lega. 3. Cùm
16 † igitur de natura transactionis sit, ℣ litem totaliter finiat. glo. in l. prima, de iureiuran. l. minorem. C. de transact. & amplius de decisis per eam lis non oriatur. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. sequitur ℣ illi stare debet dictus dominus Fabricus, & quòd eam obseruare tenetur.

17 ¶ Quartò accedit. Nam † transactio vim rei iudicatæ habet. l. minorem. C. de transact. Gramma. decis. 66. num. 20. Anton. Petr. in dicta l. prima. nu. 417. Bero. in consilio 176. numero 27. Soc. Iun. in cõsilio 32. numero 6. volum. 3. Cepha. in consi. 66. numero 24. & 183. numero 84. Bero. vbi suprà. nume-
18 ro 27. sed † contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quis venire non potest: quia facit de albo nigrũ. Bald. in cap. nostri, de elect. & falsum mutat in verum non essentialiter, sed quoad effectum. Bal. in cap. in præsentia. de renunt. Curt. Iun. in cõsilio 177. nume. 13. ergo nec contra transactionem, vt per Docto. vbi suprà.

19 ¶ Quintò facit. Nam † transactio nõ rescindi-
20 tur ex pœnitentia: quoniam etsi † cõtractus transactionis sit innominatus, vt per Doct. communiter in l. siue apud acta. C. de transactio. & in contracti-
21 bus innominatis locum habeat pœnitentia. l. si pecuniam. in princ. ff. de cond. cau. dat. non tamen in contractu transactionis. l. cum te. C. de transact. vbi dicit Cur. Sen. ℣ communiter dicta lex sol et ad hoc allegari. l. quamuis. l. fratris. C. eod. titul. vbi Curt. quia transactio sit causa litium finiendarũ, & ideò re integra non licet pœnitere, vt in dict. l. quamuis. Cepha. in consilio 66. numero 59. si ergo in ea non habet locum pœnitentia, ergo ab ea recedi non potest.

22 ¶ Sextò dicitur, ℣ † etiam data enormi læsione vltra dimidiam iusti precij transactio rescindi non potest, ℣ probatur primò per text. in l. summa. ff. de cond. indeb. ibi, licet res nulla media fuerit. vbi gloss. exponit, id est, licet nihil debeatur, per quã legem dicit ibi Ang. ibi decidi, ℣ deceptus vltra dimidiam iusti pretij in transactione, nõ habet remedium l. secundæ. C. de rescind. vend. Nam si sibi nõ succurritur, quando nihil debetur, vt in d. leg. cùm glo. multominus quando aliquid datur vel retinetur, Iaſ. ibi & Alcia. in dicta lege quamuis. Cod. de transact.

¶ Septimò facit text. in l. Lucius. §. si. ff. ad Trebel. in verbo si non transactum esset (si non cauille tur) vbi hæres grauatus vniuersam hæreditatem aliquibus restituere minimam quantitatem, quàm in bonis fuisse dicebat, restituit. comperto post ex instrumentis, ℣ quadruplo plus erat in hereditate, restituere residuum non tenetur si transactum fuisset.

23 ¶ Octauò, transactio † facta pro modico etiã super magna lite, dummodo sit facta ex causa, Bald. in l. si mulier. ff. de cond. ob cau. Bart. in l. Lucius. ff. de adm. tuto. & si pro aliqua parte eius, ℣ in totum deberi prætenditur, transactio fiat, actio in totum tollitur. l. interest. C. de solut. nec prætextu maioris quanti-

quantitatis & læsionis rescindi potest. dicta l. interest, ibique Bal. & in l. si quidem. C. de transac. nec attendi debet quantum diceretur debitum sed quantum est forma transactionis: dict. l. Lucius in fi. ff. de adm. tuto. & in dicta l. Lucius. §. fi. ad Trebel. & pro-
24 pterea † transactio facta pro minori quantitate & in qua enormis læsio prætenditur, non potest peti vt ad arbitrium boni viri reducatur: quia in ea læsio propter dubium euentum litis cadere non potest, Bald. in l. fin. §. sed si quis, colum. prima, C. commu. de lega. satis enim lucratur qui à lite discedit. l. prima, C. de pac. l. si ea. C. de vsur. sed in casu præsenti licet non fuerit aliquid datũ dicto domino Fabritio tamẽ per eum multa retenta fuerũt bona quondam Domini Antonij eorum patris, quæ spectare poterant dominis suis fratrib. cum quibus transactum est, & vt latè per multa demonstrat suprascriptus dominus consultor, quæ non transcribo, ne videar membranas occupare, quod non est moris mei, ergo, &c.

¶ Nonò, quòd non rescindatur transactio ob læsionem vltra dimidiam, pbatur authoritatibus infrascriptis, Primò per glo. ordinariam in ca. cũ causam. de empt. & ven. quam ibi sequuntur Innocen. Vinc. Ioan. Andr. Petr. de Ancha. & Barb. glo. per illum textũ. l. Lucius. §. fi. ff. de Trebel. Spe. in titu. de emp. & vendi. in §. nunc dicendum. versic. quid de transactione. Cyn. Petr. Ricard. Malumbr. Bal. Saly. & Bal. de Perus. in l. secunda, C. de rescind. vend. vbi Bald. dicit opinionem Bar. esse truffam. Idem Bald. in l. Oldro. C. de execut. rei iud. in rubrica de transact. col. tertia, in l. tertia, §. primo, de transac. & in l. prima, col. prima, C. com. de lega. Guiliel. de Cun. in l. ex causa. ff. de vsucap. Gramat. in decis. 66. num. 47 Abb. in cap. primò, de transac. & in consil. 12. colum. prima, volum. 2. Tancr. & Vinc. in cap. ad nostram. de empt. & vendit. Dyn. in l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. Curt. Sen. in consi. 65. colum. penult. versicu & hinc dicimus. Gomes. in reg. de anna. pos. quæst. secunda, versicu. Nam ob eam. Guid. Pap. in sing. 376. Dyn. Ray. Petr. & Ias. in l. si quis cum aliter. ff. de verbor. oblig. Ang. in l. in summa. ff. de cond. indeb. Adden. ad Bart. in dicta l. secunda. C. de rescind. vend. & ad Ias. in dicta l. si quis cum aliter. Barb. in consi. 41. colum. antepenult. volum. primo. & hanc partem veriorem dicit Alex. in dicta l. si quis cum aliter, colu. quarta, & ita vocatum fuisse in sacro consilio tradit Afflic. in decis. 220. in primo, dubio. & hanc esse receptam Doctorum sententiam. inquiunt Raph. Coment. in dicta l. si quis cum aliter. Anton. Petruc. in dicta l. prima, num. 412. de iureiur. Barba. in dicto c. cum causam. Ias. in dicta l. in summa. Dec. in consil. 474. colum. secunda, in fin. & 216. nume. 4. Alciat. in consi. 519. in princip. Corne. in consi. 11. columna tertia, volum. 3. Paris. in consi. 96. num. 61. volumi. primo, Ruin in consi. 132. numer. 3. volum. primo, Zas. in consi. 18. colum. 5. volu. primo, vbi dicit, quod recedere à tam communi opinione in consulendo est infructuosum. Imò frequẽtiori calamo receptam attestantur Aret. in dicta l. si quis cum aliter, vbi dicit ꝙ ita tenuerunt antiqui Doctores & subtiles vltramontani. Alex. in consi. 42. volum. 3. vbi ait ab ea in iudicando non recedendum, & in consi. 118. colum. secunda, volum. 7. Socin. Iun. in consi. 32. column. secunda, & fi. Alcia. in consi. 104. in fin. in 3. tomo libr. 8. & in l. quamuis. C. de transac. nec non in con. 124. num. 3. in fi & Alba. in consil. 11. numero 22. Bero. in consi. 176. num. 25. volu. primo, vbi concludit hanc esse magis communem opinionem legistarum & canonistarum. Craue. in consi. 151. num. 26. & opinionem Bart. contrariam dicit falsissimam Palli. in dicta. l. secunda, nume. 42. & eo magis hoc dicendum
25 venit cũ dictus Dominus Fabritius quamuis † minor vigintiquinque annis sed maior annis decem & octo in ipso contractu iurauit non contrauenire dictæ transactioni, non tantũ ratione minoris ætatis sed in forma amplissima, vt hic. vbi renũciauit cum iuramẽto minori ætati, restitutioni in integrum & omni legi: de qua posset se iuuari, & omni legum auxilio, habilitationi à iuramento & ea impetrata nõ vti & omni læsioni enormissimæ. quo casu vigore dicti iuramenti excluditur etiam à beneficio dictæ l. secundæ, vt per glos. Bartol. & alios ibi Alexan. in consil. 127. colum. fi. volum. 2. & 42. volum. primo, Corne. in consil. 11. columna secunda, volum. 3. & in consil. 17. litera O. volum. 4. docto. in cap. cum causam. de empt. & vind. Paris. in con. 96. num. 63. volum. primo, Rui. in consilio 16. columna secunda, in fin. volumin. 4. Alban. in consil. 11. numero 3. Didac. in tract. variarum resolut. in primo tomo in tertia par. §. 4. numer. 6. versicu. quarta conclusio. & præsertim hoc dicendum venit stantibus tantis enuntiationibus, vt voluit Ruin. in consi. 16. in primo dubio. volum. 4.

¶ Nec habet obstare, ꝙ saltem debet dicto domino Fabritio concedi rescisio dictę transactionis cum
26 † adsit enormis læsio vltra dimidiam in magno excessu, quo in casu non habet locum conclusio negatiua præcedens, vt per Corne. in consi. 27. columna quarta, volum. 4. 116. colum. penult. volum. primo. 206. colum. quarta volum. 3. quem sequuntur Deci. in l. cum te. C. de transac. in consi. 203. colum. secunda. 479. colum. tertia. & in consi. 551. column. secunda, Paris. in consil. 12. num. 102. volumin. 2. Soci. Iun. in consi. 129. num. 44. volum. primo, 98. col. quarta, volum. 2. Craue. in consi. 151. col. prima, & in consil. 192. num. 3. Rub. Alex. in consil. 71. colum. secunda, & 147. colum. 4. ad fin. Gramat. in decis. 66. numero 44. cum sequenti, Natta in consi. 528. num. 12. Suarez. in allegatione. 22. nu. 4. Anto. Gabr. in suis com. opin. lib. 3. tit. de empt. & vend. conclusione prima, nu. 69. quia respondetur, & hæc resolutio etiam satisfaciet præcedentibus, ꝙ in casu nostro non constat de aliqua læsione considerabili à iure nec vltra
27 dimidiam in modico nec magno excessu, & ꝙ † aduersarijs allegantibus huiusmodi læsionẽ & fundantibus se in ea incumbit onus probandi, Por. in consi. 134. num. 30. Ruin. in consil. 129. nume. 39. volumin. primo, Dec. in consi. 474. in fi. & in specie nostra Paris. in consi. 96. nu. 67. volum. primo, Alex. in consil. 92. num. 28. volum. 6. & nedum læsionem vltra dimidiã iusti precij in magno excessu habito respectu ad veram æstimationem rei super qua est transactũ, sed ad valorem rei considerato dubio euentu litis, propter ꝙ censeatur minus valere, vt per Cornel. in consi. 161. colum. quarta, in primo, volum. 3. vbi dicit, ꝙ licet secundùm multos remedium l. secundæ, C. de rescind. vend. non habeat locum in transactione, ꝙ illud est verum habito respectu ad id quod remittitur per transactionem, licet enim pro quadraginta remittatur res, quæ valeret centum vel centum quinquaginta. quia potest esse tantus dubius euentus litis: ꝙ ius remissum nõ inueniret emptorẽ pro quadraginta: sed si habita consideratione dubij euentus litis & expensarum & laboris litis ęstimaretur centum, quod remissum est pro quadraginta, secus: quia transactio venit rescindenda, Alex. in con. 92. num. 39. volu. 6. vbi ait, quod ad hoc vt Ecclesia possit dici læsa ex transactione oportet probari, ꝙ inspecto dubio euentu circa litem Ecclesia sit læsa, & ꝙ dubius euentus fuisset communiter reputatus maioris æstimationis & vtilitatis Ecclesiæ quàm sit

vtilitas proueniens Ecclesię ex transactione, vt not. per glos. & docto. in l. per diuersas. C. mand. Craue. in consi. 151. num. 27. Natta in consil. 548. numer. 12. sed hic nulla fuit probata læsio, vt requiritur à iure, ergo eis non competit rescitio ipsius transactionis, nec mirum si probata non fuit: quia quis malè potest probare dubium euentum litis, in quo videtur fundari contraria sententia affirmatiua, cum oporteret, ꝙ testes deponentes de magno excessu essent valdè periti, & tanquam deponētes de eo quod sensu nō percipitur magis iudicare quàm testificari viderentur. ideo non valeret eorum depositio. l. qui testamento. ad fi. ff. de testa. & ideo dicit Saly. in l. so-
32 cietatem. §. arbitrorū ff. pro socio. se in practica nescire deducere talem æstimationem dubij euentus litis Raph. Cuma. in dicta l. si quis cum aliter. vbi ait ꝙ est difficilè probare talem dubium euētum litis: qui tunc testes non deponerent de eo quod perciperent sensu corporeo sed intellectu, quod est contra regulas, & se maritum fuisse, cum semel vidisset vnum aduocatum firmasse capitula secundum doctrinam Barba. in dicto cap. cum causam. columna quinta in fin. vbi etiam Imo. Ias. in dicta lege si quis cum aliter. colum septima, versiculo quarto tenendo. Capra in reg 87. numero 91. cum sequenti & Socin. Iun. in consil. 32. in fin. volum. 3. Roder. Suarez. vbi suprà.

¶ Supereſt modo vt ad contraria respondeatur, & deueniendo ad primum, in quo dicitur, ꝙ transactio sit emptio & venditio, dicitur † longè distare
28 venditionem & emptionem à transactione, cum in ea non fiat propria alienatio. lege si pro fundo. C. de transactio. Nam si vendo vel aliter alieno fundum. teneor simpliciter & absolutè de euictione, non sic si per transactionem in te transfero, vt ibi dicitur, tunc enim videor solum ius quod in fundo habeo in te transferre, vt declarant ibi Doctores maximè Ias. & quod per transactionem non fiat propria alienatio, voluit Socin. Iun. in consilio 32. num. 24. volum. 3. post Bald. in l. prima. C. si aduers. transactio. cum igitur inter vnum casum & alium militet diuersa ratio, ergo & diuersum ius l. illud. ff. ad l. Aqui. cum vulgaribus, & per consequens non potest habere locum dispositio dictæ l. secundę in transactione, vt etiam iam dictum fuit.

¶ Secundò non obstat, ꝙ dispositio dictę l. secundæ, habet locum in transactione: quia respondetur, quòd etsi nonnulli dicat hunc articulum dubium. Dec. in cons. 216. colum. tertia. in princip. Grama. in decis. 66. num. 4. notabilem, quotidianum sed valdè difficilem & ambiguum Ias. in dicta l. si quis cum aliter, colum. quinta, quia doc. vario modo loquuntur, Dec. in cons. 203. colum. 2. adeò quod de facili non potest iudicari quæ sit communis opinio, vt tradit Dec. in consil. 479. colum. penult. versicul. ex quibus: & similiter dicat Soci. Iun. in dicto cons. 98. nu. 17. quòd si quis considerauerit doctores tenētes partem affirmatiuam & negatiuam, inueniet pro affirmatiua plures numero & etiam maioris auctoritatis ac ipsam magis cōmuniter receptam. Tamen respondetur, ꝙ aberrat Soci. quia si dinumerentur doctores prædictam affirmatiuam tenētes: tantùm modo reperiunt in numero triginta tres, & alij qui tenent & amplectuntur negatiuam, sunt numero quadraginta tres, & sequētes hanc partē sunt etiam maioris authoritatis quàm contrariam sequentes: Nam non est recedendum ab hac sententia in iudicando & consulendo, cum habeamus auctoritatem
29 glo. ordinariæ. vt suprà, cuius † auctoritas maior est cæteris. Bal. in l. cum hæreditas. C. de pos. vbi inquit
30 ꝙ † auctoritas glo. omnes alias antecellit. Bar. in l. ex hoc iure, vbi Ias. numero 52. de iusti. & iure. & ideò Cyn. in l. non moriturum. C. de contrah. stip. appel-
31 lat. † glossam idolum suum, Port. in consil. 101. num. 20. Bal. in cap. primo, de natu. succes. feud. ait. Ego enim in dubijs opinionibus multum sequor opinionem glossæ ordinariæ: quia nō possum adhęrere meliori. & in consi. 480. in 3. volu. vbi reprehendit causarum patronos in testium repugnantia, plus Bart. quàm glos. deferentes. hinc etiam dixit Saly. in l. licet colum. secunda, C. qui pot. in pign. hab. aduerto pro Deo, tu qui practicas & habes iudicare & consulere, vt non recedas de facili à glossatore, & l. secun-
32 da, C. de sent. quæ sine cert. quant. ꝙ † sicut qui nescit æquitare tenet se ad arzonum, ita iudex debet se tenere opinioni glossæ. Saly. in l. prima. colu. tertia, in quinta oppositi. C. de pac. quod vnusquisq; debet cum glossa intendere, cum glossæ sint nostræ nauiculæ, per quas portum valdè arduum ingredimur, vt postea in naues latiores & profundiores transeamus & ad portum clarę veritatis perducamur. nam somniare dicuntur volentes infringere opinionem glossæ, Bal. in cap. contingit, colum. quinta, de dolo & contu. Ex his igitur concludēdum videtur, cum ista sententia sit frequentiori calamo recepta, ꝙ ab ea non est recedendum, quamuis si esset etiam dubia ab illa pariter non esset discedēdum propter authoritatem glossæ. per ea quę supradicta sunt, & etiā
33 quia apud doctores receptum est in dubio † pronunciandum esse transactionem rescindēdam non esse. Alex. in cons. 157. colum. prima, vol. 7. Corne. in consi. 155. volum. 2. Dec. in con. 168. colum. secunda, Socin. Iun. in cons. 32. colum. secunda, volumin. 3. & Craue. in consi. 151. in fi. Partes Illustrium dominorum Arbitrorum vel Arbitratorum fore in declarādo & pronunciando dictam transactionem fore obseruandam, cum hic non reperiatur aliqua læsio respectu dicti domini Fabritij, sed potius si qua læsio videre posit, illam ex parte dominorum fratrum suorum vt per multas rationes veridicas ordinatè & abundè demonstratur per præfatum dominum consulentem ad cuius scripta me remitto.

¶ Circa, aūt aliud caput prætensionum dominæ Isabellæ puto non esse multum elaborandum: quia
34 cum compromissum † sit stricti iuris & strictè interpretandum c. cum olim de donat. Alex. in consilio 124. col. 3. ver. quid ergo, vol. 2. Soc. consi. 20. colum.
35 2. vol. 1. Paris. in cons. 45. n. 23. vol. 1. extenditq; † non debeat nisi ad specificata, etiam si ampliſsimas clausulas contineret. Corne. in consilio 108. colum. pen. volum. primo. 205. colum. secunda, volum. 3. Paris.
36 vbi suprà, etiam si fuisset iuramento vallata, † quia non transit ad casum, in quo non adest consensus, cum iuramentum ista non supleat. Paul. de Castro. in cons. 122. num. 4. volum. 2. Alex. in cons. 48. num. 10. volum. 7. Alcia. in consil. 429. numer. 4. Corne. in consi. 31. colum. tertia, volum. 3. Paris. in citato consilio 45. num. 27. & in consil. 24. num. 100. volumi. 2. sequitur, quod cū in compromisso facto inter ipsos fratres nulla habita fuerit mentio de prætensionibus dictę dominæ Isabellæ, quod illustres & Magnifici domini Arbitri & compromissarij, quorum po-
37 testas † dependet à compromisso in ipsos facto. l. non distinguemus. §. de officio. de arbi. l. si cum dies §. plenam. eod. tit. Soci. Iun. in consil. 63. num. 6. vol. primo, & in consi. 66. num. 8. volum. eo. Paris. in locis suprà citatis. Bald. in consi. 191. volumi. 2. Roma. in conf. 404. Alcia. in consi. 285. num. 4. non habent notionem, auctoritatemque aliquam de ipsis prætensionibus cognoscendi, etsi vellēt cognoscere, &
38 super eis laudare, quod non creditur, eorū † laudum redderetur nullum tanquam latum super non com-

prehen-

prehensis in compromisso. Socin. in dicto consi. 63. num. 6. & in consi. 77. num. 75. volum. primo, Alex. in consil. 48. num. 10. volum. 7. Paris. vbi suprà & Alcia. etiam in loco suprà relato.

¶ Vlterius dicitur, q̃ de dictis prætensionibus, nulla est habenda ratio, cùm renuntiauerit ipsis dicta domina Isabella, & quibus renuntiare potuit.
39 Nam † iuri suo vnusquisque renuntiare potest. l. si quis in conscribendo. de pac. Paris. in consilio 65. numero 24. volum. 2. & 82. numero 18. volumine 3. cũ
40 in re sua † vnusquisque sit arbiter & moderator. l. in re mandata. C. manda. Paris. in consilio 72. nume. 3. volum. primo, etiam abutendo. l. sed si lege. §. con
41 suluit. ff. de pet. hæred. & † renuntianti non detur vlterior regressus ad renuntiata, cum ius suũ quod habebat remisserit. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edic. Paris. in consilio 5. numero 55. volum. 4. 69. numero 20. volum. 3. Soc. Iun. in consilio 94. numero 31. volum. 3. 119. nume. 21. volum. eod. Port. in consilio 19. numero 36. & eo magis id dicendum venit, cum renuntiatio ipsa fuerit vallata iuramento per ea, quæ not. in auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & in cap. quamuis. de pac. in 6. & ge-
42 minata: quia confirmata in transactione, quæ † geminatio plus debet operari, quàm si vna sola facta fuisset, iuxta singulariter tradita per Ias. in l. 1. colu. 5. versic. quarto, considerata. C. de pac. Soc. in consi. 50. in fin. volum. secundo, & Cepha. in consi. 94. nu
43 mero 10. vbi inquit, q̃ † cum renunciatio geminata magis enixã & deliberatam renuntiantis voluntatem demonstret, ideò difficilius reuocatur. Nã etiã videmus, q̃ renũtiatio geminata supplet omnes solemnitates, Bero. in cons. 56. num. 12. volum. 2. omnem præsumptionem erroris tollit. Cepha. in consilio 142. nu. 8. & comprehendit ius de futuro. Gozad. in consi. 27. num. 8. quæ conclusio magis procedit in terminis nostris. cùm dicta domina Isabella, per dictam renuntiationem nõ fuerit, nec enormiter, nec enormissimè læsa, ergo illi stare debet, nisi
44 † vellet incidere in periuriũ, & alias pœnas, de quibus in l. si quis maior. C. de transact. secundum Fulgos. Anton. de Alexand. Iaso. & Parpal. ibi in prima columna, vbi asserit, hanc esse communem. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vxor si inter viuos filio primi matrimonij donauit, & in testamento, sibi decem reliquit iure institutionis, & in omnibus alijs suis bonis secundum maritum instituit, quæ bona valebant centum maritus possidebit totam hæreditatem, si illud quod habet filius ex testamento, & ex donatione primeua valet centum.*

2 *Coniunx secunda tantum habere potest, quantum habuit filius primi matrimonij, etiam iure accrescendi ex dispensatione legis.*

3 *Maritus qui transit ad secunda vota secundæ coniugi, plus non potest relinquere, quàm reliquit filio prioris matrimonij in suo testamento, & si plus reliquerit, id pro non scripto habetur & applicatur filijs.*

4 *Dispositio. l. hac edictali. C. de secun. nup. præcisam videtur habere prohibitionem & remouet omnem fraudem, quæ fieret per interpositam personam.*

5 *Mulier si non donaret marito, sed alteri eius amico vel coniuncto, vel simularet vendere & tacitè donaret, huiusmodi fraudes simulationes q̃ nullius sunt momenti.*

6 *Mulier si donaret alicui extraneo & illum postea acciperet in maritum. non valeret illa donatio: quia præsumitur facta in fraudem.*

7 *Prohibitio, de qua in dicta l. hac edictali, per iuramentum non tollitur.*

8 *Coniugi secundæ quod auferetur applicatur filijs primi matrimonij & non alterius, dummodo secundus filius habeat integram legitimam in bonis paternis.*

9 *Filij primi matrimonij, quod acquirũt tanquam fraudati, non computant in legitimam, sed illud præcipuũ habent tanquàm iniuriam passi.*

10 *Filij remedio querelæ inofficiosæ dotis reuocant, vsq; ad legitimam & de residuo reuocant portionem debitam virtute dictæ l. hac edictali.*

11 *Filio legitima debetur ratione naturali, sed quod reuocatur ex vi dictæ l. hac edictali, debetur rationi ciuili propter offensam factam filijs.*

12 *Pater si reliquit filiabus primi matrimonij & iusserit eas fore tacitas & contentas pro legitima earum & qualibet parte sibi debenda, quouis modo in bonis paternis & maternis, clausula dicta non obstante, filiæ poterunt, se iuuare beneficio dictæ l. hac edictali.*

13 *Quod amplia procedere nedum, si filiæ non acceptassent relictum, sed etiamsi acceptassent.*

14 *Filius primi matrimonij, qui à secunda coniuge reuocat illud plus, quod fuit ei datum vel relictum, dicitur illud reuocare & acquirere non vt hæres, sed vt filius.*

15 *Legatum pro dote est conditionale.*

16 *Conditio nihil ponit in esse sed actum & dispositionem suspendit, antequam impleatur.*

17 *Agens ex dispositione conditionali debet primò probare adimplementum: quia ante ipsum agere non potest.*

18 *In legatis conditionalibus non inspicitur initium, neque tempus mortis, sed tempus quo cedit, & venit dies legati.*

19 *Quod percipitur ex re legata iudicio testatoris in falcidiam imputatur.*

20 *Legata si sunt aliqua conditionalia, & aliqua pura, cõditionalium non fit æstimatio.*

21 *Gabella si solui debet ea soluenda venit, de rebus puris & non pro alijs post mortem.*

22 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

23 *Illatio recta non fit ex separatis.*

24 *Maritus si in donatione, quam fecit secundæ vxori, nõ excessit legitimã filij primi matrimonij, si postea legitima minuatur: quia nascãtur alij liberi ex secundo matrimonio, diminui non debet donatio secundæ vxoris, cum ab initio non fuerit excessiua.*

25 *Lex hæreditatem. ff. ad l. Fal. quomodo intelligatur.*

26 *Testator quando instituit vxorem suam vsufructuariam omnium bonorum, & post eius mortem filias suas, vxor dicitur hæres non solum in vsufructu, sed etiam in proprietate, & institutio filiarum resoluitur in fideicommissum.*

CONSILIVM XXIX.

AIso Testamento domini Iacobi de Anastasijs ac omnibus alijs & singulis in themate enarratis. Prima facie dicendum videtur, attẽto quòd dictus dominus Iacobus, qui ex prima vxore habuit dominas Margaritam & Lucretiam, & ex domina Iulia de Sancto Siluestro, secunda vxore dominam Iacobam, cui dominæ Margaritæ dotes, sibi traditas reliquit & dictis dominis Lucretiæ, & Iacobæ scuta octo centũ pro qualibet earum soluenda per hæredem tempore quo nubent, & casu quo ipse testator decederet, cum duabus filiabus tantum mille pro singula ipsarum, iubens denique eas esse tacitas & contentas

pro legitima ipsarũ & qualibet parte sibi debenda quouis modo in bõis paternis & maternis & in omnibus alijs suis bonis instituit hæredem vniuersalem vsufructuarium dictam dominam Iuliam in vita sua, seruando tamen vitam vidualem, castam & honestam, & cui instituit & substituit p̃dictas eius filias inuicem eas substituendo, grauans quoq; prædictam dominã Iuliam ad alimenta & vsumfructũ præstãda dictis Lucretiæ & Iacobæ & in domo quo usque nuberent, quòd nullum ius competat dominab. Margaritæ, & Lucretiæ filiabus ex primo matrimonio auocandi bona relicta dictæ dominæ Iuliæ, cum tantum habeant vigore dotium traditarũ ipsi dominæ Margaritæ & dotis constitutæ & alimentorum relictorum ipsi dominæ Lucretię quantum ascendant bona relicta dominæ Iuliæ ex dicta institutione de qua suprà, vt expresse disponitur in l hac edictali. C. de secund. nupt. & per no. per Ang. in auth. de non eligen. secun. nub. in princi. colum. penult. in versicul. item dubitatur, vbi inquit ℣ † si vxor inter viuos filio primi matrimonij aliquid donauit & decem alia sibi in testamento reliquit iure institutionis, & in omnib. alijs bonis suis secundũ maritum hæredem vniuersalem instituit, quæ valebant centum, ℣ maritus possidebit totam hæreditatem, si quæ habet filius ex donatione & testaméto valebant centum, per text. in dicta l. hac edictali. in princip. in verbo peruenerit, quem sequitur ibi Bertran. in princ. num. 64. vbi etiam ad hoc allegat tex. sing. in §. optime. in auth de nupt. dum dicit. Aut ex nouissima voluntate dimissum aut in vita datum, & ibi etiã de Monte acuto, qui dicit aduertẽdum esse quantum sit datum filio siue in vna vice siue in pluribus siue vna vice inter viuos & alia in morte: quia potest dare secundæ coniugi aliud tantum, Berous in consilio 40. numero non o volumine secundo, Ioannes de Anan. in consilio 67. & ibi Bolognin. in addit. vbi concludunt, quod † tantum potest habere secunda coniunx quantum habuit filius primi matrimonij etiam iure accrescendi ex dispositione legis.

¶ His tamẽ non obstantibus in casu, de quo agitur, contrariam sententiam tenendam esse arbitror & moueor ex indubitata iuris conclusione, quæ habet, ℣ † maritus qui trãsit ad secunda vota punitur in hoc ℣ secundæ coniugi plus non potest relinque requàm reliquerit filio prioris matrimonij in testamento suo, & si plus reliquerit id pro nõ scripto habetur & applicatur filijs, l. hac edictali. in princi. vsque ad §. his illud. C. de secund. nupt. vbi Bart. Bald. & alij. §. optimè. in auth. de nupt. Ruin. in consil. 58. in 2. dubio volum. 5. & 53. num. 22. volumni. 2. Bero. in consi. 39. num. 3. volum. 2. & 40. num. 4. vol. eod. Corne. in consi. 44. per totum. volum. 4. in cons. 33. volum. eod. & in consil. 118. colum. secunda volum. eod. Craue. in consi. 193. num. 11. Dec. in consil. 246. in princ. & aduertendum est, ℣ † illa dispositio præcisam videtur habere prohibitionẽ & remouet omnem fraudem, quæ fieret per interpositam personã vbi colligitur ibi. Omni circumscriptione, si qua ℣ interpositam personam vel alio quocunque modo fuerit excogitata cessante. & ideo dicit ibi Bald. ℣ † si mulier non donaret marito sed alteri eius amico vel coniuncto, vel si simularet vendere & tacitè donaret, huiusmodi fraudes & simulationes nullius sunt momenti per illũ tex. imò (quod plus est) si † mulier donaret alicui extraneo & illum postea acciperet in maritum non valeret illa donatio: quia p̃sumeretur facta in fraudem, vt tradit Capra in consil. 81. Bald. in consil. 161. colum. prima, volum. primo. & in cons. 22. colum. prima volum. 5. & † similiter illa prohibitio non tollitur propter iuramentum quia est facta in fauorem filiorum, vt per Bart. in dict. l. hac edictali. in fi. principij. Dec. in d. consil. 246. colum. prima, Craue. in consi. 229. colum. tertia, Bald. in consi. 161. volum. primo, & in consil. 22. volum. 5. Curt. Sen. in cons. 78. colum. 5. Bar. in dict. l. hac. edictali. in princip.

¶ Secundò dicitur, ℣ † totum illud quod aufertur secundæ cõiugi applicatur filius primi matrimonij & non alterius, dũmodo secundus habeat suam integram legitimam in bonis paternis, Bertran. in dicta l. hac edictali. in princip. num. 67. versic. secundo conclusio. dicto. §. optimè. iuncta glossa. Bero. in consi. 3. num. 8. volum. 2. vbi inquit, ℣ soli filij primi matrimonij, quibus facta fuit iniuria tam in transeundo ad secunda vota, iuxta text. in auth. de non eligen. secundò nuben. in §. prospeximus, in § veniẽt, in auth. de nupt. & per glos. in l. cum alijs. C. de secund. nup. quàm in relinquendo plus secundo viro quàm ipsis filijs primi matrimonij, vt in dicta l. hac edictali. iuncta l. fi. eod. tit. dicuntur vocati ad illud plus, quod fuit relictum secũdo viro, quod pro non scripto habetur, non autem filij secundi matrimonij, qui ab illo pluri relicto excluduntur, dummodo ipsi filij habeãt suam integram legitimam in bonis maternis, per tex. & gloss. in dicto. §. optimè per quem corrigũtur iura quæ pariter ad illud plus vocabat filios vtriusque matrimonij, vt colligitur ex dicto. §. optimè. & habetur in auth. ad eos solos. C. de secund. nup. glo. Bar. Bal. & alij in l. quem. C. de secund. nupt. iterum in consil. 40. num. 7. volu. eod. Craue. in cons. 193. colum. penult. Bal. optime in cõsil. 161. volum. primo, colu. prima, versiculo in contrarium videtur, vbi dicit hanc sententiam baptizatam apud omnes peritos & veritatem continere, optimè per Corne. in consilio 44. colum. 1. volum. 1. 33. volum. eod. & in consil. 82. col. ptima, volum. 3. in litera G.

¶ Tertia est conclusio, ℣ † illud quod acquirunt filij primi matrimonij tanquàm fraudati, non computãt in legitimã sed illud p̃cipuum habẽt tanquàm iniuriam passi, & nihilominus habent legitimam iure naturæ, vt not. in dict. §. optimè, vbi Iacob. de Beluis. Bald. in l. haç edictali. in fin. principij, vbi dicit, ℣ ista est veritas, secundum quam pluries consuluit, & verum dicit, vt patet in cons. 82. suprà citato, vbi dicit, ℣ filij primi matrimonij fraudati non computant in legitimam id quod acquirunt per dictam l. hac edictali. sed illud habent p̃cipuum tanquàm iniuriam passi, & nihilominus habent legitimam iure naturæ. Bartolus & Baldus in l. prima. C. de inoffic. dot. vbi † filij remedio quærelæ inofficiosæ dotis reuocant vsque ad legitimã, per illum text. & de residuo reuocant portionem debitam virtute dictæ l. hac edictali, quia cum remedia competant ad diuersa non confunduntur, dicta l. hac edictali. §. 1. vbi videtur hoc probari in §. ita tamen. Socin. in consilio 35. in 3. dubio. vol. 4. vbi ait, in consulendo ipsam esse tenendam, quia illud quod filij consequuntur virtute dictæ. l. hac edictali, non imputatur in legitimam: quia capitur iure diuerso diuersis legibus ac diuersa ratione, legitima † enim debetur filio ratione naturali, sed quod reuocatur virtute dictæ. l. hac edictali, debetur ratione ciuili propter offensam factam filijs, & ideò ista debita non confunduntur. Deci. in consilio 246. colum. 2. vbi dicit, quòd temerarium esset recedere ab hac sententia. Fulgosus in consilio 89. & in consilio 97. Crauet. in consilio 194. colum. 1. volum. 5. Bero. in consi. 40. num. 8. vol. 3. Et licet nonnulli videantur ab hac sententia discrepare, tamen eius opinio non est tenen-

de

ætia discrepare, tamen eius opinio non est tenenda, tanquam communiter improbata, & quam etiã sequuntur Castren. in consil. 348. colum. 2. & 462. volum. 2. Bald. in consil. 401. volum. 2. & quia aliàs latissimè, ita dixi demonstrando hanc esse communem in trac. de lucro dotis. quæstion. 27. Ideò vlterius super hac conclusione laborandum esse nõ arbitror.

12 ¶ Quarta est cõclusio, quòd † licet dominus Iacobus dominab. Lucretiæ & Margaritæ filiab. primi matrimonij reliquerit & dederit ea, de quibus in testamento. Iubens eas fore tacitas & contentas pro legitima earum & qualibet parte, sibi debenda quouis modo in bonis paternis & maternis, tamen hoc non obstante filię ipsæ beneficio dictæ. l. hac edi tali. se iuuare poterunt, vt in terminis dixit Bero. in consilio 40. nu. 10. vol. 2. vbi dicit hoc locum ha-
13 bere nedum, † si filiæ non acceptassent relictũ, sed etiam si acceptassent: quoniam ea verba apposita in testamento pro non scriptis habentur, illudq; onus pro non adiecto pariter habetur: Vnde concludit, q; istud relictum factum istis filiabus ad instar simplicis legari redigitur, cuius agnitio simpliciter facta dictæ l. beneficium non impedit, vt notabiliter ibi voluit Bald. in 4. colu. in vers. iuxta hoc quæro. quem sequitur ibi Iacobin. de Sancto Georgio. Iaso. in l. si quando. §. fi. C. de inoffi. testa. & ad saturitatẽ per Bertran. in d. l. hac edictali. in ver. si verò plus, num. 9.

14 ¶ Quinta est cõclusio, q; filius primi matrimonij, qui à secunda coniuge reuocat illud plus, quod fuit ei datum vel relictum, dicitur illud reuocare & acquirere non vt hæres, sed vt filius solum. & ideo quamuis non sit, vel nolit esse hæres matris, tamen reuocat sibi quod acquirit. quia lex hoc in casu non solũ aufert victrico id quod ei ab vxore relictũ est, sed etiam vlterius procedẽdo vult illud quod fuit reuocatum, & pro non scripto, seu pro non relicto habitum acquiri filio primi matrimonij vti filio, cui iniuria illata fuit. Propterea non requiritur, q; fit hæres. nec etiam quòd adita fuerit hæreditas ad hoc, vt beneficio dictæ. l. vti valeant, ita Bero. in consi. 40. nu. 11. vol. 2.

¶ Nec obstat si diceretur, q; cum illud pro non scripto, & nõ relicto habeatur, remanere dicitur in corpore hæreditatis & patrimonij testatoris disponentis, & q; patrimonium & hęreditas defertur iure hæreditario, illiq; acquiritur, qui hæres est ad hæreditatem adiuit. l. cùm hæredes. in princip. ff. de acqui. possess. Quia respondetur hoc procedere, quando lex simpliciter disposuisset illud pro nõ scripto, & pro nõ relicto haberi, sed in terminis nostris lex vlterius processit disponendo, etiam q; debeat acquiri filijs primi matrimonij non vt hæredib. sed vt filijs simpliciter, ita expresè colligitur ex his quæ voluit Bald. in d. l. hæc edictali. col. 4. ibi diuidi. Bero. in citato consil. 40. num. 11. versic. itaque non obstat. Istis igitur sic stantibus, & quæ communi calculo recepta sunt, videtur dicendum, q; dicta domina Lucretia, etsi non hæres patris debeat habere legitimam in bonis paternis, necnon & domina Margarita, quatenus dos tradita à patre & quæ imputatur in ipsam l. quoniam nouella. vbi Scriben. C. de inoffi. testa. non ascendat ad portionem suam, & similiter domina Iacoba ex secundo coniugio, & postea residuũ diuidi debeat non obstante dispositione paterna, quòd amplius ea non possit petere quouis modo de bonis suis & maternis tam pro legitima, quam pro qualibet alia parte ei debenda.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd cùm relictum sit dominæ Lucretiæ scuta octocentum, cum nuberet, vel mille, vt suprà. & pars hæreditatis paternæ in casu substitutionis, de qua in testamento paterno, q; dicta relicta æstimanda sint quantũ vendi possunt, vt tantundem domina Iulia capere possit vltra dicta alimẽta, ex vi dictæ l. hac euictali. Quo
15 niam aduertendum est, quòd † cùm legatum pro dote sit conditionale. Bald. in l. non sine. C. de bon. quæ lib. Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. Bartol. in lege Titio centum. in §. Titio genero. ff. de condit. & demonstrat. quem sequitur Bald. Nouel. in tracta. de dote. in sexta parte. columna quarta. circa fi. vbi dicit opinionem Barto. communiter approbatam. Paris. in consilio 110. numero sexto, volumine quarto. Ruinald. in consilio 122. numero decimo. & ad saturitatem per Didac. in primo Tomo in tertio
16 capit. numero vndecimo. & † conditio nihil ponit in esse, sed actum & dispositionem suspendit antequam impleatur. l. cedere diem. ff. de verb. signific. Bartol. in l. prima. ff. de condit. & demonstrat. Paris. in consil. nono, numero quadragesimoquinto, volumine primo, & in consilio octauo, numero vigesimo, cum nonnullis sequentibus. vol. 3. Port. in con-
17 si. 14. numero 4. & 46. num. 1. in tantũ, q; † qui agere vult ex dispositione conditionali, debet primo probare adimplemẽtum. l. legatum. C. de cond. insert. Bertran. in consi. 186. nu. 3. vol. 3. Cephal. in cõs. 207. nume. 52. & in consil. 183. numero 52. Ruinal. in consil. 14. num. 7. Ruin. in consi. 35. numero 12. vol. 5. & in consi. 63. num. 4. volum. 1. quia ante ipsum adimplementum nihil consequi potest, nec ad illud agi. l. qui hæredi. ff. de cond. & demonst. l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis leg. Bero. in consil. 19. nu. 16. volum. 2. Cepha. in d. cõsi. 183. num. 52. per l. Thais. ff. de fideicom. liber. & in consil. 269. num. 25. Ruin. in consi. 181. nu. 2. volu. 1. q; cum per dictam dominam Lucretiam nihil acquisitum fuerit, sed legatũ conditionale ipsi factum remaneat in suspẽso & nihil ponat in esse. l. quæ sub conditione. ff. de cond. instit. q; legatum ipsum tanquàm conditionale æstimari nõ
18 possit. Clari enim Iuris est, quòd † in legatis conditionalibus hoc pro absoluto habetur, quòd non inspicitur initium, neque tempus mortis, sed tempus quo cedit & venit dies legati, id est, tempus quo euenit conditio: quia antea nihil dicitur acquisitum. l. si vxor. vbi glo. C. de cond. insert. l. si vsusfructus. in fin. C. quemadm. dies lega. ced. Bero. in consi. 103. nume. 6. vol. 2. & nu. 14. l. quæ legata. ff. de reg. iur. & ratio est secundum Cuma. & Iaso. in l. filiusfamiliâs. ff. de verbo. oblig. quia in legatis conditionalibus nõ est certum debitum, nisi cõtingeret legatarij præmoriante purificatam conditionem, & pro hac opinione adducitur tex. in l. quantitate. §. sed si legata. ff. ad l. Falci. vbi per illum dicunt Bart. Pau. de Cast. Imol. Ang. & Alex. quòd licet in hæreditate, si est debitum conditionale & tractatur de imponenda lege Falcidia possit res dupliciter expedire, vel per cautionem, vel per æstimationem debiti, & crediti. Tamen q; hæc æstimatio locũ non habet in legatis conditionalibus, sed sufficit sola cautio. ad idem est tex. in l. in lege Falcidia non habetur, eod. tit. vbi Pau. de
19 Castro inquit, q; † id q; percipitur ex re legata iudi-
20 cio testatoris in Falcidiam imputatur, & † si sunt aliqua legata conditionalia, & aliqua pura non sit æstimatio aliqua cõditionalium. Iterum allegatur tex. in l. 1. §. interdum. & in l. is, cui. ff. eod. tit. Emili. in consi. 18. nume. 6. & ideò dixit Ruin. in consil. 34.
21 col. fin. in prin. vol. 4. q; † si solui debet gabella, quòd ea solui debet de debitis puris & non pro alijs post mortem: quia ea solui debet eo quidem tempore, quo agi potest cũ effectu ex legato vel contractu Alexan. in consi. 34. nu. 5. vol. 4.

¶ Nec obstat, ꝙ saltem sit præstanda cautio per dominam Lucretiam de restituendo dominæ Iuliæ secundæ coniugi tempore existentis conditiõis nuptiarum quantum ipsa ex dicto legato sit præceptura, vt habetur in d. l. in l. Falcidia non habetur. Quia respondetur, ꝙ in terminis nostris, hoc iure
22 cautum esse non reperitur. vnde † lex hoc non dicit nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. nõ dixit prætor. ff. de acqui. hæred. Nam si hoc voluisset vtique sciuisset exprimere l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tolen. Craue. in consilio 6. numero nonagesimo septimo.

¶ Vlterius dicitur aduertendum esse, ꝙ lõgè distat casus dictæ. l. in Falcidia non habetur, à terminis nostris: quia si in dicta. l. cautio requireretur, id inductum fuit, ne hæres priuetur sua Falcidia inuẽta gratia testatorum, ne intestati decedant. Bart. in l. nemo potest. vbi etiam Annib. nume. 118. de legat. 1. Beringa. in l. in quartam. in princ. 191. ff. ad l. Falci. quia ob nullum vel minimum lucrum eorum hæreditas plerunque recusabatur. Vnde cum fauore ipsorum hoc statutum fuerit, ipseꝙ fauor fundetur in fauore publico, vt patet. institut. ad l. Falcid. in princ. iuncta l. quod de bonis. §. 1. eod. tit. Politus in l. filium, quem habentem nu. 40. C. fam. ercis. meritò dicendum videtur, ꝙ cautio ipsa est necessaria, ne hæres beneficio falcidiæ priuetur. sed in casu, de quo agitur, non militat eadem ratio, nec talis fauor sed ius penitus diuersum, cũ dicta auocatio fiat in odium ipsius testatoris, & ob eius delictum, vt in di
23 cta l. hac edictali. in prin. vnde † ex separatis & habẽtibus diuersam rationem recta non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minо. & ideo nimirum, si cautio ipsa præstari non debet.

¶ Vlterius dicitur, quòd cum auocatio ipsa fieri debeat à dicta domina Lucretia de eo, quod plus relictum reperitur tempore mortis Iuliæ secundæ cõiugi, quàm vni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum sit. §. optime. in auth. de nupt. glos. in d. l. hac edictali, in verbo donata. vbi etiã Scribẽtes, adequatioꝙ ipsa inter ipsas partes fieri debeat habita ratione ad illud tempus mortis, quòd quando facta est legitimè non debet ex superuenienti casu conditionis irritari. l. nec enim. ff. de itinere actuꝙ priua. l. sancimus. C. de adm. tutor. Crauet. in consil. 6. numero 99. & in consil. 40. numero 10. vbi in-
24 quit, quòd † si maritus nullos habens filios ex secũdo matrimonio donauerit secundæ vxori summã mille ducentorum florenorum, habito respectu ad legitimam filiorum primi matrimonij, quæ verisimiliter ad tantum ascendere poterat, non computatis liberis postea natis, cuius legitimæ ratio habetur in materia d. l. hac edictali. quòd donatio valet, & licet postea alij liberi nascantur, non debet ex tali natiuitate superueniente impugnari, quod ab initio legitimè factum est. allegat. d. l. nec enim. nec debet haberi respectus, quòd legitima filiorum primi matrimonij diminui poterat ob liberos nascituros quia multa incidere poterant ne nascerentur. Rursus in consilio 102. numero secundo, & in consilio centesimo nonagesimo quarto, numero sexto, versiculo sed pulchrum. quærit enim ibi Crauet. Nam clarum est, quòd ad sciendum verum valorem donatorum aut relictorum, secundæ vxori debet cõputari, ad quantum ætatis verisimiliter sit victura nouerca d. l. hæreditatum. Quid dicendum, si ista nouerca viuit vltra illam ætatem, & respondet: ꝙ debet inspici de rigore Iuris initium actus: quo adhuc ille viuebat, aliàs illa lex esset frustratoria, si euentu mortis sequuto retractaretur computatio facta secundum d. l. hæreditatum. & quòd ex casu superuenienti irritari non debet, quòd legitimè principio actum reperitur, per multa similia ibi per eum allegata.

¶ Nec etiam obstat, ꝙ d. dominæ Iuliæ, secundæ cõiugi tantum relictum sit vsusfructus bonorum,
25 quo casu debet fieri æstimatio dicti vsusfructus † secundum formam. l. hæreditatum. ff. ad l. Falc. quæ distinguit ætates illius, cui relictus esset vsusfructus ad faciendum æstimationẽ ipsius vsusfructus: quia ab anno vigesimo, vsque ad annum vigesimũ quintum, fiet æstimatio vsusfructus annorum vigintiocto, ab annis vigintiquinque, vsque ad triginta æstimatio annorum vigintiquinque, ab anno trigesimo, vsque ad trigesimum quintum fiet æstimatio ipsius vsusfructus annorum viginti duorũ. ab annis trigintaquinque, vsque ad quadragesimũ annorum viginti, ab annis autem quadraginta vsque ad quinquaginta annos computatio æstimationis vsusfructus fieri debebit capiendo ætatẽ suam, idꝙ totum ꝙ deerit sibi, procedendo vsque ad annum sexagesimum, dempto vno anno, illa erit vera æstimatio. Exemplum, si vsusfructuarius erat annorũ quadragintaquinque procedendo vsque ad sexagesimum, solùm anni quindecim deficiunt, demas vnum, & remanebunt quatuordecim, & illorũ quatuordecim annorum erit fienda æstimatio, & sic de singulis, vt habetur in d. l. hæreditatum. Ita colligitur expresse ex his, quæ voluit in dicta l. hac edicta-li. colu. prima. vers. Idem quid si dedit. qui solus ponit casum quando vxor secundo marito reliquit vsumfructũ, vel possit cognosci an plus secundo marito fuerit relictum, quàm filio primi matrimonij, ibiꝙ determinat, vt suprà declaratum est, Bero. in consilio 40. num. 17. vol. 2. & ꝙ dicta æstimatio fieri debeat voluit etiam Rui. in cons. 53. nu. 22. volum. 2. Neuizan. consi. 84. circa finem. Bertran. in l. hac edictali. §. 1. nu. 12. C. de secund. nupt. Crauet. in consil. 19. col. 2. in fin. vers. 4. ista quæst. & si fiat huiusmodi æstimatio apparebit, ꝙ non minus fuit relictũ dictis filiabus, quantum secundæ coniugi, ꝙ admittitur, & sic quòd nihil relictum fuit dictæ coniugi, quàm ipsis filiabus, vel vnicuique ipsarum. Quia respondetur ꝙ allegata, de quibus suprà possent procedere, vbi dominæ Iuliæ esset relictus vsusfructus pro vita sua, secus si in eo fuisset instituta hæres vniuersalis vsusfructuario nullo dato cohærede: quia
26 quando † testator instituit vxorem suã vsufructuariam omnium bonorum, & post mortem suam instituit filias suas, vxor erit hæres non solum in vsufructu, sed etiam in proprietate, & institutio filiarũ resoluitur in fideicommissum. & perinde est ac si vxor instituta esset grauata post mortem filiab. restituere, Saly. in l. extraneum. in fin. C. de hære. instit. vbi dicit, ꝙ si vxor est instituta in vsufructu: quia tunc non habet cohæredem, interim est hæres vniuersalis, & per consequens habet vsumfructum casalem, Ang. in l. filius à patre. ff. de lib. & posthu. Iaſ. in d. l. extraneum. col. pen. vers. 3. principaliter limita. Ang. in §. hæres. col. 2. versi. 3. casu, de hæred. instit. Ang. in l. 2. ff. si pars hæred. petat. Alex. in consil. 162. volum. 2. Dec. in consil. 278. col. 2. & in consilio 478: col. 1. rursus Alex. in consi. 4. nu. 3. vol. 7. Crot. in cõsi. 79. n. 10. 11. & in l. recõiuncti. in 21. quæst. de leg. 3. Soc. Iun. in consil. 183. nu. 45. in addit. vol. 2. & hanc communem Doctorum sententiam firmant Dec. in consi. 419. col. fi. Soc. Iun. in consi. 84. nu. 7. volu. 1. & Ruin. in consi. 36. nu. 3. vol. 2.

¶ Ex his igitur concludendum esse arbitror dictam dominam Lucretiam primò consequi debere legitimã in bonis paternis, & ꝙ residuũ diuidatur inter eã & nouercam, vt etiam cõcludit Ripa in dicta

l. in

l. in quartam. in fin. firmans post Bertr. ibi per eum citatum, hanc esse communem Doctorum sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Verborum pompa dimittenda est, & substantialia ac necessaria ad rem conferentia attingere debemus.*
2 *Fideicommissum est quid facti, & res onerosa quæ non præsumitur.*
3 *Fideicommissum non subesse in dubio præsumendum est.*
4 *Asserenti fideicommissum extare incumbit onus probandi.*
5 *Testator quod non loquitur velle non præsumitur.*
6 *Testatorem aliquid in mente voluisse non sufficit, nisi aliquo modo disponat.*
7 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
8 *Verbum possit, in vltima voluntate relatum ad hæredem, fideicommissum importat.*
9 *Quod declara vt in num. seq.*
10 *Fideicommissum factum subconditione deficiente conditione expirat.*
11 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
12 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
13 *Et quidem expressam.*
14 *Et quæ specificè debet adimpleri.*
15 *Conditio importat formam.*
16 *Forma non seruata corruit actus.*
17 *Formæ omissio in qualibet minima parte vitiat actum etiamsi absque dolo fuerit omissa.*
18 *Dispositio & eius effectus cessat inuentione cessante.*
19 *Recedendum non est à proprietate verborum, nisi aliter constet euidenter de contraria voluntate & mente testatoris.*
20 *Dictio ipsa inducit repetitionem.*
21 *Dictio dicta, est relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*
22 *Dictio sic, est relatiua præcedentium.*
23 *Dictio suprà, operatur repetitionem præcedentium.*
24 *Verba geminata magis demonstrant enixam voluntem testatoris.*
25 *Fideicommissum dicitur materia stricta et odiosa: quia tractatur de eo inducendo.*
26 *Persona tacita subintelligitur ad euitandum fideicommissum, secus autem ad inducendum.*
27 *Substitutio facta filio, si decesserit sine filijs, non censetur facta nepoti.*
28 *Interpretatio regulariter fit, vt fideicommissum magis remoueatur quàm inducatur.*
29 *Hæres non potest venire contra factum defuncti, sed illud obseruare tenetur.*
30 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere cum legatarijs & fideicommissarijs, adeò quod obligatus est ex quasi contractu seruare ordinata per testatorem.*
31 *Qui enim alicui succedendo ex persona lucrum capit eius factum approbare debet.*
32 *Hæres non obseruando disposita in testamento dicitur voluntatem testatoris circumuenire.*
33 *Hæres & defunctus iuris præsumptione censentur vna & eadem persona.*
34 *Et maximè si eam adierit sine beneficio inuentarij.*
35 *Testator rem propriam hæredis legare potest.*
36 *Quod ampliatur procedere nedũ si testator sciret rem esse hæredis sed etiam si credidisset suam.*
37 *Pater si alienauit rem filij qui post ea eius hæreditatem adiuit non confecto inuentario, filius alienationem seruare tenetur.*
38 *Alienatio feudi nocet filijs, quando sunt hæredes patris & agnati qui successerunt alienanti, quamuis ad feudum admitti potuissent etiamsi hæredes illius non fuissent.*
39 *Hæres prohibitus alienare, si alienat, qui ei hæres extiterit, non poterit venire ad huiusmodi alienationem.*
40 *Legatum factum per testatorem de re peruentura ad hæredem, qui hæreditatem adiuit, disposita per testatorem adimplere tenetur.*

CONSILIVM. XXX.

IN præsenti consultatione inspectis verbis testamenti quondam Magnificæ Dominæ Theodorinæ Spinulæ videtur dicendum, attingẽdo † substantialia ac necessaria, & ad rem conferentia, vt exordiar cum Bald. in auth. & causa. in princi. C. de lib. præter. & Ias. in cons. 1. in prin. vol. 1. q̃ in eo descriptum non reperiatur aliquod fideicommissum in fauorem dominorum Dominici, Eliæ, Nicolai, Augustini & Oratij filiorum quon. Magnifici Domini Stephani Spinulæ. quod probatur, quia † fideicommissum est quid facti & præsertim res onerosa, quę præsumi nõ debet sed euitanda. l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pupil. Cepha. in cons. 67. num. 27. & pro quo † in dubio pronunciandum est non subesse. cum hoc fauorabilius sit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Alcia. in non. 525. nume. 12. & in cons. seq. num. 6. sed in testamento prædictæ quondam dominæ Theodorinæ non constat q̃ loca comprarum. S. Georgij. & de quibus in eo, sint subiecta fideicommisso, ergo, &c. Socin. Iun. in cons. 102. num. 25. vol. 1. Nam pro regula in substitutionibus & fideicommissis solet dari, quod † illa substitutio vel fideicommissum locum non habet quę vel quod in testõ nõ reperitur, & asserenti contrarium incumbit onus probandi. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de testa. §. 1. vers. occurrit. Socin. in cons. 62. col. 3. vol. 3. Socin. Iun. in cons. 64. nume. 14. volum. 3. 75. num. 8. 100. num. 17. & 110. nume. 3. volum. eod. Bero. in cons. 67. nu. 7. vol. 2. & in cons. 93. num. 41. vol. eod.

¶ Secundò facit. Nã † testator quòd non loquitur velle non p̃sumitur, Bal. in l. 1. §. fin autem ad deficiẽtis. per illum tex. C. de cadu. tollen. Cac. in con. 465. num. 7. & in cons. 696. nu. 19. Soc. Iun. in con. 1. num. 4. vol. 3. cons. 4. num. 19. 69. nu. 8. volu. eod. Cepha. in cons. 46. num. 18. & in cons. 114. nu. 8. Port. in consil. 15. num. 14. Nec sufficit † testatorem ita voluisse in mente sua, nisi aliquo modo disponat, Bald. & Imol. in l. quidam cum filum. ff. de hæred. insti. per illum tex. quem valde notabilem tradit Ale. in l. 3. in fi. C. de liber. præter. Soc. Iun. in cons. 111. num. 28. vol. 1. cons. 72. nu. 58. vol. eo. Cepha. in consi. 114. nume. 8. & 144. num. 4. Voluntas † enim in mente retenta nihil operatur. l. si repetendi. C. de cõd. ob cau. Soci. Iun. in consi. 1. num. 6. vol 3. Cepha. in cons. 114. num. 3. & 107. nu. 24. sed per dictam dominam Theodorinam in suo testamento de hoc nihil dispositum fuit, ergo non inductum fideicommissum. Nec habet obstare si dicatur, quòd imò in casu præsenti adest fideicommissum factum in fauorem filiorũ dicti domini Stephani quia dicitur in testamento dictę dominæ Theodorinę, quod dictus dominus Stephan⁹ posit dicta loca mille legare vni seu plurib. ex filijs suis, prout sibi videbitur, quod † verbum posit positum in vltima volũtate & ad hęredẽ relatũ importat fideicommissum. Bar. in l. Gallus. in prin. vbi Ias. col. 5. in vers. tertia conclusio, & Galiaul. num. 19. ff. de lib. & posthum. Quia respondetur, quod † verbũ

poteſt, non operatur quod ſuprà, niſi quando conſtat mentem teſtatoris ita fuiſſe, vt expreſsè ꝓbatur in l. fideicomiſſa. §. hæc verba. ff. de leg 3. vbi ſi teſtator vtitur his verbis: Te rogo fili, vt de prædijs quę ad te peruenerint pro tua diligẽtia diligas & curam eorũ agas, vt poſsint ad filios tuos peruenire, talia verba inquit ibi Vlpianus. ꝙ licet non ſatis exprimant fideicommiſſum ſed magis conſilium quàm neceſsitatem, tamen ea prædia in nepotib. ex intentione teſtatoris videntur fideicomiſsi vim habere, & ſic ibi patet, ꝙ dictum fideicomiſſum non inducitur ex vi verbi poſsint, ſed ex volũtate teſtatoris, & ita illum tex. ad hoc ponderat Fortun. Garcia in dicta l. Gallus. nu. 62. vbi dicit ſe credere, ꝙ differentia non conſiſtat à diuerſitate vltimę volũtatis ad alios actus, ſed à ratione elicitur fideicommiſſum & comprehenditur ex voluntate teſtatoris dum ex verbis voluntas apprehendi poſsit, dicta l. fideicommiſſa. ſi ita ſcripſerit.

¶ Secundò principaliter dicitur, quòd etiam dato quòd ex ſupradictis verbis fideicommiſſum aliquod factum eſſe cenſeatur in fauorem dictorum filiorum quondam Magnifici Domini Stephani; tamen illud in caſu iſto locum habere nõ videtur, cũ ex verbis teſtamenti ipſius dominæ teſtatricis factũ reperiatur ſub quadam conditione & forma ac reſtrictum, & limitatum ad tempus in quo mille loca eſſent deſcripta ad columnam ipſius dominę teſtatricis, quæ conditio non extitit, & forma non fuit
10 ſeruata, quo caſu cum † dictum fideicommiſſum factum ſub dicta conditione expirauerit propter conditionem defectam: quia non deſcripta mille loca. l. 1. §. & cum triplici. & §. fin autem ſub conditione. C. de cadu. tollen. & forma non ſeruata ac illud tan-
11 quam reſtrictum, & limitatum, † limitatũ effectum producere debet. l. in agris, cum alijs vulgarib. ff. de acq. re. dom. ſequitur ꝙ dicti filij nullũ fundamentũ facere poſsint in dicto fideicommiſſo expirato, atque ideo ꝙ ordinatio paterna non obſtante contradictione filiorum, ſuum effectũ ſortiri debet. Quod autem ſit factum dictum fideicommiſſum ſub conditione & forma & reſtrictũ vt ſuprà demonſtratur ex ſequentibus: & primò ex teſtamẽto ipſius dominæ Theodorinæ, vbi diſponit quod ſcribatur ſuper ipſam teſtatricem in vna columna loca trecenta, ſi tempore mortis ſuæ nõ fuerint deſcripta, quæ loca trecenta ſic ſcripta ſtare debeant ſuper ipſam teſtatricem in dicta ratione & columna ex parte & prouentu ipſorum locorum, videlicet annorum 1521. et aliorum ventorum, multiplicentur & multiplicari debeant de proficuo in capitale donec & quouſq; dicta loca perueniant ad numerum locorum mille, quo numero completo mandat & ordinat, ꝙ dictus Dominus Stephanus poſsit dicta loca mille legare vni ſeu plurib. ex filijs ſuis legitimis prout ſibi videbitur. Ponderanda enim ſunt primo illa verba quo
12 impleto, ablatiui † qui in vltimis voluntatibus importat conditionem. l. à teſtatore. ff. de cond. & demon. vbi Bar. & alij. Dec. in conſ. 57. nume. 9. Socin. Iun. in conſi. 162. num. 35. volum. 2. con. 180. num. 38. vol. eo. & in conſ. 145. num. 1. vol. 3. Bero. in conſilio
13 176. num. 78. vol. 2. & † quidem expreſſam, Bar. in l. 1. ad fin. ff. de cond. & demonſt. Dec. in conſil. 63. col. 2. in prin. 89. col. 2. & 581. num. 9. Soci. Iuni. in citato
14 conſi. 145. num. 1. & † quæ ſpecificè adimpleri debet. l. qui hæredi. ff. de cond. & demon. Bero. in conſ. 187. num. 9. vol. 3. Socin. Iun. in conſ. 181. num. 2. vol. 2. & in conſi. 14. num. 14. volum. 4. vbi verè & propriè de
15 bet impleri. conſ. 12. num. 13. vol. eod. & † quæ conditio importat formam. Bald. in auth. matri & auiæ. C. quand. mul. tutel. offi. fung. poteſt. Soci in conſil. 85. num. 15. vol. 2. 122. num. 19. vol. eod. Bero. in conſ
16 80. num. 3. volu. 3. qua † non ſeruata corruit actus. l. non dubium. C. de ll. Iaſ. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſa. formę enim defectus maior eſt quàm materiæ. Bero. in conſ. 36. n. 5. vol. 1. & in tantũ, ꝙ ipſius
17 omiſsio † in qualibet minima parte vitiat actũ etiam ſi abſq; dolo fuerit omiſſa. Bero. in conſ. 2. nu. 1. vo. 2. Ex his igitur quæ dicta fuerunt concludendũ venit nullatenus dictos filios aſpirare poſſe ad dicta loca ex vi dicti fideicommiſsi expirati ob defectũ conditionis & formæ, de quib. ſuprà. Nam † diſpoſitio ac
18 eius effectus ceſſat, intentione ceſſante. Soci. Iun. in conſ. 160. nu. 1. vol. 2. & eo maximè indicãdum venit cùm clarè appareat hanc fuiſſe expreſſam mentẽ & voluntatem ipſius teſtatricis, quæ omnino colligi-
19 tur ex verbis Teſtamenti, à † quib⁹ recedendũ non eſt. l. non aliter. ff. de leg. 3. præſertim cum aliter non conſtet euidenter de contraria eius voluntate & mente. l. cum virum. C. de fideic. vbi licet plerunq; magis attendatur mens quàm expreſsio verborũ, tamẽ hoc procedit quando per probationes liquido contraria mente, alioquin verbis ſtandum eſt, quia id videtur teſtator voluiſſe, quod expreſsit l. labeo. ff. de ſuppel. leg. l. ſi plures. in fin. ff. de vulgar. & pupil. ibi, niſi alia fortè mens fuerit teſtatoris, quod vix credendum eſt niſi euidenter fuerit expreſſum.

¶ Quod autem hæc fuerit ſua voluntas patet: quia dũ mandat & ordinat, quòd dominus Stephanus poſsit legare vni ex filijs ſeu pluribus, prout ſibi videbitur, expreſsè facit mentionem de dictis mille locis. Item ſimiliter iſtud oſtenditur ex alijs verbis ſequentibus ibi: ac etiam ipſa loca poſt eius mor-
20 tem, &c. per † quam dictionem ipſa inducitur repetitio præcedentium, Pariſ. in conſ. 20. nu. 55. volum. 3. Nec non & ibi, deinde poſt eius mortem de dictis
21 locis facere, diſponere, &c. quæ † dictio dicta, eſt etiã relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus ſuis, Soc. Iun. in conſ. 102. num. 3. vol. 3. & 134. nu. 37. vol. eo. Rui. in conſ. 206. num. 5. volu. 2. Pariſ. in conſi. 86. vol. 2. num. 36. Bero. in conſ. 32. num. 7. volum. 3. Dec. in conſi. 278. colum. fi. & 291. nume. 6. quod & confirmatur ex alijs ſubſequentibus ibi. Decedente verò dicto Stephano ſine filijs, quod poſsit diſponere pro libito & ipſa loca legare. vbi illa dictio dicta, operatur quod ſuprà. Vltimò ibi etiam dum dicitur, donec dicta loca perueniant ad numerum dictorum locorum mille ſic vt ſuprà ordinatorum.
22 Nam hic eſt dictio ſic, quæ † eſt relatiua præcedentium, Bar. in l. ſi quis ſeruum. §. fi. de legat. 2. Ruin. in conſ. 170. numero 2. volum. 2. Item & dictio ſuprà,
23 quæ † ſimiliter operatur repetitionem præcedentium, Bar. in l. 1. fi. de poſtul. Ruin. in conſi. 182. num. 12. vol. 2. 147. num. 3. vol. 5. Pariſ. in conſ. 10. num. 68. vol. 4. Bero. in conſ. 79. num. 1. vol. 2. Cum igitur tot
24 dictiones ſint replicatæ & † verba geminata clarè demonſtrant hanc fuiſſe ſuam enixam voluntatem arg. not. in l. baliſta. ad Treb. & per Bartol. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & p cõſequens quòd dicti filij nullo modo poſsint rebus ſtantibus vt ſtant aſpirare ad dicta loca, & eo præſertim hoc
25 tenendum videtur, cum † ſimilis in materia ſtricta & odioſa: quia tractatur de inducẽdo fideicommiſſo, Dec. in conſ. 95. col antepenul. verſ. ſed tamẽ. Iaſ.
26 poſt alios in l. ex tribus. C. de inoff. teſta. hinc † ad euitandum fideicommiſſum tacitè perſona ſubintelligitur. l. cum auus. ff. de cond. & demon. ſecus autem ad inducendum, quia † ſubſtitutio facta filio ſi
27 deceſſerit ſine filijs, non cenſetur facta nepoti etiã decedenti ſine filijs, neque filijs inuicem hæredibus ſubſtitutis comprehenditur nepos. Dec. in conſil.

465.nu.13.vers.5.Craue.in cons.67.nu.8.Cephal.in
28 cons.45.num.15.vbi dicit,quòd † regulariter fit interpretatio,vt fideicommissum magis remoueatur quàm inducatur,cum sit odiosum.cons.268.nu.27. 231.nu.15.pro quib.facit regula,ꝙ testator censetur minus grauare hæredem suum quàm fieri potuerit l.vnum ex familia.§.si rem.ff.de leg.2. l. apud Iulianum.§.Seio.de leg.1.l.nummis.de legat.3. Craue.in cons.86.nu.7.& 25.num.24.

¶Vltimò dicitur,quod etiam dato & permisso,ꝙ dicta loca omnino essent subiecta fideicommisso,ta
29 men ꝙ † filij ipsi vt hæredes patris non possunt venire contra eius ordinationem, & declarationẽ sed factum ipsius approbare tenentur,cũ hæreditati eorum patris se immiscuerint. cum à matre. C. de rei vindicati.l.successores.C.de solu.l.venditrici.C. de reb.alie.non alien.Soc.in cons.2.col.1.volu.4.Paris. in cons.2.num.29.volu.3.Socin.Iun. in consilio 72. num.25.vol.3.& in cons.60.n.9.vol.4.Crot.in cons.
30 6.n.13.&32.n.28.Nam † hæres adeundo hereditatem dicitur quasi contrahere cum legatarijs & fideicommissarijs,adeò quod tenetur adimplere omnia dispositain eius testamento.l.ex malefic.§.hæres.ff. de actio.& oblig.§ hæres.Instit.de obliga. quæ ex quasi contrac.Curt.Iun.in consi.120. num.7. Soci.Iun.in cons.72.numer.26.vol.3.& 68.num.9.vol.4.Pari.in cons.2.nume.31.vol.3.vbi sic ait.Hæres adeundo & se immiscendo hæreditati quasi contrahit cum legatarijs & fideicommissarijs in tantùm quod tenetur & obligatus est ex quasi contractu seruare ordi-
31 nata per testatorem: qui † enim alicui succedendo ex persona sua lucrum capit,eius factum approbare debet.l.qui ex persona. ff.de reg.iur.Soc.Iun.in consi.93.in fi.vol.3.Port.in cons.126.num.23.&134.n.8.
32 Emilia.in cons.39.nu.38.aliàs † secus faciendo dicitur voluntatem testatoris circumuenire,contra l.si cui.in prin.ff.de cond.& demonst.Soc.Iun.in d.consi.72.num.26.volum.3&68.vol.4. quod ampliatur procedere etiam si velit venire iure proprio contra dispositain testõ,quia cum sit hæres representatiuè
33 & † iuris præsumptione eadem persona cum defuncto,vt inquit Imperator in auth. de iure iur. à mor. præstit. in princ.hoc ei facere non licet, Bald. & alij in dicta l.cum à matre.Fulgos.in con.67. col. secunda,Dec in cons.547.col.prima.in fin.quem sequitur Socin.Iun. in cons.60.num.26.volu.4.& in cons.93. in fi.vol.2.Emilia.in cons.39.nume.38.& tanto ma-
34 gis hoc dicendum venit, † cum filij ipsi hæreditati se immiscuerint sine beneficio inuentarij,iuxta doctrinam Bal.in l.qui se patris.col.6.versi. Item quæritur.C.vnde lib.Soci.Iun.in cons.72.num.9.vol.1. Ruin.in cons.42.num.12.vol.1.si enim pater potest in re propria hæredis facere legatum & fideicõmissum relinquere,cur non poterit legare rem filij subiectam fideicommisso. Nam valdè absurdum esset
35 hoc dicere.Quòd † aũt posit hoc testator rem propriam hæredis legare.tex.est clarus in §. non solùm. Instit.de legat.l.hæredum.C.de sideiuf.Iaf. in l.serui electione.num.20.de leg.1.Paris.in cons.2.nume.32. vol.3.Soc.Iun.in cons.107.num.56.vol.3.Curt.Iun. in citato cons.120.num.7.Crot.in consil.32.num.3.
36 quod † etenim procedit nedũ si testator sciret rem esse hæredis,vt dictis iuribus,sed etiamsi credidisset suã l.vnum ex familia.§.si rem.de leg.2.Soci.Iun. vbi suprà,& in cons.124.num.77.volu.1.& ideo in-
37 quit Rui.in allegato consi.42.num.12. quòd † si pater alienauit rem filij,qui postea eius hæreditatẽ adiuit non confecto inuentario,filius alienationẽ ser-
38 uare tenetur.Imo plus voluit,ꝙ † alienatio feudi nocet filijs,quando sunt hæredes patris,& agnatis qui successerunt alienanti,quamuis ad feudum admitti potuissent,etiam si hæredes illius non fuissent. Ale. in l.si patroni.ff.ad Trebell.Iacob.de Sanct Georg. in sua inuestitura, & cum pacto de non alienando. versic.& aduertite ad id.Tiraq.in tracta. de retract. folio mihi 14.numero 40. Additur & quoque quod scribit Crot.in l.filius familiâs in §. diui. numer.1.8. vers.primus casus,de leg.1.quem sequitur Soc.Iun.
39 in consi.107.num.58.vol.3.vbi inquit,ꝙ † hæres prohibitus alienare si alienat,qui ei hæres extiterit,nõ poterit venire contra talem alienationem, etiam ꝙ prohibitio esset facta in eius fauorem. Cõfirmatur & hæc sententia ex his quæ scribit Soc.Iun.in cons.
40 107.nu.58.vol.3.vbi legatum † factũ per testatorẽ de re prouentura ad eius hæredẽ qui hæreditatem adiuit,dispositaper testatorem adimplere tenetur,& contra eius factum venire nõ potest, maxime cùm hæreditas,vt in casu præsenti,remaneat locuples,facit etiam quod dixit Soc.Iun.in cons.68.numer.12. vol.4.vbi ait, ꝙ vbicunq; ille,cui fideicommissum debetur,hæres instituitur & grauatur in re sibi debita per fideicommissum,nulli dubium est,quòd si adit hæreditatẽ tenetur implere onus, etiamsi maius esset quàm sit commodum hæreditatis,quia imputandum est ei,ꝙ adiuerit hæreditatem.arg.l.Imperator.§.si centum.de leg.2.cum posset repudiare iterum in cons.137.num.56. vol. Ruin.in consil. 42. colum.pen.in fin.vol.1.Cum igitur in casu, de quo agitur,dicti filij approbauerint voluntatem patris immiscendo se hereditati ipsius,per quam additionẽ seu immixtionem celebratus fuit quidam contractus,quo mediante causata est obligatio inter ipsos hæredes ac legatarium circa obseruationem legati, de quo in testamento paterno facto in fauorem domini Dominici eorũ fratris,vt in simili dixit Curt. Iun.in dicto consilio 120.num.6.concludendum venit,quòd si dominus Dominicus possidet dicta ducenta loca legata,quòd ex dicta approbatione testamenti facta per supradictos dominos fratres si volunt agere contra legatarium, datur ei retentio,& exceptio contra hæredes prædictos, Socin. Iuni.in cons.144.num.49.vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura vltima derogat priori quoad fideicommissa, præsertim quando est minus grauans: quia præualet priori magis grauanti.*

2 *Fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare debet.*

3 *Fideicommissum iam inductum allegans sublatũ vel ademptum debet illud probare, alioquin contra eum tanquam contra intentionem suam non probantem interpretatio est facienda.*

4 *Ademptio substitutionis facta in codicillis nihil aliud est quàm correctio.*

5 *Correctio sicut in dispositione legis non præsumitur ita nec in dispositione testatoris, quæ pro lege obseruari debet.*

6 *Dispositio testatoris nullo modo violari debet.*

7 *Mutatio voluntatis testatoris non præsumitur. & nedum incontinenti, sed nec quidem ex temporis interuallo.*

8 *Animi perseuerantia præsumitur.*

9 *Error potius præsumitur, quàm voluntatis mutatio.*

10 *Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi specialiter de pœnitentia doceatur.*

11 *Onus probandi voluntatem defuncti esse mutatã pertinet ad eum qui fideicommissum recusat.*

12 *Limitata causa limitatum producere debet effectum,*

13 *Sub-*

13 *Subſtitutio limitata ad certum tempus trahi non poteſt vltra illud tempus.*
14 *Diſpoſitio limitata quo ad certas perſonas limitatum debet producere effectum.*
15 *Promiſſio limitata non extenditur ad aliã cauſam.*
16 *Diſpoſitio non debet operari vltra intentionem operantis.*
17 *Intentio illa eſſe cenſetur, quæ ex verbis colligitur.*
18 *Verba ſequentia declarant præcedentia.*
19 *Verba clara non indigent coniecturis nec interpretationibus.*
20 *Excluſio vnius eſt incluſio alterius.*
21 *Reuocans in partem reliqua confirmare cenſetur.*
22 *Comiti ſi eſt data poteſtas reuidendi ſtatuta, & ipſe quædam improbet cætera confirmare videtur.*
23 *Teſtator in codicillis receſſiſſe non videtur à diſpoſitione teſtamentaria, ſed ab his tantùm quæ reformauit.*
24 *Regulare eſt, quod per ademptionem vnius rei non ſequitur ademptio alterius, quando res ſunt ſeparabiles.*
25 *Quod non mutatur cur ſtare prohibetur.*
26 *Legata & fideicommiſſa & ſi in codicillis adimi poſſint, id verum exiſtimatur niſi in contrarium conſtet de voluntate teſtatoris.*
27 *Fructus percepti per grauatũ, imputãtur ei in Trebellianicam. ſi non de liberis eſt primi gradus.*
28 *Aſcendentibus grauatis computantur fructus ſecundum communem in Trebellianicam.*

CONSILIVM XXXI.

MIGRAVIT ab hoc ſeculo Nobilis quond. Ioannes Petrus Rochus, qui in eius vltimo eulogio, inſtitutis prius eius hęredibus vniuerſalibus Ioanne Ant. eius filio legitimo & naturali ac Bart. eius nepote ex quondam Vercellino eiuſdem teſtatoris filio prædefuncto, eoſdem filium & nepotem hęredes inſtitutos vt ſupra inuicem ſubſtituit per hæc verba. Et in caſum mortis ipſorum Antonij, Bartholomæi ſeu alterius eorũ abſq; liberis legitimis & naturalib. & ab inteſtato eos inuicem ſubſtituit vulgariter & per fideicõmiſſum, & adueniente caſu, q; bona & hæreditas ipſius teſtatoris in totũ peruenirent in prædictũ Ioa. Antonium ſeu in eius liberos per mortem antedicti Bartholomæi abſq; liberis legitimis & naturalib. & ab inteſtato aut in memoratum Bartholomæũ per mortem ipſius Ioannis Antonij abſq; liberis vel filiorum ipſius abſq; liberis & ab inteſtato, eo tunc & caſu prædicto adueniente dari voluit Ioan. Iacobo tertio filio ipſius teſtatoris ſcutos triginta, in quib. eum particularem hæredem ſubſtituit, & his mediantib. voluit ipſum Dominum Ioan. Iacobũ fore debere tacitum & cõtentũ, ſaluo in caſu deceſſus ipſorum omniũ, & quando tota linea eorundẽ deficeret & ab inteſtato. Demũ idem teſtator cõdidit codicillũ, in quo deſcripta ſunt verba infraſcripta. Itẽ, ex quo in dicto teſtõ per Varaliam recepto diſpoſuit idẽ codicillans, q; decedentibus Ioanne Antonio & Bar. ſine liberis legitimis & naturalib. q; Ioan. Iacobus ſuccedere debeat ipſis ambobus, decedentibus & propterea idem codicillans ordinauit, quod ipſi ſeu eorum hæredes poſsint & valeant diſponere de ipſis bonis, veluti ſi nunquam idem codicillans teſtaſſet (vt eius verba referam) & ipſos in priſtinam libertatem reduxit. In reliquis autem ipſum teſtamentum, ſic vt ſupra factum, confirmauit & confirmat perpetuò valiturum, caſſans: &c. Deceſsit exinde dictus Antonius relicto Dominico eius filio nũc viuente poſtea ab humanis deceſsit dictus Bar. ſine liberis, cuius bona nunc occupantur per Bartho. de Ceppo, Vercellinũ de Rocho, Bartholomæum Ciglianum, & Benẽtinum Baium, omnes nepotes dicti Bartholomæi ex ſororib. ipſius. Modo nata eſt controuerſia inter dictum Dominicum, & ſuprà nominatos nepotes dicti Bartholomæi ex ſororibus: quia dictus Dominicus petit bona quondam Bartholomæi nunc poſſeſſa per ſupradictos nepotes; & tanquam ſibi ſpectantia ex fideicommiſſo auito adiudicari. Ex aduerſo verò opponitur, poſſeſſores ipſorum bonorum eſſe proximiores affines dicti Bartholomæi, & ad eos dicta bona ſpectare, fideicommiſſum q; deſcriptum in teſtamẽto dicti quondam Nob. Petri Rochi fuiſſe & eſſe reuocatum ex verbis codicilli ſuprà enarratis. Quæritur quid iuris. Prima igitur facie videretur dicendum † poſteriorem codicillorum ſcripturam derogare priori quoad fideicomiſſium. l. diui. §. 1. de iure codici. l. alũ nę. §. Titia. de adi. leg. §. poſteriore. Inſti. quib. mod. teſt. infir. maximè quãdo poſterior ſcriptura eſt minus grauãs: quia præualet priori magis grauanti. Albe. in rub. de adim. leg. nu. 4. Secundò facit text. in l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adim. leg. vbi ſi teſtator in codicillis aliam diuiſionem facit quàm in teſtamento, ab ipſa teſtamentaria diſpoſitione receſsiſſe videtur. Tertiò accedit text. in l. ſi iure, de lega. 3. vbi ſi teſtamentum fecero, in quo fideicommiſſum tibi reliqui, deinde aliud condidero, in quo vel idem fideicommiſſum vel nullũ reliquero. Quæritur quid de fideicommiſſo in primo teſtamento relicto, an cenſeatur reuocatum, & diſtinguitur aut valet vltimum teſtamentum & primum cenſetur reuocatũ. Nam mens teſtatoris pręſumitur, quod faciendo aliud teſtamentum nolit præſtari quod priori reliquerat, & quantum ſit reſpectu fideicommiſſi non videtur differentia q; vltimo loco fiat aliud teſtamentum vel fiant codicilli, in quibus de illiſmet bonis ac perſonis diſponatur, de quibus in teſtõ erat diſpoſitum. Ceph. in con. 66. n. 19. Ex his igitur dicẽdum videt, q; cũ codicillans à teſtamenti diſpoſitione voluerit recedere, q; de ipſo fideicommiſſo ampliùs quærẽdum non eſt, quia cũ ſit qd factinon pręſumitur niſi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſt reuer. ſed vltima diſpoſitio tanq; benignior ſpectãda ſit, nam in re dubia benignioręinterpretationem ſequi non minus eſt iuſtius quàm tutius. l. proximè, in princ. de his quæ in teſta. delen.

¶ Quib. tamen non obſtantibus contrariam ſententiam in caſu, de quo agitur, veriorem eſſe arbitror, quod ex infraſcriptis demonſtratur, & primò: quia † vnuſquiſque debet probare id quod eſt fundamentũ intentionis ſuę. l. qui accuſare. C. de eden. l. ei qui dicit. ff. de probat. Bartol. in l. in illa. ff. de verbo. oblig. Socin. in l. prima, in princ. ff. de cond. & demon. Bero. in conſi. 15. numer. 2. volum. 3. in conſ. 54. num. 13. volum. 2. & in conſi. 29. nume. 31. ſed qui vult dicere q; † fideicommiſſum iam inductum fuerit ſublatum vel ademptũ debet illud probare, cum hoc ſit fundamẽtum intentionis ſuę, alioquin contra eum tanquam contra intentionẽ ſuam non probantem, interpretatio eſt facienda. Bar. in l. veterib. col. fi. ff. de pact. ita in terminis noſtris inquit Natta in con. 476. nu. 15. & in con. 484. in fi. Cepha. in conſi. 67. col. prima, in fi. ſed in caſu, de quo agitur, per has mulieres non fuit probata ademptio fideicommiſſi in primo capite, ergo &c.

¶ Secundò facit, nam † ademptio ſubſtitutionis facta in codicillis nihil aliud eſt quàm correctio ſed correctio † in diſpoſitione legis non præſumitur. l. præcipimus. in fin. C. de appellat. ergo nec in diſpoſi-

dispositione testatoris, quæ pro lege est obseruanda. §. disponat, in auth. de nupt. Paris. in consilio 50. numero 14. volum. 4. consil. 90. num. 2. 75. in princ. 81. numero primo, consil. 19. numero. 43. volum. eo.

6 quæ † nullo modo violari debet, Socin. in consi. vndecimo, column. secunda. verficu. verum prædictis ita in præsenti casu arguit Curt. Iun. in cons. 103. nume. 2. Natta in citato cons. 476. num. 15. Cum igitur ademptio fideicommissi, de qua agitur, non sit clarè facta & expressè, vt infrà dicetur, sequitur quod fideicommissum inductum in testamento prædicti domini Petri Rochæ non fuerit sublatũ nec ademptum in codicillis.

7 ¶ Tertiò accedit, nam † mutatio voluntatis testatoris non præsumitur. l. eum qui. ff. de prob. & nedum incontinenti. l. nam ad ea. de conditio. & demonstr. cap. cum tu. de testib. sed nec quidem ex temporis interuallo. cap. maiores. de baptism. Aret. in l. Titia. §. idem respondit. il. primo. col. 3. ff. de verb. obli. Cephal. in consil. 4. in fin. & 272. num. 90. Paris. in consilio 67. numero 25. volum. 3. Imò verò præsumitur

8 animi † perseuerantia. l. cum hic status. §. primo in fin. ff. de donationib. inter vir. & vxor. Afflict. in decis. 381. numero 3. Cephal. in consil. 4. in fi. & 272. nu-

9 mero 90. & potius præsumitur error quàm voluntatis mutatio. Iaf. in l. si quis in fundi vocabulo, in princip. colum. 5. vers. 3. nota. de leg. primo. Cephal.

10 in allegato con. 272. nu. 95. nam † voluntatis mutatio non præsumitur, nisi speciaiter de pœnitentia doceatur. l. si quis in princ. testam enti. de leg. 3. Natta in cons. 476. nu. 7. vbi etiam inquit, quòd † onus

11 probandi mutatam esse voluntatẽ defuncti ad eum pertinet qui fideicommissum recusat, vt dicit text. ad literam in l. Lucius. la prima, in fi. de leg. 2. quod & repetit in cons. 484. in fi. Cur. Iun. in cons. 103. nu. 4. vbi inquit, q; ille qui vult dicere voluntatem mutatam debet probare. l. eum qui mutatam. ff. de proba. & q; probatio debet de necessitate concludere. l. non hoc. C. vnde legitim. si igitur mutatio voluntatis non præsumitur sed animi perseuerantia, & non credatur allegãti mutationem, nisi probetur pœnitẽtia, sequitur in casu nostro, q; cum hoc probatum non reperiatur, quòd firmum manere debeat fideicomissum primum, de quo in dicto testamento non obstante codicillo allegato, q; tantùm se extendit ad casum limitatũ Iacobi, vt infrà dicetur, & tanto magis hoc dicendum venit, cùm de aliqua pœnitentia contentorum in testamento non appareat. Imò oppositum: quia iussit testator in reliquis obseruari testamentum, vt in simili considerat Natta in consil. 476. col. 3. in princ. & col. 4. in fi.

12 ¶ Quartò pro hac sententia facit. Nam † limitata causa limitatũ debet producere effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. Bero. in cons. 79. nu. 3. volu. 1. 187. num. 55. vol. eod. cons. 155. n. 13. vol. 2. l. 2. vbi Bal. per illum text. ff. de ser. export. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen. Alexan. in cons. 1. num. 43. vol. 2. Soci. in consi. 18. num. 16. vol. 1. consil. 20. num. 37. 23. num. 13 vol. eo. 106. num. 15. volu. 3. Paris. in con. 14.

13 nu. 14. vol. 2. vbi † substitutio limitata ad certũ tempus, trahi nõ potest vltra illud tempus. Dec. in con.

14 63. nu. 3. vbi † dispositio limitata quoad certas personas, limitatũ debet producere effectum, sequitur Paris. in cons. 85. num. 45. vol. 2. Goz. in consi. 65. nu.

15 3. vbi † limitata, pmissio non extẽditur ad aliam causam, sed in casu præsenti constat reuocationem fidei commissi, de quo in testamento, non fuisse simpliciter factam in codicillis, sed limitatè respectu fideicommissi Iacobi ipsius testatoris filij. quod demonstratur, quia in codicillis testator sic inquit, quod licet in testamento suo disposuerit & ordinauerit, quod decedente Ioan. Anton. & Bart. hæredibus institutis sine liberis legitimis & naturalib. q; Ioan. Iacobus succedere deberet ipsis ambob. decedentibus tamen ordinat q; ipsi seu eorum hæredes possint & valeant disponere de ipsis bonis, veluti si nunquam idem codicillans testatus fuisset, & ipsos in pristina libertate reduxit. Et sic luce clarius cõstare videtur q; dicta ademptio facta in codicillis est limitata & restricta ad casum Iacobi. & non aliorum substitutorum, vnde illa extẽdi non debet vltra ipsum casum limitatũ. d. l. in agris. cum alijs suprà allegatis. Nam

16 † dispositio non debet operari vltra intentionem

17 operantis. l. nõ omnis. ff. si. cer. pet. quæ † intentio illa esse cẽsetur, quæ ex verbis colligitur. l. non aliter de leg. 3. Ceph. in cons. 263. in fin. & q; hac sententia videtur benè facere quod scribit Curt. Iun in citato consilio 103. iam allegato, nam in suo testator testamento ordinauit, quòd decedente domina Armelina sine filijs masculis filiæ suę succederẽt, demum in codicillis disposuit, quod volens dictam dominam Armelinam à suis filiabus honorari, prout decet. dictam substitutionem respectu dictæ dominæ Armelinæ & non vltra ademit & reuocauit, ita & taliter quod, non obstante dicta substitutione dictæ dominæ Armelinæ facta in dicto testamento, possit & valeat portionem bonorum, in quib. instituta est hæres pro sua virili portione, relinquere quocunque iure ipsis filiabus, seu alteri earum, prout & sicut ipsi dominæ Armelinæ libuerit, dubitatum fuit, an in totum dicta substitutio fuerit reuocata, ita quod potuetit liberè dicta domina Armelina de bonis, de quibus agebatur, disponere. An verò censeatur tantùm limitatè reuocata ad finem, vt possit & teneatur filiabus suis vel alteri earum bona, de quibus agebatur in casu suo, relinquere. & pro resolutione dictæ dubitationis inquit, quamplures Iurisconsultos Florentinos eleganter & copiosè consuluisse, dictam substitutionem non fuisse in totum reuocatam sed limitatè, vt possit & teneatur filiabus suis vel alteræ earum relinquere, quæ consilia (vt audiuit) fuerunt etiam approbata per Excellentissimum ætatis nostrę Iurisconsultorum Principem dominum Philippum Decium, quę & ipsa confirmat per multa ex his quæ suprà allegaui, & inter cætera. quia si testator voluisset in totum reuocare illam substitutionẽ frustra adiecisset illa verba, ita & taliter, quod non est dicendum per regulam. l. si quando de lega. primò, ergo idem dicendum in casu nostro, vt per dictam ademptionem sõlum sit reuocatum fideicommissum limitatè iam inductum in testamento in fauorem Iacobi & non alia substitutio, de quibus nullum penitus verbum factum fuit, prout factum fuit de alio casu. imò magis dicendum videtur, hanc non fuisse eius voluntatem: quia post dicta verba appositа in codicillis sunt sequentia, in reliquis autem ipsum testamentum sic vt suprà factum confirmauit & confirmat

18 perpetuò valiturum, quæ † verba sequentia ex quibus declarantur præcedentia. l. si seruus. §. fi. de lega. primo, Bart. in l. fin. ad fin. ff. ad Trebell. Ruin. in consil. 162. numer. 8. volum. 5. satis demonstrant testatorem limitasse & tantùm loquutum fuisse de fideicommisso concernente Iacobum & non aliter,

19 nam cum † verba sint clara non indigent coniecturis nec interpretationibus. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Accedit etiam quod scribit Natta in consi. 483. num. 13. vbi dicit, quòd in his quæ disposita sunt in priori testamento, nec sunt reformata in secundo, integra manet prior dispositio, quia limitata causa limitatum parit effectum. l. cum quæritur. ff. de excep. rei. iud.

¶ Vlterius

¶ Vlterius dicitur extare regùlam, quæ habet, ꝙ
20 † exclusio vnius est inclusio alterius. l. cum prætor ff. de iud. l. maritus. C. de procur. Soci. Iun. in consi. 84. numer. 10. volum. 1. sed in casu præsenti dicitur, quòd cum testator reuocauerit & excluserit caput fideicommissi concernens dictum Iacobum per dictam dispositionem codicillarem, & inclusio remanet in alijs non exclusis, quia † qui reuocat in parte
21 reliqua omnia confirmare censetur. l. tribunus. §. primo, ff. de mil. testa. quem Bald. ita summatur, emendatio vel correctio in quibusdam est cæterorum confirmatio, faciunt scripta per Bartol. Bald. Angel. Paul. de Castro. & Imol. in l. legata inutiliter
22 in fin. de leg. primo. vbi † si fuit data Comitipotestas reuidendi statuta & ipse quædam improbat, cætera confirmare videtur, per text. in dicto §. primo. Bologn. in consi. 31. columna septima. Ruin. in consi. 23. col. 4. volum. 1. consi. 88. col. penul. vol. eod. Alex. in consi. 18. col. penult. volum. 6.

¶ Vltimò in terminis nostris adest tex. expressus in l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adim. leg. vbi dicit tex.
23 quod † testator in codicillis recessisse non videtur à voluntate testamentaria, sed ab his tantùm rebus quas reformauit, & summando illum tex. sic inquit ibi Bartol. Quantum ad res reformatas videtur testator voluisse mutare voluntatem non quantũ ad alias. Paris. in consi. 108. nu. 50. vol. 3. vbi inquit, quod si testator habens filiam reliquit hæreditatẽ Cippo & agnationi excluſa filia ab vniuersali successione, & in codicillis reliquit legatum ducentorum aureorum annuatim casu quod nascerentur filię fœminę & per tale legatum adimebatur Cippo portio hæreditaria, tamen ista ademptio cessare debet fœminis non natis allegat tex. in dict. l. alumnæ. §. qui filias. Aret. in consi. 21. colum. secunda, versicu. & istud est
24 vbi dicit † regulare esse, ꝙ per ademptionem vnius rei non sequatur ademptio alterius quãdo res sunt separabiles, vt in casu nostro, alleg. & d. l. alumnæ. §. qui filias. sequitur Natta in consi. 527. nu. 7. & in consi. 482. nu. 13. vbi dicit, ꝙ in reformatis prior durat vo-
25 luntas. d. §. qui filias quod † enim non mutatur, cur stare prohibetur. l sancimus. C. de testam. quod & repetit in consi. seq. col. 2.

¶ Non obstant modo quę allegata fuerunt in contrarium, quia respondetur, ꝙ † etsi in codicillis & sic
26 in posteriori scriptura possint adimi legata & fidei commissa. l. datum. C. de lega. l. fideicomissium. C. de fideicom. l. 2. versic. sed codicilli. ff. de cond. indeb. glos. Bart. & alij in l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de test. tamẽ id locum non habet vbi constat in contrarium de voluntate testatoris, vt in casu nostro, vbi limitata fuit ademptio fideicommissi in codicillis, & non in totum, vt sup: à dictum fuit.

¶ Non obstat. §. qui filias. quia illa facit potius in contrarium, cùm in eo dicatur, ꝙ in non reformatis stat firma dispositio, de qua in testamento, vt suprà demonstraui.

¶ Vltimò non obstat tex. in dict. l. si iure. quia ille tex. non loquitur in casu limitato. & ideo nimirum si non obstat & facit ad propositum.

¶ Circa secundum caput, in quo quæritur, nunquid hæres Bartholomæi Rochi grauati restituere, imputari debeat sibi omnes fructus perceptos per dictum grauatum conditione pendente. Nõ conterendo tempus vbi non expedit, concludendũ videtur, ꝙ sic, cum nõ fuerit de liberis primi gradus, sed nepos vt in terminis decidere videtur Bar. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. Fal. vbi inquit. hoc es-
27 se cõmune dictum, ꝙ † filij primi gradus non imputant in Trebellianicam fructus perceptos, sed illos lucrantur, per l. iubemus. in fi. ff. ad Trebel. secus tamen in nepotibus. per l. in fideicomissaria. ff. ad Trebel. quod inquit menti tenendũ. subdens aduertendum esse ad hoc: quia vidit errare vnum magnum aduocatum. Alex. ibi colum. penult. & in consil. 201. numero 17. volum. 6. & in consi. 36. colum. prima, in fi. volum. 7. Corne. in consi. 189. in 10. quæst. volum. 4. Cassad. in decis. suis. in tit. de testa. decis. secunda, & quia de hoc aliàs abundè dixi in consi. 30. in princip. vol. primo, ideo ad ibi scripta me remitto. quibus addo Mathes. in l. filium quem habentem. nu. 72. versiculo, prima est C. de inoffi. testa. Picum in l. in quartam nu. 111. ad l. Fal. Coras. in l. precib. nume. 88. C. de impub. & alijs substit. Port. in consilio 126. nume. 3. Bero. in consi. 129. numero 13. volum. 2. 138. num. 5. & in consi. 116. num. 12. volum eod. vbi attestatur hanc esse communem. Nam † si fructus com-
28 putantur in Trebellianicam ascendentibus grauatis, vt per Alex. in l. filius. colum. secunda, ff. ad l. Fal. vbi citat hanc esse receptam Doctorum sententiam & in l. fideicommissaria. column. quarta, ff. ad Trebel. Bero. in consilio 35. colum. fin. volum. secundo, Crot. in rubrica. ff. de acqui. poss. Mathes. in dicta l. filium quem habentem. nume. 72. versicu. secundo, Menoch. in trac. de arbitr. iud. fol. mihi. 267. nu. 49. ergo multo fortius imputari debent in Trebellianicam nepotibus. auth. multo magis. C. de Sacrosanc. Eccles.

SVMMARIVM.

1 *Remedium capituli reintegranda, tertia, quæst. prima, fundatum est super ea ratione, vt euitetur peccatum.*

2 *Remedium dicti capituli reintegranda, inductum est etiam principaliter ad comprimendam spoliatoris audaciam.*

3 *Remedium ipsius capituli reintegranda, ei competit, qui sine culpa & facto suo à possessione rerum suarum cecidit.*

4 *Remedium dicti capituli reintegranda, transit ad hæredem quando in vita defuncti cecidit à possessione per iniustas causas & sine culpa & facto suo.*

5 *Interdum vnde vi transit ad hæredes.*

6 *Remedium dicti capituli reintegranda, transit ad hæredem hæredis.*

7 *Hæres hæredis est hæres testatoris.*

8 *Possessio antiquior sufficit in remedio dicti capituli reintegranda, vna cum probatione, quòd reus conuentus de præsenti possideat.*

9 *Testis de auditu transfert onus probandi in aduersarium.*

10 *Possessio antiquior præsumitur iustior quàm sit noua.*

11 *Electio & spoliatio dicitur re ipsa probata, si de antiquiori possessione vel quasi probatur.*

12 *Antiquior possessio in remedio dicti capitu. reintegranda sufficit maximè si allegatum & capitulatum fuerit, aduersarium possidere à se clam vel precario respectu suæ antiquioris possessionis.*

13 *Spoliato auctoritate iudicis iuris ordine nõ seruato competit remedium capituli reintegranda.*

14 *Iudex dicitur iuris ordinem non seruare, vbi citationes omissæ fuerunt.*

15 *Spoliatio iudicis nulliter procedentis æquiparatur spoliationi priuati.*

16 *Sententia iudicis spoliatiua notoriè iniusta æquiparatur nullitati.*

17 *Remedium capituli reintegranda, secundum communem datur contra titulo possidentem & habentem causam ab auctore non vitioso.*

18 *Pertinentiæ dicuntur ac sunt eiusdem iuris cuius est res principalis.*

19 *Bona*

19 *Bona in dubio præsumuntur allodialia & non feudalia.*
20 *Feudum dicitur habere seruitutem.*
21 *Seruitus non præsumitur nisi probetur, cum ab origine sui quælibet res censeatur libera.*
22 *Bona præsumuntur allodialia, etiam si prædia vicina essent feudalia.*
23 *Pertinentiarum appellatione non veniunt prædia.*
24 *Concesso Castro cũ iuribus & pertinentijs prædia possessa per inuestitos nõ præsumuntur feudalia, nisi id per alias probationes appareat.*
25 *Vendens Castrum cum pertinentijs non censetur vendere res speciales sitas in territorio pertinentes ad vẽdentem, sed iurisdictionem tantum cohærentem territorio.*
26 *Pertinentiarum appellatione non veniunt ea quæ sunt diuersæ qualitatis à concessis.*
27 *Dicenti aliquid esse de pertinentijs Castri, incumbit onus probandi quæ sint pertinentiæ.*
28 *Pertinentiæ illæ tantum esse dicuntur, quæ à lege vel statuto aut consuetudine deputatæ sunt vt rei principali accedant.*
29 *Instrumentis acquisitionum standum est.*
30 *Coniecturis opus non est in claris.*
31 *Origo contractus inspicienda est, & attendi debet in quantum fieri potest.*
32 *Origo est spectanda non attenta mutatione accidentali.*
33 *Veritati omnia cedunt.*
34 *Veritas mater est iustitiæ.*
35 *Dubitandum non est de instrumento publico sicut nec de casu legis.*
36 *Veritas superat omnem præsumptionem.*
37 *Veritas gestorum errore aut alia ratione non vitiatur.*
38 *Veritas quomodocunque cognoscatur semper debet attendi.*
39 *Iudex omnibus modis laborare debet vt veritatẽ quærat, & ea inuenta illam sequi debet.*
40 *Veritas adiuuanda est non autem probationibus restringenda.*
41 *Veritas vincit omnia & vincit in æternum.*
42 *Testi deponenti de eo quod non præcipitur aliquo sensu sed intellectu non creditur.*
43 *Testis debet reddere rationem dicti sui.*
44 *Ratio dicti semper in teste attendi debet, cum dat esse rei, id est, testimonio.*
45 *Probationis virtus tota consistit in ratione, quæ dictũ eius ad se trahit & in sui naturam conuertit.*
46 *Testium dicta regulantur & declarantur per rationem & causam scientiæ.*
47 *Testis deponens super eo quod percipitur intellectu tenetur reddere rationem etiam non interrogatus.*
48 *Pars licet contra personam testium quos produxit nihil opponere possit, secus tamen contra dicta eorum & præsertim si pars aduersa potestata fuisset de reprobandis testibus examinatis.*
49 *Recognoscens rem suam in feudum illam facit feudalem.*
50 *Recognitio facta de re allodiali in feudum præsumitur facta in dubio per errorem.*
51 *Promittens aliquid dare sine causa videtur in dubio per errorem promittere.*
52 *Spoliatus feudo ante omnia restitui debet.*
53 *Dominus & possessor qui semel fuit semper præsumitur quòd talis extiterit.*
54 *Mutatio voluntatis non præsumitur nisi probetur*
55 *Possessio in feudalibus continuatur in hæredem.*
56 *Constitutum transfert possessionem.*
57 *Priuatio præsupponit habitum.*
58 *Priuationis & habitus vniformis fit interpretatio.*
59 *Dominus non potest vasallum suum feudo priuare sine culpa.*
60 *Feudum est contractus nominatus: quia iure consuetudinario habet nomen elegans & formam specificam sub singularibus consuetudinibus & naturis non cõgruentibus alijs titulis.*
61 *Contractus cum sint de iure gentium non sunt in potestate Imperatoris, cui Deus non subiecit contractus.*
62 *Quod ampliatur locum habere etiam si procederet de plenitudine potestatis.*
63 *Feudum sui natura est irreuocabile nisi ex causa reuocetur.*
64 *Nemo sine facto suo priuari debet iure suo.*
65 *Ius suum vnicuique illibatum esse debet.*
66 *Disponere quis non potest de re aliena, aut alteri conditionem deteriorem afferre.*
67 *Iniquum est priuare quem iure suo absque culpa & causa.*
68 *Concessioni primæ factæ per contractum præiudicari non potest per secundam non facta mentione de prima.*
69 *Conuentio erronea alteri nocere non debet.*
70 *Errantis nulla est voluntas.*
71 *Consensui nihil est tam contrarium quàm error.*
72 *Priuilegia exemptionum & immunitatum propter ingratitudinem & infidelitatem perduntur.*
73 *Priuilegia indulgentia abutens, ea vti non potest.*
74 *Constitutio non ligat Principem.*
75 *Quis sibi legem imponere non potest à qua recedere nõ possit.*
76 *Nec successores.*
77 *Par in parem non habet imperium.*
78 *Statutum vsu non receptum non est in consideratione non decretum, nec sententia ac priuilegium.*
79 *Constitutio vsu non comprobata non ligat.*
80 *Constitutio tacitam videtur habere conditionẽ, si moribus fuerit recepta, & si recepta non sit, ipsi sine peccato contraueniri potest.*
81 *Constitutioni non dicitur contrauentum si vsu vtentium non fit obseruata: quia censetur nulla & non cõsiderabilis.*
82 *Constitutio etsi quandoque fuerit acceptata & obseruata, tamen per contrariam obseruantiam tollitur.*
83 *Constitutio reuocari potest si à nemine fuerit ratificata, etiam si interuenerit stipulatio notarij.*

CONSILIVM XXXII.

RECOLO me aliàs consuluisse in fauorem illustr. Domini Theodori Rotarij Comitis Vitiæ, vt patet in cons. meo 6. in 3. vol. vbi firmaui Comitẽ ipsum vt filiũ & hæredem quõdam Illustr. Comitis Ioannis, qui iã spoliatus fuit sine facto & culpa sua bonis allodialibus per eum possessis & acquisitis tã ab Illust. quondam Comite Theodoro Rotario quàm ab alijs suis antecessoribus. & de quib. patet per instrumenta publica in processu inserta, mediante psona patris sui integrandũ fore & esse ad possessionẽ ipsorum bonorũ, quæ nunc indebitè & iniustè tenentur & occupantur per Illust. Comitem Tendæ per † remediũ capituli re integrãda tertia, quæst. prima, quod fundatũ est super ea ratione, vt euitetur peccatum, Alc. in cons. 10. nu. 10. lib. 1. in primo tomo. Bero. in consilio 56. numero 4. & 10. volum. 3. & in consilio 62. nume. 6. volum. eod. Menoc. in tract. de recuperan. 2 possess. in 15. remedio numer. 14. & 92. & † inductum etiam principaliter ad comprimendam spoliatoris

3 audaciam, Menoc. vbi suprà num. 63. & † ei competit qui sine culpa & facto suo cecidit à possessione rerum suarum dicto cap. reintegranda. Alex. in consil. 78. colum. prima, versic. & sicut. volum. 2. Decius in consil. 54. num. 6. Crot. in consi. 75. nu. 4. Ias. in cons. 172. in princip. volum. 2. Ruin. in consil. 46. in princ. volu. 4. Socin. Iun. in consi. 48. numer. 3. volum. 2. & in cons. 68. nume. 32. vol. 1. 35. volum. 3. Cepha. in cõsil. 289. num. 12. Bero. in consil. 61. num. 1. volum. 3. & 63. num. 18. volum. eod. quod & iterum repeto. quia (vt prædixi) sed dictus quondam Illustr. Comes Ioannes sine iusta causa & facto suo eiectus fuit à possessione dictorum bonorum, ergo ipsi vti hæredi patris sui in quem ex persona sui defuncti spoliati transiuit dictum remedium l. prima. §. hoc interdictu. lo vltimo. ff. de vi & viarum. Ruin. in consil. 47. in princip. volumine 4. & vt infrà dicetur, relaxari & restitui debet possessio ipsorum bonorum acquisitorum.

¶ Quòd autem remedium ipsum transitorium sit ad hæredem probatur ex solida iuris conclusio-
4 ne, quæ habet q̃ remedium † prædictum (vt dixi in dicto cons. 6. num. 14.) transit omnino ad hæredem quando in vita defunctus cecidit à possessione per iniustas causas & sine culpa & facto suo, vt in casu nostro, dicto §. hoc interdictum. Corne. in terminis in consi. 329. colum. septima, volum. prima. Cagnol. in l. hæredem. num. 17. de reg. iur. vbi dicit, quòd licet remedium dicti capituli re integranda, competat tantum spoliatis & eiectis, vt verba canonis indicant, & non competat illi qui nunquam possedit vt plenè per Barba. in cons. 58. col. penult. volumina 2. & Soc. in consi. 49. colum. fi. volu. 4. vbi post Bald. & alios inquit, q̃ hæres, qui non fuit possessor rei, si eo remedio ageret non obineret sed sucũberet, aliud tamen esset quando intentaret ex persona defuncti: quia tale ius sicut cætera ad hæredem transit, Soci. in l. rem quæ nobis. in 7. columna. ff. de acquirend. pos. intelligendo tamen, vt pulchrè per Corne. vbi suprà, quando ille qui defunctus est in vita spoliari fuisset aliàs secus, quæ intelligentia optimè probatur per dicta Aret. in cons. 123. colum. secunda, dicentis, hæredem repræsentare personam defuncti in iure actiuo & passiuo in persona defuncti, quod ab ipsum hæredem transmittit. l. prima & secunda, C. de actio, nam si defunctus spoliatus non fuisset ius recuperandi possessionem non fuisset in persona defuncti formatum, & sic ad hæredem transmisibile non esset, cum igitur in casu præsenti fuisset ius recuperandi possessionem formatum in persana dicti Illust. quondam Ioannis ergo nimirum si fuit dictũ remedium translatum in prædictum Illustr. Dominum Theodorum Comitem Vitiæ filium & hæredem iam dicti quondam Illustris. Domini Ioannis, Corne. in consi. 18. colum. secunda, volum. primo, & ita aliàs dixi in dicto consil. 6. num. 14. quibus dictis addo Ruin. in cons. 45. nu. 10. versic. & eadem ratione, volum. primo, quem sequitur Natta in consi.
5 63. num. 8. Bero. in consi. 64. nume. 6. volum. 3. vbi sic inquit, item hoc remedium dicti capituli reintegranda, transit ad hæredẽ, qui potest illo vti ex per-
5 sona defuncti, Nam † si interdictum vnde vi transit ad hæredes quod est odiosum. l. 3. in fi. ff. de vi & viarum, à fortiori hoc trãsire debet, quod nõ est odiosum dicto cap. reintegranda, & ita tenere communiter doctores, & Soc. in l. rẽ quæ nobis tradit ibi Be-
6 ro. subdens q̃ ex hoc infertur, q̃ † illud etiam transire potest ad hæredem hæredis, qui etiam agere po-
7 terit ex persona primi defuncti eiecti: nam † hæres hæredis testatoris est hæres. l fin. C. de hæred. instit. rursus in cons. 56. num. 4. volum. 3. & num. 8, & tanto magis id dicendum venit cum probauerit necessaria in remedio dicti capituli reintegranda, videli-
8 cet † antiquiorem possessionem dicti quondam Illustr. Comitis Ioannis per testes plures deponentes de veritati facti, vt in summario ipsorum testium clarè apparet, ac per alios deponẽtes de auditu qui
9 si † ex eorum depositione, ex qua resultat præsumptio, transferunt onus probandi in aduersariũ, Socin. Iun. in cons. 135. numero 3. volu. 69. numero 17. volum. primo, Curt. Iun. in l. prima, nu. 57. & Deci. numer. 18. in secunda lectura. ff. si cert. petat. Dec. in cons. 595. Cepha. in consi. 85. nume 35. & 140. nume. 19. multo magis adiuuare debent dicta aliorũ. auth. multo magis. C. de sacr. sanc. eccle. & pariter quod prædictus Illustr. Comes Tendæ de præsenti possidere reperitur dicta bona aliàs per dictum Comitẽ Ioannem possessa, & vt suprà acquisita, quæ duo sufficere videntur, dato etiam quòd aliter non probetur de spoliatione & violentia, ita Inno. & alij communiter in cap. post electionem, de concess. præben. faciunt dicta per me in allegato consilio 6. numero 11. quibus addo Bero. in consil. 61. num. 12. volum. 2. vbi dicit, quòd agens hoc remedio reintegrandæ non habet necesse iustificare suam possessionem: qa hoc remedium est solum fundatum in possessione antiquiori, quæ dicatur antiquior respectu possessionis modernæ & nouæ, quam reus conuentus ha-
10 bet: quoniam † antiquior præsumitur iustior, quã sit noua rei conuenti, in consi. 64. nume. 4. vol. eod.
11 quia † actor probando de sua antiquiori possessione vel quasi, eiectio & spoliatio dicitur re ipsa probata secundum Bald. in l. penult. columna penult. C. si non à comp. iud. Natta in cons. 563. num. 2. Cepha. in consilio 272. colum. prima, in prin. 289. nume. 18. Port. in cons. 51. num. 7. Socin. Iun. in consil. 34. nu-
12 me. 12. volum. 3. & † tanto magis hoc sibi locum vindicare debet, cum allegatum & capitulatum fuerit per dominum agentem aduersarium possidere à se clam vel precario respectu suæ antiquioris possessionis, iuxta scripta per Bart. & alios in l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. pos. Soc. in l. rem quæ nobis. in 7. quæstione princip. eod. tit. quos retuli in citato consilio 6. nu. 13. Bero. in cons. 56. num. 31. volum. 3. 61. nume. 17. volum. 3. consi. 58. num. 12. vol. eo. Ceph. in cons. 289. numero 11. in fin. Neuizan. in consilio 72. numero 12.

¶ Nec habet obstare, q̃ dictũ remedium nõ competat ei qui auctoritate iudiciali fuit spoliatus. Ab. in cap. conquerente, vbi ait hanc esse receptam doctorum sententiam. Natta in consil. 61. columna. penult. in fi. Ceph. in cons. 272. nume. 71. vt in casu præsenti, vbi dictus quondam Illustris. Comes Ioannes fuit spoliatus dictis bonis per sententiam, pro qua præsumitur l. Herennius. §. Gaia. ff. de eduict. Quia respondetur, vt aliàs dixi in allegato consi. 6. nu. 32. quòd illa sententia limitatur locum nõ habere, vbi
13 Iudex † in dicta spoliatione iuris ordinem non seruauit. Alex. in cons. 229. columna prima, vol. secundo, & in alijs locis per me in dicto cons. 6. num. 33. al-
14 legatis, vt in casu præsenti, vbi † fuerũt omissæ citationes, vt per Ceph. in cons. 272. colum. secunda, in princip. & in cons. 289. num. 12. Craue. in consil. 302. colum. secunda, in princip. Menoc. in tract. de recuper. poss. in 15. remedio, nume. 8. 19. & 23. Ratio est in
15 promptu, quia † talis spoliatio iudicis nulliter procedentis, æquiparatur spoliationi priuati. Decius in cons. 449. num. 30. Craue. in cons. 124. num. 4. Ruin. in cõs. 102. num. 11. volum. 5. quæ sententia ampliatur etiam procedere quando sententia iudicis spoliatiua non esset nulla sed valida mero iure, sed no-
16 toriè iniusta † quia illa æquiparatur nullitati Fely.

in

in cap. dilectus. de rescript. Craue. vbi suprà, colum. secunda, vers. hoc tamen.

17 ¶ Pariter non refragatur, q† remediũ ipsum nõ datur contra titulo possidentem & habentem causam ab authore nõ vicioso, vt voluerunt Bart. Ang. Imol. Socin. & Alci. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. Ioann. de Plat. Andr. de Baru. in l. si coloni. C. de agricol. & censi. libr. 11. Ang. in consil. 116. & 157. Ripa. in cap. sæpe, numero 8. de resti. spol. Alex. in consilio 118 columna secunda. volum. 2. & 39. volum. 5. Soci. in consil. 226. colum. sexta, volum. 2. Corne. in cons. 18. volum. primo. 62. num. 10. & 239. num. 30. vol. 4. Nicol. de Materel. & Bald. in l. secunda. C. de furtis. Paul. de Cast. in l. & ideo. §. inde. Neratius. de condi. furt. Specul. in titul. de causs. poss. & propr. versic. sed si peto. Crot. in cons. 47. Brun. in cons. 19. column. 4. versicul. 7, & in consil. 6. columna prima. Rub. Alex. in consilio quarto, colum. secunda, 167. num. 9. Pari. in cons. primo, numero 166. volum. primo. Calca. in consil. 116. colum. secunda, versicul. sed & 3. Ruin. in cons. 49. numero 11. volum. 4. Ancha. in cons. 310. columna fin. Prat. Pap. in form. lib. quo agitur in causa spol. glos. prima. Ias. in cons. 21. colum. secũda, versic. 2. respondetur. volumina 3. Ioann. Fabr. in §. sed istæ. instit. de actio. Gozad. in cons. 28. nume. 36. Soc. Iun. in cons. 47. numero 25. volum. 2. & 48. in fi. vol. eod. Ioan. Rimin. in cons. 238. numero 10. Hippol. Rimin. in addit. ad consilium Ioan. Rimin. 67. nume. 7. Molin. in addit. ad Alex. in cons. 6. volum. 3. Natta in cons. 188. in fi. volum. primò, Cepha. in cons. 4. num. 1. & 100. num. 22. Menoch. in tract. de recupe. posses. in 15. remedio. num. 89. versiculo contrarium & in 2. responso. numero 19. & hanc esse communem inquit Rub. Ale. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 72. de acqu. posses. & magis communem apud legistas. Soc. in consilio 39. in 3. vol. ac Corne. in consilio 32. vol. 1. & q ipse Illustr. Comes habuerit dicta bona ex titulo donationis hahito bona fide ab altitudine Ducis Sabaudiæ, Authore non vitioso. Quia primò respondetur, q & si verum hoc esset (quod tamen non admittitur) quòd etiam contra titulo possidentem, vt suprà, datur dictum remediũ. Abb. in capit. ad sedem. de restitut. spol. vbi Cald. & Ioan. de Lign. Alex. in dicte. leg. rem quæ nobis. vbi etiam Seysel. colum. secunda. Socin. in cons. 89. colum. fin. volu. primo. consil. 18. col. 12. vol. 1. Dec. in consili. 57. colum. penult. & 136. colum. fin. & in consil. 302. columna penultim. Butr. in cap. sæpe. de restitut. spol. vbi etiam Innoc. & Hostien. Gofred. Rom. in dicta l. rem quæ nobis. Crot. in consil. 75. Lapus allegatione 52. Ias. in consil. 72. volum. 4. Archid. in dictõ cap. reintegranda. Corne. in cons. 56. colum. prima. vol. 2. Anchar. in cons. 42. circa medium Barba. in consi. 24. vol. 4. Ioan. Rimin. in consi. 67. nume. 7. 78. nume. 76. & 428. num. 10. & Hippolit. Rim. ibi in addit. Aflic. decis. 361. num. 33. Luc. de pen. in dicta l. si colon. quæst. 31. Cassad. in decis. suis in titu. de restit. spolia. decis. septima, Bertran. in consi. 121. num. 213. volum. 2. Boer. decis. 236. columna sexta. Gem. relatus per Menoch. in tract. de recup. posses. in remedio. 15. nu. 19. Plot. in l. si quando. num. 66. C. vnde vi. Bero. in c. in literis. nume. 19. de restit. spol. Alcia. responso 388. numero 2. Socin. Iun. in consi. 34. numar. 12. volum. 3. Cepha. in consi. 289. numero 21. Ruin. in consil. 48. in princ. volum. 4. & 44. colum. prima volum. eod. & hanc partem vti communem sequuntur Ias. in dicta. l. rem quæ nobis. & inquit Alex. in dict. l. rẽ quæ nobis se consuluisse & iudicari vidisse, in consil. 78. volu. 3. 91. colum. fi. volum. 5. Abba. in capit. sæpe. de restit. spol. vbi dicit, ab hac communi & vera nõ esse recedendum. Maran. de ord. iud. in 7. distin. num. 50. Ioan. de Amicis in cons. 97. nu. 2. Bero. in consilio 62. num. 30. volum. 3. & 64. num. 5. volum. eod. Cor. in consil. 56. colum. prima. volu 2. vbi etiam inquit ità in foro seruari. Barba. in consil. 42. colum. penul. volum. 2. dixi in cons. 50. num. 11. consil. 72. nume. 7. volum. 2. & in citato consi. 6. num. 40. volu. 3. & frequentiori calamo receptam inquiunt Ale. in consil. 6. num. 12. volum. 3. Ruin. in consil. 49. in princ. vol. 4. Port. in cons. 56. num. 8. & Bero. in consi. 61. nume. 17. volum. 3. & 63. num. 3. volum. eod. Alex. in consil. 91. colum. fin. volum. 5. & ideo cùm ista magis esse reperiatur doctorum sententia in iudicando ab ea nõ est recedendum, & eo magis hoc dicendum venit, si articulatum fuit, reum possidere clam respectu possessionis suæ. Alex. in consil. 118. volum. 2. 74. volu. 5. Soc. in l. rem quæ nobis. quæst. 7. Ruin. in cons. 49. num. 13. volum. 1. & Rub. Alex. in dicto consil. 4. nu. 12. vers. item dico.

¶ Nec habent obstare quæ in præsenti casu cõsuluit Cepha. in cons. 168. vbi in hoc dubio videtur dicere, q non probatur de possessione dictorum allodialium: quia licet testes viginti dicti domini Comitis Vitiæ dixerint, grangiã & alia bona, quæ asserunturallodialia, fuisse olim possessa per quondã Illustr. dominum Ioannem, nõ tamen dicunt quo iure, sed sentiunt iure feudi, cum dixerint, quòd tenebat & possidebat locum summæ Ripæ cum suis pertinentijs, item & quia sunt decem examinati parte Illust. Comitis agentis expresè dicentes grangiam ipsam esse de pertinẽtijs Castri, qui testes omnino probãt contra producentẽ, Soc. Iun. in cons. 69. nu. 11. volu. primò, & idem expresissimè dicunt testes Illustriss.
18 Comitis Tendæ, sed † pertinentiæ dicuntur ac sunt eiusdem iuris, cuius est res principalis, c. vbi §. porrò, de elec. in 6. & accessoria sequuntur naturam rei principalis. l. cum principalis. de reg. iur. & cum hęc contineantur in inuestituris acceptis per dictum Illustr. Comitem Ioannem de bonis feudalibus nempe bona ipsa præsumuntur feudalia nisi probentur exempta, Ioan. And. in cap. primo, de controu. inter masc. & fœm. præcipuè quando bona sunt in quasi possessione tenendi tanquam feudalia, & non tanquam allodialia. Afflict. decis. 267. nume. 3. quinimò fortius dicitur, q cùm dictus quondam Illustr. Comes Ioannes de his quoque bonis inuestituram acceperit, censetur ea constituisse in feudum, cũ vnusquisque possit res proprias ab aliquo Principe in feudum recognoscere. Curt. Iun. in consil. 140. colu. secunda, in princip. Soc. Iun. in consil. 65. num. 3. volum. primo. Quia singillatim ad omnia respondetur & primò dicitur, q dicta bona sunt allodialia & non feudalia: quia in eius inuestitura nulla de hoc fit mẽtio, ergo non feudalia, & hoc modo negatiua clarè probatur. Bart. & alij in l. fi. C. de reb. cred. in l. Titię testatores ff. de lega. primò, Cepha. in cons. 250. nu. 3. item & hoc probatur ex acquisitionibus dictorum bonorum, quibus omninò est standum, vt dictum
19 est suprà, dicta l. cum precibus, vltra quòd † à lege non præsumuntur in dubio feudalia sed allodialia, Hostien. & cæteri in cap. nimis, de iureiur. Alex. in consil. 55. nume. 21. volum. 5. Ias. in cons. 102. colum. prima volum. primò. Soc. Iun. in cons. 91. numer. 4. volum. 4. Alcia. in consil primo, nu. 40. lib. 3. vbi asserit hanc esse communem Bello in cons. 10. numer. 19. Clar. in § feudum. quæst. 18. Paul. de Castro in cõsil. 163. colum. prima, secundum antiquam impressionum. Paris. in consi. 6. numer. 14. volum. 4. Ra-
20 tio etenim est † quia feudum dicitur habere seruitutem, gl. in l. is cuius. §. si vsusfruct. in ver. oportet. ff.
21 de vsufruct. quæ † seruitus non præsumitur nisi, probetur, cum ab origine sui quælibet res censeatur

libera l.altius.C.de seruit.& aqua.Alex.in cõs. 15. colum.prima,vol.5.& in tantum est vera huiusmodi conclusio,quòd inquit Bald.in c.primo.§. è contra-
22 rio,de inuest.de re alie.fac.quod & procedit† etiam si prædia vicina essent feudalia, sequitur Natta in cons.167.in fi.dixi in cons.82.nu.6.vol.2.in consi.2. num.11.volum.3.32.num.32.46.num.39.50.numer. 35.& 98.nume.11.vol.eod.Bero.in consil. 65.nume. 157.volum.primo, Cepha.in cons. 250.numero 5. qua præsumptione stante sequitur,quòd ad probationem oppositorum requiruntur vrgentes probationes.Dec.in consilio 175.numero 5. 177. column. prima,in princip. Cephal. in casu nostro in consilio 250.num.7.

¶ Vlterius non obstat,ꝙ satis probatur ipsa bona feudalia,cum testes non dicant quo iure ea possederit dictus quondam dominus Ioannes, imò cũ dicant,ꝙ tenebat Castrum summæ Ripæ & illud possidebat cum pertinentijs, censentur bona ipsa feudalia: quia dicitur primò,ꝙ etsi testes non dixerint quo iure illa possiderent,tamen ꝙ cum simpliciter dicant ipsum dominum Ioannem possedisse grangiam & alia bona,intelligendum est ꝙ possederit illa tanquam libera,cum quælibet res sui natura præsumatur libera & non feudalis ac seruituti subiecta quia confirmat dictum ipsorum cum dispositione iuris communis,vt per docto.in dicto cap.nimis.& in alijs locis suprà citatis.Dicitur & quoque,ꝙ licet testes deposuissent (quod tamẽ non admittitur) ꝙ Illustris. Comes Ioannes possederit Castrum sum-
23 mæ Ripæ cum suis pertinentijs,ꝙ † sub nomine pertinentiarum non veniunt prædia,Inno.in ca. ex literis.de iure patro.& in cap.cum ad sedem. de restit. spol.Alcia.in cons.3.numer.quinto, in 1.tomo. lib. 9.Curt.Iun.in consi.158.post Imol. & Alexand. in l. tertia in prin.ff.de acq.posses.vbi si dominus Castri vendidit seu legauit Castrum cum pertinentijs,& ibi erant aliquæ possessiones seu prædia aliqua in territorio dicti Castri,dicta prædia non comprehẽduntur sub nomine pertinẽtiarum Castri quia verba illa intelliguntˉ de rebus,quæ sunt propriè pertinentiæ Castri & non de possessionibus, quas quis habet tanquam priuatus & non tanquam dominus iurisdictionis,per not.per Inno.in dicto cap.ex literis.vbi loquitur de vendente fundum cum omnib. suis iuribus,quia intelligitur venditum solum id ꝙ est de natura rei venditæ,arg.l. si mercedem. §. primo,in vltimo responso,de actio.emp.vbi suprà.Bero.in consi.51.in princip.volu.2.Alba.in consilio 78. num.12.Natta in consi.313.colum.secunda, vbi con-
24 cludit.ꝙ † concesso Castro cum iuribus,& pertinẽtijs prædia possessa per inuestitos non præsumuntur feudalia nisi id per alais probationes appareat, ꝙ etiã expressè determinat Cepha. ipse in cons. suo 250.num.11.Alex.consi.222.colum.fin. volum.6.&
25 in cons.14.volumine 7.vbi † si quis vendit Castrum cum pertinentijs non veniunt res speciales sitæ in territorio pertinentes ad vendẽtem sed iurisdictio tantum cohærens territorio,Crauet.in consil. 234.
26 col.tertia,vbi sequendo Alex.vbi suprà dicit,ꝙ † appellatione pertinentiarum non veniunt ea quę sunt diuersæ qualitatis à se concessa,Socin.Iun.in consil. 160.numer.32. volum.2. sed ista grangia & alia bona immobilia,de quibus agitur,sunt diuersæ qualitatis à Castro summæ Ripæ,ergo &c. Nam clarissimi
27 iuris est,ꝙ † ille qui vult dicere aliquid de pertinentijs Castri debet probare quæ sint hæ pertinẽtiæ,vt per multas auctoritates ostendit Cephal.in consilio
28 250.numero 13.cum sequentibus,cum † illa tantum esse dicantur de pertinentijs, quæ à lege vel statuto aut consuetudine deputata sunt,vt rei principaliac cedant.Innoc.& alij in dict capit.cum ad sedem. de restit.spol.Alex.in consi.43.in princip.volu.primo, vbi dicit,ꝙ & si facta sit concessio per Principem de Castris & oppidis Planorsij & Cadignani cum villis,locis,territorijs,iurib.& pertinentijs suis modo tamen non comprehendantur villæ,de quibus controuertebatur,quamuis essent penes Castrum Planorsij,quia de iure Castro nihil corporale pro pertinentijs deputatum est, nisi vt ab hominib. vel sta tuto assignatum esse reperitur,sequitur Ruin.in cõsilio 43.colum. prima. volum. primo,iterum Alex. in consi.105.colum.prima volumin.6. Curt.Iun.in consi.158.num.20. Dec.in consil. 516. numero 13.Ias. in cons.102.colum.tertia,volum.primo, Crauet.in dicto cons.234.colu.tertia, vnde stante huiusmodi responsione, quæ nullam patitur difficultatem,& quæ firmata videtur per ipsum Cephal. in allegato cons.250.insurgit vera conclusio, quod dicta prædia per dictos testes non probantur de pertinentijs dicti Castri,& per consensus non feudalia sed libera, prout à iure cõmuni pſumitur: & eo magis censent esse allodialia,cum in veritate de acquisitione ipsorum prædiorum appareat in processu per publica documenta,quæ partim fuerunt habita titulo permutationis per Illustriss. dominos de Rotarijs & à quondam Illustr.domino Theodoro etiam Rotario auo paterno moderni Comitis Theodori agentis à Monasterio Casonuæ,vt cõstat de ipsa permutatione facta sub anno 1369.die 16.Ianuarij, item &
29 alio modo acquisita † quib.omnino standũ est. Nam
30 † in claris non est opus coniecturis. l. continuus.§.
31 cum ita.ff.de verbo.oblig. item † origo contractus inspicienda est.l.si filius.C. ad maced. l. qui id quod ff.de dona.Crot.in cons.135.nume.7.& consilio 137. num.13.& attendi debet in quantum fieri potest.l. prima.C.de impo.Lucr.descr.lib.10.facit. l. cui fun-
32 dus.ff.de cond.& demon.versic.origo † est spectanda non attenta mutatione accidentali: Item respondetur dictis testibus non esse standum cum veritas
33 sit in contrarium † cui omnia cedunt, cap.fraternitatis,de frig.& malef.capi.veritati, octaua distinct.
34 cum † sit mater iustitiæ,Bal.in l.libertini. ff. de stat. hom.Bero.in cons.100.colum.prima volumin.3.de qua veritate constat publicis instrumentis, quibus
35 standum est,vt suprà dictum fuit,& † de quibus nõ est dubitandum sicut de casu legis,Bal.in consil.215. colum.secunda,ad fi.volum.2.dixi in cons.57.num.
362.volum.3.Nam † veritas superat omnem præsumptionem,vt traditur in l.in reb.C. de iure dot. Soc. in cons.164.colum.quinta,versicu. ad hanc. Parisin
37 cons.29.num.44.volumin.2.& † veritas gestorum errore aut alia ratione non vitiatur.l.illicitas.§. veritas.& ibi gl.de offi.præfid.Soc.Iun.in cons.57.nu. 17.volum.2.consil.112.nume. 2.volum. primo,vbi
38 inquit,ꝙ † veritas quomodocunque cognoscatur debet semper attendi & prævalere.l.fin.in fin. ff. de proba.illa enim gestorum erroribus & falsa asseueratione nunquam tollitur aut vitiatur.l.cum falsa, vbi plene traditur.C.de iur.& fac. igno. & ob eã causam dici solet,iudicem † debere modis omnibus la-
39 borare vt veritatem quærat,vt voluit glo.per illum tex.in auth.de tutel.in princip.& postquàm eam inuenit,illam omnino sequi debet.l.fi. C. si pign.pign. dat.Rursus in consi.31.numer.19.volum.4.nec non
40 & per iudicem † adiuuanda non autem probationibus restringenda,Soc.Iun.in cons.60.nume.4.volu. 2.Bero.in cons.100.numer.5.vol.3.& cui non potest humana dispositio præiudicare, Port. in consil.34. numero 21. cum igitur veritas sit mater iustitiæ & illa amanda sit & colenda.l.cum ita legatum.vbi Albi.multa dicit de veritate. ff. de condi. & demonst.

cum

41 cum † vincat omnia & viuat in æternum, c. consuetudo. octaua distinc. Soc. Iun. in cons. 3. num. 17. vol. 2. dicendum venit, ꝙ per quemcunque iudicem illa amplectanda sit, & per consequens ꝙ subuerti non debeat per dicta ipsorum testium, de quibus suprà, cum potius præsumendum sit quòd tanquàm malè informati ita dixerint.

42 ¶ Vlterius dicta eorũ prosternuntur, ex quo † deponunt de eo quod non percipitur aliquo sensu, sed de eo quod percipitur intellectu: id est de pertinentijs: contra no. in c. cũ causam. de testib: doct. communiter in l. testium. C. de testib. Paris. in cons. 107. num. 66. volu. 1. & tanto magis hoc dicendum venit
43 † cum non reddant rationem dicti sui: Bal. in l. conuenticulam. colum. quarta, versic. item multò fortius. C. de Epis. & cler. vbi magistraliter tradit: quòd
44 † semper in teste attendi debet ratio dicti sui: quia illa dat esse rei: id est, testimonio, per not. in l. solam.
45 C. de testibus, & paulo post subdit, ꝙ † tota virtus probationis consistit in ratione, quæ dictum eius ad se trahit & in sui naturam conuertit. Cyn. Bald. & Saly. in dicta. l. testium. Soc. Iun. in cons. 69. num. 13. volum. primo. Ruin. in cons. 158. num. 25. volum. 5.
46 Nam † dicta testium regulantur & declarantur per rationem & causam scientiæ. Alexand. in consil. 20. volum. 2. Paris. in consi. 107. numero 67. volum. pri-
47 mo, & † quam rationem reddere tenebantur etiã non interrogati, Alex. in consi. 2. num. 3. vol. 3. Ruin. in cons. 59. num. 9. volum. 4. consi. 44. num. 13. volu. eod. & in consilio 158. numero 24. volum. 5. Natta in consilio 96. numero 9. vnde cum non reddant rationem congruentem dicto suo eorum dictis nõ est standum.

48 ¶ Dicitur & quoꝙ, ꝙ † licet contra personam testium quos produxi nihil possum opponere, secus tamen est contra dicta. Bartol. in l. si quis testib. per illum text. C. de testibus. Paris. in consilio 88. nume. 81. volum. 3. Abb. in cap. præsentium. columna tertia & quarta, de testibus. Alex. post Bald. ibi per eum citatum in cons. 66. colum. secunda, versiculo item non obstat. volum. primo, Maran. de ord. iud. folio mihi 493. in fi. versic. 2. limita. & eo magis hoc dicẽdum venit, si pars aduersa protestata fuisset de reprobandis testibus examinandis per partem: quia non creditur dicto ipsorum in fauorem prostantis, Fely. in cap. præsentium. in vltimo notabil. de testibus. Boer. deci 245. num. 5.

¶ Non obstat dicta bona fuisse recognita in feudum per dictũ quondam Comitẽ Ioannem. Quia respondetur, ꝙ sententia prædicta posset sibi locum
49 vindicare, dummodo † recognoscens asseueraret rem quam recognoscit esse suam propriam. Guid. Pap. decis. 272. versicul. si autem persona. Bart. in l. si aliquam rem. colum. tertia, versicu. quidam nobilis ff. de acqui. posse. vbi dicit, ꝙ si nobilis recepit poderium suum in emphyteusim ab ecclesia, ꝙ in eã non transfertur dominium, nisi ille nobilis tempore recognitionis asseueret res esse suas, & cum Bartol. ibi pertranseunt cæteri, vt inquit ibi Ripa. nu. 25. Alex. in consi. 69. num. 6. volum. 5. Alci. in consi. 43. num. 14. lib. 9. in tomo. cum ergo in casu, de quo tractamus, non appareat quòd in instrumento inuestituræ sit dictũ per quondam Illust. Comitem Ioañem ꝙ illa prædia recognosceret in feudum vt sua & ea ad ipsum spectantia, sequitur ꝙ possessiones & grãgia ac prædia non sunt in feudum recognita, Guid. Pap. vbi suprà, vbi optimè loquitur. Moder. Paris. in prima par. consuet. Parisien. glo. quinta. num. 35.

50 ¶ Secundò respondetur, ꝙ † quatenus constaret de ipsa recognitione, illa præsumitur facta per errorem quo casu donasse non videtur. l. nec ignorans. C. de dona. Nam in dubio, cũ nulla fuerit expressa causa propter quam ipse quondam dominus Ioannes vellet dicta bona ad se spectantia in principẽ trãsferre præsumitur ꝙ potius per errorem facta fuerit & ꝙ ipse crediderit ad Principem spectare dominiũ ipsorum bonorum, ita Alex. in consi. 9. colu. penult. versic. aut dictus Iulius. volum. 5. quia etiam secun-
51 dum Alex. videmus, ꝙ † si quis promittit aliquid da re sine causa, in dubio videtur per errorem promittere, & cum effectu non tenetur. l. secunda. § circa. ff. de excep. doli. De identitate dictorum bonorum etiam probatur per Ioann. Gabrielem de Soncino fol. 274. à tergo ex trigesimo teste fol. 91. nec non ex presbytero Guilielmo Calierio primo teste fo. 19. ac ex alijs vt in summario testium ad me transmisso.

¶ Deuenio ad secundum caput octauæ partis Castri & iurisdictionis summæ Ripæ. Et iterũ dico præ dictum Illust. Theodorũ Comitẽ Vitiæ reintegrandum esse & reintegrari debere ex persona Illustris. quon. Comitis Ioannis eius patris in possessionem seu quasi dictæ octauæ partis à qua fuit eiectus & ipse spoliatus de facto & per iniustas causas, iuxta re
52 medium dicti capituli reintegranda. quoniã † spoliatus feudo ante omnia venit restituendus c. primo, de contro. inter Epis. & vasal. vbi Aflict. in 4. notab. inquit, & ita clarè alibi non reperitur, dixi in d. consil. 6. num. 11. nam de spoliatione sua satis cõstare videtur, tum quia ipse dominus Ioannes titulo emptionis habuit dictam octauam partem Castri & iurisdictionis à dominis Ioanne Principualo, Secundo & Honorato filijs quõdam domini Odoni median te ministerio tutricis eorum, vt constat instrumento celebrato de anno 1491. die 9. Nouembris, tum quia constat de antiquiori possessione dicti quondam domini Odoni & eius filiorum per dictam octauam partem titulo venditionis transtulerunt in dictum quondam dominum Ioannem qui similiter ipsam partem possedit antequam ab illa fuerit eiectus per sententiam contra eum latã per Ministros Ducales Cameræ Sabaudiæ de anno 1499. De possessione domini Odoni apparet, quia licet fuisset in debitè & velo leuato spoliatus de anno 1473. possessione vel quasi dictæ octauæ patris & iurisdictionis, tamen auctoritate Principis fuit reintegratus in dictam possessionem, vt constat instrumento ipsius reintegrationis rogato de anno 1476. die 23. Septembris per Bartolum Calierium notarium de Ceresolis, per deputationem Castellani factam sub eodem anno die & mense ac de ea rogatum per notarium suprascriptum, in qua permansit vsque ad eius mortem & in qua permansisse in dubio præsumitur, nã
53 † qui semel fuit dominus & possessor præsumitur ꝙ talis semper extiterit. Bart. & cæteri in l. siue possidetis. C. de proba. Barto. in l. Celsus. colum. fi. ff. de vsucap. Cepha. in consi. 85. nu. 19. Alex. in consil. 83. numero 14. volum. 6. Bero. in consi. 55. num. 6. volum.
54 3. nam † mutatio voluntatis non præsumitur nisi probetur c. maiores. de Baptis. Alex. in cons. 88. vol. 5. item & per testes quam plures. De possessione verò dominorum Ioannis, Principualis, Secundi & Honorati filiorum dicti quondam domini Odonis sa-
55 tis patet: quia † possessio dictorum bonorum feudalium continuata fuit de dicto domino Odono in prædictos filios eius hæredes. Bald. in l. cum antiquioribus. colum. sexta, versiculo decimo sic. C. de iure delib. Ias. in l. quotis. colu. 7. versicu. nota etiam perpetuò. C. de rei vind. Zucar. in l. fi. num. 95. C. de edic. diui. adr. tol. Craue. in cons. 251. colum. penult. versic. fortius voluit. Brun. in cons. 114. numer. 138. Cepha. in consil. 30. num. 9. Ias. in consi. 87. columna

secunda volu. primo, 182. colum. sexta, vol. 2. consil. 10. colum. quinta, volum. 3 Laud. in trac. primogen. colum. 10 versicul difficilis articulus in cap. primo, colum. 10. versicu. 14. de feud. March. Bal. in consilio 301. colum secunda volum. primo, Ruin. in consilio 19. colum. prima volum. primo, Cattel. Cot. in memor. suis in verbo feudum etiam viuo patre. Rube. Ale. in l. non solum. §. morte. num. 56. de oper. noui nunc. Tiraque. in tract primogen quæst. 4. num. 56. Bero. in consil. 75. nume. 17. volum. 3. ac etiam probatur per testes. De possessione verò quondam Illustr. Comitis Ioannis satis constat duobus modis. Primò, quia † illa in dictum Comitem trãslata
56 fuit per constitutum appositum in instrumento vẽditionis sibi factæ per dictos D. Ioannem, Principualem, Secundum & Honoratum, iuxta l quod meo. vbi communiter Doctor. ff. de acqui. possess. Socin. Iun. in cons. 49. num. 11. volumin. 2. 116. num. 10. volum. eod. & in cons. 35. numer. 24. volum 4. Bero. in cons. 4. num. 8. volum. 1. cons. 59. nume. 5. volu. eod. in consi. 53. num. 6. volum. 3. vbi attestatur de communi, Ceph. in cons. 47 nume. 27. 159. nume. 9. 247. num. 47. & 289. nume. 11. vlterius etiam de eius possessione apparet ex electione dictæ partis subsecuta,
57 nam † priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. oblig Ceph. in consil. 93. numer. 9. & 14. vbi
58 † priationis & habitus vniformis fit interpretatio. Quòd autem de præsenti Illustr. Comes Tendæ illam occupet & detineat, non negatur per eum, vt probatum fuit, igitur istis sic stantibus inficiari non potest quin Illustr. dominus Theodorus filius d. Illust. quon. Comitis Ioannis debeat reintegrari in dicta possessione vel quasi prædictæ octauæ partis à qua priuatus fuit mediante iniqua, iniusta, præcipitata & nulla sententia. Verum quia tota difficultas consistit in remouendo nonnulla quæ adducuntur per insignem Ceph in dicto cons. suo 158. nume. 52. cum pluribus sequentibus, ideo ad illorum confutationem me conuerto & dico, ꝙ licet quondam dominus Comes Ioannes emerit dictam octauam & contra eum lata fuerit sententia de anno 1499. de toto Castro summæ Ripæ, tanquam alienato contra franchisias, & conuentiones initas de año 1470. per Excellentissimum quondam Amadeum Ducem Sabaudiæ cum hominibus summæ Ripæ & in quibus cõtinetur, ꝙ postquàm iste locus erat reductus ad dominium Ducis, & cum eo fuerat coniunctus pro se ac suis hæredibus & successoribus quibuscunque, promisit dictis hominibus locum ipsum Castrum, iurisdictionem & aliquid de pertinentijs nõ alienare, permutare aliòue modo transferre, præter quam in successores Duces vel eorum primogenitum futurum Ducem, & quicquid in contrarium dispositum fuerit sit ipso iure nullum & penitus irritum, & similiter extet edictum generale conditũ per Illustrissimum Dominum Ludouicum quondã Ducem Sabaudiæ de anno 1445. in quo Princeps, permittit per se & successores suos per solemnem stipulationem secretario suo tanquam publicæ personæ & ex publico officio stipulanti & recipienti nomine & vice quorumcunque subditorum, nec non & successorum suorum, ac omnium & singulorum quorum interest vel vnquã poterit interesse, quod nunquam ipse Princeps cuique personæ vel communi vel vniuersali titulo cuiuscũque liberalitatis vel donationis simplicis, & purè vel ob causam inter viuos aut causa mortis excedentis vitã donatarij largietur, donabit vel aliqualiter alienabit, etiã sub quouis quæsito colore, aliquam de ciuitatibus. Castris, oppidis, villis, terris, hominibus, homagijs, feudis, seu iurisdictionibus & si contrarium contingat fieri, illud totum ex nunc sit ipso iure & facto nullum nulliusque valoris & momẽti perinde acsi nullatenus facta fuisset. Tamen ꝙ dicta sententia de toto Castro summæ Ripæ fuit nulla vel notoriè iniusta in quantum respicit caput dictæ octauæ partis licet respectu aliarum partiũ multa possent dici, quæ pro nunc non prosequor, eo quia antequam dictus Dux Amedeus fecerit dictam conuentionem cum hominibus summæ Ripæ, & quæ facta reperitur de anno 1470. iam quondam dominus Odonus erat in uestitus de dicta octaua parte ipsius Castri summæ Ripæ, vt constat ex instrumento dictæ inuestituræ facto ipsi domino Odono de anno 1468. die 13. Mensis septembris, quod instrumentum est in processu descriptum. Vnde cum dicta conuentio vires extendere non potuerit ad dictam partem, sequitur quòd sententia ipsa nõ potuit officere iuribus dicti Comitis Theodori venientis ad ipsam partem ex persona patris iniustè spoliati. Nã indubitata iuris
59 est conclusio, quòd dominus non † potest vasallum suum priuare feudo sine culpa, cap primo, de feud.
60 sine culp. amit. quia † feudum est contractus nominatus, qui à iure consuetudinario habet nomen elegans & formam specificam sub singularibus consuetudinibus & naturis non congruentibus alijs titulis, Bar. in l. iurisgentium. §. quinimò. colum. fi. ff. de pac. Bal. & Ang. in l. legitima. eod. tit. in quo non est licita pœnitentia. l. sicut. C. de actio. & obli. Soc. Iun. in consil. 126. nume. 36. volumin. primo, & quia secundum Bald. in consi. 327. in primo volum. cum
61 † contractus sint de iuregentium, non sunt in potestate Imperatoris, cui Deus non subiecit contractus
62 quod † ampliatur locum habere etiam si procederet de plenitudine potestatis, Dec. inc. 1. vbi notant omnes de proba in con. 151. nu. 11. 286. nu 7. feudum
63 † enim in sui natura est irreuocabile, nisi ex causa reuocetur, Rui. in cons. 99. nu. 7. vol. 3. plenè per Ceph. in cons. 241 nu. 38. Ias. in cons. 227. col. 5. in fin. verfic. prima, & Rub. Alex. in cons. 130. nume. 8. cùm igitur dicta conuentio posteriori loco facta fuerit, & inuestitura domini Odoni fuerit anterior, necessariò sequitur, ꝙ conuentionẽ aliquã facere non potuerit Dux Amadeus cũ dictis hominibus summæ Ripæ in præiudicium iuris quæsiti prędicto quondã Illu. Comiti Io. vti causam habenti à filijs dicti quon. D. Odoni iam inuestiti & possessoris dictæ octauæ par-
64 tis antequam ipsa conuentio facta fuerit. Nam † nemo suo iure priuari debet sine facto suo l. id quod
65 nostrum. ff. de reg. iur. cuilibet † enim ius suum debet esse illibatum. §. sed & maior. de his qui sunt sui
66 vel alien. iur. nec † põt quis de re aliena disponere. l. conficiuntur. §. 1. ff. de iure codicil. aut alteri conditionẽ deteriorẽ afferre. l. si seruus. in fin. ff. de diuer. & temp. præscrip. Soc. Iun. in cons. 82. n. 6. vol. 1. con
67 sil. 18. nu. 4. vol. 3. & 35. nu. 3. vol. eod. nam † priuare quem iure suo absque culpa & causa iniquũ est. c. sugestum. c. licet. de decim. Bero. cons. 71. num. 56. vol. 1. cons. 146. nu. 10. vol. 3. vbi inquit ꝙ non præsumitur Principem priuare debere aliquem iure suo & sua possessione absque causa iusta & cognita, & si vellet non posset, & eo magis id dicendũ venit, cum in dicta conuentione nullam habuit mentionẽ Dux ipse de dicta octaua parte, per ea quæ dicunt Scribe.
68 post Bar. in l. fi. C. de loca. præd. ciuil. lib. 11. vbi † non potest præiudicari primæ concessioni factæ per cõtractum per secundam non facta mentione de prima, Alex. in cons. 3 col. 2. versi. sexto accedit. volum. 5. Dec. in consil. 271. col. 2. 286 colum. fin. 292. colum. fi. & 302. colum. 4. in princip. Curt. Iuni. in consilio 142. colum. quarta, Socin. Iun. in cons. 94. colum. 2. volum. 3.

¶ Vlte-

¶ Vlterius dicitur, ꝙ dicta cõuentio saltem respectu dictæ octauæ partis dicitur erronea & per errorem facta per dictum quoñ. Illustr. Amadeum: quoniã sub eo prætextu, ꝙ locus summæ Ripæ esset reductus sub dominio suo, quod carebat veritate: qa licet respectu aliarũ partiũ posset hoc forsitan procedere, non tamen respectu dictæ octauæ partis, de qua ante conuentionem prædictam erat inuestitus quon. dominus Odonus. vt suprà ostensum fuit, & ℭ hoc patet: quia post confiscationem dictarũ aliarum partium fuit declaratum per Illustrissimã Violantidem matrem Ducis Philiberti dictam octauã partem non fore comprehensam in confiscatione
69 aliarum partium, vnde † cum causa dictæ cõuentionis sit erronea & vera non fuerit in dicta portione, imò falsa, ipsi domino Comiti non habet nocere. l.
70 qui se debere, in prin. ff. de cõd. cau. data. Nã † errantis nulla est voluntas. l. cum testamentum. C. de iur.
71 & fact. igno. & nihil est tam contrarium consensui quàm error. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. Socin. Iun. in cons. 3. num. 28. volum. 2.

¶ Item respondetur, ꝙ homines summæ Ripæ à franchisijs eorum reciderunt, & illas perdiderunt propter notoriam feloniam, rebellionem, ac proditionem commissam in Duces Sabaudiæ. cap. grauamen. de excess. prælat. Nam †
72 propter ingratitudinẽ & infidelitatem perduntur priuilegia exemptionum & immunitatum, Bal. in l. 2. in fi. C. de liber. & eorum lib. Ias. in cons. 227. colum. 8. in pri. vol. 2. vbi loquitur propriè de notoria rebellione, Felonia, ac proditione hominum summæ Ripæ erga suos Duces, & similiter Socin. in consi. 3. nume. 22. volum. 3.
73 vers. præterea. vbi dicit, quòd † ex quo communitas summæ Ripæ rebellando, vt narratur in instrumẽto indulgentiæ, abusa est priuilegio suo, igitur non potest eo vti. c. quia frustra. de vsur. ergo dicta conuentio ipsi Illustr. Comiti Theodoro filio Comitis Ioannis non potest officere.

¶ Non obstat caput constitutionis Ludouici Ducis Sabaudiæ, quia pluribus modis respondetur ex
74 sententia Ceph. in cons. 155. nume. 4. & primò, ꝙ †ea
75 non ligat ipsum Ducem, qui †, sibi legem imponere non potuit à qua recedere non posset. leg. si quis in princ. ff. de lega. 3. Paul. de Castro formaliter in l. digna. vox. C. de legib. in vlt. notabili: ꝙ & voluit Ias. in citato consi. 227. col. fi. versi. non obstat, nec pari-
76 ter eius successores, cum † par in parem non habeat imperium. l. ille à quo. §. tempestiuum. ad Treb. Ias. in cons. 10. colum. prima volum 3.

77 ¶ Secundò respondetur, constitutionem † ipsam vsu receptam non fuisse, cum obseruantia Ducum Sabaudiæ sit in contrarium, vt per Ceph. met. in dicto suo consil. 155. num. 16. & in cons. 96. num. 15. vbi
78 † statutum vsu non receptum non est in consideratione, nec decretum, nec sententia ac priuilegium.
69 vnde † cum non fuerit vsu comprobata non ligat,
80 notant omnes in c. 1. de treug. & pace. nam † constitutio ipsa tacitam habere videtur conditionẽ, si moribus fuerit recepta, & si recepta nõ sit sine peccato ei contraueniri potest. Ruin. in consi. 13. nu. 28. volu. 2. 143. num. 20 volu. 5. Ceph. in consil. 129. numer. 9. Imò non dicitur contrauentum si vsu vtentium nõ erat obseruata. Ruin. in citato consi. 13. nume. 27. & hoc quidem: quia censetur nulla & non considerabilis. Paris. in consil. 104. num. 69. vol. primo, 53. nu. 98. volum. 3. & ideò in ea non potest fieri fundamentum.

¶ Tertiò dicitur secundum etiam ipsum Cepha.
81 vbi suprà, ꝙ † etsi quandoque fuit recepta & obseruata tamen per contrariam obseruantiam fuit sublata. Gozad. in consi. 96. num. 5. Ruin. in cons. suprà citato 143. num. 24. Paris. in cons. 50. num. 22. volum.
82 3. & † vbi sciente Principe seruatur contrarium eius quod ipse fecit sufficit, secundum Aret. in consil. 11. colum. pen. post Moder. & alios in capit. primo, de treug. & pace. Ceph. in cons. 129. nu 10.

¶ Quartò respondetur, ꝙ reuocari potuit cum
83 † nulla subditorum ratificatio præcesserit & quorũ nomine notarius Ducis stipulatus erat, Cepha. vbi suprà nu. 19 per notata per Paul. de Castro in l. Paulus. in fin. principij. de reb. dub. & per alias decisiones ibi per eum citatas.

¶ His igitur omnibus diligenter & maturè consideratis concludendum esse arbitror, prædictum Comitem Theodorum agentẽ omnino reintegrandum esse & reintegrari debere ad possessionem dictorum bonorum allodialium necnõ & octauæ partis Castri prædicti summæ Ripæ, Illustremque aduersarium condemnari debere ad restitutionẽ fructuum perceptorum iuxta aliàs responsum per me in dicto cons. 6. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Appellare quis non potest ab interlocutoria, in qua quis se iudicem competentem pronuntiat, sed contra numer. 2.*

2 *Vexari quis dicitur si cogitur coram non suo iudice litigare.*

3 *Per appellationem à diffinitiua contra pronuntiationem, in qua quis iudicem competentem se pronuntiauit, non potest esse consultum.*

4 *Appellatio, à qua quis pronuntiauit se iudicem competentem debet fieri inscriptis, & in ea inferenda est causa grauaminis nominatim, nec sufficeret dicere appello vt grauatus, vt in actis appareat:*

5 *Appellari potest à sententia de qua suprà, & si non appelletur valet sentẽtia, quæ transit in rẽ iudicatã.*

6 *Statutum si disponat quòd non liceat appellare, tamen poterit appellari à sententia, qua quis pronuntiauit se iudicem competentem.*

7 *Grauamen vexationis & fatigationis non est reparabile cum appellatione à diffinitiua.*

CONSILIVM XXXIII.

ARTICVLVS iste, in quo quæritur, an quis possit appellare: ab interlocutoria, in qua quis pronuntiauit se iudicẽ competentẽ, non indiget longo apparatu, quia etsi Sal. in auth. habita, C. ne fil. pro patre, videatur vel
1 le, ꝙ non † ex quo istud grauamen potest reparari p appellationẽ à diffinitiua, per l. secundã. C. quo. appel. non recip. voluit allegare tex. in l. ante sententiã eo. tit. & hãc partẽ etiam tenuit Nocol. de Matha. ibi in d. auth. habita. vt refert ibi Bal. col. 8. Tamen contrariã partẽ vti veriorem & communẽ sequuntur. Bar. in l. 2. col. 3. in fi. vers. 2. quæro. ff. de appel. recip. quærit enim ibi Bar. quæro, q2 post citationẽ disputatur de psona iudicis, an à pronuntiatione, qua qs pronuntiat se iudicem esse vel non esse, pars possit appellare, & cõcludit quòd sic de iure ciuili, per glo. pen. in d. auth. habita. nam si pronuntiat se iudicem non esse, post interlocutoriam istam non speratur alia, ergo potest appellari. Aut pronuntiat se iudicem cum non sit, & tũc potest etiam appellari, cum tale grauamen non possit reparari per appellationem à diffinitiua. Nam ista vexatio, ꝙ cogatur coram non suo iudice litigare, non potest tolli sicut
2 nec tortura, vt in dicta l. 2. Nam † executio talis pronuntiationis fit coercendo personam l. prima. ff. de

offi. eius cui mãd. est iurisd. consentaneũ. C. quom. & quand. iud. iterum, Bart. in l. 2. col. 3. versic. quæro vtrum à sententia. ff. si quis in ius voca. non ier. quia
3 † per appellationem à diffinitiua contra istam pronuntiationem non potest esse consultum, ergo ab ea appellatur. l. arbitrio. ff. qui satisd. cogan. vbi etiã Iaſ. col. 8. versic. in 3. par. glo. vbi dicit Cyn. Alber. & cæteros Mod. ibi ita tenere. Imol. in l. quidam cõsulebat. col. antepen. vers. an autem posset. ff. de re iud. Bald. in consi. 44. col. 1. versi. super 5. vol. 3. vbi dicit, ꝙ sententia lata super iurisdictione est merè inter-
4 locutoria, quæ fertur super emergẽtibus, vnde † est appellandum in scriptis & inseranda causa grauaminis, vt in c. cordi de appel. in 6. l. ait prætor. §. permittitur, de mino. & causę debent nominatim exprimi. Non enim sufficit dicere appello vt grauatus, vt in in actis apparet, quia ex ipsa appellatione iudex ad quem non redditur certus. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Dec. in consi. 360. col. 2. Perus. in c. si duobus. colu. 5.
5 vers. 2. quæritur. de appella. vbi inquit, ꝙ † à sentẽtia quã iudex pronuntiat se competẽtem vel incompetentem potest appellari, & si non appelletur sententia transit in rem iudicatam, & valet processus in causa principali, posito quòd iudex aliàs non fuisset competens. Bald. in l. 2. in 5. quæstio. C. de episc. audien. quem sequitur Felyn. in c. suborta. col. 3. de re iud. Alexand. in addit. ad Bar. in l. 2. ff. de appella. recip. Petr. de Bellaper. in l. 2. nu. 14. versi. sed nunquid ff. si quis voca. non ier. Prat. Pap. in prat. sua in tit. de declinatione iurisdictionis, in verbo nec fuisse iudicem competentem, colum. secunda, versiculo quid si pars. & hanc esse communem opinionem inquiũt Bald. in dicta auth. habita, in octaua colu. & Bologn. ibi num. 289. & tamen est vera huiusmodi sententia
6 ꝙ ampliatur procedere etiam † si statutum dicta ret, quòd non liceret appellare à sententia regulatorum, vt decidit Ang. in consilio 195. in fin. quem sequitur Dec. in consi. 49. columna secunda, versiculo tertio facit, & in consi. 360. columna prima, & Cur. Iun. in consilio 124. numer. 13. vbi determinat, quòd in casibus in quibus est prohibita appellatio à sententia in meritis lata, non tamen est prohibita appellatio à sententia, qua quis pronuntiauit se iudicem competentem, per decisionem Ang. & Decij vbi suprà, stante igitur hac sententia vt i communi calculo recepta & à qua ineptum esset in consulendo & iudicando recedere.

¶ Non obstant adducta in contrariũ per Salyc. quòd imò non potest appellari, cum istud remedium sit reparabile per appellationem à diffinitiua, Quia respond.. ir, hoc esse falsum, vt constat ex dictis per Barto. in dicta. l. secunda, columna quarta, in prin. de appellat. recipien. vbi expressè dicit, tale
7 † grauamen non posse reparari per appellationem à diffinitiua, cum ista vexatio, quòd cogatur quis litigare coram non suo iudice, non possit tolli, sicut nec tortura, & quòd executio talis pronuntiationis fit coercendo personam. Felyn. in capit. suborta, columna tertia, de re iud. vbi dicit quod grauamen vexationis & fatigationis non est reperabile cum appellatione à diffinitiua.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum est quid facti & res onerosa: quæ nõ præsumitur sed euitanda venit.*

2 *Fdeicommissum non subesse in dubio pronuntiandum est, cum hoc sit fauorabilius.*

3 *Regula solet dari in substitutionibus & fideicommissis: quòd illa substitutio vel fideicommissum locum nõ habet, quæ vel quod in testamento non reperitur, & contrarium dicenti Incumbit onus probandi.*

4 *Testator quod non loquitur velle non præsumitur.*

5 *Testatorem in mente ita voluisse non sufficit, nisi modo aliquo disponat.*

6 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*

7 *Prælegata secundum communem, non veniunt in restitutione fideicommissi, quando facta reperiuntur post grauamen iniunctum hæredi.*

8 *Glossæ athoritas omnes alias antecellit.*

9 *Opinio glossæ ordinariæ in dubijs opinionibus multũ est sequenda.*

10 *Ab opinione glossæ in curia Romana non receditur.*

11 *Verbum lego. de propria significatione non importat hæredis institutionem.*

12 *Verba testatoris vbi sunt clara, ab eis non est recedendum, nisi aliter de mente & voluntate testatoris euidenter appareat.*

13 *Verba obtinent principatum significandi, quæ animo concipiuntur, & omnia alia signa verbis comparata pauciſsima sunt.*

14 *Verba quando sunt clara non est facienda quæstio, quæ fuerit mens disponentis.*

15 *Sensus testatoris quando est manifestissimus ex verbis expressis, interpretatio verborum nusquàm tantum valet, vt melior sensu verborum existat.*

16 *Testimonium mentis nostræ nullum est maius quàm qualitas inspecta verborum.*

17 *Titulus legati differt à titulo institutionis.*

18 *Verba testatoris vbi possunt intelligi propriè non debent capi improprie: quia ad impropriam significationem non est recurrendum, nisi quando propriè intelligi non possunt.*

19 *Verbum lego, relatum ad particularem rem secundum communem, non importat hæredis institutionem.*

20 *Verbum lego, relatum ad vniuersitatem bonorum dato cohærede non importat institutionem.*

21 *Dictum doctoris debet intelligi secundũ decisiones quas allegat:*

22 *Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, quando pater prælegando diuisit totum patrimonium inter filios æqualiter, & eos æqualiter substituit.*

23 *Verbum instituo, quod est magis plenum, trahit ad se verbum lego, quod est minoris virtutis & efficatiæ.*

24 *Verba duo quando sunt appposita & iuncta in vno actu quorum quodlibet actum diuersæ naturæ significat.*

25 *Verbum ostendens actum pleniorem trahit ad se verbum minoris virtutis.*

26 *Verbum plenum & verbum liberum adiunctum verbo importanti arbitrium boni viri: quia magis plenum operatur liberam voluntatem.*

27 *Dictio infrà, regulariter relationem habet ad sequentia.*

28 *Dictio sic, tanquàm relatiua inducit relationem ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis.*

29 *Dictio suprà, relatiua est præcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*

30 *Dictio supradicta, & similia dispositionem ad casum prius expressum restringit.*

31 *Dictio dicta, relationem habet ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis.*

32 *Dictio dicta facit relationem non solum substantiæ sed omnium qualitatum.*

33 *Substitutio est secunda institutio.*

34 *Substitutio videtur facta ad bona, de quibus loquitur institutio, cum substitutio ad institutionem referatur.*

35 Clau-

35 Clausula substitutionis debet referri ad proxima præcedentia & non ad casum, de quo non loquitur.

36 Dictio item, licet sit repetitiua præcedentium, tamen hoc non operatur quando ponitur inter orationes perfectas.

37 Verba fideicommissi indefinitiuè prolata non comprehendunt acquirenda.

38 Legata non veniunt sub nomine & verbo hæreditatis.

39 Indefinita est magis restringibilis quàm vniuersalis propositio.

40 Indefinitiua affirmatiua non æquipollet vniuersali ex proprietate sermonis.

41 Legare licet quis non potest à se ipso, tamen hoc fallit quando habet cohæredem: quia tunc vnus ab alio accipere videtur.

42 Testator si mandat testamentum suum inuiolabiliter obseruari & intelligi ad literam prout iacet, talia verba aliter importare non videntur, nisi vt intelligatur eius dispositio vt legitur in dicto testamento.

43 Pupillaris tacita in expressa vulgari non continetur, quando verba testamenti sunt ad literam intelligenda.

44 Statutum loquens de simplicibus non comprehendit casum mixtum, quando verba debent intelligi ad literam.

45 Illud dicitur ad literam in testamento comprehensum, quòd legi potest non quod per subauditionem additur.

46 Dispositio si cantat, quòd verba debeant intelligi ad literam prout iacent, per talem dispositionem intelligitur tantummodo remota friuola interpretatio & cauillosa non autem iusta & legitima.

47 Illud dicitur esse de litera, quod corporali oculo videtur non quod solo intellectu percipitur.

48 Statuto si caueatur, quòd verba debeant ad literã obseruari, non sumitur argumentum à contrario sensu, si non est in litera, nec scriptum, cum dicatur quædam coniectura, quæ non est de litera: quia legi non potest.

49 Statutum de dote tradita non habet locum in dote præsumpta, si extat aliud statutum, quòd debeat obseruari ad literam prout litera statuti sonat, ex quo de illa statutum non loquitur.

50 Declaratio ad dispositionem, quæ vult quòd verba debeant intelligi ad literam prout iacent.

51 Appellatione descendentium veniunt omnes posteri.

52 Nomen descendentes, est collectiuum plurium personarum.

53 Nomen collectiuũ operatur, vt ordine successiuo vnus post alium censeatur vocatus, seruata tamen gradus prærogatiua.

54 Taciti & expressi eadem est virtus.

55 Positi in conditione secundum communem non censentur vocaci.

56 Filij filiorum positi in conditione quamuis grauati non censentur secundum communem vocati.

57 Fideicommissum reciprocum ad hoc vt inter aliquos inducatur secundum crebriorem sententiam requiritur, quòd substitutio sit facta in tota hæreditate.

58 Item & ab vltimo moriente.

59 Substitutio facta post mortem plurium, ad hoc vt dicatur reciproca, requiritur quòd illi plures fuerint honorati.

60 Quod amplia procedere etiam si essemus in descendentibus testatoris.

61 Et etiam in institutione facta post mortem plurium positorum partim in conditione, & partim in dispositione, vt æqualis sit omnium determinatio.

62 Plures licet ordine successiuo fuerint vocati, si conditio semel defecit in persona primi, cessetur quoque extincta substitutio quoad alios.

63 Positi in conditione cum qualitate masculinitatis secundum communem non censentur vocati.

64 Prohibitio alienationis non inducit fideicommissum, nisi facta alienatione & sequuta contrauentione.

65 Fideicommissum vt inducatur ex prohibitione alienationis, requiritur, vt vltra verba quòd prohibet alienari extra familiam dicatur: quia vult quòd in familia relinquatur.

66 Testator si reliquit alicui bona, & prohibuit eum vel eius hæredes vel descendentes alienari quoquomodo vel pignorare vel permutare vel quouis alio titulo in alium transferre, & si secus fecerit, voluit bona ad eum deuenire, cui bona relicta sunt non dicitur cõtra prohibitionem fecisse si in illis bonis instituit extraneum.

67 Substitutiones fieri possunt in donationibus.

68 Substitutio facta alicui sub conditione, si decesserit sine filijs masculis, euanescit extantibus filijs tempore mortis, quicquid postea contingat de filijs.

69 Diuisio facta inter filios à patre, quæ dicitur habere vim vltimæ voluntatis valet, per filiosq; obseruari debet, præsertim si fuerit in eius vltima voluntate confirmata.

70 Quod amplia procedere etiam si diuisio ipsa paterna facta fuerit scriptura priuata & sine testibus, cum inter liberos facta fuerit.

71 Grauatus potest de bonis subiectis fideicommissõ disponere, si fideicommissarij se immiscuerint hæreditati grauati acceptando eius hæreditatem.

72 Hæres si pendente conditione fideicommissi alienauit bona subiecta restitutioni fideicommissi, non poterit hæres purificata cõditione agere ad bona alienata per hæredem grauatum si illi successit.

73 Fideicommisso renuntiatum esse non intelligitur secundum communem per simplicem diuisionem.

74 Diuisio de se non iudicit remissionem futuri fideicommissi.

75 Quod ampliatur procedere, etiam secundum communem, dato quòd diuidentes promiserint nihil se contra diuisionum facturos: quia huiusmodi clausula ad specificata restringitur.

76 Stipulatio super aliquo actu interposita secundum naturam illius actus restringitur.

77 Fideicommisso censetur esse renuntiatum per diuisionem, vbi in ea sunt apposita verba generalia & prægnantia.

78 Fideicommisso renuntiatum esse censetur per clausulam in eo appositam, ad habendum, tenendum, possidendum & quicquid placuerit faciendum.

79 Verba ad habendũ, tenendum & possidendũ, & quicquid placuerit faciendum, important liberam voluntatem.

80 Clausula ad habendum, tenendum & possidendum, & quicquid placuerit faciendum, operatur renuntiationem cuiuscunque iuris re & spe competentis.

81 Fideicommisso renuntiatum esse videtur data scientia per clausulam ad habendum, tenendum &c.

82 Diuisio si continet: quòd vnus alteri bona in partem obuenta concedit pro se, & illis quibus bona prædicta concedere voluerit, operatur per hæc verba facultatem alienandi.

83 Verba ad habendum, tenendum &c. æquipollent verbis: quibus prædicta bona concedere voluerit.

84 Feudum si est concessum pro se & hæredib. quibuscunque, transit ad hæredes extraneos, & de tali feudo potest vasallus testari.

85 Concessio pro se & hæredibus quibuscunque, vel pro se & quibus dederit æquiparantur.

86 Clausula ad habendum, tenendum &c. si est apposita

in instrumento diuisionis operatur, quòd censetur facta remissio iuris emphyteutici alteri, cui quis cessit diuisione prædium emphyteuticum: ita quòd ille: in quem est facta alienatio siue ex contractu inter vivos siue in vltima voluntate: conueniri non poterit.

87 *Verbum videtur: non importat liberam facultatem.*

88 *Verbum videtur: quando est prolatum de per se importat arbitrium boni viri: sed quando est iunctum cũ verbo vniuersali quicquid, importat liberam voluntatem:*

89 *Rogatus simpliciter restituere quod ex hereditati vel bonis supererit, non tenetur ad fructuũ restitutionẽ, secus si fuerit rogatus restituere quicquid superit ex hæreditate vel bonis.*

90 *Prælegata licet non veniant in restitutione fideicommissi, tamen secus est si in fideicommisso vniuersali dictum fuerit volo quòd restituas quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit.*

91 *Pactum de euictione appositum in diuisione facta inter fratres operatur, quòd inter fratres ipsos videatur facta remissio fideicommissi.*

92 *Clausula infrascripta apposita in diuisione, videlicet dantes, concedentes & mandantes sibi ipsis inuicem omnia iura, omnesque actiones & rationes, reales personales, vtiles, directas, mixtas & hypothecarias, ac alias & quascunque & quæcunque ipsis bonis & fratribus spectantia & pertinentia spectantes & pertinentes, & quæ in futurum spectare & pertinere possunt, & potuissent, important remissionem fideicommissi.*

93 *Notarius censetur rogatus apponere clausulas consuetas. etiamsi de eis nihil dictum fuisset in rogatione, & si eas ponit non tenetur pœna falsi.*

94 *Clausula ad habendum, tenendum &c. censetur apposita de voluntate diuidentium.*

95 *Verba, quæ profert tabellio in personam contrahentium, videntur contrahentes proferre & vera esse cõfiteri.*

96 *Verba relatiua notarij dicuntur verba partium.*

97 *Clausula codicillaris secundum communem censetur apposita de voluntate testatoris.*

98 *Clausula censetur apposita de voluntate testatoris cum testamentum publicè legitur coram eo.*

99 *Clausula quæ substantialia vel accidentialia actus respiciunt censentur apposita de voluntate partium.*

100 *Interpretatio inimica prudentiæ euitanda venit.*

CONSILIVM XXXIIII.

VIDI Dubia subtiliter & eleganter eleuata per Magnificum dominũ iudicare debentẽ, quanuis extracta ex consilio insignis Deciani, quib & si satis superque responsum fuerit per insignẽ Menocham, attamen recolligendo nonnullas spicas (vt solet dici) post terga mentiũ, aliqua in medium afferã pro confirmatione & approbatione eorum, quæ deducta fuerunt per ipsum insignẽ Menocham, ex quib. clarè apparebit bona Rodini, de quib. agitur, non contineri sub fideicomisso, de quo in testamento quon. Magnifi. D. Mariani de Senarolis. Sed antequàm deueniam ad responsionem ipsorum motiuorũ, nonnullas proponã conclusiones, quæ passim ab omnib. receptæ
1 comperiuntur. Prima igitur est conclusio ¶ † fideicommissum est quid facti, & præsertim res onerosa, quæ non præsumitur sed euitanda venit. l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Ceph. in cons. 67. nu. 227. & † pro quo in dubio pronuntiandum est non subesse, cũ hoc fauorabilius sit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Alcia. in cons. 525. nu. 12. & in cons. sequenti nu. 6. sed in testamento dicti quondam Magnifici domini Mariani non dicitur, ¶ dicta bona acquirenda vt sunt ista Rodini, sint subiecta restitutioni fideicommissi, ergo in eo venire non possunt. Socin. Iuni. in
3 cosil. 102. num. 25. volum 1. Nam † pro regula in substitutionibus & fideicommissis solet dari, ¶ illa substitutio vel fideicommissum locum non habet, quę vel quod in testamento non reperitur, & dicenti cõtrarium incumbit onus probandi. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de test. §. 1 versi. occurrit. Socin. in cons 62. col. tertia vol. 3. Soc. Iun. in consil. 64. nu. 14. vol. 3. 75. num. 8. 100. num. 17. & 100. num. 3. volu. eod. cum igitur in dicto testamento nihil dicatur de dictis bonis Rodini, dicendum venit, ¶ ea non venire in restitutione fideicommissi, de quo in ipso testamento, Bero. in cons. 67. num. 7. vol. 2. & in consi. 43. num. 41. vol. eod.

4 ¶ Secunda est conclusio, ¶ † testator id velle non præsumitur quod non loquitur, Bal. in l. 1. §. fin. autẽ ad deficientis, per illum tex. C. de cad. tollen. Dec. in cons. 465. nu. 7. & 696. nu. 19. Soc. Iun. in cons. 1. nu. 4. vol. 3. consi. 14. nu. 19. 69. nume. 8. vol. eod. & in cons. 180. num. 54. vol. 2. Ceph. in consi. 46. nu. 18. 114. nu. 8. & in cons. 186. num. 3. Por. in cons. 75. num. 14. Nec
5 sufficit † testatorem ita voluisse in mente sua, nisi aliquo modo disponat, Bald. & Imol. in l. quidam cum filium, per illum tex. ff. de hæred. inst. quem pro val de notabili tradit Alex. in l. 3 in fi. C. de libe. præter. Soc. Iun. in cons. 72. num. 58. volum. 1. & 111. numer. 28. vol. eod. Cepha. in consi. 114. num. 8. 144. numero
6 4. Nam † voluntas in mente retenta nihil operatur. l. si repetendi. C de cond. ob. cau. Soc. Iun. in consil. 6. volumine 3. Cepha. in consilio 114. num. 8. & 107. numero 24. sed in casu nostro per dictum quondã Magnificum dominum Marianum nihil dispositũ reperitur in suo testamento, quòd bona acquirenda, & sic Rodini, venirent in restitut. fideicommissi, ergo &c.

¶ Tertia est conclusio communiter approbata p Scribentes in l. Marcellus §. quidam liberis ad Trebel. vbi dicunt, ¶ † prælegata non veniunt in restit.
7 fideicomissi, quando illa facta reperiuntur post grauamen iniunctum hæredi, Ripa in l. in fideicommissaria. §. si legatum num 7. vbi et Cast. ad Trebel. Iaf. in consi. vlt. col. 2 vol. 4. vbi dicit hanc esse cõmunẽ quia quãdo testator primò facit substitutionẽ fideicommissariam & postea prælegatũ, testator in fideicommisso non videtur rogasse de eo quod nondum dederat. arg. l. lege. ff. de contrah. emp. Dec. in consil. 80. col. 2. in princ. & in consi. 254. col. 2. Ruin. in cõsi. 133. col. 4. versic circa secundum dubium, vol. 2. & in consi. 117. num. 15. vol. eod. Paris. in consil. 18. colu. 3. vol. 3. Soc. Iun in cons. 89. colu. 1. volum. 4. Soc. in consi. 31. colu. 2. vol. 4. vbi etiam asserit hanc esse receptam doctorum sententiam, Picus in l. in quartã num. 88. ff. ad l. Falcid. Polit. in l. filium quem habẽtem. nu. 103. C. famil. ercis. Bero. in consi. 81. num. 22. vol. 2. & de hoc est tex. secundum communem intellectum in l. Titia ff. ad l. Falcid. & hanc esse crebriorem sententiam inquit Cor. in consi. 228. colum. 2. vol. 4. & quamuis nonnulli cõtrarium sentire videantur, vt refert Soc. Iun. in cons. 107. vol. 3. & 89. vol. 4. dicens, ¶ illi, qui fasi fuerunt communem doctorum esse sententiam, prælegata non contineri in restitutione fideicommissi, quãdo grauamẽ prius fuit iniunctum & prælegata secuta, loquuti sunt tẽpore suo & aliàs, secus tamen hodiè Ab hac sententia cõmuni calculo recepta in iudicando nõ est recedendum,

dum, cum etiam hodiè ipsa sit communis, vt videri potest ex auctoritatibus doctorum tenentium hãc partẽ, qui multo plures sunt quàm aduersantes: nã primò considerandum est, q̃ ita tenuerunt glo. in l. cum virum. in verbo comprehensum est. C. de fidei com. & glo. in varbo hæreditariam. in l. Marcellus. §. quidem liberis. ad Trebel. quarum gloss. auctoritas quanta sit demonstratur ex dictis Barto. in l. vt
8 vim. ff. de iust. & iure vbi † auctoritas glo. omnes an tecellit, Bald. in capit. 1. de nat. fuces. feud. vbi sic ait
9 ego † enim in dubijs opinionibus multum sequor opinionem glossæ ordinariæ: quia non possum ad hærere meliori, & ideo dixit Saly. in l. licet. colum. 2. C. qui pot. in pig. hab. Aduerte pro Deo tu, qui practicas & habens iudicare & consulere: quia de facili non debes à glossatore discedere, & in l. 2. C. de sen. quæ sine cert. quant. vbi tradit, quòd sicut qui nescit equitare tenet te ad arzonum, ita iudex debet se tenere super opinionem glossæ, & tanta est autoritas glossæ, quòd inquit Abba. in cap. edoceri. de re-
10 script. quòd † ab ea in Curia Romana non receditur Bal. in l. fin. §. necessitatem col. 3. C. de bon. quæ lib. vbi ait, adhere semper carocio veritatis id est glossatori, & in perpetuum non errabis. Saly. in l. 1. col. 3. in 5. oppositio. C. de pact. quod vnusquisq; debet cũ glo. intendere, cum glossæ sint nostræ nauiculæ per quas portum valdè arduum ingredimur, vt posteà in naues latiores & profundiores pertranseamus, & ad portum clarè veritatis perducamur. est text. ad literam, vt dixi, & secundum communem intellectum in l. Titia ff. ad l. Falcid. vbi Alex. colum. 2. in princ. attestatur hanc esse receptam doct. sententiã, & quam vti communem etiam sequitur idem Ale. in d. §. quidam liberis colum. 1. Imol. in d. l. Titia, & in l. in fideicommissaria. §. fin. ff. ad Trebel. glos. in l. cum virum. C. de fideicom. Boër. in decis. 280. nu. 8. vbi etiam tradit hanc sententiam communi calculo receptam, prout etiam facit Zanchius in leg. hæredes mei. §. cum ita numero 297. ad Trebellian. Claud. Seysel. in dicto. §. quidam liberis. Corne. in citata. l. cum virum. & Crauet. in consilio 295. in 4. dubio.

¶ His igitur conclusionibus sic stantibus nõ videntur obstare quæ ex aduerso adducuntur, q̃ imò talia bona Rodini, quamuis acquisita post grauamẽ iniunctum, veniunt in restitutione fideicommissi, vt patet ex allegatis per insignem dominũ Decianũ in vers. non obstat vndecimò, vbi inquit, q̃ licet bona Rodini sint acquisita post fideicomissum, tamen non dicuntur prælegata, sed in eis dicuntur instituti domini Bartholomæius Iacob. & Nicolaus: quoniam in principio testator dixit: In omnibus alijs suis bonis mobilib. & immobilibus: iuribus & rationibus ac actionib. & specialiter in libellis sibi hæredes vniuersales instituit dictos dños Bartholomeum eius filiũ & Ioannem Iacobum & Nicolaum fratres eius nepotes, videlicet, filium pro parte ei assignata vt infrà, & nepotes pro parte assignata vt infrà. Nam ponderandum est, q̃ licet assignauerit infrà singulis portiones suas, tamen illas habent iure institutionis & non legati, quo casu sumus extra terminos quæstionis, an legata comprehendantur vt per Curt. Iun. in consilio 13. vers. secundò principaliter, & licet postea fecerit diuisiones tam acquisitorum quàm acquirendorũ, id nõ fecit testator in vim prælegatorum, sed in vim institutionis, tũ qa vsus est verbo instituo tum quia omnia relicta sunt æqualia, quinimò si etiã vsus fuisset testator verbis expressis denotant. q. prælegata, cũ non foret (prout non est) excessus in illis inter ipsos cohæredes, & si esset aliquis excessus, esset modicus, de quo non est curandum, etiam in dictis prælegatis habentur vti hæredes & non vt legatarij, vt consuluit Paris. in cons. 94. vsque ad finem vol. 2.

¶ Quia respondetur, q̃ imò in bonis Rodini dicti D. Bartholomeus. Iannes Iacob. & Nicolaus dicuntur legatarij, & in ipsis nullatenus dicuntur instituti, vt patet ex verbis claris ipsius testamenti, dum post institutionẽ prohibitionẽ alienationis, & grauamẽ iniunctũ testator dicit: Itẽ legauit: voluit &c.
11 quod † verbum lego, de propria significatione non importat hæredis institutionẽ, vt per doct. in rubr. ff. de legat. 1. & vt infrà latius dicetur, quo casu vbi
12 † verba testatoris sunt clara, ab eis non est recedendum, nisi appareat euidenter aliter de mente & voluntate ipsius testatoris. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. si alij cum glo. de vsufruct. l. cum virum C. de fideico. vbi licet plerunq; magis attendatur volũtas & mẽs quàm expressio verborũ, tamen hoc procedit quãdo per probationes liquidò constaret de mente cõtraria, alioquin verbis standum est, cum id testator voluisse videatur quod expressum est. l. Labeo. ff. de suppel. leg. bonus tex. in l. si plures. in fi. ff. de vulg. & pupil. ibi nisi alia forte mens fuerit testatoris, quod vix credendum est, nisi euidenter fuerit expressum. Soc. Iun. in cons. 13. num. 13. vol. 3. vbi inquit, quòd licet pro regula dici soleat, in testamentorum interpretatione suprà omnia mentem testatoris esse inspiciendam. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. etiam si talis eius mens cognita & nota voluntas testatoris videatur repugnare verbis prolatis. l. 3. C. de libe. præte. tamen si aliud manifestè non appareat mens testatoris semper sumitur à verbis à quibus regulariter non est recedẽdum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. & ideo inquit Bal. in consil. 122. in fi. vol. 1. multos sæpe decipi, qui testamentorum verba non põderant, etenim illa habent in se magnum pondus ad cognoscendum quid voluerit testator, Iterum in cons. 73. nu. 9. vol. eo. facit quod inquit Beatus Thomas in 2. quæst. 72. arti-
13 culo 1. vbi † verba obtinent principatum significandi, quæ animo concipiuntur & omnia alia signa verbis cõparata pauciss ima sunt. Soc. Iun. in cõs. 66. nu. 14. vol. 2. 158. nu. 52. vol. eod. cons. 1. num. 9. volu. 1. & ratio est: quia consideratè & deliberatè præsumuntur prolata. rursus in cons. 10. nu. 7. & 121. nu. 16. vol.
14 eo. Bero. in cons. 71. nu. 40. volum. 2. Nam † quando verba sunt clara nõ est facienda quæstio quæ fuerit mens disponentis, Soc. Iun. in alleg. consil. 71. nu. 9. & 160. num. 47. volu. 2. Port. in consi. 58. nume. 18. &
15 23. vbi † quando est manifestissimus sensus testatoris, ex verbis expressis, verborũ interpretatio nusquã tantum valet vt melior sensu verborũ existat,
16 etenim nullũ † est mentis nostræ testimonium maius quã qualitas inspecta verborũ vt post Cassad. inquit Bal. in l. generaliter. post prin. C. de non nume. pecun. Soc. Iun. in cons. 1. num. 32. vol. 3. Cum igitur euidenter nõ appareat in casu de quo agitur de contraria mente testatoris, q̃ voluerit bona acquirẽda venire in restitutione fideicomissi, standum est propriæ significationi dicti verbi legauit, quod (vt dixi) nõ importat institutionẽ sed merum legatũ. Nam
17 † titulus legati differt à titulo institutionis, vt patet ex inscriptione titulorum de hæred. inst. & de leg. & ẽt ex diuersitate nominum, iuxta notata in l. fidẽ. C. de condi. & titulus institutionis est plenior & magis honorabilior. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. test.
18 Itẽ facit nã † vbi verba testõris possunt intelligi propriè, non decẽt capi eo modo quo impropriè sumerentur, quia ad impropriã significationem non est recurrendum, nisi quãdo propriè intelligi non possunt, Soc. in l. quib. diebus. §. dominus, per illũ text.

ff. de

ff. de cond. & demonst. Bero. in cons. 95. nu. 16. volu. 2. & eo magis hoc dicendũ venit in casu nostro, vbi
19 † verbũ lego est relatum ad particularem rem, quo casu non importat hæredis institutionẽ, vt per Ale. in l. prima, col. 2. de legat. 1. & in l. centurio. colu. 28. de vulg. & pupil. vbi Galliaul. num. 326. attestantur hanc esse communẽ, Ruin. in cons. 12. nu. 13. volu. 3.
20 sed plus dicitur, quòd † etiã verbum lego esset relatũ ad vniuersitatem bonorũ, dato cohærede, prout in casu nostro, non importat institutionem, docto. in rubrica & l. prima, de lega. 1. Socin. Iun. numero 51. Item dicitur, quòd si verum esset quod ex aduerso obijcitur, sequeretur quòd in dubio semper legatũ factum post institutionem hæredis & grauamen in iunctum veniret in restitutionẽ fideicomissi, quod tamen (vt dictum est) alienum est ab omni veritate, cum communis scola sit in contrarium, ℣ non veniat allegatum in restitutionem fideicommissi.

¶ Non obstat decisio Cur. Iun. in consi. 13. colum. secunda vers. secundò principaliter. Quia respondetur, quòd inter casum suum & nostrum magna extat differentia, quoniã in casu cõsilij Curtij nõ erãt separatæ dispositiones, nam licet ibi essent hæredes instituti, tamẽ post ipsam institutionẽ nõ fuit facta aliqua prohibitio nec inductum aliquod grauamẽ, minùsque facta legata, sed tantum factæ institutiones, ℣ secus est in casu de quo agitur, vbi adest institutio in bonis assignatis, fideicomissum iniunctũ prohibitio alienationis post institutionem, & multa alia legata ante prælegatum, de quo agitur & sic sumus in separatis dispositionib. perfectis, ergo de vno casu ad alium rectè non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum similibus.

¶ Similiter non obstant notata per Paris. in d.
21 consi. 94. col. penul. & fi. Quia respondetur † eius dictum debere intelligi secundum decisiones quas al legat. Bart. in l. non solum §. liberationis verba. ff. de lib. leg. & sic quando pater prælegando diuisit totũ patrimonium inter filios æqualiter & eos æqualiter instituit: quia tunc portio vnius quã habet iure prælegati succedit in locum portionis, quã habebat iure hæreditario in bonis alteri assignatis, & ideo totum dicitur habere iure hæreditario, secundũ l. quid ergo. l. 2. de lega. 1. & in l. Marcellus in §. quidã liberis. ad Treb. quẽ allegat Paris. in citato cons. 94. ℣ & voluerunt Dec. in cons. 254. col. 2. in fi. vbi dicit,
22 ℣ ex quo † testator omnia bona vel maiorem partẽ inter filios diuisit, veniunt prælegata in restitutione fideicommissi, quia talia prælegata succedunt in effectu in locum portionis hæreditar. ℣, per notata in dicto §. quidam liberis. & in dicta l. quid ergo, subdens hanc esse communem, rursus in cons. 349. nu. 7. vers. nec obstat. Corne. in cons. 228. col. 2. vol. 4. Ias. in cons. vltimo, col. 2. volu. 4. Ruin. in consil. 152. num. 6. volu. 3. & in cons. 116 nume. 8. volu. 2. Goza. in cons. 81, num. 16, sed in terminis nostris sumus in casu differenti, quia pater non fecit ptælegata diuidendo totum patrimonium vel maiorem partẽ inter filium & nepotes, sed eos instituit in reb. assignatis, ac demum fecit substitutionem & prohibitionẽ & post alia legata subsequentia fecit prælegatum ipsum de rebus acquirendis, & sic non fuit dictũ pẽlegatum de toto patrimonio vel maiori parte, & sic sumus in casu communis conclusionis doctorũ quę habet, ℣ prælegata post iniunctum fideicomissum facta de rebus parricular iter acquirendis non veniunt in restitutione fideicom. iuxta notata per Scribentes in d. §. quidam liberis, & cæteros in alijs locis suprà relatis. Nec ad rem facit, ℣ ipse testator in alio loco vsus est verbo lego pro verbo instituo, vt ibi. Item legauit, instituit, voluit & ordinauit & c. ergo idẽ voluisse videtur in casu de quo agitur. Quia respondetur, quòd in casu supradicto non est verbũ
23 lego, quod importat institutionẽ. sed verbum † instituo, quod est magis plenum, quod trahit ad se ver
24 bum minoris virtutis & efficaciæ. Nam † quoties in actu vno appositа sunt duo verba iuncta, quorũ
25 quodlibet actũ diuersæ naturæ significat † verbum ostendens actũ pleniorem trahit ad se verbum minoris virtutis, ita Natta in clemẽtina sæpe. §. non sit tamen colum. 33. de verb. sign. per l. non solum. §. fi. de vsucap. vbi si quis rem conducat & præcario simul rogat, cum locationis contractus maiorẽ vim præcario habeat, vires præcarij eneruat, solaq; dicitur locatio. pro qua sententia facit, quod volut Bar.
26 in l. alio. ff. de alim. & ciba. lega. vbi vult, quòd † verbum plenũ & verbum liberum adiunctũ verbo importanti arbitrium boni viri, quia magis plenũ operatur, quòd illud verbum importat liberam voluntatem, dixi in cons. 55. nu. 50. cum tribus sequentib. volum 3. vbi alia adducuntur ad propositum huius responsionis, ad quæ me remitto.

¶ Similiter non obstat, ℣ testator instituit hæredes vniuersales prædictum dominum Bartol. pro parte assignata vt infrà, nec non & dños Ioannẽ Iacobum & Nicolaum pro alia parte assignata vt infrà, quo casu virtute illius dictionis infrà, datur intelligi, ℣ omnia infrascripta acquirenda, & sic Rodini censeant relicta iure institutionis. Quia respon
27 detur, quòd † licet dictio infrà, regulariter relationẽ habeat ad sequentia. Bar. in l. qui liberos. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. Paris. in cons. 93. nu. 23. vol. 1. tamen in casu præsenti dici non potest, quòd dicta dictio trahatur ad legatũ factum de bonis acquirẽdis: quoniam testator per dictã dictionem, tantum voluit se restringere ad ea quæ ipsis hæredib. in institutione assignata fuerint, vt patet ex verbis ℣ prijs ipsius testatoris. Nã licet testator dixerit, ℣ in bonis suis mobilib. & immobilibus &c. instituit sibi hæredes vniuersales Do. Bartolomeũ eius filium legimũ & naturalẽ, Ioan. Iacobum & Nicolaum fratres eius nepotes & filios legitimos & naturales quon. D. Iuliani olim filj ipsius dñi testatoris, videlicet supradictũ D. Bartolomeũ pro parte sibi assignata vt infrà, vt in c. incip. In omnibus autem &c. tamẽ post assignationem factã subdit hæc verba. In quib. omnibus bonis sic vt suprà ipsi Do. Bartolo. assignatis ipsum D. Bartolomæũ sibi hæredem instituit vt suprà volens de ipsis fore tacitũ & contentũ. Idem℣ dixit post assignationem factam in institutione dictis Ioan. Iacobo & Nicolao, vt in c. incip. in quibus
28 bonis. Nam primò ponderãdum est dictio sic † quæ tanquam relatiua inducit relationem ad præceden tia cum omnibus qualitatibus suis. l. si quis seruũ §. fi. de leg. 2. Ruin. in cons. 170. num. 2. volum. 2. Item
29 & dictio suprà † quæ similiter est relatiua præceden tium cum omnibus qualitatibus suis. Ruin. in con- 18. nume. 12. volum. 2. in consil. 147. numero 5. vol. 3. Paris. in consi. 19. numero 68. volum. 2. 41. num. 65. 48. num. 14. 66. num. 6. 80. num. 49. volum. eod. & in consilio. 93. numero 25. volum. 1. Bero. in consil. 79.
30 nu. 1. vol. 2. vbi † dictio supradicta & similia dispositionẽ ad casum prius expressum restringit, Dec. in consil. 377. numero 5. Crauet. in consilio 89. numero 3. Cephal. in consilio 292. numero 9. & tanto fortius id suadetur: quia si esset verum, quod ex aduerso obijcitur, sequeretur ℣ etiam prohibitio alienationis extenderetur ad acquirenda, quod tamen est falsum, cum ea tãtum extendatur ad supradicta bona, vt constat ex verbis capituli ipsius prohibihitionis ibi: & quod per eos vel aliquem ex eis dicta bona & hæreditas nunquam vendi &ç. Nam ponderanda

31 randa est dictio dicta † quæ etiam habet relationem ad præcedentia cum omnib. qualitatibus suis. Cor. in cons. 9. litera E. vol. 1. Socin. Iun. in cons. 102. nu. 3. volum. 3. & 144. num. 37. vol. eod. Ruin. in cons. 206. num. 5. volum. 2. & 103. num. 5. volum. eod. Paris. in cons. 86. num. 36. volum. 2. cons. 1. num. 131. volum. 3. Berof. in cons. 132. num. 7. volum. 3. vbi verba prædicta, dicta, & similia sunt repetitiua rerum tantùm præcedentium cum suis qualitatibus. Dec. in con-
32 sil. 278. col. fin. vbi dicit cõmunem esse, quòd † verbum dicta, facit relationem non solùm substantiæ, sed omnium qualitatum, & in cons. 291. num. 6. Nec refragatur, quòd relatiuũ dicta bona & hæreditas, de quo in prohibitione alienationis, non referatur ad bona specificè suprà relata, & corporaliter diuisa, sed potiùs ad illa verba suprà immediatè simpliciter prolata, ibi dum dicitur. ita, quòd perpetuò bona & hæreditas dicti testatoris deueniant, &c. cùm relatio fieri debeat ad immediata. l. talis scriptura, vbi Doctores de leg. 1. & sic, quòd dictum relatiuum dicta, non restringit, nec refert bona particularia assignata hæredibus, sed refert in vniuersum omnia bona & totam hæreditatem. Quia respõdetur, quòd cùm testator instituerit dictos suos hæredes vniuersales in bonis sic vt suprà assignatis
33 & incontinenti eos substituerit inuicem, quę † substitutio est secunda institutio. glo. & Scriben. in Ru-
34 brica, de vulg. & pup. & quæ † videtur facta ad bona, de quibus loquitur institutio, cùm substitutio, ad institutionem referatur. l. 1. C. de impub. & alijs substit. Dec. in cons. 480. num. 12. 186. num. 4. consilio 371. num. 3. Paris. in cons. 71. num. 16, vol. 2. Ruin. in con. 128. num. 13. vol. 3. quòd dicta verba posita in substitutione, ita quòd perpetuò bona & hæreditas dicti testatoris deueniant, &c. restringantur & restringi debeant ad contenta in institutione, & non extendantur ad bona prælegata facta post institutionem & substitutionem, de quibus testator nullum penitùs verbum fecerat, & sic quòd dicta verba prohibitionis extendantur, & referantur ad bona
35 assignata in institutione. Nam † clausula substitutionis debet referri ad proximè præcedentia, Paul. de Castr. in cons. 319. quem sequitur Dec. in consil. 547. num. 6. vers. & hoc etiam. & non ad casum, de quo non loquitur. Paris. in cons. 14. num. 2. vol. 3. & ad hoc bene facit, quod scribit Soc. Iun. in cons. 107. num. 52. vbi loquendo de prohibitione alienationis factæ in testamẽto dicit, quòd illa prohibitione videtur restringenda ad bona stabilia, de quibus testator locutus erat in institutione & substitutione, & sic in alijs ab his quæ prælegata erant, cùm illa in institutione vel substitutione non essent comprehensa, ponderando dictionem suprà, sed suprà non erat dictum, nisi de bonis, in quibus erat facta institutio, & sic de alijs à prælegatis. Cùm igitur dictum legatum sit separatum ab institutione, vt ex supradictis satis demonstratũ videtur, & multa alia adsint legata inter ipsam institutionem & prælegatũ de bonis acquirendis. Meritò dicendum videtur, prælegatũ prædictum tanquam separatum ab ipsa institutione non comprehendi in ipsa institutione.

¶ Obstare quoq; non videtur, quòd dictio Item,
36 † apposita in dicto prælegato bonorum acquirendorum est repetitiua præcedentium. Quia respondetur, quòd dictio ipsa, quando ponitur inter orationes perfectas facit cessare repetitionem, Bar. in l. Seiæ. in §. Gaio. ff. de fun. instruct. Ias. in consil. 207. col. 2. vol. 2. Curt. Iun. in cons. 72. nu. 6. & 102. col. 1. Emilia. in cons. 409. num. 2. Mazol. in cons. 1. nu. 56. quod consilium etiam insertũ reperitur inter consilia Soc. Iun. in cons. 144. volum. 3. sed in casu præsenti dictio Item, inter orationes perfectas posita esse reperitur, vt est videre ex dicto testamento, ergo cessat obiectum.

37 ¶ Non obstat similiter, quòd ex quo † verba fideicõmissi sunt indefinitè prolata generaliter comprehendant omnia & sic acquirenda: Quia respondetur, hoc à veritate alienũ esse in casu nostro, cùm tantùm verba ipsa intelligi debeant de illis bonis, quæ in institutione ipsis hæredibus assignata fuerunt, vt constat ex ipso testamento, vbi testator fecit substitutionem contentorũ institutione, & non de prælegato facto post institutionem fideicõmissum & prohibitionem alienationis: item dicitur, quòd si verum esset obiectũ, sequeretur, quòd destrueretur illa cõmunis sententia suprà citata, quòd prælegatũ post grauamen iniunctum non venit in restitutione fideicommissi simpliciter facti, quod minimè dicendum venit, vt per Docto. cõmuniter
38 in d. §. quidam liberis: legata † autem hæreditatis verbo non veniunt. l. si Titius ex parte. de legat. 3. l. Titia. ff. ad l. Fal. Plus dicitur, quòd indefinita in casu nostro non æquipollet vniuersali: vt in terminis dixit Soc. in d. §. quidam liberis. col. 3. in princ. vbi reprobat Cuma. qui voluit, quòd sicut rogatus restituere omnia bona tenetur ad restitutionem prælegatorum, ita qui est grauatus restituere bona indefinitè: quia dicta indefinita bona, non æquipollent vniuersali omnia bona: qa diuersa est ratio prę-legatorũ & hæreditatis, vt no. in l. si ex pluribus de lega. 2. Quod comprobatur ex scriptis per Ripam in l. in fideicommissaria. §. si legatum. in vers. 2. limita. vbi dicit, quòd licet in fideicõmisso vniuersali per hæc verba, mando quòd restituas quicquid ex hæreditate mea ad te peruenit, veniãt prælegata in restitutione fideicommissi. l. cùm virum. C. de fideic. aliàs tamen secùs, & inquit rationem esse quare fideicommissum vniuersale comprehendat prælega-
39 ta & non indefinita: quia † indefinita est magis restringibilis quàm vniuersalis propositio, quæ indefinita non æquipollet vniuersali necessariò, secundum Inno. & Abb. in c. auditis. de præscrip. Fel. in c.
40 cùm omnes. col. 10. de constit. item † indefinita affirmatiua non æquipollet vniuersali ex proprietate sermonis. l. si. seruitus. ff. de seruit. Vrban. præd. Bart. in d. l. si pluribus. de lega. 2. quod etiam colligitur ex dictis per Dec. in cons. 254. colum. 2. in fin. vbi dicit, quòd verba vniuersalia & prægnantia ponderantur, quando fideicõmissum præcedit & prælegata sequuntur: quia tunc stantibus verbis vniuersalibus indistinctè veniunt prælegata in restitutione fideicommissi, ergo aliter sentit, si verba non sunt vniuersalia, sed indefinitè prolata, & clariùs hoc vult Ias. in cons. vlt. per totum. volum. 4. & Gozad. in cons. 81. col. fin. in princ.

¶ Nec ad rem facit, quòd hæc bona Rodini iure hæreditario & non legati censeantur legata ob id,
41 quòd † à seipso quis legari non potest. l. sed si in conditione. §. fi. ff. de hæred. instit. quia ad hoc optimè responsum fuit per excellentem Consultorẽ, quòd illud procedit, quando quis est solus hæres institutus, secùs si cohæredẽ habet: quia tunc vnus ab alio accipere videtur, & ideo prę-legatum subsistit, & vltra allegata per eum ita voluit Matthes. in l. filium, quem habentem. num. 22. vers. 7. concludo. & num. 38. in vers. 2. nota. C. famil. herciſc. Ias. in l. planè. §. si duobus. in primo notabili. Aliæ etiam dantur responsiones per prædictum Dominum consulentem resultantes ex dictis Paris. in cons. 79. volu. 2. nu. 29. vsq; ad 32. inclusiuè, quæ optimè adaptantur casui de quo agitur.

¶ Nec fundamentũ etiã fieri potest, quòd quando

do constat de voluntate & mente testatoris, prælegatum quamuis factum post institutionem, & grauamen iniunctum venit in restitutione fideicommissi per decisiones ab insigni Deciano allegatas, quibus addi possunt scripta per Soc. in cons. 89. in 4. vol. Gozad. in cons. 81. & Zanch. in l. hæredes mei. in §. cùm ita. num. 398. in fin. ad Trebel. & quòd in casu, de quo agitur, satis constare dicitur de mente testatoris: quia sicut voluit, quòd bona acquirenda per hæredes sint comprehensa in institutione & fideicommisso, quod facere potuit. §. non solùm. instit. de lega. ita etiam dicendum venit, quòd magis voluerit bona acquirenda per eum venire in restitutione dicti fideicõmissi. Quia respondetur, quòd nec ex verbis, nec ex euidenti mente testatoris, quæ resultare videtur ex ipsis verbis, à quibus recedere non licet. l. non aliter. de lega. 3. cum alijs suprà citatis, constat testatorem ita voluisse, quia si hoc ordinare voluisset, vtiq; sciuisset dicere, quòd cùm non fecerit, hoc noluisse videtur. leg. prima. §. sin autem ad deficien. C. de cad. tollen. Nam testator quod non loquitur velle non præsumitur, vt per Bald. in dicto §. sin autem. & in alijs locis suprà relatis, imò non sufficit testatorem voluisse nisi voluntas ipsius transeat in dispositionem. Bald. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. Dec. in consil. 61. colum. 2. Iaſ. in consilio 228 columna tertia. volum. 2. Paris. in consil. 87. num. 28. volum. 2. vbi citat hanc esse communem.

¶ Vltimò, quòd dicta bona non veniant in restitutione fideicommissi, demonstrat ex verbis ipsius
42 testatoris, dum in fine sui testamenti † voluit & mandauit testamentum suum, & vltimam voluntatem inuiolabiliter obseruari & intelligi ad literam prout iacet, quæ verba aliter importare nõ videntur, nisi vt intelligatur eius dispositio, vt legitur in dicto testamento, in quo non est scriptum, quòd dicta bona veniant in restitutione fideicommissi, vt probatur ex notatis per Bal. in l. precibus.
43 colu. 3. C. de impub. & alijs substit. vbi † in expressa vulgari non continetur tacita pupillaris, quando verba testamenti sunt ad literam intelligenda, & cum Bald. transeunt ibi omnes Doctores. Socin. in l. 1. colum. 62. de vulgar. & pupil. Crot. in l. omnes populi. num. 204. de iustit. & iure. Iaſ. in consil. 50. volum. 1. facit quod voluit Ang. in l. si ita. in princ.
44 ff. de vulgar. & pupil. vbi † statutum loquens de simplicibus non comprehendit casum mixtũ. Ra-
45 tio etenim est: quia † illud dicitur ad literam in testamento comprehensum, quod legi potest, non quòd per subauditionem additur. l. 1. ff. de his, quæ in testa. delend. Socin. Iun. in consil. 16. num. 6. cum duobus sequentibus volum. primò, dixi in cons. 61. num. 22. volum. 3. Nec habet refragare, quòd per talia verba tantummodò intelligitur remota friuola interpretatio & cauillosa, non autem iusta & legitima. Bart. in l. omnes populi. in sexta quæst. princip. ff. de iust. & iure. Imol. in l. Cæsar. ff. de publica.
46 vbi si statuto caueatur, quòd † nullo modo possit statutum interpretari nec glossari, sed intelligi ad literam prout iacet, illud statutum debet intelligi de friuola & cauillosa interpretatione, non autem de iusta & legitima. Alexand. in cons. 50. colum. pen. volum. 1. & in cons. 89. num. 20. volum. 6. 192. col. 2. vbi attestatur de communi. & in cons. 211. colum. fi. volum. eodem. Curt. Iun. in consil. 222. colum. fina. Ruin. in consil. 8. colum. penult. in fin. volum. 5. & in consil. 27. colum. fin. volum. eod. dixi in tracta. de lucro dotis. quæst. 35. Quia respondetur, quòd ista est friuola interpretatio, quòd acquirenda veniant in restitutione fideicommissi, cùm (vt iam dictum fuit) cõmunis sit opinio: quòd prælegata post grauamen iniunctum non veniãt in restitutione fideicommissi, nisi constet euidenter de contraria mente testatoris, de qua in casu nostro: neque ex verbis, nec alio modo apparet, si veras legum interpretationes amplectamur.

¶ Secundò respondetur, quòd ex quo dicta interpretatio non est de litera, nõ est habenda in con-
47 sideratione. Nam † de litera illud esse dicitur, quod corporali oculo videtur, non quod solo intellectu percipitur. Bald. in l. 2. col. 2. C. de patr. qui filios distrax. Alex. in cons. 45. num. 7. volum. 7. 198. in fin. volu. 6. & ideo videmus, quòd si statuto caueatur,
48 quòd † verba debeant ad literam obseruari, non sumitur argumentum à contrario sensu, si non est in litera, nec scriptum, cùm dicatur quædam coniectura, quæ non est de litera, qa legi non potest. Crot. in l. omnes populi. num. 204. de iust. & iure. Iaſo. in
49 cons. 50. vol. 1. vbi dicit, quòd † statutum de dote tradita non habet locum in dote præsumpta, si extat aliud statutum, quod debeat obseruari ad literam, prout litera statuti sonat, ex quo de illa statutũ non loquitur, per text. valde notabilem. in l. 1. ff. si tab. testa. exta. dum ibi dicit Iurisconsult. ex coniectura, & non propriè scriptis, rursus in cons. 52. num. 1. volum. eodem. & 105. num. 3. volum. 2. & quia aliàs de hoc dixi in cons. 51. colum. penult. & fin. volum. 3. ideo ad ibi scripta me remitto.

¶ Tertiò responderi potest, conciliando has opi-
50 niones † in qua conueniunt omnes Doctores, vt inquit Cur. Iun. in cons. 6. num. 7. quòd quando sumus in casu, in quo illud quod dicimus virtualiter comprehendi sub litera non deducitur taliter quod de necessitate inferat, sed persuasiuè & argumentatiuè, tunc verior sit opinio, quòd litera non dicatur, nisi quæ oculis corporeis legi potest, adeo quòd non sit licita vlterior extensio, aut illud quod dicimus sub litera comprehendi virtualiter taliter deducitur, quòd de necessitate inferat, tunc dicitur posse legi, nedum illud quod litera expressè cantat, sed etiã quod ex mente necessariò inclusum ex verbis percipitur, textus est in cap. cùm olim. in fin. vbi Butr. & Abb. de censib. sed in casu præsenti sumus in primo capite huius conciliationis: quia nullum adest verbum in testamento, dicti quondã Magnifici Domini Mariani, quòd de necesitate inferat bona Rodini acquisita post dictum testamentum comprehendi sub restitutione dicti fideicommissi, quam distinctionem sequutus sum in dict. cons. 51. num. 22. vol. 3.

¶ Quartò dicitur ex mente Aret. in consil. 144. quòd licet statutum per verba, de quibus suprà, nõ possit tollere facultatem necessariam, quæ est de iure naturali, tamen bene operatur ad prohibendum extensionem, in quantum corrigit ius commune, vel ab eo exorbitat, quam decisionẽ refert & sequitur Curt. Iun. in d. cons. 6. num. 8. vers. 2. principaliter, dixi in d. cons. 51. num. 23. sed in casu nostro si diceremus, quòd bona Rodini venirent in restitutione dicti fideicommissi, vtiq; sequeretur correctio iuris communis, quod habet, quòd legatũ factum post institutionem, & grauamen iniunctũ non venit in restitutione fideicommissi, secundum communem Doctorum sententiam, de qua suprà. Vnde consideratis omnibus supradictis concludendum esse arbitror bona Rodini, neq; ex verbis, neque ex mente testatoris comprehensa fuisse in fideicommisso, de quo suprà.

¶ Et deueniendo ad resolutionem dubitationis eleuatæ, quòd hodie sit locus fideicommisso celebrato per quondam Do. Marianum de Senarolis in

eius testamẽto, ponderando verba ipsius testamenti, ibi. & quos Dominum Bartholomæum eius filium Ioan. Iacobum, & Nicolaũ nepotes, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio procreatos, sibi ipsis inuicem
51 & vicissim substituit: ponderando, quòd † appellatione descendentium veniunt omnes posteri. §. 1. in authen. de hæred. quæ ab intesta. Dec. in consil. 364. in princip. 516. colum. 3. Ruin. in consil. 100. vol. 2. Port. in conf. 46. numero 25. Socin. Iun. in consil. 81. colum. 2. in princip. volum. 3. Alexand. in conf. 160. num. 3. volum. 2. Gozad. in conf. 20. num. 8. Ceph. in consil. 137. num. 29. Crot. in consil. 146. num. 4. &
52 † quòd nomen descendentes, est collectiuum plurium personarum & graduum. l. peto. fratre. de legat. 2. Socin. Iun. in conf. 80. num. 1. in fin. volum. 2.
53 Beros. in conf. 67. volum. 2. & † operatur vt ordine successiuo vnus post alium censeatur vocatus, seruata tamen gradus prærogatiua. Bart. & alij. in leg. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthum. Socin. Iun. in conf. 80. num. 2. volum. 3. & 136. colum. 2. volum. eod. Crot. in conf. 18. num. 11. & sic quòd collectiuè & successiuo ordine sunt vocati per fideicommissum substituti, & idem debet operari istud tacitum fideicommissum collatũ sub nomine col-
54 lectiuo, prout si factum fuisset expressè: quia † taciti & expressi eadem est virtus. l. cùm quid. si cert. petat. Bald. in consilio 305. volum. 3. quem sequitur Crauet. in conf. 22. num. 6. idem voluit ipse Crauet. in conf. 131. per totum.

¶ Ad istud enim argumentum respondetur & dicitur, quòd licet vocati nomine collectiuo censeantur vocati ordine successiuo, tamen in casu, de quo agitur argumentum, non facit ad propositum: quoniam, aut volumus dicere, quòd illa verba, vel eorum descendentibus: sint apposita ad grauamen ipsorum descendentium, & hoc dici nõ potest: quo-
55 niam † positi in conditione, non censentur vocati, glos. in l. Lucius communiter approbata. ff. de hæred. instit. latè dixi in conf. 1. num. 5. volum. 3. quibus etiam nunc additur Port. in conf. 13. numer. 16. qui attestatur hanc communem, & in conclusione 12. in 2. lib. vbi tradit hanc crebriorem esse sententiam. Socin. Iun. in consil. 176. colum. 3. volum. 2. in consil. 30. colum. 2. volum 4. conf. 65. nume. 4. volu. eod. Zancha. in l. hæredes mei. §. cùm ita. num. 307. ad Trebel.

56 ¶ Nec habet obstare, quòd si dicatur † ex quo quis fuit institutus hæres, & si decesserit sine filijs, vel filij filiorũ sine descendentibus, quòd filij filiorum & descendentes, qui censentur grauati, intelliguntur vocati, vt est doctrina Bart. in l. Centurio. vers. quæro vlteriùs. quem sequitur ibi Galiaul. numero 479. de vulg. & pupil. & Crot. in conf. 143. colum. 2. Quia respondetur, quòd contra Bartolum est communis Schola Doctorum, vt per Anchar. in conf. 137. vbi dicit, quòd propter nouum dictũ Bar. in d. l. Centurio. non est recedendum à communi. Ruin. in conf. 136. num. 16. vol. 3. Alex. in consil. 219. vol. 2. vbi inquit, quòd opinio Bart. est damnata in Scholis & in Palatio. Cur. Sen. in con. 62. col. 17. ver. ex quibus omnibus, vbi à dicta communi in consulendo & iudicando non est recedendum, & pro qua consuluit Collegium Papiense in causa Bononiensi, subdens, quòd ita fuit iudicatũ Romæ. Dec. in conf. 270. colum. 2. 291. col. fi. 384. col. fi. 442. col. 1. & 465. colum. 3. in fin. Paris. in conf. 87. num. 13. volum. 2. Soc. Iun. in conf. 112. num. 24. volum. primo, 118. num. 22. volum. eod. & 176. num. 20. vol. 2. Ias. in dict. l. Centurio. in conf. 89. colum. 1. in fin. volum. 1. 143. colum. 5. in fin. versicu. non obstat tertium. volum. 3. & in consilio 35. colum. 3. volum. 3. Port. in suis conclusionibus, libro 2. conclusione 12. dixi in conf. 51. num. 11. volum. 3. & quam sententiam vti frequentiori calamo receptam inquiunt Curt. Iun. in conf. 11. colum. 1. & 2. vbi dicit, quòd durum admodum esset in iudicando ab hac opinione discedere. Paris. in consil. 89. num. 31. volum. 2. & Curt. Sen. in consil. 45. colum. 6. versicul. quia verior. Ruinus in conf. 141. colum. fin. volum. 2. & cum qua etiam transeunt Bertr. in conf. 82. colum. fin. vol. 1. 251. col. 2. volum. 3. 31. col. penult. volum. 2. & 129. in princip. volum. 5. Imol. in c. Raynaldus. in materia compendiosæ substitutionis. de testa. in c. cùm tibi. eod. tit. Imol. Claud. & Alex. in dict. l. Centurio. Bello. in conf. 81. post numerum quintum. Claud. in l. cum filio. colum. 3. de legat. primo. Cuman. in l. Lucius. de hæred. instit. Alber. de Rosat. in Rubrica de vulg. & pupil. in materia compendiosæ substitutionis. in versic. sed quia testes. vbi refert, quòd ista quæstio aliàs fuit de facto in Ciuitate Cesenæ. Old. in l. ab eo. C. de fideicom. & in conf. 41. Paul. de Cast. in conf. 38. Alex. in conf. 105. colum. fin. volum. primo. 24. colum. 6. in princip. volum. 3. & 55. num. 12. volum. 4. Mantua. in conf. 275. aut volumus dicere, quòd vigore illius vocis descendentibus, sic positis in conditione facta substitutio reciproca seu reciprocum fideicommissum, & etiam istud stare non potest. Nam indubitata est iuris conclusio, quòd
57 † ad hoc vt inter eos inducatur reciprocum fideicommissum, requiritur, quòd substitutio sit facta in tota hæreditate l. filium. §. filium. de leg. 2. Ias. in l. penult. C. de impub. & alijs substit. vbi ait hanc esse communem, & in consil. 153. colum. 2. versic. primo ergo. volum. 2. Soc. Iun. in conf. 4. num. 15. volum. 1. & in consil. 110. num. 6. volum. 3. Alba. in consil. 31. & sequenti. & Socin. Iun. qui attestatur hanc esse crebriorem Doctorum opinionem, in conf. 176. numero 11. volum. 2.

58 ¶ Item † & ab vltimo moriente, Doct. in l. hæredes mei. in §. cùm ita. ad Trebel. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2. & in dict. l. penul. C. de impub. & alijs substit. vbi Ias. inquit, Doctores ita communiter tenere, & de vtroque per Ruin. in consil. 126. num. 8. volum. 3. Curt. Iun. in conf. 139. num. 5. vbi dicit, hanc esse receptam Doctorum sententiam. Crot. in conf. 143. num. 40. decis. Pedemont. 110. numero 5. Ias. in allegato conf. 143. Soc. in conf. 249. colum. 3. Alba. in conf. 31. colum. 1. vbi dicit hanc partem esse canonizatam.

59 ¶ Tertiò & vltimò requiritur, ad hoc, † vt substitutio facta post mortem pluriũ dicatur reciproca, quòd illi plures fuerint honorati: quia si non essent honorati, grauari non possunt. l. ab eo. C. de fideicom. sed in casu nostro inter alia non apparet, quòd hi tres fuerint honorati, sed tantùm positi in conditione, quo casu tunc nunquam censetur facta substitutio reciproca inter eos, cùm non interuenerint alia requisita, secundum magis communem, de qua per Albam in consilijs suprà citatis, de quib. duobus pro nunc non loquor, sed tantùm de tertio, vt per Bald. Saly. & alios communiter in dicta l. precibus. Alex. in l. si pater impuberis. ff. de vulg. & pupil. in l. pater filiam. in fin. ad l. Falcid. Innoc. in c. Raynutius. de testa. Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita.
60 in primo casu ad Trebel vbi † etiam vult hoc procedere in descendentibus testatoris, dum ponit casum, si testator institutis filijs dicat, si filij decederẽt sine liberis, vel filij filiorum sine liberis aliũ in tota hæreditate substituit, & concludit, quòd liberi filiorum, qui solùm sunt positi in conditione, non censentur inter se inuicem substituti. Idem Soc. Iun. in

cons.249.columna quinta.vers.aliquando & secundò,cons.66.in 2.dubio.volum.3.& 104.colum.pen. volum.4.Gozad.in cons.67.numero 14.Socin.Iun. in consi.176.num.15.volum.2.vbi dicit,quòd indubitanter ex intentione Doctorum non censetur isto casu factum reciprocum fideicõmissum etiã quòd diceretur in tota hæreditate,quod subdit etiam locum habere si essemus in descendentibus testatoris, inquiens rationem esse in promptu,quia cùm positi in conditione non censeantur vocati, vt post glo. & omnes in leg. Lucius. non potest dici quòd inuicem substituti esse censeantur,qui nullo modo erãt instituti.Ias.in cons.143. columna quarta. in princ. volum.2.vbi inquit,hanc esse veram & communẽ opinionem.Ripa in dicto §.cùm ita.numero 13.vbi

61 † etiam fortiùs vult istud locum habere in substitutione facta post mortem plurium positorũ partim in conditione, & partim in dispositione, vt æqualis sit omnium determinatio.Ruin.in consilio 141.colum.penult.in fin.vol.3.vbi concludit, quòd ad hoc vt ex substitutione facta post mortem plurium dicatur facta substitutio recipoera, oportet, quòd sit facta in tota hæreditate, & non habet obstare secundum eum si dicatur, quòd positi in conditione dicantur vocati: quia grauati, vt per Barto. in d.l.Centurio. quia de hoc potest dubitari, quando onus esset iniunctum filijs in conditione positis, sed vbi de hoc non constat & sumus in dubio, non dicuntur grauati, & per consequens, nec substituti,secundum Imol. & Modern. in dicta l. Centurio.& Alexand. in cons.105.volum. primo. Nec obstat etiam secundum eum, quòd ab vltimo moriente intelligitur relictum in dubio, per notata in l.qui duos.ff.de vulgar.& pupil. quia illud procedit in vltimo qui sit in dispositione & non in conditione. Præterea, quando etiam reperiuntur grauati, magis communis est opinio contra Bartol. in dicta l.Centurio.rursus in cons.142.num.6. vol.eodem. Bero.in cons.105.num.4.vol.2. 78. nu.15. & 79. nu. 15.vol.eod.Paris.in cons.43.num.15.vol.2.vbi etiam attestatur de communi.

62 ¶ Vlteriùs dicitur, quòd † licet plures ordine successiuo vocati fuerint, tamen ex quo conditio semel defecit in persona primi, censetur quoq; extincta substitutio quoad alios. ita Alex. in cons.13. volum.4.& Caccialup.in cons.14.inter consil.Alex. volum.4.quod consiliũ esse Caccialup.inquit Soci. in cons.104.num.10.volum.3. Dec.in cons.228.col. prima.Cephal.in cons.268.colum.3.& per insignem Dominum Consultorem in versiculo, non obstant nun.vbi etiam alio modo respondet, ad quem me remitto.

63 ¶ Non obstat alia coniectura, quòd † etsi positi sint in conditione tantùm, sunt positi cum qualitate masculinitatis,quæ qualitas operatur,quòd censeantur vocati dispositiuè.Guid. Pap. in decis. 184. Dec. in cons.170.colum.5. Curt.Iun. in cons.43.colum.3.& 87.colum.1. Gozad.in cons. 26. colum. 3. 64. colum.1. Crauet.in cons.62.columna fin. & 130. colum.1.

¶ Ad secundam coniecturam respondetur,quòd magis communis opinio est contra Guid. Pap. & contra eius sententiã fuit iudicatum in Sacro consilio Delphinali, vt in decis. sua 184. & quia de hoc aliàs abundè dixi in cons.51.colum.7.versic. 2. non obstat. volum.3.demonstrando hanc esse magis receptam sententiam scribentium & consulentium. ideò ad ibi scripta me remitto,quibus scriptis nunc etiam addo Excellentẽ Zanchum in l.hæredes mei. §.cùm ita.num.764.ad Treb.

¶ Similiter non obstat, quòd positi sunt in conditione cum hac qualitate ex legitimo matrimonio: quia respondetur,quòd per hoc non dicuntur vocati, vt per insignem Zanchum in dicto §. cùm ita.num.704.

¶ Pariter non obstat prohibitio alienationis: qa

64 dicitur, quòd † ex dicta prohibitione fideicommissum non inducitur nisi facta alienatione & sequuta contrauentione, aliàs secùs, vt determinat Alex.in l. qui Romæ. §. cohæredes. columna tertia. de verborum obliga.Doctores communiter in l. filius familias. §. diui.de legat.primo.Port.in cons. 13. num.30. vbi inquit, ex prohibitione sub quacunq; verborum conceptione facta ius fideicommissi inductum non censeri nisi in casu alienationis. Socin. Iun.in consil.13.num.4.volum.4.Cephal.in consil. 269. nu.44. quod ampliatur procedere etiam si dictum fuerit, ne exeat familiam. l. peto. §. fratre. de legat.2.Soc.in consilio 40.colum.fin. inter consilia Curt.Sen.Curt.Iun.in cons.43.columna quinta, in princip.in consil.145.num.10.& 163. num.3. Socin. Iun.in consil.97.num.5.volum. 2. vbi etiam asserit hanc esse communem 163.num.8.volum. eodem.&

65 140.colum.tertia.volum.3. Nam † vt per prohibitionem alienationis inducatur fideicõmissum, requiritur, vt vltra dicta verba, quòd prohibet alienari extra familiam,dicatur: quia vult,quòd in familia relinquatur.Ruin.in cons.127. num.13. vol.2. 158.num.12.134.num.16.volum.eodem.consilio 89. num.12. volum.eod.Socin.Iun.in consil.140. col.3. volum.3.& in consil.13.numero 16.volumine 4.Beros.in cons.88.num. 4.volum.2. quod iterum ampliatur etiamsi dictum fuerit, quem volebat semper remanere in masculos descẽdentes.Dec.in consilio 626.numer.12. vbi prohibitio alienandi,etiam quia vult bona remanere penes hæredes suos ac descendentes,restringitur ad fideicommissum præcedens, & sic in casu contrauentionis, nec illud ampliat. & pro hac sententia benefacit, quod scribit

66 Angel.in cons.57.vbi concludit, quòd † si testator reliquit alicui bona,& prohibuit eum vel eius hæredes vel descendentes alienare quoquomodo, vel pignorare,vel permutare, vel quouis alio titulo in alium transferre,& si secùs fecerit, voluit bona illa ad alium deuenire, quòd ille cui dicta bona relicta sunt, non dicitur cõtra prohibitionem feciſſe,si in illis bonis instituit extraneum,sequitur Ias.in consilio 101. columna secunda.vol.1.& in consil.120.columna secunda.volum.eodem. Cephal.in consi.17. num.24. Si igitur per dicta verba non est inductũ absolutum fideicommissum, ergo nec in casu nostro,vbi nulla sequuta fuit alienatio. igitur cessare debet fideicommissum,& id fortiùs dicendum venit,cùm quondam Dominus Marianus non apposuerit clausulam: quia volebat bona in familia conseruari,oportet enim,vt prohibiti alienare priùs honorati fuerint, vt absolutum inducatur fideicommissum,Ruin.in cons.113. volum.2. & eo maximè dicendum venit,cùm prohibuerit hæredes alienare,ergo non filios in conditione positos, prout videbatur necessarium, vt ex huiusmodi grauamine non alienandi induceretur fideicommissum saltem absolutum.Ruin.in citato cons.113.num. 4. Soci.in cons. 176.num.20.colum.fi.volum.2.quos citat Cephal.in cons.17.num.26. cum sequenti. Dec.in consil.377.num.5.dum dicit,in casu suo verba, quibus testator prohibuit omnibus & singulis hæredibus, & successoribus venditionem, videntur respicere filios hæredes institutos, & ad inuicem substitutos,non autem nepotes ac pronepotes,qui nõ sunt instituti nec substituti,sed positi in conditione, qui non dicuntur vocati.

¶ Nec

¶ Nec habet obstare, quòd sit facta prohibitio, quòd nullo vnquã tempore & sic perpetuò alienetur: quia respondet Ruin.in cons.89.num.14. vol.2. quòd sicut aliquis ex descendentibus testatoris non potest dici vocatus: quia positus in conditione, ita nec ex prohibitione alienationis, & ex causa prohibitionis similiter aliquis ex eis non intelligitur isto casu vocatus, quia ex dicta prohibitione facta, ex eo quia voluit testator, quòd omnia bona perpetuò sint & remaneant apud dictos eius filios, & eorum filios & descendentes masculos, non inducitur fideicommissum simplex & absolutũ, sed in casu alienationis, & quia abundè & subtiliter ad istud obiectũ prohibitionis fuit plenè & maturè responsum per Dominũ consulentem, ideò concurro in ipsius sententiam, & eò magis hoc dicendũ videtur cùm per prædictũ Dominum Consultorem pro firmo præsupponatur, prohibitionem ipsam fuisse reuocatam à prædicto quondam D. Mariano in eius codicillo, quo stante vlteriùs non est disputandum super ipsa alienatione.

¶ Pariter non obstat, quòd sumus in descendentibus testatoris, quo casu faciliùs præsumitur fideicommissum, quia ad hoc patet responsum ex dictis Soc.Sen.& Iun.in citato consilio 176.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd non est sumenda hæc coniectura: quia si testator ita voluisset vtique hoc sciuisset exprimere, vnde cùm non expressit, nõ est sumenda ista coniectura, arg.l.1.§.fin autem. C.de cadu.tollen. nec etiã sufficeret ita voluisse, nisi voluntas sua transiuisset in dispositionem, per notata per Bal.in l.quidam cum filium, de hære.instit.cum alijs suprà citatis. Et quia ad omnes alias coniecturas, de quibus in motiuis, plenè responsum fuit per prædictum dominum consulentem, ne videar repetere idem per idem & membranas occupare, placent eius responsiones, cum quibus concurro.

¶ Quòd verò ad bona aliàs donata in præmium emancipationis per quondam D. Marianum Dom. Bart. eius filio, dicitur, quòd non sunt suppositia fideicommisso: quia etsi Do. Marianus ordinauerit, quòd casu quo D.Bart.decederet sine liberis masculis ex legitimo matrimonio conceptis & natis: ita quòd non comprehendantur aliquo modo legitimati & monasterium aliquod pro filio habeatur, & similiter eius liberi masculi & legitimi, vt suprà, decedentes sine liberis masculis & legitimis, vt suprà, quòd tunc prędicta bona ei donata, vt suprà ipso iure & facto transferantur & translata esse intelligantur in Dominos Iacobum & Nicolaum, &c. tamen
67 dicitur, quòd † in donationibus fieri possunt substitutiones.l.quoties. C. de donat. quæ sub modo.l. vnica.§.fin autem aliquid.vbi glo.C.de caduc. toll. l.vt hæredibus.de leg.2.Crauet.in cons.19.nu.8.dec. Pedemon.85.nu.6.& 110.in fi.Ceph.in cons.17.nu.4. tamen quòd tàm in personã Do.Hieronymi filij D. Mariani: quàm filiorum quondam D.Hieronymi, extinctum fuit fideicommissum in personam Domini Hieronymi: quia habuit filios: quo casu succedit communis theorica Oldr.in cons.21.vbi con-
68 cludit, quòd † si est facta alicui substitutio sub conditione si decesserit sine filijs masculis: substitutio euanescit extantibus filijs tempore mortis, quicquid postea contingat de filijs: quia qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.Paul.de Cast.in l. ex facto.§.pen ff.ad Treb.in cons.170.col.pen. Dec. in cons.63.num.2.218.colum.2.in fin.269.colum.5. in fin.321.colum.1.295.colum.3.377.columna secunda. Ripa in dicta l. ex facto.§. si quis autem. Paris.in consil.18.columna prima.volum.2.& 31.columna prima.87.columna secunda.volum.eodem. Socin.Iun.in cons.4.num.1.volum.3.111.num.20. volum.1.42.num.5.volu.eod. tamen in personam Dominorũ Ioannisantonij, Ioannismariæ & Franciſci: quoniam ipsi fuerunt positi in conditione, & ideò non vocati glos.in l.Lucius.ff.de hæred.instit. quæ (vt suprà dixi) est communiter approbata.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd imò censentur vocati, vt videtur velle Bart. in l Centurio. colum.13.vers.quæro. ff de vulg. & pupil. vbi vult, quòd quando filij & nepotes non sunt simpliciter positi in conditione, sed etiam grauati his duobus concurrentibus videtur iniunctum fideicommissum: quia grauando filios filiorum & sic nepotes, videtur eis reliquisse.arg.l.deniq;.§.interdum.ff. de pecul.lega. Corn.in l.ab eo. C.de fideic. Aler.in cons. 64.vol.5.Anch.in c.si pater.in nota.12. de testa. in 6. Curt.Iun.in cons.87.col. fi. quia respondetur communem esse opinionem contrà Bart.& sequaces, vt latissimè suprà dixi.

¶ Venio ad secundũ caput, in quo dubitari contingit, quia aliàs quondam D. Hieronymus intendens & volens eius bona diuidere inter Dominos Franciscum, Ioannem Mariam & Ioannem Antonium eius filios, & bona diuisit in tribus partib. & scripsit diuisionẽ in vna politia manu eius scripta, quam præsentauit prædictus eius filijs, qui ipsam acceptarunt, mittendo sortẽ inter eos, viuente ipso D.Hieronymo, & de ea fieri interrogarunt instrumentum cum clausulis in eo insertis, an per dictam diuisionem censeantur remisisse fideicommissum descriptum & contentum in testamento quondam Domini Mariani, eorum aui paterni, & omissis his quæ non faciunt ad rombum duas conclusiones
69 præmitto, quarum prima est, quòd † diuisio facta inter filios à patre, quæ dicitur habere vim vltimæ voluntatis.l.si filia nupta §.si pater. ff. famil.hercis. Ruin.in cons.187.in principio, volum.2. decis. Pedemonta.125.in princip.Paris.in cons.61.nume.33. volum.2. & quæ valida est per filius obseruari debet.l.quæ pater.§.si pater. ff.famil. hercisc. & maximè cùm fuerit à dicto quondam Magnifico Domino Hieronymo in eius vltima volũtate confirmata. l.ex parte. §. fin.ff.famil.herciscund. Paris.ad saturitatem in consil. 34. uum. 12. cum pluribus sequentibus. volum. 2. Quod declaratur etiam pro-
70 cedere, si † diuisio ipsa paterna facta fuerit in scriptura priuata & sine testibus, cùm inter liberos facta fuerit.§.fin.in authent. de testa.imperfect. Alex. in cons.76.in princip.vol.3.Ias.in cons.67.colum.2. in fin.vers.& quia.volum.1. Dec.in cons.159.col.1. & penult.vers.3.principaliter.Soc.Iun.in cons.189. num.67.vol.2.

71 ¶ Secundò etiam est, quòd † Dominus Hieronymus potuit disponere de bonis subiectis fideicommisso, cùm dicti D. Franciscus, Ioannesmaria & Ioannesantonius eius filij & fideicommissarij se immiscuerint hæreditati ipsius, acceptando eius hæreditatem quæ quidem locuples est, contra cuius disposita venire non possunt, sed illa obseruare tenentur.l.cùm à matre.C.de rei vindica. vt in terminis consuluerunt. Roma.in cons.18. Rui.in cons. 7.nu.39.vol.1.cons.25.nu.11.vol.2. Paris.in cons.34. in fin.volum.3.Soc.Iun.in consil.107. num.56. volum.3. & Fulgos.in consil. 67. quos citat dominus Consultor in suo eleganti consilio edito in hac causa, dum respondet domino Consultori contrario, qui in hac causa pro parte aduersa respondit, qui voluit, quòd per simplicem diuisionem factam inter filios non posit pater auferre actionem competentem filijs virtute fideicommissi maiorũ suo-

rum, etiam per prælegatum expressum adducendo
secundum eum in terminis Salust. in cons. 19. inter
consilia Castren. in 2. volum. cui se subscripsit Abb.
ipse Castr. in cons. 148. colum. fin. Poterat etiam al-
legare Nattam aliàs Collegam meum in cons. 470.
sed (salua pace tanti viri) hoc est alienum ab omni
72 iure, quia absoluti iuris est, † quòd si hæres pen-
dente conditione fideicõmissi, alienauit bona sub-
iecta restitutioni fideicommissi, non poterit hæres
purificata cõditione agere ad bona alienata per hæ-
redem grauatũ, si illi fuisset hæres, qui cogitur ap-
probare factum defuncti, vltra allegata per dictum
dominum Consultorem allego vltra eum authori-
tates infrascriptas, videlicet Ruin. in cons. 42. num.
12. volum. 1. consil. 1. num. 3. in fin. & in consilio 58.
num. 14. volum. eod. Paris. in cons. 48. columna pri-
ma. volum. 3. Port. in consil. 40. nu. 7. Crot. in cons.
18. num. 12. Socin. Iun. in cons. 68. num. 12. volum. 4.
vbi dicit, quòd quotiescunq; ille cui fideicommis-
sum debetur hæres instituitur à grauato, nulli du-
bium esse, quòd si adit hereditatem, tenetur imple-
re onus, etiamsi maius esset quàm commodum hę-
reditatis, quia imputandum est ei, quòd adiuerit
hæreditatem. arg. l. Imperator §. si centum. de lega.
2. cùm posset illam repudiare, dixi in cons. 71. num.
37. volum. 2. vbi multa adducuntur ad propositũ,
quæ non transcribo, & ita aliàs etiam tenui in quo-
dam alio consilio adhuc non impresso, & quia ad
consilium Dominorum Salustij & Castr. satis re-
sponsum fuit per dominum Consultorem, ad eum
me remitto: non enim conuenit, vt qui ex alterius
persona lucrum capit, eius factum præstare non de-
beat. Port. in cons. 126. num. 23.

¶ His igitur sic præmissis, deueniendo ad termi-
nos quęst onis, de qua agitur dico, quod etsi vera &
73 approbata sit Doctorum sententia, quòd † per sim-
plicem diuisionem non intelligatur per diuidentes
remissum fideicommissum cõditionale, vt per Bar.
& alios in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. ob-
ligat. & quam communem dixerunt Dec. in consi-
74 lio 86. col. 4. in prin. 267. in princ. quoniam † diui-
sio de se nõ inducit remissionem futuri fideicom-
missi. l. cùm pater. §. hæreditatem. de lega. 2. in con-
sil. 243. colum. 2. 495. num. 17. versic. sed tamen his.
Gozad. in consil. 36. num. 12. Soc. in cons. 31. colum. 1.
volum. 4. & Cuman. in consil. 133. circa fin. quæ am-
pliatur procedere etiam secundum cõmunem, da-
75 to, quòd † diuidentes promiserint nihil se contra
diuisionẽ facturos: quia huiusmodi clausula ad spe-
cificata restringitur. argum. l. si de certa. C. de trans-
76 actio. quia stipulatio † super aliquo actu interposi-
ta, secundum naturam illius actus restringitur. l. si
stipulatus. in princ. ff. de vsur. Barto. & cæteri in d. §.
duo fratres. in secunda quæst. Quod confirmatur
ratione secundũ Cuma. ibi. quia si diuisio esset facta
iudicialiter per sententiam iudicis, in ea nõ veniret
ius futurum. l. non potest. de iudi. ergo eodem mo-
do videtur dicendum, quòd non veniat fideicom-
missum futurum in diuisione partiũ, cùm non esset
adhuc debitum, & diuisio est separatio iurium: quia
communia sunt. Bald. in cons. 18. in tertia parte. 367.
volum. 4. 84. & 407. volum. primo. Dec. in cons. 86.
colum. tertia. in prin. 495. num. 17. Paul. de Cast. in l.
tres fratres. ff. de pact. vbi ita communiter tenent.
Fulgos. in cons. 41. in 3. dubio. vbi dicit, quòd fre-
quentior est illa sententia. Alex. in cons. 208. colum.
secunda. volum. 6. vbi dicit hanc esse communem,
à qua in iudicando non est recedendũ. Dec. in con-
sil. 275. Curt. Iun. in cons. 49. num. 12. Gozad. in con-
sil. 36. num. 12. Soc. in cons. 151. num. 18. Bero. in cons.
130. nu. 22. vol. 2. Tamẽ ista conclusio non procedit,
77 quando † in diuisione sunt apposita verba genera-
lia & prægnantia in diuisione. Curt. Sen. in cons. 63.
colum. penul. vers. 2. Dec. in cons. 86. colum. 3. vers.
non obstat. 2. 287. colum. penult. Beros. in consil. 93.
num. 34. volum. 1. Et primò, vbi est posita clausu-
78 la † ad habendum, tenendũ, possidendum, & quic-
quid placuerit faciendum: per quam clausulam in-
telligitur remissum fideicommissum. Ang. in l. qui
Romæ. §. duo fratres. quæst. quinta. ff. de verb. oblig.
Ruin. in cons. 133. num. 2. vol. 2. vbi dicit, quòd cùm
per dicta verba, quicquid placuerit faciendũ, quili-
bet de dictis bonis possit facere quicquid placuerit,
ex hoc quilibet dicitur habere licentiam alienandi:
79 quia † dicta verba important liberam voluntatem,
sicut in simili dicit, Bald. de verbis quicquid vide-
tur expedire. in ti. de pace Constan. in verbo, nomi-
na verò in fin. Cepha. in cons. 257. nu. 7. vbi inquit,
quòd per dicta verba censentur diuidentes renun-
tiasse fideicommisso: si enim ex facultate alienandi
in ipsa diuisione concessa censetur facta remissio fi-
deicommissi, cùm stare simul non possit, quòd id
permaneat, & competat facultas alienandi. Dec. in
cons. 11. col. 5. Ruin. in cons. 137. colum. 4. Soc. Iun. in
cons. 116. num. 11. volum. 1. ergo longè magis cense-
tur facta remissio ex illa ampliori potestate, quic-
quid deinceps perpetuò placuerit faciendum. Pa-
ris. in cons. 71. num. 7. volum. 3. Bero. in cons. 172. nu-
mero 7. vol. 1. vbi post Bart. Ang. Alexan. & Imol. ibi
per eum citatos, firmat hanc esse cõmunem, quòd
80 † dicta clausula operatur renunciationem cuius-
cunq; iuris re & spe competentis, in cons. 93. nu. 34.
volum. primo, & 130. num. 24. volum. 2. Curt. Sen.
in cons. 63. colum. penult. versic. & in præsenti Nat-
ta in consil. 505. num. 33. Crot. in dicto §. duo fra-
tres. num. 135. vbi dicit se aliàs consuluisse in ardua
quæstione, quòd quando in instrumento diuisio-
nis dictum est, ad habendum, tenendũ & posside-
dum, & quicquid ipsis fratribus deinceps placuerit
81 faciendum, quòd † per ista verba data scientia fi-
deicommissi, de qua præsupponitur in casu nostro,
censetur fideicommissum remissum: quia si fidei-
commissum extaret bona per ipsos diuidentes non
possent alienari, & sic effectu carerent, & superflua
redderentur illa verba, quicquid eis placuerit faci-
endum, quod nullo modo est dicendum. l. si quan-
do. de lega. 1. item ex decis. Ang. ibi in quinta quæst.
in princ. vbi dicit, quòd si in diuisione contrahatur,
82 quòd † vnus alteri bona in partem obuenta conces-
sit pro se, & illis, quib. bona prædicta concedere vo-
luerit, per hæc verba cẽsetur data facultas alienan-
83 di. c. 1. de feud non hab. propr. nat. feudi, sed † præ-
dicta verba ad habendum, &c. sine dubio æquipol-
lent illis verbis, quibus prædicta bona concedere
voluerit, igitur & per dicta verba censebitur fidei-
commisso renunciatum: quia æquipollentium par
ratio habenda est. l. si mater. C. de instit. & substit.
84 vlteriùs dicit, quòd † si feudum est concessum pro
se & hæredibus quibuscunque, quòd illud transit
ad extraneos, & de tali feudo potest testari vasallus.
Bald. in l. 1. in 34. quæst. de rer. diuis. & adducit text.
in d. cap. primo, de feud. non haben. propr. nat. feu.
qui tex. loquitur, quando concessio feudi alicui fa-
cta est pro se & hæredibus, & quibus dederit, & sic
85 vult Bal. quòd † ista duo æquiparentur, videlicet,
quòd fiat concessio pro se & hæredibus quibuscun-
que, vel pro se, & quibus dederit. Et ideò sicut si dic-
tum fuisset in diuisione, quòd possit disponere de
dictis bonis pro se & hæredibus quibuscunque fi-
deicommissum censeretur remissum, ergo idem
per prædicta verba ad habendum &c. quæ æquipol-
lent dictis verbis, & quibus dederit, dicendum est,

quòd

quòd censeatur remissum fideicommissum de quo agitur.

¶ Præterea pro confirmatione huius conclusionis adduco etiam, quod dixit Crot. in cons. 147. co-
86 lum. 2. vbi consuluit, quòd † si instrumento diuisionis apposita fuit hæc clausula ad habendum, &c, censeretur facta remissio iuris Emphyteutici alteri, cui quis cessit in diuisione prædium Emphyteuticum, ita quòd illi, in quos est facta alienatio, siue ex contractu inter viuos, siue in vltima voluntate, conueniri non possunt, Bero. in cons. 93. num. 4. volum. 1. dixi in cons. 55. vol. 3.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd imò per dictum verbum placuerit faciendum, non censeatur data libera facultas alienandi, & sic remissum fideicommissum, per ea quæ dicunt But. & Imol. in cap.
87 primo, de constit. vbi dicunt, quòd † per verbum Videbitur, non censetur data libera facultas ad arbitrium boni viri, ergo & idem dicendum de verbo Placuerit, quod etiam est significatiuũ arbitrij boni viri. l. Thais. §. sororem. de fideicom. libert. quia respondet Rui. in d. cons. 133. colum. 1. in fin. quòd Butrig. & Imol. non contradicunt Bal. cum Bal. loqua-
88 tur in casu, in quo † cum verbo importante arbitrium boni viri est iunctũ verbũ vniuersale quicquid But. verò & Imol. quando verbum Videtur, est prolatum simpliciter & de per se: Quòd autem dictus terminus quicquid, operetur, quod omne verbum sui natura importans arbitrium boni viri mutet naturam, & liberum importet arbitrium, probatur per Imol. in l. Balista. ff. ad Treb. & in l. Titius. cum quo finaliter transit Alex. ad Trebelli. vbi
89 determinat, quòd rogatus † simpliciter restituere quod ex hæreditate, vel bonis supererit, non tenetur ad restitutionem fructuum, si verò fuerit rogatus restituere quicquid supererit ex hæreditate vel bonis, tunc virtute illius verbi vniuersalis quicquid, tenebitur fructus restituere, vt ibi per Ruin. cui opinioni accedit, quod voluit Ripa in l. in fideicommissaria. §. si legatum. in vers. secundo limita. ff.
90 ad Trebel. vbi inquit, quòd † licet aliàs prælegata non veniant in restitutione fideicõmissaria, tamen hoc fallit in fideicõmisso vniuersali his verbis concepto: Mando, quòd restituas quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, quia tunc prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, & eo maximè ista conclusio confirmari videtur ex sequentibus. Et primò, quia in dicta diuisione est appositum pactum de euictione, quod demonstrat talem fuisse factam remissionem, vt in terminis voluit Rom. in cons. 157. in ver. aduertendũ puto. vbi tradit, quòd
91 quando † in instrumento diuisionis factæ inter fratres, fuit appositum pactũ de euictione, per hoc pactum inter fratres videtur facta remissio fideicommissi. Crot. in cons. 156. nu. 18. Curt. Sen. in cons. 63. col. penul. vbi subdit hunc casum esse indubitatum. Curt. Iun. in cons. 49. col. penult. vers. omissa. nu. 13. Paris. in consil. septuagesimoprimo, num 9. volum. tertio. Secundò, quia est apposita alia clausula in-
92 frascripta, videlicet † dantes, concedentes, & mandantes sibi ipsis inuicem omnia iura, omnesq; actiones & rationes reales, personales, vtiles, directas, mixtas & hypothecarias, ac alias & alia quascunque & quæcunque ipsis bonis, & dictis Dominis fratribus spectantia & pertinentia, spectantes & pertinentes, & quę in futurum spectare & pertinere possent, possunt & potuissent, quæ verba in futurum spectare & pertinere possunt: possent & potuissent: cùm non possunt verificari, nisi ratione fideicommissi futuri important illius remissionẽ, vt in specie per Dec. in cons. 287. colum. fin. Cur. Iun. in consilio 49. colum. 5. versic. quinimò. vbi asserit, hanc esse communem. Nam apud Legum Doctores nulla est discrepantia, quin verba generalia & prægnantia apposita in instrumento diuisionis importent fideicommissi renunciationem, vt suprà dictũ fuit, maximè quando sunt extensiua ad futurum. Bero. in cons. 93. num. 34. vol. 1. cùm igitur in casu, de quo agitur, verba & clausulæ appositæ & appositæ in dicta diuisione sint prægnantia & vniuersalia, quæ aliter non possunt saluari secundum rectam rationem sermonis, nisi inducatur renũciatio fideicommissi, sequitur, vt dicto fideicõmisso per ipsos fratres renunciatum esse intelligatur.

¶ Nec habet obstare, quòd dicta clausula ad habendũ, tenendum, &c. censeatur apposita de consuetudine Notariorum: quàm quòd diuidentes deliberent quid importet. Quia pluribus modis re-
93 spondetur: & primò, quòd † Notarius censetur rogatus. vt not. Bald. per illum textum in l. final. C. de fideiuss. Dec. in cons. 443. num. 16. vbi ad hoc allegat tex. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædi. edict. Rursus in consilio sequenti. in fin. Innoc. in cap. olim. post principium. de verborum significat. Spec. in tit. de instrum. edit. §. instrumentum. vers. quid si à contrahentibus. Crauet. in cons. 75. nu. 4. Socin. Iun. in consil. 41. numero 28. Ioan. de Amicis in cons. 126. num. 4. Bartol. de Saxofer. in consil. 8. num. 12. inter consil. crimin. diuers. vbi dicit, quòd Notarius censetur saltem tacitè rogatus, vt apponat clausulas consuetas, etiamsi de eis nihil dictum fuisset in rogatione, etsi eas ponit, non tenetur pœna falsi, sed communiter in instrumentis diuisionum solet apponi dicta clausula, vt experientia docet, ergo, &c.

94 ¶ Secundò respondetur, quòd † dicta clausula censetur apposita de voluntate diuidentium: quo-
95 niam indubitati iuris est, quòd † verba, quæ profert tabellio in personam contrahentium, ipsi contrahentes videntur proferre & confiteri esse vera. Bal. in l. mater. colum. 2. vers. præterea. C. de rei vindicat. Bald. in l. ab executione. colum. fina. versicul.
96 pone. C. quorum appel. non recip. quòd † verba Relatiua Notarij dicuntur esse verba partium. Dec. in consilio 450. colum. fin. 490. colum. penult. in fine. vbi dicit, quòd communiter reprobatur opinio Bartol. in l. prima. in sexta quæstio. ff. de iure codi-
97 cil. dum dicit, quòd † clausula codicillaris censetur magis apposita de consuetudine Notarij, quàm partium. in cap. cum M. num. 7. de constit. pro qua sentẽtia bene facit, quod voluit Imol. in l. filio præterito. colum. 14. ff. de iniust. rupt. testa. vbi conclu-
98 dit, quòd † clausula censetur apposita de voluntate testatoris, cùm testamentum publicè legatur coram eo, sequitur Alex. in cons. 142. num. 7. vol. 2. Ruin. in consilio 8. colum. 2. in princip. volum. 3. Natta. in cons. 16. nu. 16. Accedit, quòd inquit idem Natta in consil. 262 nu. 6. vbi post Bald. ibi per eum citatum inquit, quòd præterea, quæ pertinent ad officiũ tabellionatus, vt inscriptio Consulis & diei, reliqua contenta in instrumento præsumuntur descripta de voluntate partium. Menoch. in tracta. de arbitr. iud. libro secundo, Centur. 2. caut. 144. nu-
99 mero 10. vbi concludit clausulas, quæ † substantialia vel accidentalia actus respiciunt, censeri appositas de voluntate partium, multas auctoritates citat, quas non transcribo. Soc. Iun. in consil. 34. numero 15. vol. 4.

¶ Vlterius, si verum esset quod ex aduerso dicitur, sequeretur, quòd frustratoriè insudassent tot legum vertices, qui conati sunt declarare quid importet ipsa clausula, quod insulsum esset dicere: ne

100 † igitur capiat̃ ista interpretatio, quæ esset inimica prudentiæ, & quæ euitanda venit. argumento. l. Saluius Aristo. de lega. præstand. Socin. Iun. in consilio 76. numero 11. volum. 2. meritò dicendum videtur, quòd clausula ipsa operetur effectum suum remissionis fideicommissi, vt suprà dictum fuit.

¶ Et quia ad omnes alias coniecturas, de quibus in motiuis, plenè responsum fuit per prædictũ dominum Consulentem, ne videar repetere idem per idem, & membranas occupare, placẽt eius responsiones cum quibus concurro.

¶ Ex his igitur concludendum venit, quòd fideicommissum aliquod inductum esse non videtur in casu, de quo agitur, prout in dubio sumenda est huiusmodi interpretatio: quia onus. l. cohæredi. §. cùm filiæ. de vulgar. & pupilla. quod euitare debemus. l. vnum ex familia. §. si rem. de legat. 2. Cephal. in cons. 45. num. 12. 46 num. 15. 231. num. 15. 268. numero 27. 197. numer. 10. Cravet. in cons. 180. in fin. cùm hoc fauorabiliùs sit. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs Alciat. in consilio 525. num. 25. & in consil. seq. num. 6. Soli Deo gloria. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est de processu, & substantia sententiæ.*
2 *Citatio est grauis solemnitas, cuius omissio vitiat sententiam.*
Sententia Principis, qui est supra leges, lata parte non citata, non valet.
4 *Citationis defectus in actu, in quo quis potest lædi, regulariter reddit actum nullum.*
5 *Princeps sine citatione partis non debet contra eam aliquid diffinire.*
6 *Delegatus Principis fungitur iure delegantis.*
7 *Citationem negans, defensionẽ negare videtur, quæ cùm sit naturalis, auferri non potest.*
8 *Princeps potest procedere de plenitudine potestatis, parte non citata, contra naturaliter subditum, secùs contra non subditum.*
9 *Princeps procedens sine citatione, non præsumitur ex legitima causa procedere.*
10 *Princeps de plenitudine potestatis non potest supplere defectus citationis.*
11 *Defensionem alicui Princeps tollere non potest.*
12 *Princeps non potest tollere citationes & defensiones minùs in grauioribus, quàm in leuioribus.*
13 *Princeps vtp ſsit tollere citationem, duo requiruntur, videlicet, plenitudo potestatis, & quòd moueatur ex causa.*
14 *Papa & Imperator non sunt suprà ius gentium & naturale.*
15 *Dispensatio nunquam conceditur, nisi subsistente causa.*
16 *Causa in dubio non præsumitur in Principe etiã contra subditum, vbi procedit sine citatione.*
17 *Causa in dubio præsumitur pro Principe, quando disponit legem condendo generaliter, vel etiam particulariter, sed motu proprio, aliàs præsumitur actum facere per importunitatem petentium.*
18 *Sententia inferioris lata sine citatione non validatur confirmatione Apostolica.*
19 *Clausula non obstantibus, non tollit defectum citationis.*
20 *Clausula non obstantibus, non nocet non subdito.*
21 *Clausula supplentes omnes defectus, quia respicit defectus iuris positiui, non supplet defectum citationis, quia est de iure naturali.*

CONSILIVM XXXV.

DIxi aliàs in consilio edito in fauorem Illustr. Scipionis de Fisco, & etiam nũc repeto, quòd sentẽtia aliàs contra eum lata per quondã Illustr. Figaroam Oratorem Cæsareũ apud Rempublicam Ianuensem contra Illustrem Scipionem de Fisco fuisse nullam ex causis & rationibus, de quibus in eo, & inter cætera: quia processus & sententia processerunt omissis debitis & legitimis citationibus, quæ à iure requiruntur. Nulli enim
1 dubium est, quòd † citatio est de processu cap. quoniam contra. de proba. & de substantia sententiæ. l. de vnoquoq; ff. de re iud. l. prolatam. vbi gl. & Doc. C. de sent. & interloc. om. iud. Berosi. in cons. 19. numero 35. volum. primo. Nam citatio † est grauis
2 solennitas, cuius omissio vitiat sententiã. l. & post edictum. ff. de iud. l. nam ita diuus. ff. de adop. & pro qua non præsumitur, nisi probetur, Gul. & Doct. in l. 1. ff. de in ius voc. Ruin. in cons. 154. num. 12. vol. 3. in cons. 62. num. 18. volum. 5. & in cons. 69. num. 8. volum. eodem. Cephal. in cons. 203. num. 4. Socin. Iun. in consil. 1. num. 75. volum. 4. vbi inquit, citationem necessariò requiri pro ordine & validitate processus cap. primo, de caus. poss. & propr. Socin. in tract. citat. in 7. articulo principali, Dec. in consil. 528. colum. secunda, circa fin. versicul. si verò. Nam
3 si † sententia Principis, qui est suprà leges, vt in cap. proposuit. de concess. præb. l. Princeps. ff. de legibus. lata parte non citata, non valet, vt est casus in c. inter quatuor. de maior. & obed. vbi Ioan. Andr. in fi. Imol. & Abb. in prim. notabili, & in c. 1. de caus. pos. & propr. vbi ponitur negatiua verbo potest, ex quo infertur, quòd in processu Principis de necessitate requiritur citatio secundum regulam glossæ in c. 1. de re iud. in 6. vbi ita intellexit Ioan. Andr. & post eum Abb. Curt. Sen. in cons. 20. in primo dubio, colum. 1. & in consil. 21. columna 2. circa finem, vbi in-
4 quit, quòd † defectus citationis in actu, in quo quis potest lædi, reddit regulariter actum nullum, etiam in Principe, maximè in actibus iustitiæ. Maran. in tracta. de ordine iud. part. 6. in verſic. proposui. numero 10. Socin. Iun. in citato consilio 1. num. 75. vo-
5 lum. 4. Beros. in cons. 146. num. 59. volum. 3. vbi † sine citatione partis Princeps non debet aliquid diffinire contra partem, si enim istud habet locum in principe, vt omissa citatione sententia contra non citatum nullius sit momenti, ergò & multò minùs
6 debet valere sententia delegati Principis, † qui vice delegantis fungitur. l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Curt. Iun. in cons. 170. numero 10. Socin. Iun. in cons. 122. numero 34. volu. 2. Nam istud ratione naturali introductum est: quia citatio operatur, quòd quis se defendere possit, &
7 † negans citationem, videtur denegare defensionem, quæ cùm naturalis sit, siue naturali iure concedat. l. vt vim. ff. de iust. iure. auferri non debet, Clem. pastoralis. de re iud. Soc. Iun. in cons. 108. col. fin. vol. 2. & in citato cons. 122. num. 36.

¶ Nec habet obstare, quòd Cæsarea Maiestas ratificauit illum processum, & approbauit cum clau-
8 sula de plenitudine potestatis. vigore † cuius clausulæ potest Princeps procedere etiã parte non citata, cùm causa in eo præsumatur. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de sent. §. iuxta. ver. est etiã nulla. Innoc. Ioan. And. & Imol. in d. c. inter quatuor. Quia respondetur pluribus modis, Et primò, quòd istud posset sibi locum vindicare, quando proceditur contra naturaliter subditum, secùs si contra non subditum, vt est in casu, de quo agitur, cùm Illustris

stris Dominus Scipio sit tantùm subditus Reipublicæ Ianuensis: quia si aliter diceretur, tolleretur parti defensio per Principem, quæ est de iure naturali,
9 qui † non præsumitur ex legitima causa procedere, ita vt probat text. in d. Clem. pastoralis. vbi Imperator non erat Iudex illius Regis, & ita per illum text. ita determinat Abb. in c. 1. de caus. pos. & propr. Bald. in l. nec causas. C. de appel. Abb. in c. cùm olim. de re iud. Curt. Sen. in consil. 20. in 1. dubio. col. 2. in fin. & in cons. 21. col. 10. vers. circa secundum membrum ibi. Secundò, quando per text. in d. Clem. pastoralis. vbi Imperator expressè dicit, se nolle vti plenitudine potestatis in illis casibus, & circa illas personas, in quibus & circa quas non habet plenitudinem potestatis, prout est in non subditum, contrà quē procedit ratione tantùm asserti criminis, & in cons. 65. nu. 15. vers. & sic non potest. Alex. in cons. 11. num. 8. vol. 7. Soc. in cons. 164. col. 7. vers. quartus casus. Dec. in cons. 407. col. fi. Paris. in consil. 1. num. 38. vol. 2. Soc. in cons. 27. col. 3. vol. 3.

¶ Secundò dicitur, quòd etiam dato quòd fuis-
10 set subditus suæ Maiestati, tamen † cōtra eum non potuit per Principem superiorē suppleri defectus citationis & defensionis de plenitudine potestatis, quia cùm illa sit de iure naturali, nō potest per Principem tolli, per tex. in dicta Clemen. pastoralis. ver. nam prædicta. & ita per illum text. tenet Card. Soc. cons. 27. col. 3. vol. 3. Abb. in c. cùm olim. de re iud. in c. 1. col. 1. de caus. pos. & propr. Aret. in cons. 165. colum. 12. vers. circa secundum omnino. Curt. Iun. in cons. 170. num. 17. Dec. in cons. 410. num. 17. vbi loquitur in materia criminis læsæ Maiestat. Ad idem est text. vbi glos. & Bald. in l. fi. C. de legib. vbi dicit, quòd Princeps non potest procedere parte non citata, nec tunc pro eius sententia præsumitur. Nam
11 † defensionem Princeps alicui tollere non potest. Beros. in cons. 184. nu. 18. vol. 3. & in cons. 174. nu. 17. vol. eod. & in cons. 194. nu. 2. vol. eod. & quia hoc latè aliàs scripsi in cons. 12. in 3. vol. Ideò vlteriùs non progredior, & ideò inquit Bos. in tract. suo, in tit. de
12 cita. nu. 14. quòd † Princeps non potest tollere citationes & defensiones minùs in grauioribus. quàm in leuioribus. Citationem enim & causæ cognitionem, prout habetur secunda. quæst. 1. Deus omnipotens. & Genes. 3. c. Cur. Sen. in cons. 20. col. 3. in fi. vers. quinimò. in cons. 21. col. 10. vers. circa secundū membrum. & in cons. 49. col. 65. in princip. vers. sed defectus. post Imol. in Clem. sæpe. col. 42. vers. habetis expedita. de verb. sign. Curt. Iun. in cons. 170. nu. 21. & pro hac sententia etiam adducitur, quod scribit Soc. Iun. in cons. 108. colum. fi. volum. 2. vbi ait, quòd negans citationem dicitur negare defensionem, quæ est de iure naturali, & quæ nemini auferri potest, imò subdit, quòd potest dici de iure diuino, nam etiam Deus omnipotens, cui omnia secreta sunt manifesta, non priùs Adam damnauit quàm citasset, quando dixit, Adam vbi es? vt in d. cap. 3. Genes. Bart. in extrauag. ad reprim. in vers. & sine figura. in vers. quæro igitur vtrùm. quod & repetit in cons. 122. num. 36. vol. eo. Plot. in cons. 130. nu. 65. inter cons. crim.

13 ¶ Tertiò dicitur, quòd † ad hoc vt Princeps possit tollere citationem, duo requiruntur copulatiuè. videlicet, quòd de plenitudine potestatis ipsam tollat. Item, & quòd moueatur ex iusta causa subsistente. Probatur, Papa † & Imperator non sunt suprà
14 ius gentium & naturale. §. fi. instit. de iure nat. gent. & ciuil. & si quandoq; per eos dispensari concedatur, dicitur concedi de plenitudine potestatis. cap.
15 de conce. præben. sed † nunquam conceditur talis dispensatio, nisi subsistente legitima causa, vt firmant omnes in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & in capit. quæ in Ecclesiarum. de constit. ergo ad dispensandum, quòd non requiratur citatio, quæ est de iure gentium vel naturali, vt in Clem. pastoralis. §. cæterùm. requiritur copulatiuè plenitudo po-
16 testatis, & causa legitima. Nec refragat, quòd † causa in dubio præsumitur in Princip. quia respondetur, quòd etiā contra subditos in Principe non præsumitur, vt est casus in dicta Clementina pastoralis. Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. vbi dicit hanc esse communem: aliàs frustrà diceremus, sententiam Principis sine citatione non valere. Nam si præsumeretur causa, semper valeret, quod est falsum & absurdum, dicta Clem. pastoralis. ita Curt. Sen. in consilio 21. columna 10. verficulo circa secundum membrum, & in consilio 20. columna 4. verficu. 3. potest responderi. vbi etiam inquit, quòd non præsumitur iusta causa interuenire, vbi Princeps procedit parte non citata, & non auditis defensionibus: quia tollere citationem est (vt iam dictum fuit) tollere defensionem, quæ per Principem tolli non potest, vt in dicta Clement. pastoralis. in consilio 49. columna 75. verficulo & ideò. Socinus in consilio 27. columna 3. in fin. verficul. præ-
17 terea. volum. 3. Item respondetur, quòd † dicta præsumptio procedit solùm & duntaxat, quando Princeps disponit legem condendo generaliter vel etiam particulariter, sed motu proprio, aliàs præsumitur actum per importunitatem petentium, Roma. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. per text. in l. prima. C. de pet. bon. sub. libro 10. & in consilio 426. quem sequitur Curt. Iunior in consil. 20. colum. 4. verficulo tertio respondeo. sed in casu nostro non præsumitur Imperatorem processisse motu proprio: quia illud non expressit, ergo &c. Curt. Iun in cons. 170. num. 25.

¶ Si igitur Princeps hoc facere non potest directè ergo multò minùs confirmare processum nullum ex defectu citationis omissæ per eius delegatū
18 vti dixit Card. in cons. 85. vbi dicit, quòd † sententia inferioris lata sine citatione non validatur confirmatione Apostolica, & Card. sequitur Curt. Iun. in citato cons. 170. num. 19.

¶ Similiter non obstat, quòd in dicta confirmatione adest clausula non obstantibus legibus. Quia
19 non respondetur, quòd † dicta clausula non tollit defectum citationis, vt dixit Curt. Sen. in consilio vigesimo, columna tertia, in principio, & in consilio vigesimo primo, columna decima. verficul. cir-
20 ca secundum. item † clausula non obstantibus non nocet nō subdito, Paris. in cons. 82. nu. 61. vol. 1.

21 ¶ Pariter vis fieri non potest in clausula † supplentes, omnes defectus: quia illa respuit defectus iuris positiui, non autem citationis defectum: quia est de iure naturali. ita Curt. in citato cons. 20. col. 3. vers. confirmantur. & in cons. 49. col. 75. verficulo, adeò. Curt. Iun. in allegato consil. 170. nu me. 19. vbi post Card. suprà citatum inquit, quòd sententia inferioris lata sine citatione non validatur confirmatione Apostolica, etiam per clausulam supplentes, per dictam Clem. pastoralis. Ruin. in consil. 229. numero 11. volum. 1. Dec. in consil. 410. nume. 23. verficulo non obstat clausula. consil. 341. colum. 3. in fin. 506. col. 3. & 602. colum. pen. Ias. in consil. 101. col. 3. vol. 4. Dec. in cons. 528. num. 8. Ruin. in cons. 36. numero 6. vol. 5.

¶ Ex his igitur, quæ suprà dicta sunt, & quæ consensu omnium recipiuntur, concludendum esse arbitror, sententiam ipsam vti nulliter latam nō potuisse confirmari per suam Catholicā Maiestatem, etiam cum dictis clausulis suprà citatis, tanquā defensionem

fensionem naturalem auferentibus, quæ tolli non potest per Principem sine causa legitima.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. secundæ. C. de pigno. locum habet, quando primus creditor habet hypothecam specialem in aliquibus locis & generalem super alijs, & secundus creditor habet hypothecam specialem.*

2 *Præsumptio est, quòd primus creditor, qui habet hypothecam specialem in certis bonis & generalē in alijs, possit sibi satisfacere in bonis specialiter obligatis, donec aliter in contrarium probetur.*

3 *Et tantæ potentiæ est huiusmodi præsumptio, vt impediat, ne creditor possit impetrare carcerationem debitoris.*

4 *Lex secunda, de pign. cùm corrigat ea, quæ habentur in l. generaliter. ff. qui pot. in pign. hab. in l. si generaliter. C. eodem titulo, & ea quæ not. in l. si creditoris. ff. de distr. pign. non venit extendenda ad alium casum.*

5 *Dispositio d. l. 2. procedit de æquitate, & ideo rigor scriptus in alijs casibus seruandus est.*

6 *Lex secunda de pign. locum habet, siue secundus creditor habeat specialē hypothecam, siue generalem.*

7 *Dispositio d. l. 2. non denotat ordinem verborum, sed rerum nominationem.*

8 *Dispositio ipsius l. 2. non habet locum, vbicunq; in instrumento hypothecæ specialis in aliqua re, & generalis in alijs, est apposita clausula: ita quòd specialis non deroget generali.*

9 *Inducta in fauorem creditoris, non debent redundari in eius odium.*

10 *Clausula de qua suprà, operatur vt creditor non cogatur magis agere ex speciali quàm ex generali, etiam in præiudicium secundi creditoris.*

CONSILIVM XXXVI.

1 DE duobus quęritur, & primò, an dispositio l. secundæ. C. de pignor. quæ disponit, quòd † prior creditor habens specialem hypothecā super aliquibus bonis debitoris, & generalem super alijs, non possit agere contra secundum creditorem habentem super bonis eiusdem debitoris hypothecam, locum habeat sibi secundus habeat specialem hypothecam, siue generalem.

¶ Secundò, an habeat locū ipsa dispositio, quando in instrumento obligationis bonorum specialium & aliorum generalium apposita est clausula, ita tamen, quòd specialitas generalitati non deroget.

¶ Deueniendo igitur ad primum, videtur primo congressu dicendum, quod ad hoc vt habeat locum lex ipsa requiritur, quòd secūdus creditor habeat super alijs bonis debitoris specialem hypothecam, & non generalem tantùm, vt clarè ibi loquitur lex ipsa iuncta. glos. in verb. accepisti. vbi etiam Bald. in summa & figuratione casus. & Saly. pariter in sum. Soc. in cons. 198. circa fin. Paris. in cons. 50. num. 31. vol. 1. quod equidem summa cum ratione à Legislatore dispositum videtur, qui pro absurdo habuit, quòd creditor primus habens hypothecam specialem in aliquibus bonis possit ad generalem super alijs bonis confugere, & ea vti in præiudicium secundi creditoris, habentis specialem hy-

2 pothecam, cùm † præsumatur, quòd illa sufficiat pro debiti satisfactione, donec abeo contrariū probetur, vt per gl. in d. l. 2. in verb. redigere. quam amplectuntur ibi Saly. in prima oppos it. Didac. libr. 3. variar. resolut. c. 18. num. 1. Negusa. in tit. de pignor. in 5. parte. in 2. membro. in fi. Paris. in con. 50. nu. 28. volum. 1. Ripa in l. priuilegia. num. 22. ff. de priuileg. cred. Iaf. inst. de actio. in princ. num. 94. & ideo dicunt Bald. Alex. & Salyc. in l. creditor qui non idoneum. ff. si cert. peta. quòd † hæc præsumptio tantæ 3 est potentiæ, vt impediat, ne creditor possit impetrare carcerationem debitoris: quos sequitur Ripa vbi suprà. Item & quia considerandum est, quòd

4 † cùm lex ipsa sit exorbitans & corrigat ea, quæ habentur in l. generaliter. ff. qui pot. in pigno. hab. in l. si generaliter. C. eod. tit. & similiter ea, quæ notantur in l. si creditoris. ff. de distr. pignor. non veniunt extendenda ad alium casum. l. quod verò. ff. de legib. Plus, quia † ea procedit de æquitate, & ideo ri-

5 gor scriptus in alijs casibus seruandus est. l. placuit. C. de iud. l. 1. C. de iur. & facti. igno. Soci. in allegato cons. 198. in fin. Negus. in tract. de pignor. in quinta part. in 2. membro, col. fin. vers. & quia.

¶ Sed meliùs cogitanti contrarium videtur dicendū, quòd imò etiam si non esset clausula, de qua in sequenti dubio, quòd primus creditor, quamuis habeat specialem hypothecam in aliquibus bonis debitoris & generalem in alijs, & secūdus creditor tantùm generalem, & non specialem, quòd nō possit impedire posteriōris creditoris hypothecā, quo ad alias res debitoris præter illā specialem, nec possit aduersus posteriorem hypothecaria agere, nisi priùs constare faciat primus creditor res illas speciali hypotheca sibi obligatas non sufficere ad prioris debiti solutionem, vt in d. l. 2. quam dicit Bald. non esse alibi. in c. 2. de off. lega. Cre. in fin. 53. Dida.

6 vbi suprà, vbi inquit, quòd † lex ipsa declaratur per iuris interpretes locum sibi vindicare, siue secundus creditor habeat hypothecam specialē, siue generalem. teste Bart. in d. l. 2. col. 2. quod voluerunt Sal. in l. qui generaliter. ff. qui pot. in pign. habean. Moder. in tract. de pig. in 8. part. in primo membro. nu. 20. vers. temperando. Ripa in d. l. priuilegia. numero 2. Paris. in citato cons. 50. num. 34. Decis. Pedemont. 159. col. 2. quia vtroq; casu militat eadē æquitas. nec † ille tex. notat ordinem verborum, sed re-

7 rum nominationem, secundum Saly. ibi. & Ripam vbi suprà in vers. 2. dubitatur. & Did. in d. c. 18. col. 2. in princ. vers. 3. eadem constitutio, vbi inquit, quòd constitutio dict. l. 2. procedit, locumq; etiam obtinet, quando posterior creditor habet generalē hypothecam tantùm, nedum specialem & generalem simul, nec specialem tantùm. Nam eadem est ratio vtrobiq; cùm illa lex nolit priorem creditorē habentem specialem hypothecam, in qua sibi satisfacere possit vti generali hypotheca in præiudicium secundi creditoris, ergo siue secundus creditor habeat generalem, siue specialem, in ea re, à qua petit & conatur excludere primum creditorem iure obtinebit. Nam si aliter diceretur, quòd opus esset attendere ordinem verborū, sequeretur vnū, quod deuiaret à iure, quòd cùm tex. in d. l. 2. loquatur de priori creditore habente specialem hypothecā, intelligendus esset ratione ordinaria verborū, & non rerum, & tamen recepta est Doctorum sententia in contrarium, vt ibi per Salyc. & Fulg. ac Negus. in d. suo tract. de pig. in 5. par. in 2. memb. num. 51. Ripa in d. l. priuilegia. num. 21. Did. vbi suprà, in versic. 4. adnotandum erit. Paris. in cons. 50. num. 38. vol. 1.

¶ Quòd verò ad secundum dubium non insudando vbi non expedit, pro firmo tenetur, quòd quando in instrumento facta est priori creditori hypotheca specialis in aliqua, & demum generalis alijs, adiecta tamen clausula, ita quòd † specialis non

8 deroget generali, & econtrà, quòd clausula ipsa

opera-

operatur vt specialis hypotheca, modo aliquo non impediat generalem, ac si ea minimè adiecta fuisset, vt explicare videtur Cassaneus in Catalogo mundi. parte 12. consideratione 119. colum. 12. Didacus vbi suprà, vers. decimò fortasis. Parisius in consilio 103. num. 3. volum. 3. quos omnes citat Decisio Pedemontana 159. in fin. Nam si diceremus, quòd huiusmodi clausula hunc effectum non operetur, sequeretur, quòd frustrà esset apposita, contra l. si quando. de leg. primo. Bald. in Rubrica. C. de contrahen. empt. in prima quæstione. Angelus in l. æde. C. locati. Decius in capitulo, licet causam. numero nono, de probationibus. Beros. in consil. 130. nu. 9. volum. 2. Item, & † quòd inducta in fauorem ipsius creditoris redundarent in eius odium, quod non est dicendum. l. quod fauore. ff. de legibus. & sic ad diminutionem creditoris, quod iuri repugnat. l. si mancipia. ff. de fund. instru. Ruin. in consilio 18. numero 8. volum. 1. & 96. num. 2. volum. eodem. Socin. Iun. in consilio 189. num. 91. volumine secundo. Nam † dicta clausula operatur, vt creditor non cogatur agere magis ex speciali, quàm ex generali, etiam in præiudicium secundi creditoris. vnde si est in facultate sua agere ex hypotheca generali cõtra secundum, etiamsi haberet specialem hypothecam. l. 2. ff. qui potior. in pign. habean. l. si generaliter. C. eodem titulo. Cephal. in consil. 135. colum. penult. in fine. Didac. vbi suprà. vers. septimò constat. in fin. Negus. in dicto suo tracta. de pignoribus, in quinta parte, in secundo membro, colum. penult. in principio. Nam dicta clausula operatur perinde ac si creditor arbitrio suo posset eligere viã, quam velit, & agere tàm ad bona specialiter obligata, quàm ad generaliter hypothecata, ita vt vna electa, alteri non præiudicetur, in quo casu cessat dispositio d. l. 2. vt per Paris. in dicto cons. 103. colum. 1. volum. 3.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habere non potest armatam familiam, & num. 8. sed contra num. 10. & 20.*
2 *Auxilium brachij secularis implorari debet per Episcopum pro executione iustitiæ.*
3 *Brachium seculare licet inuocari possit, tamen id procedit, quando remedia Ecclesiastica deficiunt.*
4 *Principes seculares sicut recurrere debent ad Ecclesiam pro spiritualibus: ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes seculares.*
5 *Armorum vsus prohibitus est Ecclesiasticis personis.*
6 *Clericus arma deferens dignus est excõmunicatione.*
7 *Arma Clericorum sunt lachrymæ & orationes. fallit vt in num. 26.*
8 *Regula quæ habet, quòd vno commisso videntur omnia alia commissa sine quibus illud explicri non potest, non habet locum in prohibitis. declara vt in num. 24.*
9 *Inquisitores hæreticæ prauitatis possunt tenere officiales armatos.*
10 *Papa potest dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto sine metu irregularitatis.*
11 *Papa ex iusta causa potest bellum indicere, præsertim contra infideles.*
12 *Crimen hæresis est Ecclesiasticum.*
13 *Dominus temporalis si impediat familiam inquisitoris in delatione armorum, poterit puniri tanquam turbator inquisitionis.*
14 *Episcopus potest procedere contra hæreticos.*
15 *Absurditas euitari debet.*
16 *Episcopus per suam iurisdictionem potest laicos in certis criminibus capere & corporaliter coercere.*
17 *Episcopus pro defensione sui & suorum potest vti gladio materiali.*
18 *Iudex secularis, vbi vires ipsius non sufficiũt ad exequendum quod suo incumbit officio, implorat auxilium alterius potentioris.*
19 *Officialis alicuius villæ non habens familiam sufficientem, potest conuocare incolas, & habitantes in illa pro capiendo malefactorem, & si nollent eum adiuuare, tenentur ex conditione. l. 2. C. de his qui latro. abscon.*
20 *Iudices seculares vbi per se non possunt subditos suos domare, inuocant auxilium Ecclesiasticum in subsidium.*
21 *Armorum vsus nedum prohibitus est clericis, sed & laicis.*
22 *Ecclesia licet non habeat exercitium gladij materialis ad inferendũ mortem alicui, vel membri mutilationem, tamen secus est ad exequendum iustitiam.*
23 *Episcopus & eius vicarius dicuntur officiales communis. dispositio. c. si sententia. de sentent. excom. in sexto. ita verificatur in Episcopo delinquente, sicut in Rectore.*

CONSILIVM XXXVII.

1 DVBITATIO exoritur, nũquid † liceat Episcopo familiã habere armatam, & reperio, quòd Abb. in cap. significasti. columna fin. versiculo, & ex his infero. de offi. delegat. refert aliàs fuisse interrogatum à quodam Episcopo, & ei responsum dedisse, quòd non, nisi haberet iurisdictionem temporalem in loco, & primò propter iura canonica, quæ prouident in executione iustitiæ,
2 Episcopum † debere implorare auxilium brachij secularis, capit. administratores. cap. Principes. 23. quæst. quinta, facit dictum Oldra. in cons. 89. circa fin. vbi inquit, quòd illud implorari non potest, nisi quando ordinarius nihil habet quod faciat: quia iura loquuntur si opus fuerit. cap. 1. de off. ordin. in 6. Federic. de Sen. in consi 25. colum. fina. vbi dicit, quòd
3 † licet possit inuocari brachium seculare, debet tamen inuocari cùm necesse est iuris & ordine seruato, videlicet, quando remedia Ecclesiastica deficiunt: quia non debet Iudex delegatus incipere è cauda, sed à capite, cùm iura loquentia de brachio seculari dicant, si opus est, vel necesse est, vt in cap. 1. de offic. ordin. Decius in cap. cùm non hominem. 7. de iud. scilicet, quando ordinarius excommunicauit aliquem, agrauauit vel regrauauit, & effectus fuerit incorrigibilis, vt per Calc. in consil. 119. colum. fin. & sic ex his apparet, quòd armatam familiã Episcopus pro executione iustitiæ habere nõ possit, sed pro ipsa recurrendum sit ad brachium seculare.

4 ¶ Secundò facit, nam † sicut pro spiritualibus Principes recurrere debent ad Ecclesiã, ita in temporalibus debent recurrere prælati ad Principes seculares. c. cùm ad verum. & in c. si Imperator. 96. distin. ne officia eorũ promiscuis actibus turbentur. l. consulta diualia. C. de testa.

5 ¶ Tertiò facit, quia † vsus armorum prohibitus est clericis, seu Ecclesiasticis personis. c. clerici.
6 de vita & honesta. cleric. & in tantum, quod † contra faciens grauiter peccat, quod colligitur ex eo, q; delictũ est excommunicatione dignum, quæ non fertur, nisi pro graui crimine. c. nullus. c. nemo. 11. q.
7 3. Abb. in d. c. clerici. col. 1. nam † arma clericorum sunt lachrymæ & orationes. cap. conuenior. 23. q. 8. vbi sic ait Ambrosius: Dolere potero, flere potero, gemere

gemere potero aduersus arma, milites, globos, quia lachrymæ meæ arma sunt mea, talia enim instrumenta sunt Sacerdotis, aliter enim nec debeo, nec possum resistere. Ex quibus verbis videtur, quòd Sacerdos ex orationibus & lachrymis debet malis resistere, & non per potentiam temporalem, & sic ostenditur, quòd Episcopus non habet iurisdictionem tenendi familiam armatam.

¶ Quartò demonstratur. Nam ab ipso Christo dictũ fuit Petro, volenti defendere eum ab iniuria Iudæorum. Conuerte gladium tuum in vagina, vt habetur in Euangelio, & transumptiuè 23. quæst. 8. cap. 1. item & in veteri testamento dixit Deus ad Dauid. Non ædificabis mihi Templum: quia vir sanguinis es, vt habetur in capit. 1. de consecrat. distinctio. 1.

¶ Quintò, ita voluit Abb. in c. cùm non ab homine. num. 8. de iud. & Fely. in c. significasti. col. 2. in fi. vers. vtrum Episcopus. de off. delegat. Nec obstat, quod in contrarium tenuerit Bald. in l. nam salutẽ. §. fin. ff. de off. præfec. vig. vbi per illum tex. inquit, quòd sicut officiales cõmunes possunt arma portare, ita & familia Episcopi, cùm habeat imperium in sua diœcesi, quia responderi potest, quòd illatio Bald. non videtur bene procedere de officialibus communis secularibus ad Ecclesiasticos, quibus armorum vsus prohibitus est. d. c. Clerici.

¶ Nec similiter habet obstare si dicatur, quòd imò sibi videtur concedi dicta facultas accessoriè,
8 per rationẽ tex. in c. præterea. de off. dele. vbi † commisso vno videntur omnia commissa sine quibus illud explicari non potest. Quia respondetur, quòd regula illa locũ non habet in prohibitis, & sic non videtur extendi ad arma quæ prohibita sunt, vt in dict. c. Clerici.

¶ Sed præmissis non obstantibus, cõtraria sententia est de iure verior, quòd imò Episcopo competit facultas tenendi familiam armatã, & pro fundamento huius partis facit tex. in Clem. 2. §. fin. de
9 hæret. vbi † Papa concessit facultatem inquisitoribus, vt possint armatos officiales tenere, ex quo datur intelligi, quòd penes Papam est potestas habendi armatos, & mouendi arma in criminibus ad Ecclesiasticum forũ spectantibus, aliàs non potuisset inquisitoribus eam cõcedere, vnde ad laicos de necessitate in his non est recurrendum, vt contraria præsupponit opinio. & quòd penes Papã sit huiusmodi potestas probatur ex not. per Abb. in d. c. Cle-
10 rici. vbi quærit, nunquid † Papa possit dare licentiã clerico pugnandi in bello iusto sine metu irregularitatis, & cõcludit, quòd sic: quia Papa constitutionem Ecclesiæ, quæ prohibet clericum pugnare in bello iusto, potest illam relaxare, maximè cùm
11 † Papa ex iusta causa bellum indicere possit, præsertim contra infideles. cap. omni. & cap. præterea. 23. quæst. 8.

¶ Secundò facit, Nam nulli dubium est, quòd inquisitores hæreticæ prauitatis pro exequendo officio sibi commisso possunt habere familiam armatam in Clem. 2. §. porrò. de hæret. quia secundum Cardin. ibi concessio armorum hoc casu spectat ad
12 iudicem Ecclesiasticum, sicut † & crimen hæresis. capit. vergentis. extra de hæret. & tantùm vera est
13 huiusmodi conclusio secundum eum, quòd si † Dominus temporalis impediat familiam inquisitoris in delatione armorum, quòd secũdum Gemin. poterit puniri tanquam turbator inquisitionis, per id quod notat Innoc. in cap. 1. de off. deleg. si verò hoc
14 permittitur inquisitori, ergo & Episcopis, † qui contra hæreticos procedere possunt. Clem. 1. de hæret. & si aliter diceremus, sequeretur absurdum, videlicet, quòd inquisitores possent per familiã suam capi facere hæreticum, quem citare possunt, arrestare, capere, & tutè custodire, emancipare, ponendo etiam in compedibus & manicis ferreis. vt dict. Clem. 1. §. si quod. & quòd Episcopi ex defectu familiæ non possint officium suum exequi, quod absurdum est dicere, cùm tàm Episcopis quàm inquisitoribus detur huiusmodi facultas capiendi hæreticos, & alia faciendi de quibus suprà, vt in dict. Clem. 1. §. præter quod. vt igitur euitetur absurditas
15 ipsa, † quæ omnino euitari debet. leg. nam absurdum. ff. de bo. libe. Clem. 1. de magi. & tollatur differentia inter vnum casum & alium, quæ esse non potest ratione idemnitatis, videtur dicendum, quòd ideo Papa Episcopis non cõtulit facultatem tenendi familiam armatam; contra hæreticos eò, quòd sciebat, quòd ipsis tanquam ordinarijs facultas huiusmodi competebat, aliàs si non competijsset, vtiq; dubitari non potest, quòd eis sicut inquisitoribus concessisset.

16 ¶ Tertiò accedit. Nam † Episcopus per suam iurisdictionem potest etiam laicos in certis criminibus capere & corporaliter cohercere, vt est text. cum glos. in c. cum Idolorum. 26. quæst. 5. cap. attendendum. 16. q. 4. cap. 2. de adult. quia nemo dubitat egere ministris armatis.

¶ Quartò accedit. Nam, vt inquit Gemin. in c. dilecto. col. 2. ver. quæro, quia text. de sent. excom.
17 in 6. Episcopus † pro defensione sua & suorum potest vti gladio materiali in homines cuiuscunque iurisdictionis, si ergo ei ꝓ priuata vtilitate hoc permittitur, ergo multò fortiùs pro executione iustitiæ, quæ respicit publicam vtilitatem, quæ præfertur priuatæ, vt per Doctores in leg. prima. ff. soluto matrim.

¶ Quintò, in terminis nostris voluerunt Bal. in d. l. nam salutem. §. fin. Barba. & Dec. in c. significasti. de of. deleg. & rursus in c. cùm non ab homine. de iud. quia isto casu vsus armorum pro executione iustitiæ videtur licitus: quia cùm ipsius executio permittatur ordinario, omnia ad id necessaria permissa videntur. cap. præterea. de off. deleg. Idem tenuit Steph. Aufrer. in tract. de potestate Ecclesiastica. num. 18. vbi inquit, quòd Episcopus familiares, aut seruientes armatos habere potest causa custodiendi scalatos, & ducendi per villam Tolosę, & quòd possunt portare enses & arma defensiua, vel etiam inuasiua, subdens ita caueri in cõcordatis inter officiarios Regios & spirituales Tolosę factis, pro quo dicit facere, quod scribunt Mod. in d. ca. significasti. & Bald. in l. nam salutem. §. fi. licet Abb. contrarium teneat, vbi suprà, quam partem libenter sequuntur officiarij Regij. hanc quoque sententiam latè prosequitur Gundisal. in tract. de hæret. quæst. 11. vers. ex quo infertur. vbi ait, quòd ista opinio sibi placet, quam oseruat communis vsus, & mouetur, quasi ex primis duobus fundamentis per nos suprà pro hac parte adductis.

¶ Non obstãt modò, quæ ex aduerso allegata videntur: quia ad primum argumentum respondetur, quòd licet ordinarius recurrat ad brachiũ seculare in subsidium, tamen per hoc non infertur, quin etiam immediatè possit habere familiam armatam, vt patet in inquisitore hæreticorum, qui potest inuocare brachium seculare, cap. officium. §. deniq;. de hære. in 6. & tamen ipse potest habere officiales armatos, d. Clem. 1. in fin. de hæret. ita Dec. in d. c. significasti. col. fin.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd per dictũ Abbatis non probatur intentum opinionis contrariæ, quoniam inter ipsosmet seculares iudices idem obseruatur, quòd

18 quòd † vnus implorat auxiliũ alterius, vbi vires ipſius non ſufficiunt ad exequendum, quod ſibi incũbit. text. eſt in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſ. & Cleri. & ideo inquit Pariſ. de Put. in tract. ſindi. in verbo brachium, quòd non ſolũ vnus Iudex poteſt implorare brachium alterius iudicis potentioris, ſed
19 (quod plus eſt) Officialis † alicuius villæ non habẽs familiam ſufficientem poteſt conuocare incolas, & habitantes in illa pro capiendo malefactorem, allegat Bald. in dicta l. ſi quis in hoc genus. & ſubdit, ꝙ ſi nollent eum adiuuare, & vellent, vt fugeret tenentur ex conditione. l. ſecunda. C. de his qui latro. occulta allegat Angel. in leg. 1. C. de nil. ager. rump. Item
20 etiã videmus, ꝙ † iudices ſæculares inuocant auxilium eccleſiæ in ſubſidium. vbi per ſe non poſſunt ſuos ſubditos domare, vt per Iun. in c. licet ex ſuſcepto. de foro cõp. ita Gundiſal. vbi ſuprà, vbi inquit hoc notan.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd hic nulla videtur eſſe confuſio, ex quo vnus non ſe intromiſit de officio alterius, ſed ſuam tantum exequitur iuſtitiam, vt per Dec. in dicto capit. ſignificaſti. colum. fin.

¶ Ad tertium reſpondetur plurib. modis, & Pri-
21 mò, quòd vſus † armorum eſt prohibitus nedũ clericis, ſed etiam laicis. vt in titul. C. de vſu arm. & de vtroque per Abb. in dicto capit. clericum. in princ. & Imol. in clemen. 2. columna penultima, circa fin. de hæret.

¶ Secundò reſpondetur, id verum eſſe regulariter, ſecus videtur pro executione iuſtitiæ, vt per glo. fin. in cap. dilecto. de ſent. excom. in 6. ita Dec. vbi ſuprà. vbi inquit, quòd per hoc etiam reſpondetur ad tex. in c. inter. ex aduerſo allegatum. plus dicitur, ꝙ
22 licet † eccleſia non habeat exercitium gladij materialis, illud eſt ad inferendum mortem alicui vel membri mutilationem, & hoc caſu intelliguntur iura adducta in contrarium, ſecus autem ad exequendum iuſtitiam ſibi competentem, per ſuperius dicta. ita Gundiſal. vbi ſuprà, iſtud etiam ſentit Deci. vbi ſuprà.

¶ Non obſtat, quod arma clericorum ſunt lachrimæ & orationes: Quia reſpondetur, iſtud eſſe verũ regulariter, tamen nos videmus, quod etiam in pluribus caſibus licitum eſt vti materialibus. vt in c. dilecti. de ſenten. excommun. in 6.

¶ Non obſtat, quod dictum fuit per Chriſtum Petro, Quia reſpõdetur, ꝙ non ſolus Chriſtus locutus eſt cum Petro, ſed etiam alijs laicis, vt colligitur ex eo, quòd in eadem auctoritate ſubijcitur, dum dicitur: Nam omnis qui gladium accipit, gladio peribit. Sic etiam reſpondetur ad aliam auctoritatem, ꝙ illa loquitur de effuſione ſanguinis iniuſta. Nam Dauid proditoriè fecerat interfici Vriam, vt committeret adulterium cum Berſabeæ eius vxore, & adhuc non fuerat pœnitens, quãdo illa verba ſibi dicta fuerũt, ſed nos loquimur de executione iuſtitiæ fiendæ quę eſt licita & iuſta. ergo, &c. vt per Abb. in capitulo clerici. columna ſecunda, verſic. nec obſtat prima auctoritas.

¶ Penultimo non obſtat. ꝙ illatio, quã facit Bald. in d. l. nam ſalutem. §. fin. ſubſiſtere non videatur: Quia reſpondetur, quod imò valet: quoniam dum Bal. loquitur de officialibus communis, eius dictũ
23 verificatur etiam in Epiſcopo: quia † ipſe & eius Vicarius dicuntur officiales cõmunis, vt per Anchar. in conſil. 342. quem ſequitur Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. numero decimo, de conſt. & in c. ſanè. colum fin. de offi. deleg. vbi etiam dicit, quod id, quod diſponitur in c. ſi ſententia. ibi domini vel Rectores. de ſent. excommun. in 6. videlicet, quod propter delictum Rectoris, poteſt interdici locus, verificatur etiam in Epiſcopo delinquente, qui etiam dicitur Rector ciuitatis: & in terminis noſtris ita dixit Deci. in d. c. ſignificaſti. col. fin.

24 ¶ Vltimò non obſtat, ꝙ † in prohibitis locũ non habet regula, quod vbi alicui quid conceditur, videtur etiam permiſſa omnia per quæ peruenitur ad illud. Quia reſpõdet Dec. vbi ſupra, ꝙ in iſto caſu pro executione Iuſtitiæ hoc prohibitum non videtur, & ꝙ regula prohibitiua prævalere non debet, quando affirmatiua eſt magis ſpecialis: quia tunc illa attenditur, cum ſpecies derogat generi: vt in regula generali, per ſpeciem derogetur. de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum quando eſt factum proximiori agnato, ad illud admitti debet, qui proximior reperitur tempore conditi teſtamenti. declara, vt in numero 35.*

2 *Relictum factum familiæ intelligitur de his, qui erant de familia tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris*

3 *Subſtitutio quando eſt facta de liberis, non intelligitur de liberis, qui nõ erant tempore teſtamenti vel mortis teſtatoris.*

4 *Plures quando ſub nomine collectiuo ſimpliciter vocantur, puta deſcendentes, illi ſoli vocati intelliguntur, qui tempore teſtamenti vel mortis teſtatoris concepti vel nati erant.*

5 *Filiarum appellatione, vbi veniunt nepotes, admittũtur ſolùm qui erant nati vel concepti tempore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris.*

6 *Quæ diſpoſitio ampliatur procedere, etiamſi conditio ſit collata in futurum euentum incertum.*

7 *Ius conditionale tranſmittitur ad deſcendentes. ſed contra. num. 12.*

8 *Filius repræſentat perſonam patris & eius locum intrat: quia gradus non corrumpitur ſeu alteratur, ſed repræſentatur.*

9 *Proximiores illi dicuntur, quos nemo antecedit.*

10 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione in iure eſt validiſſimum.*

11 *In fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus ſemper dici poteſt, hoc caſu de te ſubſtitutio non loquitur, ſi vis dicere contrarium proba.*

12 *Quod amplia procedere, ſiue loquatur de ſubſtitutione vulgari.*

13 *Siue de pupillari.*

14 *Seu de reciproca & omni alia comprehenſa in illa.*

15 *Siue de fideicommiſſaria ſubſtitutione.*

16 *Quamuis ſubſtitutus eſſet nominatus.*

17 *Ius conditionale ſi non tranſmittitur in hæreditate aſcẽdentium ad deſcendentes, ergo multo minus in hæreditate tranſuerſalis in tranſuerſalem.*

18 *Ius conditionale ex coniecturata mente teſtatoris trãſmittitur.*

19 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitionem iuris communis.*

20 *Teſtator quod non loquitur velle non præſumitur. & 28.*

21 *Teſtatoris affectio potiſſimum in fideicommiſſis conſideratur.*

22 *Agnatus proximior dicitur per reſpectum ad illum cui ſucceditur.*

23 *Primogenitus non dicitur per reſpectum ad illum cui ſucceditur, ſed per reſpectum ad ſecundo genitum.*

24 *Primogenitura eſt qualitas habens actum momentaneum, quæ acquiritur incontinenti cum quis naſcatur, ſed proximitas habet tractum ſucceſſiuum, ideo*

secundum qualitatem temporis variatur, sed altera non.

25 *Vocatio specialis proximioris est attendenda.*

26 *Interpretationi locus non est, vbi verba sunt clara.*

27 *Testatorem non sufficit ita voluisse nisi disponat.*

28 *Testatoris voluntas ex eius verbis concipitur.*

29 *Voluntate testatoris in corde retenta à verbis testatoris non est recedendum.*

30 *Voluntas testatoris primum locum obtinet.*

31 *Voluntatem testatoris sequi debemus, sicut venator leporem.*

32 *Interpretatio fieri non debet, quæ à sapientibus reprehendatur.*

33 *Filius repræsentat patrem in dispositione legali, secus in dispositione hominis.*

34 *Filius quòd succedat in locum patris procedit, quando agitur de successione avi vel alterius ascendentis, vel quando agitur de successione patrui carnalis: secus in alijs casibus.*

35 *Dispositio testatoris, quando est collata in aliquod tempus futurum & incertum: tunc illa dispositio, quæ respicit futurum tempus non restringitur ad proximiores, qui erant tempore conditi testamenti vel mortis testatoris: sed extenditur ad existentes tempore euenientis conditionis.*

36 *Dispositio testatoris collata in tempus futurum non restringitur ad descendentes natos tempore conditi testamenti, sed etiam in nascituros.*

37 *Substitutio quando est facta per verba denotantia tractum temporis futuri comprehendit etiam nepotes cõceptos & natos post mortem testatoris.*

38 *Tempus existentis conditionis solummodo inspicitur in legato conditionali.*

39 *Verba eo casu, sunt limitatiua fideicommissi & substitutionis ad casum expressum.*

40 *Testator si in substitutionibus suis, tunc vltimo moriẽti substituit proximiores, ista verba exponuntur, hoc est, quòd per fideicommissum illi succedant, qui tunc proximiores reperiuntur.*

41 *Dictio tunc, denotat extremitatem temporis, & limitat dispositionem testatoris ad casum tãtum formaliter expressum.*

42 *Verbo eo casu, important extremitatem temporis.*

43 *Verba eo casu, idem important quod dictio tunc.*

44 *Testator in dubio videtur velle quod lex disponit.*

45 *Testator fingitur cogitare quod lex disponit.*

46 *Proximior quando vocatur, & sunt plures in eodem gradu, perinde est ac si testator vocaret proximores in numero plurali.*

47 *Numerus singularis verificatur in pluribus vel econtrà pluralis verificatur in vno, quãdo eadẽ est ratio.*

48 *Testator quando substituit filio decedenti sine liberis, si filius decedit relicto vno filio vel filia, excluditur substitutus, sicut si plures liberi relicti essent.*

49 *Plura quando habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, videtur fieri exemplariter & non restrictiuè.*

50 *Singulari pro plurali capitur, & è contrà viciſsim.*

51 *Numerus singulari in omni materia, etiam vbi non sit fauor libertatis, verificatur in plurali.*

52 *Successio in capita & non est stirpes locum habere videtur in successione fratris post fratres filiosque fratrum.*

53 *Testator faciens mentionem de primogenitis tam post institutionem, quàm post substitutionem, & in medio de agnato proximiore, censetur etiam voluisse, quòd agnatus proximior fit primogenitus.*

54 *Vna pars declarat aliam.*

55 *Testamentũ si vna parte facit mentionem de masculis & in alia de filio simpliciter, intelligitur de filys masculis.*

56 *Qualitas appositа in vno capitulo testamenti non dicitur repetita in alio capitulo separato, claro & non dubio continente orationem perfectam & diuersas personas.*

57 *Dispositio testatoris facta in vno casu non extenditur alium.*

58 *Qualitas masculinitatis expressà in vno capite non trahitur ad aliud caput, nec ad aliud censetur repetita.*

59 *Qualitas masculinitatis solùm venit considerandа in casibus prouisis & expressis, non autem in alijs omissis.*

CONSILIVM XXXVIII.

IN præsenti consultatione prima facie dicendum videretur Illustrem Comitem Georgium Triuulcium filiũ quon. Illust. Comitis Ioannis Firmi admittendum esse, & admitti debere ad fideicõmissum factũ per quon. Illust. Ioannem Triuulcium in suo vltimo testamento exclusis Illust. Comitibus Ioanne Iacobo, & Francisco fratrib. & altero Francisco Marchione omnib. etiam de Triuulcijs, quoniam ambigui Iuris nõ est,

1 quòd † quando fideicommissum factum est proximiori agnato, is admittendus est, qui proximior reperitur tempore conditi testamenti. l. cum ita. §. in

2 fideicommisso. ff. de leg. 2. vbi † relictum factum familiæ intelligitur de his, qui erant de familia tempore testamenti vel mortis testatoris, secundum Bart. in l. si cognatis. columna secunda. ff. de reb. dub. vbi etiam Soc. ad idem est text. in dicta l. si cognatis. Soci. in consilio 10. colum. fin. volum. 3. pro qua sententia facit, quod voluit Alexand. in consil. 184. in prin. vol. 2. vbi †

3 quãdo substitutio est facta de liberis, nõ intelligitur de liberis, qui non erant tempore testamenti, nec mortis testatoris. Bart. in consil. incip. Bonauentura. vbi concludit, q. si testator instituit aliquem, & eius liberos, intelligitur de natis tempore testamenti, Ancha. & Imol. in c. indicante. de testa.

4 vbi † quoties sub nomine collectiuo plures simpliciter vocantur, puta descendentes, illi soli vocati intelliguntur, qui tempore testamenti vel mortis testatoris nati erant vel concepti, per dictum. §. in fi-

5 deicommisso. & ideo, vbi † appellatione filiorũ veniunt nepotes, vt per Docto. in l. Gallus. §. institues ff. de lib. & posthu. admittuntur solum, qui erant nati vel concepti dictis temporibus, vel altero ex eis, & ita aliàs consultum fuit per plures Aduocatos Florẽtinos & Senenses, quib. se subscripserunt dominus Franciscus de Acolitis & Andreas Siculus, quæ consilia reperiuntur impressa post consilia Marian. Soc.

6 Goz. in consilio 36. numero 7. cũ seq. quæ † conclusio secundum Alexand. in citato consilio 184. amplia tur procedere, etiam si cõditio sit collata in certum euentum futurum, quem sequitur Dec. in consil. 95. col. 5. circa fin. idem Alexand. in cons. 219. in fi. volu. eo. Anc. & Imol. vbi suprà. Soc. in consi. 73. nu. 2. vol. 4. per l. peto. §. fratre. cum glo. de leg. 2. Rui. in consil. 86. nu. 10. cũ plurib. sequentib. vol. 3. & in consil. 112. nu. 12. vol. eo. Cũ igitur dictus Illust. Comes Ioannes Firmus fuerit proximior Illust. fideicõmittenti tẽ-

7 pore sui testamenti vel mortis eius, sequitur, q. † tam quàm proximior potuit transmittere ius suum conditionale. & ex prersona in eius filium Comitem Georgium, quamuis ipse mortuus fuerit pendente conditione fideicommissi, per gloss. in l. is, cui ff. de actione & obligatione. l. in personam. Cod. de fideicommiss. Socin. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianica, & quòd ex hoc capite veniat ad

ipsum

ipsum fideicommissum admittēdus dictus Comes Georgius.

¶ Secundò dicitur, ꝙ cū dictus Illust. Comes Georgius filius prædicti quon. Illust. Comitis Ioannis Firmi & repræsentet eius personam, ac sit in eodem gradu, cum quon. Illust. domino fideicommittente, in quo erat eius pater. §. cum filius instit. de hæred.
3 quæ ab intesta. quia † gradus non corrumpitur, nec alteratur sed repræsentatur, vt inquit Bald. in l. 1. C. de secund. nup. Alexand. in consilio 26. colum. pen. in fin. volumine tertio, Iaſ. in l. Gallus in §. quidam rectè. in 2. lect. colum. 4. ff. de lib. & posthum. Paris. in consilio 36. columna tertia, volumine secundo, quòd succedere debeat in dicto fideicommisso exclusis præfatis Comitibus Ioan. Iacobo, Fran. & altero Francis. Marchio. sicut si viueret eius pater, qui potuisset succedere in ipso fideicōmisso. facit, quod scribit Barto. in lege 1. §. si sit nepos. ff. de collat. dot. vbi inquit, quòd text. in auth. cessante. & in authen. post fratres. C. de suis & legit. hæred. ac text. in §. hoc autem priuilegium. in auth. de hæred. ab insta. qui dicunt, quòd nepotes succedunt in locum suorum parentum, intelliguntur, id est in gradu proprio, vt proinde succedant in locum parentum suorum, & tantum habeant, quantum haberet eorum pater si viueret.

¶ Veruntamen si maturè & diligenter omnia cōsiderentur, contrarium de iure verius esse in terminis nostris liquidò apparebit, ꝙ excluso dicto Comite Ioanne Georgio, vt i remotiori dicti Illust. Comites Ioan. Iacob. & Franc. fratres, & alter Fran. Marchio, tanquam proximiores quon. Illust. fideicōmittenti admitti debeant ad ipsum fideicōmissum stan
9 te conclusione vera, quæ habet, ꝙ † proximiores illi dicuntur, quos nemo antecedit. l. proximus. l. proximi l. in vulgari. ff. de verb. sign. Corne. in consi. 154. columna 2. versi. nec obstat. volumine 3. Paris. in cōsilio 20. numero 21. volumine 2. Port. in consilio 55. num. 57.

¶ Quòd autem excludendus veniat Comes Georgius demonstratur arguendo à sufficienti partium
10 enumeratione, ꝙ † argumentum in iure validissimum est l. patre furioso. vbi notant omnes, & in specie Iaſ. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. glo. in l. 1. in glos. magna circa medium. ff. de actio. & obligatio. Paris. in consilio 67. num. 13. volum. 4. Socin. Iunior in consi. 79. num. 49. volum. primo, 81. num. 9. & 100. num. 44. volum. eod. Grat. in consil. 25. num. 12. vol. 2. & 29. numero 19. volum. eodem. Nam primò, aut ipse Illust. Comes Georgius vult venire ad ipsum fideicommissum, tanquam in specie nominatus, hoc dicere non potest: quia de eo nulla mentio habetur in ipso fideicōmisso, & hoc per regulam, quæ habet,
11 ꝙ † in fideicommissarijs superstitionibus semper dici potest hoc casu substitutio nō loquitur de te, si vis dicere contrarium proba. Soc. in consil. 62. columna 3. vol. 3. & in consi. sequenti. columna 8. Paris. in consilio 8. nu. 11. volum. 2. Gozad. in consilio 21. nu. 8. Soci. Iun. in consi. 135. col. 3. volum. 2. consi. 111. numero 27. vol. 1. & 102. num. 23. volum. eod. Craue. in consi. 161. nu. 16.

¶ Aut vult venire secūdò virtute transmissionis quia Illust. quondam Comes Ioannes Firmus eius pater, qui erat proximior tempore conditi testamenti, vel mortis testatoris, quamuis mortuus ante euē tum conditionis ipsius fideicommissi, ius ipsum cō ditionale ad eum transmiserit, & hoc etiam dicere non potest: quoniam ius conditionale, non trāsmittitur in hæreditate ascendentium ab ascendente in filios vel descendentes. si fideicommissarius decedit pendente conditione, ergo nec in hæreditate transuersalium, vt per Bart. in dicta l. vnica. §. sinautem C. de cadu. tollen. l. hæredes. mei. §. cum ita, vbi glo. expressa in verbo suscepisset. ff. ad Trebel. vbi Alex. inquit illum text. ad hoc esse meliorem de iure glos. Bart. & alij in l. prima. C. de his, qui ante aper. tabu. Iaſ. in consilio 80. in fin. volu primo, vbi dicit, quòd nō inuenit aliquem scribentium de mundo, qui deuiet ab hac cōclusione, & in l. cum filio. in 5. notabili, de lega. primù, quā glo. in dicta l. is cui. reprobant communiter Doctores, vt tradunt, Alex. in cons. 36. colum. 2. volum. 3. 82. columna secunda, consilio 62. colum. 1. volu. 7. & 198. in princip. volum. 6. Paris. in consil. 18. num. 67. volum. 2. 77. columna prima, & secunda, 37. num. 77. 89. numero 10. volum. eod. Soci. in consilio 77. in princ. volum. primo, Bero. in cōsi. 117. num. 7. volum. 2. & 94. numero 13. cùm sequēti volum. eod. Dec. in consi. 416. in fin. & in consil. sequenti. colum. 2. Soc. Iun. in consilio 117. numero 16. cum nonnullis sequentibus volum. primò, vbi citat hanc esse approbatissimam conclusionem à qua nephas esset in iudicando, & consulendo recedere, ꝙ & inquiunt ibi Curt. Iun. & Paris. in subscriptione ipsi us consilij. Crot. in l. prima colum. 15. versic. 5. conclusio. de lega. primò, vbi respondet omnibus dictis & considerationibus Socin. in l. hæredes mei. §. cū ita, qui contrarium tenuit, & si attestetur, hanc esse communem à qua in iudicando non est recedendū. idem Socin. in consilio 6. columna tertia & quarta, volumine 3. Rub. Alexand. in consilio 8. numero 3. 35. numero 6. & 48. columna secunda, Curt. Iun. in consilio 69. in princip. 92. numero 8. & 96. in princi. Craue. in consilio 152. numero 13. Cepha. in consilio 283. numero 22. Ruin. in consilio 77. numero 10. volumine 3. 79. numero 13. & 130. numero 2. volu. eod.
12 Natta in consi. 68. nu. 6. & 191. num. 2. quod † procedere videtur, siue loquamur de substitutione vulgari. l. si & plurib. ff. de suis & legit. hęred. l. toties. ff. de
13 acqui. hæred. siue † de pupillari. l. qui liberis. §. hæc verba. l. sed si plures. l. qui habebat. ff. de vulg. & pu-
14 pil. siue † de reciproca, & de omnia alia comprehensa in illa, dicta l. qui plures. l Lucius. §. publius. eod.
15 tit. de vulg. & pupil. siue † de substitutione fideicommissaria. l. si cum plures. vbi glos. ff. quando dies lega. cedit, Alex. in consilio 36. columna secunda, volum. 3. 198. in princip. volumine 6. & 62. columna 1. volumine 7. Curt. Iun. in subscriptione consilij Soc. Iun. 117. in primo vol. Bero. in consilio 94. nu. 13. vol. 2. Craue. in cons. 52. nu. 5. & Rub. Alex. in cōs. 35. nu. 6. si igit hæc sentētia passim procedit in hæreditate ascē
16 dentium, quamuis † etiam substitutus esset nominatus, vt per Paris. in citato consil. 18. nume. 66. & in
17 consi. 77. in princip. volum. 2. quanto † magis, hoc dicendū venit in hæreditate trāsuersalis, & vbi substitutus non fuit in specie nominatus.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd præmissa cōclusio, etsi vera sit, tamen locum sibi vindicare non
18 potest, vbi † posset apparere de contrario ex coniecturata mente testatoris, quòd transmissio locum haberet: quia tunc ea sibi locum arrogat, fideicommissario etiam moriente conditione pendente Bal. in l. vnica. C. vt actio. ab hæred. columna prima, Soci. in d. §. cùm ita. columna quarta, Dec. in consi. 417. colum. secunda. Curt. Iun. in consilio 96. in princip. 87. in fin. 69. in princip. & 11. colum. 6. quam partem vti communem sequitur Paris. in consilio 77. num. 19. vol. 2.

¶ Quia respondetur, ꝙ in casu, de quo agitur, nulla penitus extat cōiectura testatoris, ꝙ voluerit trāsmissionem fieri. Imò contrarium voluit, dum ad fideicommissum vocat agnatum proximiorem, & sic ꝙ seruaretur gradus prærogatiua, in qua gradus

proximitate non fuit repertus quondam Illust. Comes Ioannes Firmus tempore secutæ conditionis, quæ attendi debet, vt infrà dicetur. sed prædicti Illust. Ioannes Iacobus, Franciscus & alter Franciscus Marchio, nam si testator hoc voluisset, videlicet, ꝙ transmitteretur hoc fideicommissum ad dictum Comitem Georgium, vtique hoc exprimere sciuisset. cum tempore conditi testamenti essent in rerũ naturã tàm dictus quondam Illustr. Comes Ioãnes Firmus, quàm Illust. Georgius eius filius: vnde cum non expresserit, datur intelligi, ꝙ noluit transmissionem locum habere. l. prima. §. finautem. Cod. de cad. tollẽ. & † quia iste casus omissus fuit à testatore, ideo remansit in dispositione Iuris communis, de qua suprà. l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. quod & alia ratione demonstratur. Nam si testator non dilexit dictum quondam Illust. Comitem Ioannem Firmum in eius testamento in instituendo eũ, qui erat sibi proximior tempore dicti testamenti & maioris ætatis, quàm esset Illustr. quondam Comes Ioãnes Iacobus hæres ab eo institutus & remotior: quia primus ætatis annorum quadraginta, & alter quindecim, & de dicto Comite Ioanne Firmo nullã mentionem specialem fecerit, nec de eius filio in institutiõe & substitutionibus, meritò insurgit: quod noluit transmissionem ipsam locum habere. Nam † quod testator nõ loquitur velle non præsumitur, Bald. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. in l. vnica. §. finautem ad deficientem. per illum text. C. de cadu. tollen. Dec. in consilio 63. columna secunda, Parisien. in consilio tertio, numero octauo, volumine tertio, item † affectio testatoris potissimum in fideicommissis consideratur, Rub. Alex. in consi. 36. num. 9.

¶ Aut tertio vult venire vti primogenitus quondam eius patris ad successionem ipsius fideicommissi, præsupponendo, ꝙ dum testator vocat agnatum proximiorem debet subaudiri primogenitum. & iterum dicitur, ꝙ ex hoc capite venire non potest: quia in terminis nostris non fuit vocatus dictus Comes Ioãnes Firmus vti alicui primogenitus sed fuit vocatus agnatus proximior, inter quos casus magna extat differentia. Nam † proximior agnatus dicitur per respectum ad alium cui succeditur: quia si tẽpore quo Titius decedit, ego sim sibi proximior, quamuis alius ante fuerit proximior, mihi defertur hæreditas: quia verum est me esse sibi proximiorẽ, sed quando quis vocatur, vti primogenitus non † dicitur primogenitus per respectum ad illum, cui succeditur, sed per respectum ad secundogenitum, si ergo nunc, cum Titius moritur ego sim secundogenitus, licet sim proximior Titio, non tamen est verũ, ꝙ ego fuerim primogenitus sed frater meus, qui præmortuus est, & ideo si extat ex eo aliquis descendens non possum vindicare mihi ius primogenituræ, sed ipse sibi primò nascendo vindicauit pro se, & suis posteris: quia † hæc est qualitas habens actum momentaneũ, quę acquiritur incontinenti cum nascatur, sed proximitas habet tractum successiuum, ideo secundum qualitatem temporis variatur, sed altera non sic, argumento l. insulam infrà bienniũ. ff. de verbo. oblig. ita Paul. de Castro in consilio 161. colum. quinta, in fin. secundum antiquam impressionem.

¶ Vlterius dicitur, quòd † vocatio specialis proximioris est attendenda, vt per Alexand. in consilio 123. in princip. volum. primo, pro cuius confirmatione facit, ꝙ voluit Ang. in consilio 305. vbi vult, ꝙ si testator voluit, ꝙ legatum factum vxori post eius mortem reuertatur ad filias institutas, & ad earum hæredes, quòd superstite vna filia illa præfertur hæredibus extraneis alterius prædefunctæ, quia filiæ sunt nominatæ in specie & hæredes in genere, Soci. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthum. dum voluit, ꝙ si quis instituat fratrem & eius liberos, ꝙ non tantum liberi admittũtur ordine successiuo tã quàm vocati per nomen collectiuum secundum Alexand. & Alexand. ibi. sed etiam idem ordo seruari debet inter patrem & filios, & sic frater debet præferri. vt æqualis sit determinatio l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. & ratio est secundum Ruin. in consil. 101. numero decimo, volum. secundo, vbi citat Alexand. Ange. & Soc. qui frater dicitur vocatus nomine speciali, licet non sit expressum nomine proprio.

¶ Præterea dicitur, quòd non debet fieri aliqua subauditio: quia † interpretationi locus non est, vbi verba sunt clara, vt in casu nostro, vbi vocatur proximior agnatus. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. Cepha. in consil. 222. nu. 8. item dicitur, quòd si testator id voluisset vtique dixisset, ꝙ eum nõ expresserit aliud sensisse videtur, dicta l. prima. §. finautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Nam testator quod non loquitur velle nõ præsumitur, Bald. in d. §. finautem. Dec. in consil. 696. nume. 19. & in consil. 465. num. 7. & non sufficit † testatorem ita voluisse nisi disponat. Bal. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. quæ † voluntas dicitur concipi ex verbis testatoris. l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthu. & ideo dixit Bal. in cap. mandatum de rescrip. quòd † voluntas testatoris in corde retenta non attenditur, sed in casu nostro non sunt aliqua verba testatoris apta ad hoc ergo, &c.

¶ Vltimò dicitur, quod cum mens testatoris fuerit talis, vt demonstrant eius verba, à quibus nõ est recedendum. l. non aliter. de lega. 3. cum † obtineat primum locum. l. in cõditionibus primum locum. ff. de conditionibus & demonstrationibus, quòd † voluntatem ipsius testatoris sectari debemus sicut venator leporem, Bal. in l. quidam. C. de hæred. instit. Soc. Iun. in consilio 84. in princip. volum. 1. item dicitur † si alia fieret interpretatio, vtique à sapientibus licitè possemus reprehendi, quod vtique faciẽdum non est. l. Saluius Aristo. ff. de lega. præstan. Soci. Iun. in consilio 76. num. 11. volum. 2. Crot. in consil. 8. num. 26.

¶ Aut quartò vult venire ex vi repræsentationis subintrando locum patris sui in dicto fideicommisso per §. cum filius. de hæred quæ ab intesta. cum similibus, & etiam hoc facere non potest multiplici ex capite. & Primò, illud quod dicitur, ꝙ † filius repræsentet patrem, procedit in dispositione legali, secundum, quam filius ingreditur locum patris in hęreditate aui & aliorum ascendentium, vel in hæreditate patrui carnalis amitæ vel materteræ, secus quãdo agitur in dispositione hominis: quia tunc cessat huiusmodi repræsentatio. Bald. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. Alexand. in consi. 4. col. 4. verficu. fortificantur. volum. 4. & in consi. 129. colu. secunda, versi. istis sic. vol. 5. Dec. in consil. primo. 83. colum. fin. 517. nume. 9. 553. in princip. & 408. in fin. vbi inquit ita fuisse iudicatum in rota Curiæ Romanæ 478. in fin. 474. nu. 7. & 480. num. 9. Iaſ. in l. secunda. C. de successio. edic. & in consil. 31. inter consilia Rub. Alex. vbi attestatur hanc sententiam veram & magis communem. idem Rub. in consilio 36. cũ quatuor sequentibus. Gozad. in consilio 29. columna 2. Paris. in consil. 30. num. 63. volum. 2. 90. num. 46. volum. eod. Soc. Iun. in consilio 9. num. 2. volum. 2. 149. num. 10. volum. eod. & 140. num. 11. volum. 3. quam partem vti communem sequuntur Bero. in consilio 94. num. 15. volum. 2. Grat. in consi. 27. num. 20. volum. 3.

lum.1.& vti frequentiori calamo receptam Deci. in consi.480.Port.in consi.52.num.5.cum sequenti vbi inquit,q̃ maior pars Doctorum maximæ auctoritatis sequitur hanc opinionem,quæ tenenda est,tanquam magis veram & magis communem & in consil.128.numero 12.Crot.in consil.9.& quam vti magis communem sequitur Alcia.in consilio 25. tomo primo,lib.2.

¶ Verũ quia multi sunt qui dissentire videtur ab hac sententia,vt dixi in consi. meo 68.in primo vol. ideo & alio modo respondetur, q̃ filius non ingreditur locum patris, quando testator substituit proximiores,vt per Didac.in libro prac.quæst.cap.37.vbi reprobat Tiraquel.aliter sentientem,pro cuius confirmatione adducitur Port.in consilio 128.colum.3. in fin.versic.quibus tamen non obstantibus, vbi inquit,q̃ si testator substituit proximiores, frater solus excluso nepote veluti proximior admittitur:nã cum testator proximiorem vocauerit, sanè ordinẽ graduum verè non autem interpretatiuè perpendisse videtur,& ideo q̃ cum hæc interpretatio Iuris rationi accomodatior est, præferenda est,ne aliàs proximioris adiectio superflua esset, q̃ à Iuris ratione dissidet.l.si quando,de lega.primo, quod & alijs rationibus comprobat, quas non refero, cum videri possint.idem tenuit Paris.in consilio 30.num.59.volum.2.& in consil.40.num.17.volum.eod. & Dec. in consil.primo,colum.fin. versicul.4.sed in casu præsenti testator vocauit agnatum proximiorem, ergo,&c.

¶ Tertiò respondetur,q̃ supradicta conclusio locum non habet in hæreditate aliorum transuersalium in qua filius non subintrat locum patris, cum tantum ea procedat,vt supradictum fuit,in hæreditate ascendentium vel patrui carnalis,Ang.in §.reliquum.in authen.de hæred.ab intesta. in 3.notabili. Dec.in consi.1.columna secunda,8.colum.fi.527.nume.9.Paris.in consi.30.num.4.volum.2.& in consi. 20.num.25.vol.eod.vbi dicit, q̃ licet de iure cõmu-
34 ni verum sit, q̃ † in successione filius repræsentet locum patris præmortui vel matris, quando agitur & tractatur de successione aui vel alterius ascendentis.item & quãdo agitur de successione patrui, secus tamen in alijs casibus:quia tunc non subintrat locũ patris nec eum repræsentat,sed proximor succedit, & qui potior est in gradu transuersalium, potior est in successione earum.iterum in consilio 36. colum. secunda,volumine secundo,Port.in consilio 53.nume.5.& 111.num.5.sed in casu nostro sumus in successione transuersalium,ergo non obstat conclusio supradicta.

¶ Et quòd in terminis nostris attendi nõ debeat proximitas tempore conditi testamenti vel mortis testatoris,sed tempus euenientis conditionis apertè demonstratur ex communi conclusione,quæ habet
35 quod † quoties dispositio testatoris est collata in aliquod tempus futurum & incertum,tunc illa dispositio.quæ respicit futurum tempus, nõ restringitur ad proximiores, qui erant tempore testamẽti,iuxta l.si cognatis.ff.de reb.dub. sed extenditur ad existentes tempore cõditionis euenientis, & sic in tempus quo defertur fideicommissum.ita Ioa. Andr. in addit. ad Spec.in rubrica de testa.columna tertia,vers. item Lambertinus, Alexan. in consilio 22.& 26.vo-
36 lum.3. Dec.in consi.38.columna quarta,vbi † dispositio testatoris collata in tempus futurũ non restringitur ad descendentes natos tempore conditi testamenti,sed etiam in nascituros, & sic in his qui reperiuntur tempore conditionis fideicõmissi, & in cõsilio 217.in fin.vbi dicit,q̃ licet quando testator in fideicõmisso vocat alios filios hæredes institutos & suos pronepotes,nati & concepti post mortem proaui testatoris non videantur esse de suis.l. Titius.ff. de suis, & legit. tamen illud procedit in successione ab intestato non quando agitur de successione ex testamento collata in euentum cuiusdam incertæ substitutionis:quia eo casu attenditur tempus euenientis conditionis,rursus in consilio 253.in fin.468.columna 4.in fin.versicul. & dominæ Aluisiæ.498.numero vigesimo.& in Rubrica.C.de successi.edict.Soci.in consilio 10.columna fina. volumine tertio, vbi concludit, quod & si quando vocantur cognati vel illi de familia à testatore ad aliquod fideicõmissum veniant tantum illi,qui reperiuntur de familia tempore mortis, vt in l. cum ita.§.in fideicommisso.de lega.2.tamen quando fideicommissum est conditionale,satis est quod sint agnati & de familia concepti tempore existentis conditionis, Ruin. in consil.22. numero 8.volum.2.96. numero 17.vbi in terminis nostris loquitur. 100. numero 5. 119. numero decimo,158.numero 15.& in consilio 223.numero 16.volum.eod.vbi substitutione facta sub illa conditiõe, si domus alienabitur,veniũt descendentes nati vel concepti tempore alienationis,& sic purificatæ conditionis,rursus in consilio 143. numero 10.volumine 3.Paris.in consilio 31.numero 41.volumine 2.vbi
37 tradit, q̃ † quãdo substitutio est facta per verba denotantia tractum temporis futuri comprehendit etiam nepotes conceptos & natos per mortem testatoris,& quod attenditur tempus euenientis conditionis,& quod satis est, quod concepti reperiantur tempore,quo cedit dies fideicommissi in consi. 39. numero 16.41.numero nono,83.numero 13. 88. colpenult.in princip.& in consilio 36.numero 10. volu. eod. vbi concludit, q̃ si testator filio suo seu liberis præmorientibus,& decedentibus vocat liberos masculos filiorum suorum superuenientes,dicta verba considerant tempus euenientis conditionis,& sic illos,qui tunc temporis erunt superuiuentes, & non conceptos, nec natos tempore conditi testamenti vel mortis testatoris. & ideo quòd satis erit, q̃ tẽpore euenientis conditionis pronepotes,de quibus in casu suo, reperiantur superuenientes, cum testator non tantum cogitauerit de natis,sed etiam de nascituris: motus hac ratione, quia dicta dispositio erat collata in tempus conditionis euenientis, per l. ei quoque.ff.de pecul.lega. Alcia.in consilio 80. nume. 3.in 3.Tomo,& hanc esse communem opinionẽ attestantur Cepha.in consi.16.numero 63.& 262.nume. 8.& magis communem Rub. Alex. in consi. 8.in fin. & in cons.28.colum.tertia,& Ceph. in allegato consi.262.num.16.Curt.Iun.in cons. 111.nume.19.idem voluit Soc.Iun.in consi.126.numero 53. volumine 1. vbi dicit,q̃ quando fideicommissum est dilatum in futurum euentum & in euentum cõditionis,si nulli masculi superfuerint,qui euentus erat incertus,& poterat longissimo tempore post mortem testatoris euenire,quo tempore non potuissent reperiri ali quæ fœminæ ex suis descendentibus, quæ eo viuo fuissent in rerum natura,sed aliæ post mortem natę vel conceptæ, q̃ illæ omnino ad fideicommissum admittendæ sunt: quia de eis etiam testator sensisse videtur,& illas quantum ad fideicommissum cẽsetur dilexisse,licet nunquàm viderit, ad hoc facit gl. in l.eum qui.in verb.conditio.ff. de cond. & demõ.
38 vbi sic dicitur † in legato conditionali solummodo tempus existentis conditionis inspicitur, allegat.l. interuenit.ff.de lega.præstã.vbi id etiam vult Odofred. prout & dictam l.ad hoc allegant Soc.in l.si cognatis.in 4.notabili in ver.ex quibus infertur. ff. de reb.dub.Cepha.in consi.16.num.63.& Crot.in consil.58.nu.27.versicu. non obstant. sed in casu nostro

verba sunt plusquàm clara, & dispositio dicti quondam Illustrissim. domini fideicommittentis est collata in futurum euentum conditionis & incertum: quia prædictus dominus testator instituit, hæredẽ suum Illustrissim. Ioannem Iacobum Triuulcium, & ei substituit filium eius primogenitum masculũ legitimum, & de legitimo matrimonio, vel eius primogenitum, si minus, alium filium maiorem natu post primogenitũ dicti substituti si aderit, & vbi deficeret linea descendentium dicti hæredis sui instituti, eo casu sibi substituit agnatum suum masculũ legitimum in gradu proximiorem. Cùm ergo collata sit dicta dispositio testatoris in futurum tempus & incertum, certè negari non potest quin attendi debeat proximitas agnati tempore euenientis conditionis, & sic quòd supradicti Illustr. domini Ioannes Franciscus & Iacobus fratres, vnà cum altero Illustr. Francisco Marchione, qui reperiuntur proximiores agnati tempore quo cessit dies fideicommissi, admittendi veniant ad ipsum fideicommissum excluso prædicto Illust. domino Georgio tanquàm existente in remotiori gradu. Nam alter dicere esset infulsum & supinum & contra omnem rationem legalem.

¶ Nam aduertendum est, quòd cum testator tempore sui testamenti cogitauerit, quòd in casu euenientis conditionis incertæ propter multas substitutiones per eum factas, quæ longissimum tractum temporis respiciunt: non poterat esse in rerum natura quondam Illustr. Comes Ioannes Firmus tempore sui testamenti sibi proximior: ideò ordinauit, quod proximior agnatus, qui reperietur tempore euenientis conditionis, admitteretur, & non proximior tẽpore testamenti. vnde cum ista sit clara voluntas & mens testatoris. quæ omnino attendi debet, cum omnia regat, gubernet & primum locum obtineat, obseruanda venit l. in conditionibus primum locũ. ff. de cond & demonst. Nam eam sequi debemus, vt venator leporem. Bald. in l. quidam. C. de hære. inst. Soc. Iun. in consilio octuagesimoquarto, columna prima. volumine primo, & in cons. 126. in prin. vol. eod. & tanto magis hoc dicendum venit stantibus verbis ipsius testatoris, dum dixit, & vbi deficeret linea descendentium hæredis sui instituti, eo casu sibi substituit agnatũ suum masculum in gradu proximiorem. Nam põderanda sunt illa verba eo casu, quæ sunt limitatiua fideicõmissi, & substitutionis ad casum in quo linea descendentium hæredis instituti deficeret, & sic ad tempus, quo dies fideicõmissi, cedit & hoc ex mente & voluntate testatoris, quæ ex huiusmodi verbis colligitur, ad tradita per Anch. in consilio 357. columna tertia, versiculo tertio. Roma. in consilio 131. in versiculo secundo. Dec. in consilio 99. columna tertia, & in consilio 236. columna prima, inquit, quòd dicta verba limitant fideicommissum, ita vt non trahatur dispositio testatoris. ex-
39 tra illum casum, & in consilio 273. vbi † illa verba restringunt dispositionem præcisè ad casum expressum, ergo ad casum euenientis conditionis, Paris. in consilio 30. numero 55. volumine 2. vbi post alios
40 ibi per eum citatos inquit, & † si testator in substitutionibus suis tunc vltimo morienti substituit proximiores, ista verba exponuntur, hoc est, & per fideicommissum illi succedant, quia proximiores tũc re-
41 periuntur: quia † illa dictio tunc, denotat extremitatem temporis. l. 4. §. fi. ff. de cond. & demonstr. & limitat dispositionem testatoris ad casum tantũ formaliter expressum, ergo idem dicẽdum venit in ca-
42 su nostro per dicta verba eo casu, quæ † etiã important extremitatem temporis, cùm idem important
43 illa † verba eo casu, & dictio tunc, glos. in l. Gallus. in princip. ff. de lib. & posthum. in verbo tunc, vbi Ang. in octaua colu. exponit dictionem tunc, id est, eo casu, vel eo tempore.

¶ Restat modo, vt remoueantur, quæ in contrarium adducta fuerunt, & quoad primum dicitur, & argumentum ipsum procedit in legato, vel fideicõmisso, puro & simplici secus in conditionali glos. in dicta l. eum qui. in verbo conditio. ff. de cond. & demonst. Soci. in dicta l. si cognatis. in 4. notabili. Paul. de Castro in consilio 78. viso præmisso. secundũ antiquam impressionem. Ruin. in consilio 96. numero 17. volumine 2. & 123. numero decimosexto, volum. eod. sed nos sumus in fideicommisso conditionali, ergo &c.

¶ Similiter ad secundum respondetur, quòd in contrarium est communis opinio, vt videri potest suprà in vers. aut vult venire secundo.

¶ Vltimò non obstat repræsentatio suprà allegata: quia, vt suprà dictum fuit in versicul. aut quartò vult venire, satis liquidò constat ex rationibus & auctoritatibus, ibi allegatis repræsentationi locum nõ esse in casu, de quo agitur.

¶ Quoad vltimum caput dicitur, quòd ex quo dicti Illustres Comites Ioannes, Iacobus & Frãciscus, ac Marchio Franciscus reperiuntur proximiores dicto illust. quondam fideicommittenti tempore euenientis conditionis (vt suprà dictum fuit) tanquàm existentes in eodem gradu, succedere omnes in dicto fideicommisso, quamuis in substitutione fuerit vocatus in numero singulari agnatus proximior, vbi deficeret linea descendentium hæredis instituti
44 quoniam indubitati iuris est, & † testator in dubio videtur velle id quod lex disponit, & & succedentes habeant succedere secundum ordinem legis. l. cum fratrem. vbi Bal. in fi. C. de cond. inser. Dec. in consi. 47. in fin. Port. in cõsi. 52. numero 16. Crot. in consi. 36. num. 4. l. Gallus. §. primo, vbi Scribẽtes. ff. de lib. & posthum. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Tre-
45 bel. Alexan. in consilio 55. nũ. 4. vol. 4 quoniam † testator fingitur cogitare illud quod lex disponit, Bal. in l. precibus. colum. penultim. in princip. C. de impub. & alijs substit. Crot. in consil. 7. nu. 38. Emilia. in consi. 44. num. 5. & 12. nume. 17. 60. num. 4. & 139. in fi. sed sic est, & secũdum veras & communes con-
46 clusiones, quando † vocatur proximior: & sunt plures in eodem gradu: perinde est acsi testator vocaret proximiores in numero plurali. §. si plures. Instit. de legit. agna. succes. vbi licet lex vocet proximum ad successionem: si tamen sunt plures æquè proximi & in eodem gradu: omnes pariter admittuntur: ergo videtur, & vocatio agnati proximioris ad omnes
47 extendatur. Nam † numerus singularis tunc verificatur in pluribus vel econtra numerus pluralis verificatur in vno: quando eadem est ratio: puta quando reperiuntur plures in eodem gradu: nã nulla diuersitas considerari potest: & vnus magis admittatur quàm alter, ideò omnes simul admittũtur. simi-
48 liter, quando † testator substituit filio suo decedenti sine liberis, & filius decedit relicto vno filio vel filia, ratio suadet, & ita excludatur substitutus sicut si liberi plures relicti essent. l. non est sine liberis. ff. de ver. sign. l. prima, vbi omnes notant. C. de cond. insert. Port. in consi. 13. num. 25. Natta in consi. 200. nume. 6. secus quando esset diuersa ratio: quia tunc nũmerus singularis ad plures non pertinet, l. fin. ff. ad Trebel. Craue. in consi. 161. numero 4. & ita in terminis nostris cõsuluit, idem Craue. in consil. 180. num. 3. cum sequentibus. Facit, quod voluit Bald. in l. de
49 quibus, car. pen. ff. de legib. vbi inquit, & † quando plura habent eandem rationẽ, licet de vno fiat mentio, videtur fieri exemplariter & non restrictiuè, &

Bal.

Bal. sequitur Alex. in consilio 75. nume. 4. vol. 5. Nec
30 mirũ hoc esse videtur, cũ † vicissim singulare pro plurali capiatur & è contra. Zas. in l. secunda, nume. 32. ff. de orig. iur. Bald. in l. cum inter veteres. C. de fi
31 deicommiss. libert. vbi vult, ℣ † in omni materia etiam vbi non sit fauor libertatis, numerus singularis verificetur in plurali, Ias. in l. qui filiab. §. primo, de lega. primo, Stante igitur hac conclusione, quæ vera est, & ab omnibus recipitur, indubitata resultare videtur sententia, ℣ cum dicti Illustr. Comites Ioannes Iacobus, & Ioannes Franciscus fratres ac Marchio Franciscus sint in pari gradu, & non sunt fra-
32 tres fideicommittentis nec filij fratrum, ℣ † fideicommissum distribui debet inter eos in capita & nõ in stirpes, per text. in §. si verò neque. in auth. de hæred. ab intesta. in authe. cessante. & in auth. post fratres. C. de legit. hæred. & vbique per Scriben. Paris. in cons. 37. in fin. volum. 2. Ang. in §. cum filius. colu. secunda, in fin. versic. item quia, instit. de hæred. quę ab intesta. Ruin. in consilio 154. in princip. volum. 1. Bero. in consi. 68. colum. 2. in prin. volum. 1. Emil. in consi. 70. num. 16.

33 ℣ Nec habet obstare, quòd † cũ testator fecerit mentionem de primogenitis, tam post institutionẽ hæredis quàm post substitutionem, de agnato proximiore, quod etiam multum consonat, ℣ voluerit agnatum proximiorem substitutum, qui in medio
34 clauditur, fore primogenitum: quia † vna pars declarat aliam. l. qui filiabus. cum alijs vulgaribus. ff. de lega. primò, & per ea quæ notat Dec. post alios re-
35 latos in consi. 515. vbi † si facta fuit mentio de masculis in vna parte testamenti & in alia parte testamenti fit dictum de filio simpliciter, intelligitur de filijs masculis. Quia respondetur, quòd licet istud sit ve-
36 rum, tamen non debemus dicere, ℣ † qualitas apposita in vno capitulo testamenti dicatur repetita in alio capitulo separato, claro, & non dubio continente orationem perfectam & diuersas personas, vt est casus præsens, maximè cum in vno quoque capitulorum ipse testator specialem, & claram fecerit substitutionem & dispositionem, quo fit vt clausula & qualitas in vna apposita non possit referri ad aliam vt per Bart, & modernis in l. talis scriptura. §. fin. de lega. primò, Alcia. in consilio octauo numero trigesimoquarto. in 3. Tomo. eo etiam maximè: quoniam
37 regula generalis & communis habet, quòd † dispositio testatoris facta in vno casu non extendatur ad alium. l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. Paris. in consilio 87. numero quadragesimonono. volum. 2. nec ita passim procedit decisio Decij & aliorũ per eum citatorum: quia contrarium tenuit idem Deci. in consilio 416. numero 19. Alexan. in cons. 38. num. 3. cum sequenti volu. 7. vbi manifestè cõcludit, qua
38 litatem † masculinitatis expressam in vno capite nõ trahi ad aliud caput, nec ad aliud censeri repetitam
39 & in consi. 87. volum. 2. vbi determinat, ℣ † qualitas masculinitatis solum venit consideranda in casibus prouisis & expresis nõ autem in alijs sic omissis, & sic ad casum præsentem dicta qualitas primogenitu ræ considerata & expressa erga descendentes hæredis & agnati proximiores nullo pacto cẽsentur repetita in casu præsentis substitutionis factæ de agnato proximiori, in quo fuit omissa. Nam si testator hoc voluisset verisimiliter sciuisset hoc dicere, vnde cũ omiserit & non expresserit videtur voluisse dispositionem Iuris cõmunis, quæ est, ℣ appellatione proximioris agnati veniat agnatus proximior, & alij existentes in pari gradu. §. si plures. instit. de legit. agna. succes. & non primogenitus proximior tantum, & contra Dec. vbi suprà, multũ larè consuluit Paris. in cons. 36. nu. 17. cum pluribus sequentibus vol. 3. vbi cum Curt. Sen. attestatur hanc esse communem. Ias. in dicta l. qui filiabus. columna prima, vbi dicit hoc summè notandum.

SVMMARIVM.

1 *Pronomen meum, præsens tempus significat.*

2 *Testator si dicit substituo filio quandocunque decedenti sine filijs legitimis proximiores meos, illud pronomen meos, intelligitur tempore mortis testatoris & non postea.*

3 *Dispositio testatoris, quando est collata in aliquem futurum euentum & incertum, in quem verisimiliter erat dubium an tũc tempore extarent proximiores, qui erant tempore conditi testamenti, vel mortis, tunc attenditur proximitas (secundum communem opinionem) tempore euenientis conditionis.*

4 *Testator quando diuertitur ad plures gradus, ita quòd verisimiliter non cogitauerit de conceptis in vita, ad mittuntur nati post mortem.*

5 *Declaratio ad l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. quòd in casu ipsius legis non fiat restrictio ad tempus præsens confectionis testamenti ex vi & natura pronominis meum, sed ex vi & natura dispositionis, quæ est præsentis temporis.*

6 *Pronomini non accidit tempus, sed genus, numerus figura, persona & casus.*

7 *Participio bene accidit tempus sicut verbo.*

8 *Dispositio dictæ l. si ita, non refertur ad futura sed tantum tempus præsens, quia tempore testamenti testator non poterat præuidere, quæ futuræ esse possent vestes, quas legabat, secus si præuidere potuisset: quia tunc venirent & futura.*

9 *Verba moderari debent secundum naturam subiectæ materiæ.*

10 *Verborũ interpretatio sumitur à ratione subiectæ materiæ.*

11 *Verba in dubio semper sunt intelligenda & restringenda secundum naturam subiectam.*

12 *Dispositio dictæ l. si ita, procedit, nisi verbum præsentis temporis sit tale, quod eius effectus deferatur in futurum: quia tunc iudicatur secundum tempus futurum.*

13 *Dispositio dictæ l. si ita, limitatur non procedere quando verbum præsentis temporis ratione adiuncti potest importare futurum: quia tunc verba ratione adiuncti perdunt naturam, & capiuntur secundum adiuncti naturam.*

14 *Verba eo casu, adiecta tempori præsenti operantur, vt verbum præsens trahatur ad futurum.*

15 *Verba eo casu, denotant extremitatem temporis.*

16 *Verba præsentis temporis cum aduerbio tunc, referuntur ad tempus futurum.*

17 *Dictio tunc, significat extremitatem temporis.*

18 *Dictio tunc, idem importat quòd illo tempore.*

19 *Verba eo casu, idem significant quòd tunc.*

20 *Dispositio dictæ l. si ita limitatur locum non habere vbi aliter constat de voluntate testatoris, quòd voluerit futura comprehendi.*

21 *Verborum rigor & forma prostergatur in vltimis voluntatibus, vbi de mente testatoris constat.*

22 *Verba semper debent deseruire intentioni testatoris, & non è contra.*

23 *Verba subiugo proferentis, tanquàm sub proprio originali consistunt: quia mens loquentis dicitur radix & substantia verborum.*

24 *Verba non debent esse sine virtute aliquid operandi.*

25 *Verbum quodlibet debet intelligi positum, ne frustrà prolatum dicatur, & ne ociosum remaneat.*

26 *Verba quælibet, dictiones & syllabæ debent intelligi posita, vt aliquid operentur.*

27 *Mens testatoris ante omnia inspicienda est, cum totum faciat in testamentaria dispositione.*
28 *Reprobatur Bal. in consi. 477. volu. 3.*
29 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*
30 *Paria sunt legem non allegare vel allegare, sed ineptam.*
31 *Dispositio l. si cognatis. ff. de reb. dub. locum habet in legato puro & simplici non autem conditionali.*
32 *Doctoris auctoritas eatenus probat quatenus lex quàm allegat docet.*
33 *Lex prima. §. si quis proximior. ff. vnde cognati. & l. Titius. eod. tit. procedunt in successione ab intestato, non autem ex testamento.*
34 *Opinio illa dicitur esse probata, quæ est disputata per Doctores, non autem quando perfunctoriè loquuntur.*
35 *Testator, vocans consanguineos masculos & proximiores de patrimonio seu eius cippo, non intelligitur vocasse, qui reperiuntur tempore mortis, sed tempore conditionis sequutæ.*
36 *Terminus eius est pronomen.*
37 *Illatio recta fieri non potest ex separatis & diuersis.*
38 *Secunda substitutio recipit interpretationem à priore.*
39 *Verba testatoris quando sunt dubia, tunc sumitur interpretatio à præcedentibus, secus quando sunt clara, quia tunc verba ipsa attenduntur.*
40 *Verba testatoris quoties sunt clara, ab eis non conuenit discedere, nec vltra quærendum est.*
41 *Verba quando sunt clara, nõ est facienda quæstio mentis statuentium.*
42 *Quod amplia procedere, etiam si actus periret.*
43 *Verba quando sunt clara non recipiunt interpretationem à consuetudine.*
44 *Verba quando sunt clara non sunt intelligenda secundum actus.*
45 *Tenor inuestituræ, & eius verba potius sunt inspicienda, quàm natura feudi.*
46 *Verba expressa denotant voluntatem testantis.*
47 *Verba clara per iuris subtilitatem aut strictam verborum interpretationem impediri non possunt.*
48 *Nepos ex primogenito iam mortuo præfertur secundũ communem secundogenito.*
49 *Primogenitura est qualitas momentanea, quam subito quis acquirit.*
50 *Qualitas primogeniti translata censetur in nepotem.*
51 *In materia primogenituræ succeditur, vt in materia feudali.*
52 *Rationis diuersitas vbi est, ibi & esse debet diuersa iuris dispositio.*
53 *Testator censetur velle se conformare cum dispositione Iuris communis.*
54 *Qualitas adiecta verbo, licet regulariter intelligi debeat secundũ tempus verbi, tamen id fallit, nisi ex verbis testatoris appareat de contrario.*
55 *Conditio quando habet tractum successiuum non sufficit eam momento temporis implere.*
56 *Verbum deficere, intelligitur post mortem.*
57 *Qualitas requisita ad actum debet adesse tempore, quo actus consumat effectum.*

CONSILIVM XXXIX.

POST Absolutum consilium editũ in fauorem Illustrium Comitum Iohannis Iacobi, Francisci fratrum de Triuulcijs, ac alterius Illustr. Francisci etiã de Triuulcijs Marchionis, mihi parte eorum transmissa fuerũt nonnullæ difficultates, & allegationes eleuatæ per Excellentẽ aduocatum Comitis Georgij de Triuulcijs, ex quibus demonstrarẽ conatur, ipsum Comitẽ Georgium tanquam proximiorem quodam Illustr. fideicommittenti. præferendum esse in fideicõmisso, de quo agitur, prædictis Illustribus fratrib. ac Frã cisco Marchioni. Et quamuis ipsis satis optimè responsum videatur per Excellentem consultorẽ dictorum Comitum & Marchionis, & verè perspiciã ipsas allegationes magis tendere ad offuscandam veritatem, quàm ad ipsam illuminandam, cum facile sit vnicuique contradicere, sed difficiliter dicta sua bene sustinere, vt aliàs solebat dicere Excellentiss. Rui. præceptor meus, dum legeret in Gimnasio Bononiensi. Recolligendo spicas aliquas post terga dicti domini Consultoris nonnulla adducam in medium pro comprobatione eius, ex quibus demonstrabitur omnem Iustitiam militare in fauorẽ prædictorum Comitum, Georgium omnino excludendum à consecutione dicti fideicommissi.

¶ Et deueniendo ad rem, video quòd prima limitatio partis aduersæ tendit ad hoc, quòd qualitas agnati sui sibi in gradu proximioris, debet referri ad tempus testamenti, propter illud pronomen meum, adiunctum ad verbum agnatum: quia per ipsam demonstrationem meum, tempus testamenti non autem futurum ostenditur. l. si ita. ff. de aur. & arg. lega. vbi Bart. in princip. inquit, nomina † possessiua meum, tuum & suum præsens tempus significare; & per notata per Bald. in consilio 477. volu. 3. 2 vbi † si testator dicat substituto filio, quandocunque decedenti sine filijs legitimis proximiores meos, illud pronomen meos, intelligitur tempore mortis testatoris & non postea, per l. si cognatis. ff. de reb. dub. quem sequuntur apostillantes ad Barto. in dicta l. si cognatis. & notata Iaf. in consilio 159. colum. penultima, versiculo quarto, volumine quarto, & Ruin. in consi. 146. nu. 5. vol. 3. Alcia. in cons. 79. nu. 3. lib. 9.

¶ Sed ipsa limitatione non obstante contrariam sententiam, quã amplexus est insignis consultor dictorum Comitum & Marchionis, tenendam esse arbitror, & in primis moueor & dico, q. in casu præsenti dicta verba agnatum meum, non possunt intelligi, de agnato existente tempore testamenti vel mortis testatoris, sed tẽpore purificatæ conditionis: quoniam (vt dictum fuit in suprà dicto consi.) ista est vera & indubitata conclusio ac ab omnibus approbata q. quando † dispositio testatoris est collata in aliquem futurum euentum & incertum, in quem veri similiter erat dubium, an tunc extarent proximiores, qui erant tempore conditi testamenti vel mortis, tunc attenditur proximitas tempore euenientis cõditionis, vt demõstraui in ipso consilio: pro cuius conclusionis confirmatione adduco etiam Ruin. in consi. 68. num. 9. volum. 5. in consi. 117. num. 20. vol. 2. 159. numero 8. & 191. numero 10. & 13. volum. eod. vbi loquitur quando testator vocauit proximiores post defectam lineam masculinam, Deci. in consilio 223. in fin. Cur. Iun. in consi. 111. numero 19. Soc. in l. si cognatis. colum. 16. versic. quarto & vltima cõclusio. ff. de reb. dub. vbi † quando testator diuertitur 4 ad plures gradus, ita quòd verisimiliter non cogitauerit de conceptis in vita, admittũtur nati post mortem: qua conclusione stante cum sit receptissima, respondeo † ad dictã l. si ita. & dico verum non esse, q. 5 in casu ipsius legis fiat restrictio ad tempus præsens confectionis testamenti ex vi & natura illius pronominis meum, sed ex vi & natura dispositionis, quæ est præsentis temporis regulæ communis, q. extensio non fit ad futura, per text. in l. fin. ff. de liber. lega. in fi. vbi non est pronomen meum, & tamen intelligitur & restringitur dispositio ad existẽtiam temporis præ-

tis præsentis.ità in terminis.Alexan.in l. prima. col. secunda, ff. de ferijs,vbi inquit, q; etiam si non esset adiectum pronomen meum,in casu dictæ l.si ita,tamen dispositio testatoris referretur ad tempus præsens,quia testator tempore testamenti non poterat præuidere,quæ futuræ esse possent vestes quas legabat.vt notat Bart.in l.fin.C.quæ res pign.oblig. pos. & vt probatur in l.fin.§. qui indiuisam. vbi Bart. de lega.2.accedit etiam quod scribit Paul. de Castro in consilio 88. columna 2. volumine 1. dicens, quòd & si text.in dicta l.si ita.dicat, q; istud verbum seu pronomen meum,significat tempus præsens, tamẽ hoc non potest procedere,ex propria natura dicti prono
6 minis meum:quoniam † pronomini non accidit tẽpus,sed genus,numerus,figura,persona & casus& q; hoc contingit ratione participij subauditi,videlicet
7 existens meum cui † participio bene accidit tempus sicuti verbo,& ideo tex.in dicta l. si ita.inquit,quòd dicendo meum,præsens tempus intelligitur, quod verbum intelligitur,importat aliquid tacitũ, quod nõ fuit expressum,sed pro expresso haberi,vt est dictum participium existens. cum igitur dicta lex loquatur in legato puro,& simpliciter facto,nimirum si non trahitur ad futura:quia dispositio simpliciter facta refertur ad tempus ipsius dispositionis. Rub. Alexand.in l.non solum.§.morte.nu.202.ff.de no.oper.nunt. Vnde lex ipsa non facit ad terminos nostros,cum simus in casu,in quo dispositio collata est in futurum euentum & incertum, vt iam sæpius dictum fuit,in qua tempus purificatæ conditionis attenditur,& sic dictus terminus meum, casui nostro obstare non videtur.

¶ Secundò respondetur, q; legatum,de quo in di-
8 cta l.si ita.ideo † non refertur ad futura sed tantũ ad tempus præsens : quia testator tempore testamenti non poterat præuidere, quæ futuræ esse possent vestes,quas legabat. Bart.in d.l.si ita.columna 2. versi. si verò de magno præiudicio, Alex.in d.l.prima. columna secunda,de ferijs. secus autem quando præuidere potuisset,quia tunc veniunt & futuræ,Rub. Alexã.in dicto §. morte.numero 202.Castren.in dicto consilio 88.columna 2. Ang.in consilio 261.colu. secunda,Craue.in l.prima. numero 34. de lega.primo , At in casu præsenti nos sumus in terminis, in quibus testator verisimiliter cogitare poterat,quod tempore purificatæ conditionis non poterat esse aliquis de agnatis , qui erant tempore testamenti, vel mortis suæ propter tot lõgas substitutiones per eũ factas,& quę longissimum tractum habere poterãt, ergo nimirum si dicta dispositio , quamuis facta cũ termino meum, trahitur ad futura.

9 ¶ Tertiò respondetur. Nam † ratione subiectæ materię verba moderari debent.l. si vno.ff.loca.l. si olei.vbi Bart.Cod.eod.tit.l.insulam. ff. de præscrip. verb. Cepha.in consi.259.nu.33.Soc. Iun.in consilio
10 1.numero 120.volumine primo,vbi † verborum interpretatio sumitur à ratione subiectæ materiæ. Be-
11 ro.in cons.66.nu.14.volumine 1. vbi † verba semper sunt in dubio intelligenda & restringenda secundũ materiam subiectam,& in consilio 106. numero 24. vol.eod.& in terminis de pronomine meum,Ceph. in consi.26.numero 57.sed subiecta materia dictæ dispositionis testamentariæ, quæ est collata in dictum futurum euentum & incertum,dictat vt ille terminus meum,trahatur ad tempus, quo dies fideicommissi cedit,ergo illud attendi debet.

12 ¶ Quartò respondetur, q; † dicta lex procedit. nisi verbum præsentis temporis sit tale, q; eius effectus differatur in futurum:quia tunc iudicatur secundũ tempus futurum.l.filiam.in verbo referuntur.ff.de aur.& argen.lega.quem text.ad hoc allegat.Ange.in citato consilio 261.columna prima, at in casu nostro effectus istorum verboru.m agnatum meum , differtur in futurum,videlicet tempore purificatæ conditionis,ergo &c.

13 ¶ Quintò respondetur, q; † dicta lex limitatur, nisi verbũ præsentis temporis ratione adiuncti possit importare futurum: quoniam tunc verba ratione adiuncti perdunt naturam , & capiuntur secundum adiuncti naturam,Affli.in cap.primo, §.fi.col. 5.de feud.guard.& in cap. primo. col.fin. de contro. inter Epis.& vasal.Soc.Iun.in consi.167.colum.fina. volum.primo,Bero.in consilio 17. nu. 6. volu.2. sed
14 in terminis nostris, verba † eo casu operãtur, vt ver-
15 bum præsens trahatur ad futurum, cum † denotet extremitatẽ temporis, vt in indiuiduo decidit Bart.
16 in l.penult.ff.de testa.tutel.vbi inquit,quòd † verba præsentis temporis cum aduerbio tunc, referuntur ad tempus futurum. Nec obstat secundum eum dicta l. si ita,quia respondet Bart.quòd † istud est pro-
17 pter dictionem tunc, quæ significat extremitatem
18 temporis, quia † tunc aduerbium idem importat q; illo tempore,ergo subdit Bart. nõ potest intelligi de præsenti.cùm hoc pronomen.fit demonstratiuum de longinquo.idem tenuerunt Ang.in allegato consilio 261.colum.secunda.in fin.Butr.in cap. quia circa.colum.secunda.de priuileg.Hercul.in sua disputatio ac prima,in versic.quinto fallit. & Craue. in l. prima,numero 33.versi.7.limitatur de lega.primò. Nec habet obstare,quòd Bart. ibi loquitur, quando est aduerbium tunc,quia respondetur, q; idem dicẽ-
19 dum est, quando sunt verba † eo casu, quæ idem significant q; tunc, vt per Ang.in l. Gallus. in princip. post glo.ibi in 7.col.ff. de lib.& posthum.& quæ etiã important extremitatem temporis,Dec.in l. fi. in 1. notabili.C.de impub. & alijs subsit. Soc.Iun. in cõsil.190.numero 9.volumine secundo, Bero.in consi. 99.numero 9. volumine 2. & 35. numero secundo, volum.3.

20 ¶ Sextò dicitur, q; † dispositio d.l.si ita,limitatur,locum non habere vbi aliter constaret de mente testatoris, q; voluerit futura comprehendi, licet referãtur verba ad tempus præsens, Bald. in consil. primo,de constit.Ang.in citato consil.261.columna tertia.in princip.in versicu.ordo igitur.Craue.in d. l. prima, numero 29. versicu.tertiò limitatur, nam
21 † verborum rigor & forma prostergatur in vltimis voluntatibus.vbi de mente testatoris constat. Ang. in consi.222.in princip.per l.tertiam.C.de liber.præter.Soc.Iun.in consil.85.nume.7.volum.primo.97.
22 nume. 13. volum. 3. item testatoris † verba semper debent deseruire intentioni ipsius non autem econtra,cap.2.requiris.de appella.l.scire oportet.§. aliud ff.de excusa.tuto.Soci.Iun.in consilio 120. nume.25. volum.primo.& 124.num.16.volum.eod & ideo elẽganter dicebat Bald.in cap.mandatum. in princ. de
23 rescrip. q; † verba subiugo proferentis tanquã sub proprio originali consistunt: quia mens loquentis dicitur radix & substantia verborum, Socin.Iun.in consilio 10.numero 20.volumine primo,sed in casu præsenti constat de voluntate testatoris, q; voluerit comprehẽdere futura, vt patet,quoniam disposuit, q; vbi deficeret linea descendentium hæredis sui instituti,substituebat agnatum suum legitimũ, vt suprà,id est, ex legitimo matrimonio procreatum sibi proximiorem , quæ verba ex legitimo matrimonio procreatũ,non possunt adaptari ad tempus conditi testamẽti,cum eo tempore nullos haberet agnatos ex non legitimo matrimonio,ergo ex dictis verbis clara perspicitur mens testatoris, q; intellexerit
24 de futuris: aliàs dicta † verba essent sine virtute aliquid operandi: contra l.si quando de lega. primò,&

notata per Bal.in rubrica.C.de contrah.emp. quęst.
9.Soc.Iun.in consilio 116.numero 55.volum. 1. nam
25 † quodlibet verbum debet intelligi positum,ne frustra prolatum dicatur,& ne ociosum remaneat,Soc.
26 Iun.in consi.primo,num.44.volum.4.imò † verba quælibet & dictiones, ac etiam syllabæ debent intelligi posita,vt aliquid operentur,& ne sint ociosa, cũ ergo ista sit mens testatoris: ab illa recedendum nõ
27 est: quia † ante omnia inspicienda est. l. in conditionibus primum locum.ff.de cond.& demon. cũ totũ faciat in testamentaria dispositione. l. ex facto. la grande.circa medium.ff.de hæred.instit.

28 ¶ Non obstat † decisio Bal.in citato consil.477. quia respondetur: q eius dictum subsistere non pót
29 quoniam Bal.sine lege loquitur: & ideo † erubescimus,cum sine lege loquimur:vulgata.l.illam.de col lat.Nec refragatur: quod imò allegata. l. si cognatis.
30 de reb.dub.quia † dicitur: paria esse non allegare legem vel allegare sed ineptam:vulgata.l.quoties.vbi Ias.ff.qui satisdar.cogn. faciũt scripta per Doctores
31 in l.quarta.§.condemnatum.ff.de re iud.sed † dicta l.si cognatis.loquitur: quãdo legatum relictum fuit purum & simplex non autem conditionale, vt hic: vt dixi in dicto consilio,& ita legem ipsam etiam declarant Rui.in consilio 96.numero 16.cum sequenti volumine 2.160.numero 10. & in consilio 191. col. fi. volum.eod.Socin.in consilio 10.columna fina. vol. 3. & hanc esse communem tradit Curt.Iun.in con-
32 silio 58.numero quinto.Nam † Doctoris auctoritas eatenus probat quatenus lex quã allegat docet,Bart. in l. non solum. §. liberationis verba. ff.de lib. lega. Dec.in consilio 622. numero quinto. Port.in consil. 36.numero 53. idem etiam respondet Ruin.in consi-
33 lio 159.num.12.volum.2.vbi † & respondet ad l. primam. §. si quis proximior. ff. vnde cogna. quòd ea procedit in successione ab intestato non autem ex testamento,vt etiam dixerunt Alexand. in consilio 26.in vlt.col.vbi etiam ita respondet ad l.Lucius. ff. eod. tit.Ruin.consilio 158.num.15. circa fin. volu.2. Dec.in consi.445. nu. 20.207.in fi.Paris.in consil.36. nu.10.vol.2.Nec vis fieri potest, quòd opinio Bal.sit communiter approbata:quia per dominum Consu-
34 lentem & bene fuit responsum, q † illa opinio dicitur approbata,quando est disputata,nõ autem quãdo perfunctoriè loquuntur Doctores.Paris.in consilio 91.colum.fin.vol.3.Soc.Iun.in consil.primo.col. fin.volum.primo.& 119.nu.6.volum.primo.Gra.in consi.55.colum.quinta,volum.primo, Cepha.in cõsil. 278.num.10.sed in terminis Bald. non apparet de aliqua disputatione,imò apparet (vt dictum fuit) q malè fundatur eius opinio,ergo ei nullatenus standum.& contra eius sententiam (licet de eo non faciat mentionem) tenuit Rui. sibi contrarius in consilio 96. nume.16.cum sequenti. volum.2. in quo casu fuetiam consuluit Paris.in consilio 36. vol.2.& pro sententia nostra bene facit,quod scribit Crot.in cõ-
35 silio 54. quærit enim ibi Crotus, testator † vocauit consanguineos masculos & proximiores de patrimonio seu eius cippo, nunquid intelligatur vocasse illos solũ qui reperiuntur de familia tempore mortis,& inquit, q prima facie videretur dicendum, q sic.per l. si cognatis.de reb. dub. tamen postea concludit cõtrariam,& respondet ad obiectum, q illud non procedit quãdo fideicommissum est conditionale. per l. interuenit. de lega. præstan. & tamen ibi
36 erat terminus eius † quod est pronomen, vt per Bero.in consilio quinquagesimoseptimo, numero 48. volum.2.

¶ Respondetur & alio modo per insignem cõsulentem & maturè ad Bal. q eius decisio,quatenus esset vera, non quadrat ad casum præsentem: quia in casu suo ille terminus meos,erat coniunctum comparatiuo proximiores,ita q erat appositus ad determinationem verbi proximiores.ideo meritò dubitari poterat,an prædictum comparatiuum proximiores,restringeretur ex adiecto termino meos, at in casu nostro illud comparatiuum proximiorem, nõ habet adiectum pronomen meum agnatum. vnde cum illud pronomen accessoriè respicit agnatũ. ad illum restringendum est,Barto.in l.fi.ff.de reb.dub. dum allegat.l.filium. ff. quando dies lega. ced.Alex. in l.si idem cum eodem.§.fina. ff. de iurisd. om.iud. Paris.in consi.36. num.21.volum.primo,86. nu. 48. volum.2.Abb.in consi.75.colum.secunda,volum.2. & nõ referendum ad dictum verbum proximiorẽ, vti habens qualitatem determinatam ex illo verbo, mihi addito comparatiuo proximiorem. Abb. in c. cum dilecti.de appella.& Paris.in consilijs suprà citatis.item si diceremus,illud pronomen meum. referri ad comparatiuum proximiorum, vtique illa dictio mihi:esset superflua,quod dicere non debemus l.si quando,de leg.primò,cum (vt iam dictum fuit) verba quælibet & dictiones ac etiam syllabæ debent intelligi posita, vt aliquid operentur & ociosa non sint.Socin.Iun. consilio 89. numero decimoquinto, vol.3.

¶ Vltimò dicitur, q etiam præsupposita opinione Bal.pro vera,illa nihil facit ad propositum: quia in casu nostro multa concurrunt, vt suprà demonstraui,dum respõsum est ad l.si ita.ff. de aur. & argẽ. lega.ex quibus clare liquet, verba testatoris debere intelligi de futuris proximioribus & non de præsentibus tempore conditi testamenti, vel mortis testa-
37 toris,quæ cessant in casu Baldi. vnde † ex separatis, & diuersis recta fieri non potest illatio.l.Papinianus exuli.cùm alijs vulgaribus.ff.de mino.

¶ Circa secundam limitationem: quia ille mature & accuratè responsum fuit per dominum Consulentem. pertranseo cum ipsius responsione & illi ad hæreo.

¶ Similiter non obstat tertia limitatio.quæ secũdum dominum Georgiũ resultare videtur à mente testatoris, collecta ex verbis testamẽti à qua in fidei commissis ius omne dependet,videlicet,quòd sicut in prima institutione descendentium à quondam Comite Ioanne Iacobo hærede instituto testator, dum vocauit eius primogenitum & postea in infinitum,non considerauit eum, qui haberet qualitates tempore euenientis conditionis,& sic q qui tunc esset primogenitus cæteris præferretur, sed voluit primogeniti præmortui filium illi præferri, qui tẽpore conditionis impletæ esset maior natu & proximior,ita etiã voluit in secunda substitutione,vt qualitas non attendatur tempore conditionis impletæ, sed præmortui,qui qualitates habuerat, filius eius, qui de præsenti qualitates habet, præferatur quod
38 arguitur ex regula generali, q † secunda substitutio interpretationem recipit à priori.l.fi.vbi Scribẽtes. ff.ad Treb.Dec.in consil.227.nume.3. tum etiam ex verbis testatoris,qui ordinem suprà datum expressè repetere voluit. Quia respondetur,quòd huic limitatione responsum fuit acutissimè per dominũ
39 Consulentem, q verũ est, q † quando sumus in dubio,sumenda est à præcedentibus,secus quando verba testatoris sunt clara, quia tũc attenduntur verba
40 ipsa.Ambigui enim Iuris non est, q † quoties verba testatoris sunt aperta,ab eis nõ conuenit discedere, nec vltra est quærendum.l.non aliter.de lega.3.l.ille aut ille.§.cum in verbis eod.tit.Soc.Iun.in consil.3. num.36.volum.primo,consil.2.num. 29.vol. eod.&
41 in consi.71.num.9.volum. eod. vbi † quando verba sunt clara non est facienda quæstio, quæ fuerit mẽs

statuen-

statuentium, Dec. in consilio 51. colum. 2, circa fin. &
42 in tantũ vera est huiusmodi conclusio, q; † procede
re videtur etiam si actus periret, Ias. in l. quoties. ff.
de verb. oblig. Cra. in consilio 288. colum. 2. in fi. itẽ
43 † etiam dicta verba non recipiunt interpretationẽ
à consuetudine, Dec. in consi. 49. col. 2. nec à statuto.
Barba. in consil. 36. volum. 2. Cepha. in consi. 199. nu
me. 7. cùm plurib. sequentibus, & in consil. 118. nu. 6.
44 ubi † quando verba sunt clara, nec quidem secundũ
actus sunt intelligenda, hinc est secundum eũ, quod
45 videmus, q; † tenor inuestituræ, & eius verba sunt
potius inspicienda, quàm natura feudi. c. 1. vbi feudi
stæ. de duob. fratrib. &c. rursus in consi. 251. num. 21.
46 & Bero. in consilio 71. numero 8. volum. 1. Nã † ver-
ba expressa de notant voluntatem testantis, Cepha.
47 in consilio 87. numero 8. quæ † per Iuris subtilitatẽ
aut strictam verborum interpretationem impediri
non debet. Socin: Iun. in consilio 113. numero 34. vo
lum. 1. Quòd autem sit clara voluntas testatoris, pa-
tet ex verbis ipsius, quæ (vt dixi) demonstrant eius
voluntatem. Soc. in consilio 13. num. 17. vol. 4. quia
in casu præsenti verba aliqua non sunt significantia
nec apta significare, q; substitutio aliqua facta fuerit
in fauorem primogeniti proximioris agnati. Imò di
citur, q; diuersa est dispositio instõnis à substitutio-
ne facta de primogenito proximioris: quoniam si in
prima substitutione est nominatus nepos primoge-
niti præmortui ante euentum cõditionis, vel illius
purificationis, id euenit: quia cum ius primogenitu
ræ esset radicatum in persona quon. Illust. Ioannis
Iacobi hæredis instituti opus fuit, quòd recta linea
ipsius obseruaretur, & quòd non fieret digressio ad
transuersales. cum de natura primogenij constituti
ad deferendum aliquod patrimonium primogeni-
to, vt gradatim linea recta attendatur dum fieri po-
test, & quòd non fiat diuersio ad transuersales, qui à
primogenitis eiusdem gradus fuerũt excluſi, vt per
Did. in tract. variar. resolut. c. 38. num. 6. vnde nõ de
bet esse mirum (vt etiam dicit dominus Cõsultor)
si radicata primogenitura in persona quond. Illustr.
Ioannis Iacobi voluerit nepotes ex filio prædefun-
48 cto præferri secundogenito, cum † ea sit natura pri-
mogenij, & à iure constitutum sit, vt cum quis dece
dit relicto nepote ex primogenito iam mortuo, & se
cundugenito, licet ipse sit proximior fratri, is non
sit primogenitus, sed qui decessit, vt est videre apud
Oldra. in consi. 234. Alb. in proœ. Pand. in vers. disci-
puli. Bal. in l. ex hoc iure. colum. 2. versi. 6. quæritur.
ff. de iust. & iur. Abb. in c. licet. deuoto. vbi Anch. nu.
18. Floria. & Card. in vlt. quæst. Ioan. And. in addi. ad
Specul. in rub. de feud. colum. 3. versi. redeundo. Alu-
a. in c. 1. vbi etiam & Præpos. de feud. March. Soc. in
consilio 47. volumine 1. Gramat. decis. 1. Anchar. in
c. grandi. in 2. notabili de supplen. negl. prelat. Rom.
consilio 29. Ioan. Cirier. de primogen. lib. 1. quæstio.
25. & sequenti. Paul. de Castro in l. is potest. nume. 2.
vbi etiam Aret. colum. 2. de acqui. hæred. Ioan. Fab.
in §. cum filius. columna 2. Instit. de hæred. quæ ab
intesta. Did. abundè in tract. pratic. quæst. c. 38. num.
6. Tiraquel. latissimè in tract. primogen. quæst. 40. &
hanc esse communem firmant Bald. in consilio 10.
colum. 4. volum. 1. 356. volum. 2. Aret. in consil. 164.
Cassa. in consilio 53. colum. 17. versi. 11. non obstat. &
magis cõmunem Alc. parerg. cap. 15. quia quam pri-
mum natus est sibi, & posteris ius primogenituræ
49 vindicauit, cum † primogenitura sit qualitas mo-
mentanea, quã continuò quis acquirit vt natus est
Paul. de Cast. in d. consil. 164. & ita etiam confestim
alios excludit postea, quãdiu superest vel aliquis ex
eo, & hoc ius veluti ex propagatione, & radice ipsius
competat, ideò nimirum si quocunque postea tem-
pote tractatur de iure primogenituræ filius primo-
geniti, tanquã primogenitus præferatur, q; à iure nõ
recipitur in transuersali, quoniam filius admitten-
dus non est nisi purificata, qualitate in persona pa-
tris. Item & si testator nepotem voluit admitti, id re
50 sultat etiam ex eo, quia † qualitas primogeniti trans
lata censetur in nepotem, vt per Doctores in c. licet.
de voto Scribentes in l. is potest. de acq. hæred. Rui.
in consi. 19. col. 1. vol. 1. q; inductum fuit ex consuetu
dine & dispositione particulari, vt per Doct. cõmu-
niter in d. l. is potest. teste Bero. in cons. 72. nu. 31. vol.
1. quod aliter dicendum venit in transuersali, qui nõ
transmittit qualitatẽ, nisi postquam fuerit in eo ra-
dicata vt in casu præsenti. vnde primogenitura, quę
fuerat ante non est habenda in consideratione, cum
non extiterit tempore, quo actus deducendus est ad
effectum, iuxta notata per Dec. in cons. 214. colum. 1.
per notata per glos. in Clem. vt hi qui. in verbo con-
stitutus. de æta. & qualit. & ideo bene dixit Alba in
cons. 60. in fi. q; ex quo pater primogeniti non erat in
rerũ natura quando mortua est Do. Monica, de qua
in casu suo, q; primogenitura eius patris non erat cõ
siderabilis, cum non extiterit tempore quo actus
deducitur ad effectũ, quod & probat dominus Con
51 sultor alio medio. quia † in materia primogenituræ
succeditur vt in materia feudali, teste Cels. in consi.
38. nu. 10. & in qua materia feudali nepos succedit, a-
uo, licet pater præmortuus sit excluso patruo, nõ sic
in transuersali, vt hic, quia filius ex patre præmor-
tuo non excludit patrũ. & pro comprobatione Celsi
in dicto consilio videatur Soc. in consilio 47. num. 4.
volum. 3. vbi expressim vtitur hac comparatione &
similitudine, nec non & Ceph. in cons. 251. num. 40.
vbi plures auctoritates citat. Cùm igitur ex his satis
52 appareat † diuersam fore rationem inter primogenĩ
tum agnati proximioris & primogenitũ, qui descẽ-
dit ab hærede instituto, sequitur q; diuersa debeat
esse iuris dispositio. l. fin. de calum. l. Papinianus ex-
uli. ff. de mino. l. inter stipulantem. §. si sacram. ff. de
verb. oblig. Bero. in consilio 20. num. 7. volum. 3. So
ci. Iun. in consilio 15. num. 31. vol. 1. & tanto magis su-
menda est huiusmodi resolutio. cum sit conformis
53 iuri, cum † qua testator censetur velle se conforma-
re. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebe. vbi latè per
Scribentes, Dec. in cons. 278. num. 4. & sic demonstra
tur, quòd dicta limitatio non habet obstare optimis
iuribus prædictorum Illust. dominorum Com. &
Marchionis.

¶ Ad Quartam & vltimam limitationem, quæ
54 satis Frigida esse videtur, dicitur, quòd licet † quali
tas adiecta verbo regulariter, intelligi debeat secun-
dum tempus verbi, tamen regula ipsa limitatur lo-
cum sibi vindicare, nisi ex verbis testatoris appare-
ret, quòd etiam intellexerit in futurũ, vt voluerunt
Alcia in consilio 499. in fin. Ripa in l. centurio. nu-
mero 44. ff. de vulg. & pupil. & Euerad. in consilio 5.
numero 20. allegati per dominum Consulentem,
quibus addo & Ripam in l. ex facto. numero 38. vers.
4. intellige. de vulg. & pupil. vbi inquit regulã ipsam
procedere, si qualitas sit talis, quæ in se non habeat
inclusum tractum successiuum. aliàs requiritur per
seuerantia. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure im-
55 mu, & ideo videmus, quòd † quando cõditio habet
tractum successiuum non sufficit eam momento
temporis implere l. Meuia. §. fin. de annu. lega. Alex.
in consilio 43. num. 12. volum. 3. Rui. in cons. 9. nu. 8.
vol. 1. vbi dicit, q; quãuis quãdo quis substituit ali-
cui, si decesserit sine filijs, sufficiat ad exclusionẽ sub
stituti, q; filij extent tẽpore mortis, tñ secus est qñ qs
substituitur deficientib. liberis, seu quãdo ex institu
to nullus ex liberis supereſſet, nõ referendo se ad tẽ-

pus mor-

pus mortis, nec ad aliud tempus: quia tunc liberis, quandocunque deficientibus, etiam post mortē instituti, admittitur substitutus, rursus in consil. 126. numero 12. volum. eod. vbi sic declarat dictam regulam, allegans Soc. idem tenere in l. solemus. ff. de cōdi. & demon. Iaſ. in l. ſi quis hæredem. col. pen. verſi. 4. notabiliter limit. C. de inſtit. & ſubſt. At in ſpecie noſtra ex verbis teſtatoris ſatis in aperto eſt, ipſum voluiſſe diſpoſitionem ſuam intelligere in futurum & ſic in euentum conditionis, vt ibi, & vbi deficeret linea deſcendentium dicti hæredis mei inſtituti, eo caſu ſubſtituto agnatum meū maſculum legitimū, vt ſuprà mihi proximiorem: quæ verba nempè demonſtrant tempus purificatæ conditionis attendēdum, & ſic tempus quo linea deſcendentium defice-
56 ret, quòd † verbum intelligitur poſt mortem eorū, vt eſt text. iuncta glo. in verbo deficientes. in §. hinc nobis. in auth. de hær. & Fal. Pariſ. in conſil. 18. num. 13. volum. 2. in conſil. 93. numero 3. volum. eod. & in conſilio 20. numero 20. volum. 3. & eo magis in caſu præſenti id admittendum venit, cùm in iſta diſpoſitione ſint appoſita verba eo caſu, quæ denotant extremitatem temporis. l. 4. §. fin. ff. de cond. & demō. Pariſ. in conſilio 32. numero 88. volu. 1. & ſic tractū futuri temporis, & ad terminos noſtros adducitur deciſio Pariſij in conſilio 30. numero 57. volumine 2. vbi determinat, ℣ ex quo teſtator, tunc vltimo morienti ſubſtituit proximiores, iſta verba exponū tur, hoc eſt, ℣ per fideicommiſſum ſuccederent illi, qui proximiores tunc reperiuntur: quia illa dictio tunc: limitat diſpoſitionem teſtatoris, & illā reſtringit ad extremum temporis, cui adijcitur, dicta l. 4. §. fin. Soc. Iun. in conſilio 180. numero 49. volum. 2. ergo idem, vbi ſunt appoſita dicta verba eo caſu, quæ idem important, quod dictio tunc, vt per Angel. in l. Gallus in princip. in ſeptima columna, de lib. & poſth.

57 ¶ Secundò reſpōdetur, ℣ † qualitas requiſita ad actum debet adeſſe tempore, quo de illo agitur & tēpore, quo actus conſumat effectum. l. 2. ff. de aur. & argen. lega. Barto. in l. ex facto. colum. 2. ff. de hæred. inſtit. quòd maximè inquit verum Ripa in reſponſo 131. num. 15. in ſubſtitutionibus, in quibus oportet qualitatem adeſſe tempore, quo diſpoſitio ſubſtitutionis ſumit effectum. l. ex facto. §. ſi quis autē ſuſceperit. ff. ad Treb. Gerard. Mazol. in conſi. 3. nume. 35. vbi tradit, ℣ diſpoſitio teſtatoris, per verbū præſentis temporis continet futurum, quando actus quem mandauit fieri, venit poſt mortem agendus, & ſic tempore conſumationis, ſed in caſu præſenti, qualitas ipſa, ſi attendi debet, ſumere debet effectū & conſumationem in tempus euenientis conditionis, ergo &c.

¶ Hinc igitur firmis manentibus, quæ à Doctoribus recepta ſunt, concludendum eſſe arbitror, prædictum Comitem Georgium, non obſtantib. limitationibus ſuis. quibus abundè reſponſum fuit. vti remotiorem Illuſt. quon. Comiti fideicommittenti excludendum eſſe à fideicommiſſo, de quo ſuprà. iā dictos ℣ Marchionem & Comites, qui tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris eidē erant æquè proximi, ſicut quondam Illuſt. Comes Ioannes Firmus, qui pendente conditione ipſius fideicommiſſi mortuus eſt, vti proximiores dicto teſtatori tēpore quo dies fideicommiſſi ceſſit, ad ipſius fideicommiſſum admittendos & omnino admitti debere. DEO gratias.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius æquiparatur vſufructuario.*
2 *Vſufructuarius, qui malè vtitur feudo, deteriorando eum notabiliter priuatur vſufructu.*
3 *Vſufructuarius ſi arbores fructi ferās incidit, expellitur ab vſufructu.*
4 *Vaſallus propter notabilē deteriorationē feudi feudo priuari debet.*
5 *Quod procedit etiam in emphyteuta.*
6 *Auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. etſi loquatur in emphyteuta eccleſiæ, tamē etiam locum habet in emphyteuta priuati.*
7 *Conductor, qui malè verſatur in re eidem locatæ, expellitur à locatione ſibi facta.*
8 *Feudatarius Regis, ſi abutitur feudo ad depopulationem vaſallorum & exterminationem eorum redigendo ipſos in ſeruitutum feudo priuari debet.*
9 *Vaſallus incidendo arbores fructi ferās priuatur iure ſuo.*
10 *Captura in ſe continet iniuriam.*
11 *Iudex ſi deuenit ad capturam alicuius non præcedente aliquali informatione, talis captus poteſt agere actione iniuriarum contra iudicem.*
12 *Captus nullis præcedentibus informationibus ſine impenſa relaxari debet.*
13 *Captus ſine aliquali informatione poteſt impunè à quolibet priuato eximi à carcere.*
14 *Habens merum, mixtum Imperium, & omnimodam iuriſdictionem, etſi iuſtitia mediante, quem poſſit incarcerare: nō tamen iniuſtè, quia non licet dominus in ſubditos ſæuere, nec eos carcerare.*
15 *Carcer eſt mala manſio & ſpecies torturæ: Imò morti æquiparatur.*
16 *Carceratus iniuſtè poteſt impunè aufugere.*
17 *Fugiens à carcere, licet habeatur pro confeſſo & conuicto, tamen ſecus eſt, quando quis indebitè detinetur.*
18 *Dominus facere denegans Iuſtitiam ſubdito, feudo ſecundum communem priuatur.*
19 *Vaſallus conuictus de culpa feudo priuatur.*
20 *Seruitia noua & inſolita exacta per dominū per vim & metum præſumuntur extorta.*
21 *Vaſallus, ſi domino nouum iuramentum præſtat præter antiquam conſuetudinem, præſumitur extortum.*
22 *Præſumptio eſt contra potentem.*
23 *Iudex repellitur ab officio propter nimiam ſæuitatem.*
24 *Dominus ſi eſt nimis ſuperb. & moleſtus ſubditis feudum perdere debet.*
25 *Dominus ſæuiens in ſeruos quàm par eſt, vendere eos cogitur.*
26 *Pater, ſi contra pietatem paternam malè tractat filium cogitur eum emancipare.*
27 *Vir nimium ſeuerus in vxorem ab ea ſeparatur.*
28 *Dominus, qui abutitur dominio, indignum ſe facit dominari.*
29 *Vaſallus malè tractans ſubditos tūc demum feudo priuatur: quando trina præceſſit monitio facta vaſallo per ſuperiorem, de bene tractando ſubditos.*
30 *Monitio non requiritur, quando notoriè vaſallus malè tractat ſubditos.*
31 *Maieſtas Cæſarea à Deo creata eſt, vt iuſtitiam faciat & oppreſſos liberet de manu calumniantium, & vt malos coerceat, & boni inter eos quietè viuant.*
32 *Subditus valde oppreſſus à domino eximi debet ab eius iuriſdictione.*
33 *Boni domini non debent in què percipere res fidelium.*
34 *Dominus non dicitur, qui bona ſubditorum iniquè percipit.*
35 *Iniuſtitia dominorum facit vacillare corda fidelium.*

36 Domi-

36 *Dominus non debet esse nimis oneros⁹, vel contumelios⁹ exactor sed moderatus, & cum efficacia benignus, & cum iustitia humanus.*

37 *Dominus non solùm sibi debet consulere sed etiam subditis: quia connexus est status eorum.*

CONSILIVM XL.

MAGNIFICVM Dominum Franciscum fore priuandum à sua Maiestate Cæsarea feudo ob malam tractationem quam fecit & quotidie facere conatur contra subditos suos, eos capi faciendo, iniustè carcerando, ac indebitas & violentas extorsiones, exercendo demonstrat sequentia. Nam † feudatarius & vsufructuarius æquiparantur, vt arguit Ang. in consil. 321. Zas. in trac. feud. in decima par. num. 64. Innoc. in c. ad Apostolicę. in vers. præter hoc. de re iu. quem sequitur Abb. in c. fi. eo. tit. Cur. Iun. in cons. 137. col. prima, capit. primo, in quib. cau. feud. ami. Bero. in cons. 118. num. 12. vol. 3. Iacob. de sancto Georgio in inuestitura sua in verbo dictiq; vasalli promiserunt non committere feloniam, in 12. causa priuationis.

1 2 Natta in consi. 14. nume. 11. sed † vsufructuarius qui malè vtitur fundo deteriorando eum notabiliter priuatur vsufructua. l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de vsufructu. Ruin. in cons. 43. in fi. volum. 2. 206. colum. penult. in fin. volum. eod. in consi. 48. nu. 12. volum. eod. 57. in princip. volum. 4. Gulie. de Cun. Castr. & Ias. in authen. qui rem. C. de sacrosanc. Eccles. & Picus in l. Titia. cum testamẽto. §. Titia. cum nuberet, quæst. 36. versic. nunc pro complemento. de legat. 2. Natta in citato consilio 174. Menoch. in tractat. de arbitr. iudi. cons. 78. Ias. in consil. 17. in 1. colu. volum. 1. Curt. vbi suprà. hinc videmus, quòd

3 † si arbores fructiferas incidit expellitur ab vsufructu, vt in dicto §. vsufructuarius. Doc. in dicta auth. qui rem. Ias. id dicto consilio 17. in 1. colum. Bart. in l. in fraudem. §. fin. ff. de iure fisci. Natta vbi sup. Picus in allegata quæst. 36. Afflic. in cap. 1. num. 45. quibus mod. feud. amit. Ruin. in consil. 58. num. 5. vol. 1. quia dicitur malè versari in re & illam deteriorem reddere, & in consil. 88. in princip. volum. eod. ergo idem dicendum videtur ex vi dictæ æquiparatio-

4 nis in vasallo † vt feudo priuari debeat propter no-

3 tabilem deteriorationem rei feudalis. Nam † idem videmus in emphiteuta, vt not. in dict. authen. qui

6 rem, qui † tex. & si loquatur in emphiteuta Ecclesiæ tamen etiam locum habet in emphiteuta priuati secundum Guid. de suza. Petr. Cyn. Alexan. & Ias. ibi Ruin. in consi. 58. nam. 4. volum. 1. & 88. in prin. volum. eod. in consi. 43. in fin. volum. 2. & 206. colum. penult. in fin. volu. eod. Menoch. in d. cap. 78. & hanc esse cõmunem attestatur Ias. in l. diuortio. §. si. fun-

7 dum. ff. solut. matr. idem † videmus in conductore. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Bal. in l. æde. per illum tex. C. eod. titu. Scribentes communiter in d. §. si fundum. Ruin. in d. consil. 58. nume. 4. Menoch. qui alios citat in d. cons. 78. dixi de omnibus his in consi. 49. in 2. volum. & in specie, quod vasallus, qui abutitur notabiliter re feudali, priuetur feudo, voluerunt Paul. de Castro & Ias. in dicta auth. qui rem. Bal. in c. 1. §. publici latrones, in verbo inordinati. de pace tenen. Afflic. in c. 1. §. aut si libellario. nu. 26.

8 quib. mod. feud. ami. vbi dicit, quod † si feudatarius Regis abutitur feudo ad depopulationem vasallorum & exterminationem eorum redigendo ipsos in seruitutem, debet feudo priuari, sicut visum fuit in Imperatore Federico, qui tyrannico modo imperauit vnde fuit priuatus, vt in cap. Apostolicæ. de re iud. in 9. Rom. Alex. & Ias. in d. §. si fundum, vbi etiã Ias. inquit, communem esse Doctorum sententiam,

9 quod † vasallus incidendo arbores fructiferas priuatur iure suo, idem in prælud. feud. in nume. 68. & in consi. 17. col. 1. vol. 1. Cla. in §. feudum. q. 47. Moder. Paris. in consuet. Paris. §. 30. num. 166. Afflic. in c. 1. §. prædictis. nu. 8. quæ sit prima cau. benef. amit. Natta vbi sup. Menoch. in d. cas. 78. num. 4. Iacob. de S. Georgio in d. 2. causa priuationis. Cur. Iũ. In trac. fund. in 4. par. 22. causa priuationis. si ergo vbi agitur de deterioratione feudi vasallus priuatur feudo. quanto magis hoc dicendum venit quando deliquit in personas subditorum eos iniustè captiuando, indebitè incarcerando, violentas extorsiones faciendo, sententiamq; criminales proferendo nullo penitus agitato processu. Nam scire debet hic Magnificus

10 vir, quod † captura personæ in se habet iniuriam, Bal. in l per diuersas. in 10. q. C. mand. vbi allegat Innoc. in c. quia de iud. & ideo iura illas valdè abhor-

11 rent, quod videmus, quia † si iudex deuenit ad capturam alicuius non præcedente aliqualiter informatione talis captus potest agere actionem iniuriarum contra iudicem. l. pen. vbi Scriben. C. qui bon. ced. pos. Alexa. in cons. 17. num. 18. col. pen. volum. 1. Fo-

12 ler. in pract. sua crim. col. 1. & † quod talis captus relaxari debeat sine impensa. Bal. in l. si pacto quo pœnam. & ibi Ias. C de pac. per l. fi. §. nullo tempore. ff. de lib. hom. exhib. Bos. in suo trac. crim. in tit. de ca-

13 ptura num. 4. & similiter, quod † taliter captus potest à quolibet priuato impunè à carcere eximi. l. 1. §. Offilius. cum duabus sequentibus, ne quis eum

14 qui Bos. vbi suprà. num. 5. item dicitur, quod † licet habens merum, mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem iustitia mediante possit aliquẽ incarcerare, vt per Iacob. de S. Georgio in inuestit. sua feu. in verbo cum mero mixto imperio. Brun in cons. 69. colum. 3. non tamen iniustè. quia non licet dominis in subditos sæuire nec eos carcerare, licet in eos (vt dixi) habeãt iurisdictionem omnimodam l. libertos. C. de obseq. patr. præstan. ibi. neq; vincula perpeti. per quem text. ita tenuit Amenel. in suo sing. incip. Casus est in princip. quem sequitur Gra-

15 mat. in decis. 104. colu. 2. cum † carcer sit mala mansio. quæ est species torturæ, Mar. in §. attingam. nu. 28. & in §. expedita. nume. 11. ac in cons. 29. 38. 48. nu. 34. Imò & morti æquiparatur. c. 1. §. deniq;, quæ fuit prima cau. benef. amit. Bos. in tit. de carcera. in prin.

16 hinc dicitur, quod † iniustè carceratus potest impunè aufugere, Alex. in l. sed si eximendi. §. Item si quis ff. ne quis eum qui, Bos. in tit. de carcera. num. 43. &

17 quod † licet fugiens à carcere habeatur pro confesso & conuicto. l. ad cõmentariensem. C. de custo. reo. tamen secus est quando indebitè quis detinetur, Bar. in l. si vis eius. C. de proba. Bos. vbi suprà num.

18 6. Vlterius, clarum est apud omnes, quod † dominꝰ denegans facere iustitiam subdito perdit feudi proprietatem. gl. in c. 1. §. Item qui domino. quæ sit prima caus. benef. amit. quam communiter approbatam inquit Franc. Marc. in q. 375. num. 5. Curt. Iun. in trac. suo feud. in 7. part. in 3. colum. in fin. versic. & fortius. Afflict. in c. 1. de mil. vasall. qui contu. est. num. 102. Clar. in §. feudum. q. 67. Ana. consi. 7. colu.

19 1. Plus dicitur, quod † vasallus quando conuincitur de culpa potest feudo priuari. Abb. & Felyn. in (a). quæ in Ecclesiarum. C. de constitu. per tex. in c. 1. de feud. sine culpa non amit. sed hic dominus conuin-

20 cit de culpa quia † exigens noua & insolita, seruitia, quæ per vim & metum prę sumuntur extorta. Ioan. Andr. in c. 1. de præscrip. in 6. Bald. in c. 1. qual. vasal.

21 iur. deb. fide. domino. vbi dicit, quod † si vasallus domino nouum iuramentum præstet præter anti-

quam cõsuetudinem, illud præsumitur extortum, cum non præsumatur suo superiore consensisse id quod non deberet, ne suum iactasse videatur. Alcia. in consi. 167. num. 12. vbi concludit, q; si dominus in præstatione homagij vltra consuetudinẽ antiquam exegit pro quolibet vrnam oliuarum. Item sibi promittat, quod irent ad suum molendinum, quod dicta promissio non tenet: quia huiusmodi seruitia præsumuntur per metum in dubio extorta. Natta in consi. 185. in fin. Aret. in cons. 24. in 4. colum. Rimi
22 nal. in consi. 140. num. 3. nam † contra potentem præsumitur. l. 1. C. de fund. limitroph. libr. 11. l. quia per potentiam. C. de om. agr. deser. lib. eod. & ideo cum ex his constet de crudelitate sua priuari debet feudo, Alber. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscrip.
23 sicut etiam videmus, quod † propter nimiam seueritatem iudex repellitur ab officio, Bart. in l. prima, in fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Afflict. in. c. 1. §. fin. nu. 46. quib. mod. feud. amit. & in c. 1. §. sed nec
24 est alia. quæ sit prima caus. benef. amit. vbi † dominus si est nimis superbus & molestus subditis, feudum perdere debet, per not. per Luc. de Pen. in l. fundi. C. de loca. præd. ciuil. libr. 11. Paul. de Castr. & Ias. in d. authen qui rem. Menoch. in tract. de arbit. iud. cas. 78. & 139. num. 3. Bal. & alij in c. 1. §. publici latrones. de pace tenen. Alex. in l. diuortio. §. si fundum. colum. 2. ff. solut. matr. Curt. Iun. in consi. 137. col. 1. Afflict. in decis. 265. colum. 11. in fin. nume. 72. Socin. Iun. in consi. 134. nume. 38. volum. 3. Præpos. in prælud. feud. Socin. in consi. 272. num. 4. volum. 2. Alci. in consi. 167. in fin. Menoch. in trac. de recup. poss. in 10. remedio, num. 86. in cons. causæ Finarien. in 2. artic. num. 14. Bero. in consi. 81. num. 20. vol. 1. Nam
25 videmus, quod † dominus sæuiens in seruos durius quàm par est, eos vendere cogitur. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi Cyn. & Bal. §. 1. & 2. institu. eod. titul. vbi Ioan. de Platea Porc. Faber. & Aret. & Petr. de Bellaper. col. pen. versi. argumentum. Boer. decis. 304. col. 11. in fi. ver. vna tamẽ. Menoch. in trac.
26 de arbitr. iud. cas. 139. Idem dicimus † in parte qui filium emancipare cogitur, si eum contra pietatem paternam malè afficiat, l. fi. ff. si à paren. manu. gloss. in §. fin. instit. quib. mod. ius patr. potesta. soluitur. Coras. in l. qui liberos. numer. 18. ff. de ritu nupt. sic
27 † vir nimium sæuerus in vxorem ab ea separatur. c. literas de restitut. spoli. quod dicere solemus, virum agentem contra vxorem ad recuperandam illam repelli posse opposita exceptione sæuitiæ, Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. numer. 84. de acquir. poss. Paris. in cons. 54. num. 7. & 12. vol. 4. Nam inquit Bald. in c. 1. in verbo priuarentur. qual. dom.
28 propr. priue. quod † dominus, qui abutitur dominio, indignum se facit dominari. Natta in cons. 164. num. 11. Afflict. in c. 1. §. Item si quis feudum. nu. 42. quib. mod. feud. amit. & in §. aut si libellario. num. 28. eod. tit.

¶ Nec habet obstare si dicitur, quod etsi vera sint quæ sup. deducta fuerunt, tamen ea intelligi debent cum grano salis, videlicet quando trina præcesserit monitio facta vasallo per superiorem de benè tractando subditos, vt per Bald. & alios in d. §. publici latrones. de pace tenen. Soci. in cons. 171. num. 9. vbi dixit, quod si dominus habens Castrum in feudum malè tractat homines dicti Castr. subditos, dominus superior directus potest eum admonere, vt eos debito modo tractet sub pœna priuationis feudi, quẽ sequitur Boe. decis. 304. num. 7. Ias. in auth. qui rem. colum. 2. in princ. C. de sacrosan. Eccles. vbi limitat prædicta procedere trina monitione præmissa. per text. cum glo in c. 1. de mil. vasall. qui contumax est vbi vasallus non priuatur feudo propter eius contumaciam in non respondendo nisi trina citatione interueniente, las. in consi. 593. num. 3. Idem voluit Iacob. de S. Georgio in d. auth. qui rem. & in inuest. sua in verbo dictique vasalli promiserunt. in causa priuationis. 12. Socin. Iun. in cons. 134. num. 51. volum. 3. Bero. in consil. 81. num. 19. volu. 1. quod si dominus fuit à superiore suo monitus semel, vt desistat exigere à subditis iniusta & non consueta seruitia ac onera imponere, & non desistat, potèrit feudo priuari per superiorem quia non sunt tollerandę illicitę & nõ consuetæ exactiones aduersus subditos, & in cons. 76. num. 81. vol. 1. vbi tradit, quod ex mala tractatione subditorum vasallus non est feudo priuandus, nisi legitima monitio domini præcesserit,
29 & quod legitima censetur monitio † si est trina vel vna facta in personam, aut publicè facta fuerit: quia tũc si spreuerit monitionem & fuit contumax feudo priuari debet. Curt. Iun. in tract. feud. in 7. par. versi. quæro igitur in primis. circa finem, & hanc esse com. opi. firmat Bos. in suo tract. in tit. de Princi. num. 56. Bal. in auth. statuimus. in vlt. notabil. C. de epis. & cler. vbi qui non facit iustitiam debet amittere iurisdictionem post trinam monitionem, dixi in consilio 18. num. 29. volum. 2. Mod. Parisien. in consue. Parisien. titul. 1. §. 2. glos. 4. num. 14. Affl. in c. 1. §. Item si quis. num. 41. quib. mod. feud. amit. in c. 1. §. licet vasallus. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. nume. 13. Quia respondetur plurib. modis. & Primò, quod ista declaratio locum habere potest, si in culpa fuit in omittendo, secus si in faciendo, vt distinguit Bald. in dicto §. publici latrones, vbi etiam Præpos. Verùm quia ista distinctio à doctorib. non recipitur, vt latè demonstraui in dicto consilio decimo octauo, columna penulti. quamuis ea (si vera esset) faceret ad casum nostrum vbi culpa fuit in faciendo.

30 ¶ Secundò respondetur, quod † in casu de quo agitur, non requiritur monitio, cum notoriè constet sæpè & sæpius vasallum malè tractasse subditos, vt hic constare dicitur ex publicis actis, vt per Moder. Parisien. vbi suprà num. 14. quem sequitur Menoc. in consil. causæ Finarien. in 2. articul. numer. 17. ergo, &c.

¶ Ex his igitur quæ suprà dicta fuerunt, concludendum esse arbitror, prædictum dominum Franciscum per suam Maiestatẽ Cæsaream, † quæ à Deo
31 creata est, vt iustitiam faciat & oppressos liberet de manu calumniantium, l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præfid. Cuma. in consil. 20. colu. pen. & vt malos coerceat, & boni inter eos quietè viuant. cap. non fruſtrà in fin. 23. quæ. 5. ex dictis malis suis tractationibus, iniustitia, extorsionibus & seruitijs indebitè extortis priuandum esse dicto feudo, & si vult ei vti aliqua benignitate in non priuando eum feudo, quod saltem eximat à iurisdictione sua subditos oppressos, & grauatos, prout iustitia suadet, teste Fabr. in l. officium ff. de offic. proconsi. & lega.
32 vbi inquit, quod † si subiectus est grauatus, debet eximi à iurisdictione. Idem Fabr. in §. fin. de his qui sunt sui vel alien. iur. Guid. Pap. quæstio. 62. Guliel. Benedic. in c. Raynutius. in verbo condidit. il. 1. numer. 56. vbi tradit ita fuisse iudicatum in parlamento, dixi in cons. 18. nume. 30. volum. tertio, & respectu vniuersitatis, vt sua Maiestas pro innata sua iustitia cõdemnet dictum dominum Franciscum ad restitutionem indebitè & iniustè extortorum: & q; in futurum à præmissis se abstineat sub pœna priuationis dicti feudi & alijs imponendis arbitrio suo. Nam
33 † boni domini non debent iniquè percipere res fi-
34 delium: quia aliàs nõ † dicitur dominus qui iniquè percipit bona subditorum. Ita Isern. & Afflic. in c. 1.

§. Corra-

§.Corradus.de prohib.feud.alie. per Lotha. vbi loquitur in Rege, ergo multo fortius hoc debet habere locum in istis dominis inferioribus. Plus aduerto
35 re debent, vt inquit Afflic. vbi suprà, quod † iniustitia dominorum facit vacillare corda fidelium & ꝙ
36 † dominus non debet esse nimis onerosus vel contumelios⁹ exactor sed moderatus & cum efficacia benignus & cum iustitia humanus. Iaco. Ardizo. in summa in tit. quib. mod. feud. amit. Affli. in c. 1. §. ad
37 hæc. nume. 9. hic finitur lex Feder. Nam † dominus non solum sibi debet consulere sed etiam subditis: quia connexus est status eorum, Affl. in c. 1. in 3. notabili. hic finitur lex Feder. Caueant igitur domini ab istis nouitatibus, extorsionib. & iniustitijs, & ne pellem subditorum excorient, & vix eis spiritum precarium dimittant, vt per Bal. in l. ex hoc iure. ad fi. de iust. & iure, Barba. in præ. Cle. §. quoniam nulla, col. 4. Petr. Gerard. notab. 73. Iacob. de S. Georgio in inuest. sua in verbo qui quidem inuestiti, quia vltra quod erunt priuandi feudo, scire debent, quod clamitat ad cœlum voces oppressorum. & quod Diuina Maie. nihil relinquit impunitum.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ etsi feudo regulariter sint incapaces, tamẽ in multis casibus succedere possunt, & inter alios in feudo emptitio.*
2 *Feudum emptitium non habet naturam veri feudi.*
3 *Feudum emptitium sapit naturam allodialem propter pretij solutionem.*
4 *Princeps si pro feudo precium recipit, istud significat venditionem, etiamsi vteretur verbo indulgemus.*
5 *Feudum emptitium dicitur magis successio ex natura tractus quàm feudi.*
6 *Iura quæ prohibent fœminas succedere in feudis, quia sunt contra ius commune, & continẽt rigorem, strictè intelligi debent in feudo recto & gratis concesso non in emptitio, quod non dicitur rectum nec gratiosum.*
7 *Feudum emptitiũ transit ad fœminas: non solùm quando præstatio pecuniæ interuenit, sed etiam seruitiũ personale vel iuramentum.*
8 *Fœmina admittitur in feudo conditionato, vt est quando feudum conceditur ad certum seruitium explicabile per fœminam sicut per masculum, & quod explicari potest per idoneum substitutum, quamuis non sit absoluta ab his quæ continentur sub forma fidelitatis.*
9 *Vasallus licet teneatur ad contenta in capitulis fidelitatis, tamen non tenetur esse in pugna cum domino quia in dictis capitulis hoc non continetur, sed contrà num. 10.*
10 *Iuramentum fidelitatis solũm concernit ea quæ solent exigi à domino, & non alia: quia censetur remissa. declara vt num. 33.*
11 *Fœmina ex quinque rationibus est incapax bonorum feudalium.*
12 *Fœmina etsi in feudo emptitio succedere possit, quamuis nonnulli legum vertices tenuerint contrarium, tamen istud secundũ communem locum habet, quando feudum simpliciter pretio integro emitur.*
13 *Fœmina non succedit in feudo emptitio, quando principaliter fuit concessum ex gratia, & non propter pecuniam.*
14 *Res si tradatur & pretium, si præponderat precium dicitur venditio & emptio, si res permutatio.*
15 *Intentio concedentis colligitur ex præmio concessionis.*
16 *Assertio feudatarij nocet succedere volentibus.*
17 *Attenditur quod principaliter agitur.*
18 *Statutum si imponit pœnam turbatoribus status reipu. debet intelligi de his qui principaliter turbant.*
19 *Statuto si caueatur, quod de venditione fructuũ debeat solui gabella: si quis vendiderit fundum plenum fructibus, fructus non sunt gabellandi, cum principaliter non vendantur sed secundario.*
20 *Fundum non potest dici emptitiũ sed gratiosum, quando concessum reperitur cum clausula, de plenitudine potestatis.*
21 *Feudum non potest dici habere naturam emptij, quando datum reperitur secundum naturam antiqui & auiti feudi.*
22 *Recedendum non est in dubio à verbis quando aliter non constat de contrario.*
23 *Feudum emptitium quando conceditur simpliciter absque remissione contentorum in capitulis nouæ & veteris fidelitatis, vasallus tenetur præstare iuramentum fidelitatis.*
24 *Feudatarius semper dicitur obligatus ad ea quæ continentur in fidelitatis sacramento.*
25 *Seruitia personalia non possunt præstari per mulierem.*
26 *Feudum si de sui natura præstat iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa sex, de quibus in cap. 1. de no. for. fidelit. quæ omnia non possunt explicari per monasterium ex persona monachi, monasterium in feudum succedere non potest.*
27 *Clericus licet sit capax successionis feudalis, quando feudum præstet seruitium reale: secus tamen vbi feudum de sui natura debet præstare seruitium personale.*
28 *Seruitia personalia præstari non possunt per substitutum.*
29 *Religiosus etsi possit succedere in feudo dato ad seruitium reale, tamen hoc fallit, si vasallus iuramentum fidelitatis præstaret secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis.*
30 *Vasallus dominum adiuuare debet si mouet bellum, vel mouetur sibi bellum illicitè.*
31 *Ingratitudinis vitium est, si vasallus dominum suum non defendat, à quo beneficium habet.*
32 *Dominus directus si stetit per mille annos quod non requisuerit vasallum ad sibi præstandum auxilium, non amittit ius suum.*
33 *Iura negatiua non præscribuntur nisi à die requisitionis, & in casu recusationis, si is qui requisiuit acquieuerit.*

CONSILIVM XLI.

VISO Themate ac iuribus ad me transmissis, prima fronte dicendũ videtur, Magnificam dominam Petronillam admittendã fore ad feudum Riparolij, quoniam † etsi consuetudine feudali cautum esse reperiat̃, regulariter mulieres esse incapaces bonorũ feudaliũ. c. 1. §. hoc quoq; ꝙ feu. dar. pos. c. 1. si filia de succes. feu. c. 1. §. fi. qd sit inuest. Paris. in cons. 21. in pr. n. vol. 1. Soc. in cons. 77. n. 1. vol. 1. 109. n. 9. vol. 2. Gozad. in cons. 8. n. 5. Alc. in con. 176. tamen etiã consuetudine ipsa receptũ est, eas in multis casib. succedere in feudis, inter quos adest quando feudum fuit pretio
2 comparatum, & sic est emptitium † quia tunc non habet naturã veri feudi. c. 1. de feu. dat. in vicẽ. l. com mis. gl. in §. vasalli, in verbo non obstante. in ver. sed nõ dicit. de pace Constan. Alcia. in cons. 179. n. 4. quia
3 † feudũ emptitium sapit naturam allodialẽ propter precium receptum, & pro hoc adducit diuisionem.
4 Bal. in qui se patris. C. vnde lib. vbi dicit, ꝙ † si Princeps ꝙ feudo pretium recipiat, ꝙ significat venditionem

tionem etiam si vteretur verbo indulgemus. arg. l. fi. C. de præd curial. lib. 10. Odofr. in sum. qui poss. succed. in feud. Roma. in sing. 184. vbi dicit ita consuluisse & verum dicit, vt in cons. 36. & in con. 367. col. 3. Iser. in prælud. feud. in car. 3. Brun. in cons. 14. col. fi. vers. cęterum. Bal. in c. significauit. col. 2. de rescripti Rip. in responso 80. n. 68. Goz. in cons. 56. nu. 19. vbi tradit ℣ † feudum emptitium dicitur successio magis ex natura cõtractus quàm feudi, Pari. in cons. 19. nu. 16. vol. 4 Alex. in l. verum. ff. de verbor. oblig. Crot. in cons. 16. vol. 1. Ias. in cons. 150. colu. 2. Nat. in cons. 119. nu. 14. 159. nu. 16. 216. nu. 2. & 246. nume. 40. Craue. in cons 293. in princ. Clar. in §. feudum. q. 73. vers. sed quid in feudo, & hanc vti communem sequuntur Dec. in cons. 390. nu. 17. Cur. Iu. in trac. feu. in 3. par. in l. regula. vers. 6. limitate, Paris. in cons. 4. nu. 39. vol. 1. Ruin. in cons. 15. nume. 2. & 18. nume. 18. vol. 1. Ant. Gabr. in suis com. opi. lib. 3. in tit. de feud. concluſ. 2. in prin. & in col. fi. vers. tenendo, vbi asserit hanc esse crebriorem, nam † iura quæ prohibent fœminas succedere in feudis sunt contra ius commune & continent rigorem. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Ideò strictè intelligi debent, vt intelligantur in feudo recto & gratis concesso, non autem in emptitio, quod non dicitur rectum nec gratiosum, vt inquiunt doct. in locis suprà citatis, dixi cons. 18. num. 19. vol. 3.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quod imò repellendà venit à successione huiusmodi: quoniam præ
7 dicta sententia sibi locum attribuit, quando † sola præstatio pecuniæ est in consideratione, secus quando vltra ipsam præstationem interueniret seruitium personàle vel iuramentum fidelitatis. Alexa. in cons. 36. colum. 5. in fin. vers. ad tertium. vol. 1. vbi inquit, quod cum iuramentum fidelitatis sit præstitum domino, de cuius natura est, quod vasallus teneatur iurare se facturum id, quod sit incolume, tutum, honestum & vtile, & rem, quam casu fortuito vel iniustè amitteret dominus, eam recuperabit, & quod dominum volentem in se alium offendere cum causa fuerit requisitus iuuabit, & alia quæ sunt de forma fidelitatis & iuramenti, vt in c. 1. de noua for. fidel. quod isto casu non admittitur fœmina in feudo etiam dato ad seruitium, vel nullum: quia ad ista fœmina est incapax, rursus in cons. 2. col. 12. vol.
8 5. Quia respondetur, quod † sicut quando feudum conceditur ad certum seruitium explicabile per fœminam sicut per masculum, & quod explicari possit per idoneum substitutum, quod appellatur conditionatum. c. fi. de c. qui cur. vend. fœmina admittitur, quamuis non sit absoluta ab his quæ continentur sub forma fidelitatis vel quia se obligauit proprio iuramento. ita etiam debet succedere in feudo emptitio, Rui. in cons. 18. num. 17. vol. 1. quia secun-
9 dum Soc. in cons. 257. col. 2. licet † vasallus teneatur ad contenta in capitulis fidelitatis, tamen non tenetur esse in pugna cum domino: quia hoc non continetur in capitulis, Old. in cons. 324. Bald. & Alu. in c. 1. §. fi. de c. qui cur. vend. vbi loquuntur de habente feudum franchum & liberum, & dicunt eum teneri ad contenta in capitulis fidelitatis & non ad aliud, prout etiam inquit. Io. Andr. in addit. ad Spec. de præscript. in fi. & concludunt quod non tenetur ire ad exercitum Ceph. in con. 151. n. 24. cũ seq. Cum ergo in casu nostro cesset ratio prohibitionis obliqua fœmina succedit in feudo, quæ est, quia nõ põt esse in pugna cùm domino, glo. in c. 1. §. hocaũt. qui feud. dar. pos. debet etiam cessare, phibitio, & quamuis alię rationes excludant fœminam à feudo, scilicet, quia vasallus debet esse constans & secretus erga dominum & sibi cõsilium præstare, vt in c. 1. de for. fidel. quæ non cadunt in sexù muliebri. l. si pater. C. de sponſ. tamen satis est quando militet vna ratio licet cesset alia. l. liberorum. §. 1. ff. de his. qui no. infa. cum pugna sit causa finalis & non aliæ. Ceph. vbi supra. nu. 27. Paris. in cons. 4. nu. 22. vol. 1. nam si aliter diceretur, sequeretur quod cum sint plures casus in quib. succedunt fœminæ, ℣ ratione dicta iuramenti excluderentur, quod non est dicẽdum; rursus in
10 con. 12. n. 28. & 30. vol. eo. vbi concludit, ℣ † tale iuramentum fidelitatis solum concernit ea quæ solent exigi à domino directo, & ℣ alia quæ non sunt solita exigi à domino censentur remissa.

¶ His tamen & similib. non obstantibus sententiam contrariam in casu præsenti omnino tanquam veriorem tenendam esse arbitror, quoniam cũ hanc
11 Magnifi. matronam obstat regula feudalis, ℣ † mulier tanquam incapax feudi in eo succedere non potest, propter infrascript. rationes, & Primò, quia arma ferre non potest, Secundò propter publicam vtilitatem, quæ non patitur, vt cætui virorum se immisceat, & maximè Illustrium. l. si qua Illustris. C. ad orficia. Tertiò propter fragilitatem consilij: quia non est apta, nata solidis consilijs. Quartò, propter lubricitatem voti: quia varium & mutabile semper fœmina, & ter mutatur in hora. Quintò & vltimò propter periculositatem secreti, quod retinere non potest, quæ omnia sunt discrepantia à natura feudi, ita Bald. in l. quoties. colum. penult. C. de suis & legit. Curt. Iunior in tract. feud. in tertia par. in 1. regul. Iacobus de Sancto Georgio in inuestitura sua in verbo & fœminis. colum. secunda, vers. sed ista fallentia, Port. in consil. 1. num. 36. Paris. in consil. 21. in princip. volum. 1.

¶ Qua regula firma manente tanquam Bononienses carocio, iuxta gl. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. supereſt vt diluantur quæ ex aduerso allegata fuerunt, & Primò dicitur, quod dicta conclusio non transit sine difficultate, cum multi etiam tenuerint, quod in feudo emptitio fœminæ non succedant, vt videntur voluisse Isern. in d. cap. 1. §. hoc autem. qui feud. dar. poss. & Præpos. in d. cap. 1. §. & quia. eodem tit. Dec. in consil. 39. colum. penult. in fin. Iacob. de Sancto Georgio in inuest. sua in verbo & fœminis. vbi inquit, quod in quæst. facti vidit iudicare contra opinionem Odofr. Afflict. in d. capit. 1. §. & quia. nume. 23. circa fin. vbi dicit doct. ita communiter tenere, Frider. Schench. in tract. feud. in 3. part. num. 38. ac Brun in consilio 18. colum. 3. vers. 2. succedere non possunt. vbi attestatur hanc esse magis communem.

12 ¶ Secundò † dicitur (posita dicta opinione pro vera) ℣ ipsa sublimitatur, vt locum habeat quando feudũ simpliciter integro pretio emitur, Bal. in cap. 1. §. & quia. qui feud. dar. pos. Curt. Sen. in cons. 48. colum. 2. & 3. versic. præmissis omnibus. & in cons. 49. colum. 5. in fin. Gozad. in cons. 3. numer. 23. & in consilio 26. num. 17. Paris. in cons. 16. num. 10. volum. 4. Ceph. in consil. 173. num. 15. Brun. in cons. 18. col. 3. Anton. Gabr. in suis commun. opin. in tit. de feud. quæst. 2. colum. penul. Natta in cons. 701. num. 39. & hanc esse receptam doctorum sententiam inquit Socin. Iun. in cons. 65. nume. 16. vers. vel tertio vol. 1. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. par. in 1. regula in 6. limitatione ver. prædicta tamen. Clarus in verbo feudum, quæst. 73 dixi in cons. 23. num. 33. vol. 1. Rub. Alex. in cons. 111. in fin.

¶ Tertiò respondetur, ℣ huiusmodi sententia li-
13 mitatur etiam locum non habere, quando † principaliter feudũ fuit ex gratia concessum & nõ propter pecuniam, quia tunc feudũ non est iudicãdum emptitium, quod ℣ batur ex notat. per Bald. in prælud. feud. in

feud.in 3.col.versi.circa primum, quem sequuntur ibi Alcia. & Præpos. vbi inquit declarando, an feudum sit gratia vel ne, dicit ꝙ si comparentur ad inuicem concessio feudi & receptio beneficiorum, si prꝙponderat beneficium, feudum habet plurimum gratiꝛ, & ideo feudum beneficium appellatur. arg. l. Titius puerum. de obseq. patr. præstan. vnde prꝙualet extremum potentius, & sic dicitur beneficium arg. l. quæritur. ff. de stat. hom. sicut in simili videmus, ꝙ † si tradatur res & prætium, si præponderat prætium dicitur venditio & emptio, si res permutatio, Io. Andr. & alij in c. ad quæstiones. de rerum permuta. & sic Bal. concludit, ꝙ quãdo conceditur gratia recepta pecunia, si gratia præponderat, dicitur gratia, & cum Bal. pertranseunt Soci. in consi. 4. col. 2. in fin. vol. 4. post Alex. ibi per eum citatum. Iacob. Ray. Cyn. in l. cum te. C. de pac. inter empt. & vend. Bar. & Ang. in l. Aristo. ff. de dona. Cur. Sen. in consil. 49. col. 30. versic. coadiuuantur præmissa. Natta in cons. 601. nume. 39. dixi in cons. 23. nume. 25. volum. 1. in cons. 18. num. 21. vol. 3. & in cons. 50. num. 25. vol. eod. Accedit quod ait Alexan. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. vbi concludit, quod in feudo simplici & recto si interuenit verisimilitudo seruitiorum, & si contractus videatur vltro citroque obligatorius, tamen præponderat liberalitas & gratia beneficij feudi, & potius denominatur gratia quàm beneficium, sequitur Curt. Sen. vbi suprà & in columna 35. versicul. sed ista opinio, at in casu nostro negari non potest, quin præponderet gratia, vt legitur in præmio concessionis feudalis aliàs factæ quondam Magnifico domino Alberto primo acquisitori, vbi principaliter legitur concessum ex gratia, ex quo † præmio colligitur intentio concedentis. l. fi. vbi Bart. & alij. ff. de hæred. institut. Socin. in dicto consilio 4. colum. 3. in princ. versi. igitur. vbi ponderat, quòd Princeps illam baptizat gratiam, & tanto magis id dicendum venit, cum etiam primus acquisitor dicat, etiam concessionem ipsam esse gratiam, quæ † assertio habet nocere volentibus succedere, vt in simili consuluit Alexand. in consilio 7. columna prima, volumine 7. dixi in cons. 23. nume. 25. volum. 1. & in cons. 18. num. 1. vol. 3. Attenditur † enim quod principaliter agitur. l. 1. in princ. ff. de auto. tuto. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & ideo dicitur quòd si statutum † imponit pœnam turbatorib. status reipublicæ, debet intelligi de his qui principaliter turbant, Bal. & Ang. in l. prima, §. 1. ff. de iust. & & iure. Alex. in consil. 112. colum. fina. volum. 2. & in cons. primo. colum. penul. volu. 3. & in cons. 68. volum. eod. Marsi. in sing. 247. Iasi. in cons. 86. column. 3. in fi. volum. 3. Ruin. in cons. 135. nume. 21. volu. 5. facit etiam quod scribit Cuman. in l. abstinendi. ff. de in integr. restitut. & Bald. in l. non solum. ff. eod. titul. vbi volunt, quod † stante statuto, quod de venditione fructuum debeat solui gabella, si quis vendiderit fundum plenum fructibus isto casu fructus non sunt gabellandi: quia cum fructus non vendantur principaliter sed secundariò, attendimus quod principaliter agitur, allegat tex. quasi expressum in l. fin. §. penult. ff. quæ in fraud. cred. sequitur Iasi. in dicta l. si quis nec causam. vbi multa ad hoc allegat. Bero. in consilio septuagesimo sexto. numero 80. volum. 1.

¶ Quartò respondetur, quod † imò dictum feudum ex alio dicitur concessum ex gratia: quoniam datum cum clausula de plenitudine potestatis, Alexan. in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligat. attento principali proposito, sequitur Curt. Sen. in consilio 49. columna trigesima quinta. circa principium.

¶ Quintò dicitur, quod † huiusmodi feudum non potest dici emptitium nec habere potest naturam emptitij: qui concessum secundum naturam antiqui & auiti feudi, & prout regulariter alia feuda conceduntur, in quibus fœminꝛ non succedunt, ita Brun. in cons. 18. col. 3. versic. cæterum. & in cons. 41. col. 2. vers. verum etiam. vbi dicit, quod ex quo concessio fiebat in feudum antiquum & paternum, & secundum naturam feudi antiqui & paterni, ista verba contrahentium non præseferunt, quod ipsa concessio sit alius contractus quàm feudalis. Nam à verbis † in dubio non est recedendum, nisi quando aliter constat de mente in contrarium. l. non aliter, de lega. 3. & vt ibi latius per eum.

¶ Non obstat, quod ex aduerso dictum est, ꝙ dictũ feudum est emptitiũ non obstante iuramento fidelitatis allegato. Quia respondetur, quod † quando feudum emptitium conceditur simpliciter absq; remissione contentorum in capitulis nouæ & veteris fidelitatis, vasallus tenetur præstare fidelitatis iuramentum, prout in cap. 1. de for. fidel. iser. & Aua. in c. 1. §. fin. de ca. qui cur. vend. cuia † semper feudatarius dicitur obligatus ad ea quæ continentur in fidelitatis sacramento, etiam quod non sit reseruatum, Io. Andr. in addit. ad Spec. in rubrica de præscrip. Alex. in consi. 2. col. penu. volum. 5. Vnde cum omnia contenta in dictis capitulis non possint explicari per fœminam. ideo in eo non admittitur fœmina, † quæ seruitium personale præstare non potest. Quod autem hoc sit verum probabitur primò ex notatis per Affl. in decis. 310. col. 3. vbi dixit, quod si feudum de sui natura præstet iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa sex, de quibus in c. 1. de no. for. fidel. quæ omnia non possunt explicari per monasterium, quod ex persona monachi monasterium non poterit succedere in feudo, cum contineat iuramentum fidelitatis, & sic seruitium personale, quod ipsum monasterium præstare non potest subdens Afflict. ita fuissa vocatum in sacro consilio, ergo idem dicẽdum venit in feudo emptitio, quod ratione dicti iuramenti, sub quo continentur seruitia personalia, quod mulier in eo succedere non debeat. Rursus in constit. regni. in constitut. errores. colum. 2. vers. sed hoc. vbi tradit, quod licet † quando feudum præstat seruitium reale, clericus sit capax successionis feudalis, secus tamen est, vbi feudum de sui natura debet præstare seruitium personale. Port. in cons. 3. num. 35. vbi inquit, à natura feudi fœminæ sunt prorsus incapaces feudi propter fidelitatis iuramentum, quod solet producere multos effectus. c. vnic. qual. vasa. iur. deb. fide. do. c. 1. §. qui domino. de no. for. fidel. vbi dictum iuramentum continet sex, scilicet, incolume, tutum, honestum, vtile, facile & possibile, quibus munerib. subeundis mulieres prorsus inhabiles censentur, & vt latius ibi per eum, Alex. in cons. 30. col. 5. in fin. vers. ad tertium. volum. 1. duplicato in cons. 2. in 5. volu. Paris. in consi. 16. num. 10. volu. 4. Brun. in consil. 41. colu. 2. versic. nec obstant. Nam † seruitia personalia præstari non possunt per substitutum, Bar. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. latè Natta in cons. 600. nume. 3. & 13. Gozad. in cons. 26. numer. 46. vbi concludit, quod si imperator concedit licentiam vasallo alienandi feudum, & reseruat sibi recognitionem, & sic iuramentum fidelitatis, ad quæ seruitia non potest teneri fœmina, quod non poterit fieri alienatio in fœminam, etiamsi concessio facta fuisset ,pse & quibuscunq; , Collegium Bononien se in cons. 15. nu. 50. inter consil. Montis ferrati. Card. Simonet ta Illustris. in con. 11. num. 10. inter dicta consi. Brun. in consi. 18. col. 3. vers. 2. succedere non possunt. vbi

loquitur de feudo emptitio, & tamen vult, quod quando feudum non est concessum liberum seu ad nullum seruitium, sed secundum quod alij vasalli sunt obligati virtute nouæ & veteris fidelitatis, fœmina non succedat, si ergo istud habet locum, quando simpliciter iuratur fidelitas, ergo multò fortius id procedere debet quando in concesione & inuestituris quis se obligat expresè ad ea quæ continentur in dictis capitulis nouæ & antiquæ fidelitatis. Alex. in cons. 3. num. 8. vers. præterea. volu. 5. vbi voluit, in feudo ad certum seruitium datum ex quo Ioanninus & alij, de quibus in casu suo, consueuerunt recipere inuestituras, iuramentum fidelitatis præstiterunt & se obligauerunt ad ea ad quæ tenentur veri vasalli, iuxta formam ca. 1. de form. fidel. & capit. primo, de noua for. fidel. per quæ apparet ipsum Ioannem & alios inuestitos virtute dicti iuramenti fuisse ad aliud obligatum quam ad seruitium reale ad quod fœmina non admittitur, nam vt dicit Cyn. in authen. ingressi. in antepenult. quæst. C. de sacrosan. Eccles. dum allegat tex. in cap. primo de form. fidel. intelligitur quod ille qui astringitur ad ea quæ traduntur in dict. cap. dicatur propriè vasallus: & quod concesio sibi facta dicatur propriè feudum, quem sequitur Alexand. in d. cons. 9. nume. 8. Excellens Osas. vti mihi frater in deci. sua Pedemo.
29 27. nume. 9. vbi voluit, quod † etsi religiosus possit succedere in feudo dato ad seruitium reale, tamen quod hoc non procedit, quando in inuestitura præter seruitium reale vasallus iuramentum fidelitatis præstaret secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis prout in inuestituris fieri solet, quia tunc etiam censetur promissum seruitium personale militare, ad quod religiosus non admittitur, ergo idem in fœmina dicendum venit, quod & firmat Natta in cons. 600. nu. 9.

¶ Nec verum est, quod ex aduerso obijcitur, quod in capitulis nouæ & veteris fidelitatis non contineatur seruitium militare: quia ad hoc respondet Natta vbi sup. nu. 29. quod imò in dictis capitulis istud continetur, nam ibi dicitur, quod vasallus præstabit auxilium domino contra omnem hominem, exceptoImperatore, vnde nullo tempore auxilium est magis oportunum, & vtile quàm cum belligerandum est cum hoste, & ita iura feudorum interpretantur, quod vasallus debet sequi dominum in bello si vult esse saluus. c. 1. §. fi. de pace tenen. c. 1. §. Item quia quæ fue. prima cau. benef. amit. c. 1. §. 1. de capit. Corra. & si inspiciamus originem huius contractus feudalis videtur ea potissima ratione introductum vt dominus haberet plures sequaces in bello, & ista est causa præcipua cur fœminæ repellantur à successione feudali: quia iuuare dominum in bello & pugnam facere non possunt, vt glo. dicit in cap. primo, §. hoc autem. qui feud. dar. pos. hoc etiam voluit Affl. in decis. 265. nume. 40. & numer. 48. vbi inquit,
30 quod † vasallus tenetur domino suo, si mouet bellum iustum vel mouetur sibi bellum illicit: quia tenetur vasallus dominum suum adiuuare & ei auxilium præstare, c. 1. in princip. quib. mod. feud. amit.
31 esset † enim vitium ingratitudinis, si vasallus non defendat dominum à quo habet beneficium c. primo, de form. fidel. Decis. Pedemont. 27. nume. 8. vbi inquit. quod quando pro feudo regulariter præstatur iuramentum fidelitatis, secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis, de qua in tit. de forma fidelitatis, in ipsa forma promittitur etiam personale militare seruitium, vt ex ipsorum titulorum lectura apparet, Igneus in repetitione. l. necessarios. §. nõ alias in §. hic. n. 445. ad fillania. & de hoc est text. expressus in c. primo, de nou. form. fid. vbi tex. formaliter dicit. & si sciuero te velle aliquem offendere, & à te specialiter vel generaliter requisitus fuero: meum tibi præstabo auxilium.

¶ Non obstat denique, quod iuramentum fidelitatis concernat ea quæ solent exigi à directo domino, & quod alia non solida exigit, esto quod contineantur in c. primo. de form. fidel. censeantur remissa, vt per Socin. in cons. 257. colum. quarta, vers. præterea. & Paris. in cons. 4. nu. 23. volu. 1. & ideo non reperiatur, quod vasalli habentes feuda in territorio illius Principis vnquam iuerint ad pugnandum pro suo directo domino. Quia respondetur secundum Nattam vbi supra à num. 42. quod hoc potuit contingere. quia non euenit casus necessitatis, ex quo infer-
32 tur, quòd † si dominus directus fuisset per mille annos, quod non requisiuisset vasallos non amisit ius suum, vt est decisio Bartol. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. Bald. & Ang. in. l. malè agitur. in
33 fin. C. de præscript. triginta anno. Nam † iura negatiua, prout est dictum non eundi ad bellum, non præscribuntur nisi à die requisitionis & in casu recusationis, si is qui requisiuit acquieuerit. l. qui luminibus. vbi glo. ff. de seruit. vrba. prę̨d. Nam vasallus si non est requisitus non tenetur præstare seruitia domino, cap. primo. §. licet vasallus. si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. cap. primo, vbi fuero requisitus. cum glo. de no. for. fidel. Isern. in cap. primo, §. sed nec est alia causa iustior. quæ sit prima cau. benef. amit. vbi quia à vasallo seruitia personalia non debentur ad diem certam, necessariò requiritur interpellatio. Rub. Alexand. in l. vinum. num. 219. si cert. peta. & in l. non solum. §. morte. numero 423. de no. oper. nunt. Et sic concludendum venit, quod ex non præstatione seruitiorum non videtur facta talis remissio, nec vlla currit præscriptio contra dominum: vnde ex his videtur quod fœmina non possit succedere, & quod consilium Socin. & Paris. nihil officit domino in casu præsenti.

SVMMARIVM.

1 *Feudum susceptum pro se & hæredibus quibuscunque transit ad extraneos hæredes.*

2 *Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque, non solum includit tria genera hæredum, de quibus instit. de hæred. qualit. & differen. sed etiam legatarium.*

3 *Clausula & quibus dederit, apposita inuestitura feudi operatur, vt illud sit transitorium ad quoscunq; hæredes, & num. 4.*

4 *Feudũ acceptum pro se & hæredibus & habituris causam ab eo transit ad hæredes extraneos.*

5 *Verba habentes causam ab eo, æquipollent verbis & quibus dederit.*

6 *Idem est dicere & quibus dederit & habentibus causam ab eis.*

7 *Causam habere nihil alud est quam habere titulum.*

8 *Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque, vel cum clausula & quibus dederit, vel habituris causam ab eis, alienari potest sine licentia domini.*

9 *Fœmina succedere potest in feudo acquisito pro se & hæredibus quibuscunq; & cum clausulis, & quibus dederit, vel habituris causam ab eis.*

10 *Feudum acquisitum pro se & hæredibus quibuscunque masculis transit ad masculos ex fœminis.*

11 *Fœmina non agnata non admittitur in feudis acquisitis pro se & hæredibus quibuscunque, vel cum clausulis & quibus dederit, vel habituris causam ab eis secus si sit fœmina & agnata,*

12 *Vxor non potest instituí hæres à marito in feudo acquisito pro se & hæredibus quibuscunque.*
13 *Duo specialia simul concurrere non possunt.*

CONSILIVM XLI.

QVONIAM consensu receptum est quòd † quando feudum concessum est pro se & hæredibus quibuscunque illud est transitorium ad extraneos hæredes. Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. Crot. in consilio 136. numero 51. Natta in consilio 59. num. 6. & 8. Bero. in consilio 65. numero 58. volumine primo, 66. numer 12. volum eod. & 130 numero. 31. volumi. 2. Clar. in §. feudum quæst. 83. Port. in consil. 142. nume. 32. & in consil. vltimo numero 5. Soc. Iunior. in consil. primo, numer. 34. & sequenti volum. 2. Bald. in l. prima, quæst. 41. ff. de rer. diuis. in cap. Imperialem. in princip. de prohi. feudi ali. per Feder. vbi dicit, quod dicta verba pro hæredibus quibuscunque operantur † vt feudum nedum transeat ad tria genera hæredum, de quibus insti. de hære. quali. & differen. sed etiam ad legatarium. Curt. Iunior in consil. 4. colum. 2. Paris. in consil. 3. numero 12. volum. 1. Alex. in l. si patroni. col. secunda, ff. ad Treb. & hanc esse communem opinionem tradunt. Curt. Iun. in trac. feud. in tertia, par. in vltima quæst. Ripa in l. ex facto. § si quis ita. nu. 16. ad Treb. vbi dicit, quod † si ista verba, & quibus dederit, important vt feudum transeat ad extraneos, c. primo, vbi omnes. de feud. non hab. propr. nat. feudi, quod & verba vniuersalia quibuscunq; successoribus, idem importare debent rursus in l. dabimus. §. si quis cum tutor. nu. 6. ff. de priuil. cred. dixi in consi. primo, nume. 46. volum. 3. 55. nu. 6. volum. eod. Osas. decis. 26. & hanc esse magis receptam doctorum sententiam attestantur. Socin. Iun. in cons. 72. num. 22. volu. primo, Osas. in decisi. 161. col. pen. in fi. dixi in cons. 54. nume. 40. volum. 3. vel quando concessum est cum clausula & quib. dederit. Natta in consi. 159. num. 12. & 246. colu. secunda, vbi etiam ad hæredes extraneos ab intestato. Clar. in dicto. §. feudum. q. 83. & de hoc est tex. in capit. primo, de feud. non habent. propr. nat. feud. Ripa in l. ex facto. § si quis ita. num. 16. ad Trebel. & in l. dabimus. §. si quis cum tutor. numero 5. de priuil. cred. Soc. Iun. in consil. primo, num. 35. volum. 4. & in consi. 93. nume. 6. volum. eod. vbi etiam veniunt hæredes extranei ab intestato. Rub. Alexa. in l. Gallus in §. quidam rectè. num. 200. de lib. & posthum. vbi qui feudum accipit pro se & quibus dederit, potest feudum quocunque titulo etiam in extraneum alienare quia extraneus masculus non est omnino inhabilis. Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 133. vers. 2. adducebam. ff. de verbo. oblig. Paris. in consi. 23. num. 41. vol. primo, Iacob. de Sancto Georgio in inuestitura sua in verbo quibuscunq;. col. secunda. & † similiter quando in concessione dictum est, pro se & habentibus causam ab eis: quoniam dicta verba æquipollent verbis & quibus dederit. Natta incitato con. 159. num. 19. & Bero. in cons. 65. num. 75. vol. primo, vbi inquit, quod † illa verba seu causam habentes ab eisdem æquipollẽt dictis verbis, & quibus dederit, quæ dicuntur alterare naturam feudi & facere dici non habere propriam naturam, ita q; si essent expressa verba, quæ in feudis solent cõprehendere solum filios & descendentes masculos. puta dicendo, pro se & hæredibus suis capit. primo, §. sed diuersum. qual. olim feud. pot. alien. cap. primo, §. profecto. de lege Corradi. sub illis hæredes extranei contineri dicuntur, ca. primo, de feud non hab. propr. nat. feudi, ergo idem dicendum vbi sunt dicta verba, seu habentes causam ab eisdem: quoniam † dem est dicere, & quibus dederit videlicet, ex aliquo titulo, puta venditionis vel alterius contract⁹, quod est dicere, aut ab eis causam habentibus. Nam † habere causam nihil aliud est quàm habere titulum. l. si ego. §. idem Iulianus. ff. de publ. Soci. Iun. in cons. primo, nu. 35. vol. 4. vbi dicta verba importare videntur ac si fuisset dictum, in eos quibus ipsi dederint. Nam hi quibus ipsi dedissent absq; dubio dicerentur habuisse causam ab illis. Craue. in cons. 92. col. secunda, & in cons. 84. num. 11. Curt. Iun. in consil. primo colum. secunda, in princip. vbi ista verba æquipollent illis verbis, & quibus dederint, & adeo vera est huiusmodi sententia, quod etiam venit in restitutione fideicommissi. Ias. in vsib. feudorum, col. fi. vers. feudum. Soc. Iun. cons. 72. num. 22. volu. primo, Crot. in cons. 136. nu. 51. dixi in cons. primo, nu. 48. circa finem. volu. 3. Rub. Alexa. in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 200. dixi in consil. 69. nume. 24. volum. 2. Curt. Iun in cons. primo. colum. secunda num. 3. & † potest alienari sine licentia domini. Ias. in consil. 156. colum. prima. volum. 2. Craue. in consilio 92. colum. secunda, Natta in consilio 216. colu. secunda, Bero. in consil. 65. numero 75. volum. primo. Clar. in §. feudum. quæst. 83. Deci. in consil. 680. colum. prima, & ita aliàs respondi, vt in consil. 42. num. 2. cum aliquibus sequentibus. volum. primo, & in consilio primo, num. 47. volumine tertio, consilio 79. numero 25. volumin. 2. Gozad in consilio 4. numero 8.

¶ Dubitari videtur, an multũ magnifica domina Helisabet Balliana hæres instituta à quondam Magnifico domino Hercule Lambertino possit succedere in feudo aliàs acquisito ab antecessorib. dicti quõdam domini Herculis pro se & hæredibus suis, ac habituro causam ab eis. Primaq; facie dicendum videretur q; sic † quod dictũ feudum trãsit ad extraneos hæredes excluso domino Gaspare Lambertino, vt dictum est, ergo & ad eam quã uis extraneam. Ias. in con. 9. inter consilia Brun. vbi dicit, q; quando inuestitura † loquitur de quibuscunque successoribus masculis, veniunt descendentes masculi ex fœmina. & inquit, si dictum non fuisset de masculis, sed simpliciter, etiam fœminæ admitterentur. Soci. in cons. 10. inter dicta consilia. colum. prima, vbi consuluit: quia in inuestitura dictum fuerat pro se & successoribus quibuscunque masculis non veniunt fœminæ: sed si tale verbum non fuisset appositum, fœminæ venirent. Signo. de Homod. in con. 10. vbi respondet, feudum transire ad fœminam, si dicatur q; vasall⁹ facere possit quicquid voluerit. idem voluit Gozad. in cons. 8. num. 25. Ruin. in cons. 16. nu. 5. volum. primo. vbi dicit, quod quando feudum est concessum pro se & hæredibus quibuscunque si filia instituatur hæres cum masculo debet succedere cum eo in feudo: quia sicut in dicto feudo venit hæres extraneus cum filio, ita etiam debet succedere cum filio masculo eius soror, cùm non sit contra naturam feudi. quod extraneus succedat cum filio, per nota. in l. Gallus. in §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. iterum in cons. 39. num. 10. vol. eod.

¶ Sed præmissis non obstantibus contraria sententia est de iure verior, q; dicta Magnifica domina Helisabet nõ possit succedere in dicto feudo etiam q; concessio feudalis fuerit facta pro se & hæredib. ac habituris causam ab eis, quoniam indubitata est iuris conclusio, quod † quando in fœmina concurrũt ista duo, videlicet, quod sit fœmina & extranea, dato q; in dicta inuestitura sint apposita illa verba, pro quibuscunque, non admittitur fœmina extra

nea, secus quando est fœmina, sed agnata. quod probatur ex dictis per Bal. in ca. primo. §. donare. qual.
12 olim feud. non pote. alie. vbi inquit, ꝙ vbi feudum est receptum pro hæredibus quibuscunq; , non ve-
13 nit vxor hæres propter duo specialia quæ concurrunt nec concurrere possunt, primo, ꝙ fœmina admitteretur quæ regulariter excluditur à successione feudi. cap. 1. §. & quia, qui feud. dare poss. & aliud quod hæres extraneus admitteretur. contra l. primam. C. de dot. promiss. sequũtur ibi Præpos. Rui. in d. cons. 16. num. 5. vbi dixit, ꝙ quando feudum est conceptum cum dictis verbis, hæredibus quibuscunque si filia est instituta cum filio masculo, potest cum eo succedere in feudo: quia tunc cessat ratio. Bal. in dict. §. donare. quia licet sit filia & sic fœmina non tamen hæres extranea. quia agnata: & sic in ea non est nisi vna qualitas, quæ non repugnat naturæ feudi, sicut & in masculo hærede extraneo. iterum in cons. 39. num. 10. volu. eo. vbi concludit, filias sororis non esse admittẽdas ad successionem patrui: quia non sunt communis agnationis & quia fœmina, ne dupliciter improprietur feudum, Ale. in consi. 30. nu. 12. vol. primo, vbi concludit, vasallum non posse legare alteri feudum, in quem de natura feudi non potest transire, puta in non descendentem masculum. dicto §. donare, ꝙ (& inquit verũ) etiam si feudum esset concessum pro recipiente pro se & hæredibus suis quibuscunque, secundum Bald. ibi quia licet legatarius in re legata censeatur esse hæres. l. in tempus. §. primo, de vsucap. tamen si isto casu veniret vxor appellatione hęredum quorumcunque, duę sequerentur improprietates. Vna, ꝙ feudũ transiret ad eos, quę non essent de agnatione. Altera ꝙ transiret in fœminam, contra propriam naturam feudi, argumento. l. 1. C. de dot. promiss. subdens, ꝙ hoc modo soluitur & limitatur, quod idẽ Bal. dixit in l. prima, in 34. quæst. ff. de rer. diuis. & in cap. imperialem. in princip. in 7. col. de prohi. feud alie. per Feder. quod consilium est duplicatum, vt in cons. 2. in 5. vol. rursus Ruin. in cons. 25. num. 5. volu. 2. Cagnol. in l. fin. colum. antepenult. in fin. ff. de reg. iur. Gozad. in cons. 26. nume. 33. & 47. post Dec. in cons. 293. colum. secunda, versic. non obstant, Rub. Alex. in l. Gallus. in §. quidam rectè. numer. 200. de lib. & posthum. & in cons. 57. colum. secunda, Decis. pedemon. 26. nu. 26. Alcia. in cons. 370. nume. 9. Natta in cons. 464. num. 10. & 19. vbi dicit, quod licet decisio Bald. in dicto §. donare, semper sibi visa fuerit dubitabilis, tamen quod non reperit in specie aliquem impugnantem, Ceph. in cons. 258. nu. 13. dixi in consi. 3. nu. 69. volum. primo, 79. in fi. volum. 2. & 57. nu. 32. volum. 3. Bero. in cons. 65. num. 57. volu. primo, sed in casu nostro ista domina Helisabet est fœmina & extranea, ergo admitti non debet ad successionem ipsius feudi. Qua conclusione stante, quæ ab omnibus recipitur, respondetur breuiter ad adducta in contrarium, & dicitur, ꝙ in quantum Ias. & Soc. in locis supra citatis loquuntur de descendentibus masculis ex fœminis benè loquunt: quoniam nõ adest in eis nisi vna improprietas, quia extranei. Nam licet multæ rationes repellant fœminas à successione feudi, de quibus per Bal. in l. quoties. C. de fideicom. & Curt. Iun. in tract. suo feudali in tertia par. in prima reg. & Port. in cons. primo, n. 25. tamen istæ rationes cessant in descendentibus masculis ex fœminis. ita Curt. Iun. in cons. primo volu. tertio, in princip. Nemo autem potest inficiari secundum eum, quin descendentes ex fœminis non sint sangui né coniuncti, & ꝙ pluſquam iuris habeant quàm extranei & Curt. sequitur Soc. Iun. in cons. 2. num. 19. vol. 3. si ergo per illa verba hæredibus quibuscunq; admittuntur extranei, vt per doctores communiter vbi suprà, ergo multo magis descendẽtes masculi ex fœminis admitti debent, in quibus (vt dictum est) solum militat vna ratio, quod & voluit Bero. in cons. 65. nu. 58. volu. primo, vbi firmat hanc esse magis communem, sed in quantum Ias. & Soc. in locis suprà relatis concludere videtur, quod si non essent illa verba, quibuscunque masculis. venirent & fœminæ, non benè loquuntur, si simpliciter intelligantur de fœminis non agnatis: quia eis obstant decisiones supra relatæ: quæ communiter sunt approbatæ: ad consilium Gozadin. non cadit responsio cum sit sibi ipsi contrarius, vt patet in consilio suo 26. suprà allegato. Pariter non obstat consilium Signo. de Homod. quia loquitur in casu, in quo fœmina erat agnata & non extranea. Ex his igitur firma remanet conclusio, quod dicta domina Helisabet: quia fœmina & extranea in dicto feudo succedere non potest, sed ad illud admitsi debeat dictu Magnificus dominus Gaspar tanquam agnatus: Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione veniunt nepotes.*
2 *Filiorum appellatione in substitutione fideicommissaria veniunt nepotes.*
3 *Filiorum appellatione in transuersalibus veniunt nepotes. sed contra num. 39.*
4 *Positi in conditione censentur vocati, sed contra secundum communem, num. 41.*
5 *Positi in conditione censentur vocati, quando constat de mente testatoris.*
6 *Voluntas testatoris ante omnia attendi debet,*
7 *Voluntas testatoris quæ etiam per coniecturas, & præsumptiones reperitur omnino seruari debet, qualiacunq; verba probata sint.*
8 *Verba semper intentionem testatoris seruire debent, et non econtra.*
9 *Positi in conditione cum qualitate masculinitatis censentur vocati, sed contrà num. 42.*
10 *Positi in conditione censentur vocati quando testator digressus est ad plures gradus substitutionis, sed contra num. 43.*
11 *Positi in conditione censentur vocati quando testator proprias filias excluſit propter masculos, declara vt in num. 44.*
12 *Positi in conditione censentur vocati quando testator prohibuit alienationem bonorum.*
13 *Positi in conditione censentur vocati, vbi concurrunt plures coniecturæ. declara vt in num. 56.*
14 *Singula quæ non prosunt, multa iuuant.*
15 *Substitutio quæ non reperitur facta in testamento per nos sub ntelligi non debet,*
16 *Substitutio nulla dicitur facta, quæ in testamento non legitur, & dicens contrarium illud euidenter probare debet.*
17 *Verborum intentioni regulariter est standum.*
18 *Testatorem non sufficit ita voluisse nisi disponat.*
19 *Testatorem ita voluisse verisimiliter & coniecturatiuè non sufficit, sed necesse est, quod cõiecturis non sufficientes, & quod colligantur ex dictis per testatorem in suo testamento.*
20 *Testator quod non loquitur velle non præsumitur.*
21 *Homo velle non creditur nisi quod dicit.*
22 *Voluntas seu mens retenta in corde non acommodatur actui hominum, quia est sicut posthumus in vtero, qui si non nascitur nihil est.*
23 *Lex generaliter dictat alio nomine filios & alio nepotes contineri.*
24 *Filij diffinitio ab essentia nepotis differri videtur.*

25 Fidei-

25 *Fideicommissum dicitur onus.*
26 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in substitutione fideicommissaria.*
27 *Filiorum appellatione veniunt tantùm nepotes, quando in prolatione testatoris continetur dispositio fauorem filiorum respiciens, secus quando continet grauamen filiorum.*
28 *Verba testatoris in dubio sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi.*
29 *Appellatione filiorum secundum communem vsum loquendi non venit nepos.*
30 *Communis vsus loquendi in testamentis & in omnibus alijs dispositionibus est attendendus.*
31 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes incogniti in substitutionibus.*
32 *Testator si substituit aliquem & eius filios, intelligitur de natis tempore testamenti.*
33 *Substitutio facta de liberis non intelligitur de his qui tempore testamenti nec mortis non erant in rerum natura.*
34 *Participium apparentes, præsentis temporis resoluitur in relatiuum & verbum præsentis temporis, & est habendum ac si dictum fuisset, qui apparent, restringiturq; ad eos tantùm qui erant tempore conditi testamenti & non ad alios nascituros.*
35 *Testator si legat medietatem pecuniarum, suppellectilium & omnium bonorum mobilium existentium in domo sua propter illud participiū existentium, quod exponitur, id est, res & mobilia quæ existunt in domo, ea veniunt tantum, quæ in domo erant tempore testamenti, adeò quod non attenditur aliud tempus.*
36 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes quando dispositio in filijs iam est sortita suum effectum.*
37 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, nisi quando constaret testatorem esse consuetum nepotes filios appellare.*
38 *Filius deriuatur à filos Græcè, quod est amor.*
39 *Filia repræsentat personam patris.*
40 *Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas testatoris.*
41 *Inconueniens non est quod neptis aliquando sit melioris conditionis quàm filia.*
42 *Fideicommissum non inducitur per simplicem prohibitionem alienationis, nisi in casu contrauentionis.*
43 *Prohibitio alienationis facta sine causa non tenet.*
44 *Prohibitio limitata, limitatum producit effectum.*
45 *Prohibitio alienationis est odiosa.*
46 *Prohibitio alienationis est strictè intelligenda.*
47 *Ingenuis hominibus iniquum est, non esse liberam rerum suarum administrationem.*
48 *Prohibitio alienationis non extenditur de persona ad personam: quia facta filijs non porrigitur ad nepotes.*
49 *Extensio non fit de persona ad personam, etiam ex tacita & verisimili mente testatoris.*
50 *Testatoris voluntatem sequi debemus sicut venator leporem.*
51 *Voluntas testatoris omnia regit & gubernat.*
52 *Voluntati testatoris satisfaciendum est.*
53 *Testator non censetur se corrigere incontinenti.*
54 *Contraria duo & repugnantia simul stare non possunt.*
55 *Contrarietas euitanda est.*
56 *Absurditas est euitanda.*
57 *Substitutio facta alicui sub conditione, si decesserit sine liberis masculis, secundum communem deficit extantibus liberis tempore mortis, quicquid postea de liberis contingat.*
58 *Conditio si deficit, fideicommissum sub conditione est nullum.*
59 *Conditione deficiente deficit dispositio, & ea pro non facta habetur.*
60 *Pronunciandum est indubio fideicommissum non extare.*

CONSILIVM XLIII.

NEGARI Non potest quin materia præsentis consultationis prima facie videatur esse periculosa, cum in ea tractari contingat de interpretatione voluntatis testatoris, in qua propter nimiam subtilitatem sæpe errare solemus, cum testantis animum non videamus, Bald. in l. precibus, column. septima. C. de impub. & alijs substit. Soc. Iun. in cons. 85. num. primo volum. primo. Tamen si quis veras iuris conclusiones & receptiorem doctorum sententiam amplectatur errare non poterit, teste Ias. in cons. 52. in princip. vol. 3. Viso igitur testamento quondam domini Andreæ Bertoni ac eius tenore diligenter & maturè considerato. Nec non etiam perspectis consilijs editis in fauorem dominarum Lauræ & Lucretiæ filiarum & hæredum quōdam domini Francisci Bertoni. Primo quidem aspectu dicendum videtur, q̄ ex quo dictus dominus testator in secundo gradu substitutionis filios masculos Ioannis Antonij & Philiberti substituit, intelligitur etiam substituisse dominos Marcum Antonium, & fratres filios quondam domini Andreæ & nepotes dicti domini
1 Antonij: eo quia † appellatione filiorum veniunt nepotes. l. iusta. l. filijs. ff. de verb. sign. Roma. in consil. 143. Abb. in cons. 36. vol. primo. Crot. in cons. primo
2 nu. 7. vbi inquit, q̄ † in substitutione fideicommissaria appellatio filij extenditur ad nepotes, & in consil. 17. nu. 11. Dec. in cons. 391. colum. prima, Grat. in cons. primo, nu. 45. vol. 2. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 60. ff. ad Treb. Nec habet obstare, quod
3 † cum simus in transuersalibus, appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bald. in repetitione l. in suis. col. fi. de lib. & posthum. & in cons. 76. in quarta par. quia respondet, quod cōtrarium voluit Alex. in cons. 5. in primo dubio, volum. 3. vbi dicit, quod si per substitutionem vocatur Petrus frater & eius filij dicuntur etiam vocati nepotes, Ias. in cons. 32. in 3. col. vol. 3. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de verb. sign. conclusione prima, nu. 88.

¶ Secundò in fauorem doctorum Marci Antonij & fratrū facit aliud fundamentū: quia testator posuit in conditione lineam masculinā dñorum Ioannis, Antonij & Philiberti, & sic dictos dominos Mar
4 cum Antonium & fratres: quia sunt de linea † vti positos in conditione vocasse videt. l. Lucius. ff. de hæred. instit. Oldra. & Saly. in l. prima, C. de cond. insert. Roma. in l. si cum dotem. in prin. ff. solut. matr. vbi dicit hoc verissimum. Paul. de Castro in consil. 273. volum. primo, vbi amplectitur hanc partem vti veriorem & æquiorem, Ancha. in consil. 74. dicens, quòd opinio contraria infringit mentem testatoris & in absurdum sonat, Barb. in cons. 55. nu. 5. in 2. vol. vbi refert aliàs vidisse apostillam manu. Ioann. Andreæ Archidiaconi Bononiensis dicētis, se audiuisse cū legeret Florētiæ antiquos aduocatos Florentinos tenuisse contra gl. in d. l. Lucius. subdēs istam esse veriorem & crebriorem doctorum sententiam & vidisse infinitis vicibus ita consultum per valentiores doctores Italiæ, & q̄ ipse sæpe consuluit & vidit iudicari, Soc. Iun. in cons. 141. nume. 7. volum. 3. vbi tradit, quod si esset iudicaturus hanc opinionem approbaret.

¶ Verum

¶ Verum quia ab hac ſententia multi diſſentiunt vt infrà dicitur, & (dato & huiuſmodi opinio non eſſet recepta) tamen limitatur locum non habere † vbi aliter conſtaret de mente teſtatoris, quæ ante omnia attendi debet, vt in caſu noſtro, vt inf. l. interdum §. denique. ff. de pecu. lega. notant omnes in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. & in l. 1. C. de pac. Dec. in conſ. 242. propè finem. Soc. Iun. in conſ. 100. num. 20. vol. 3. vbi ſufficiunt leues coniecturæ, quæ † ante omnia attendi debent, cum primum locum obtineant. l. in conditionibus primum locum. ff. de con. & demonſtr. & † quæ etiam per coniecturas & præſumptionem reperta omnino ſeruari debet qualiacunq; verba prolata ſint, cum † verba ſemper intentioni ſeruire debeant & non econtra. l. ſcire oportet. § aliud. ff. de excuſa. tuto. cap. 2. requiris. de appella. Soc. Iun. in conſil. 98. colum. 2. in fin. volu. primo, ſed hic videtur, quod propter multas coniecturas demonſtratur, ipſos dominos Marcũ Antonium & fratres in conditione poſitos per teſtatorem fuiſſe vocatos. Primò, quia † poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis, quo caſu cẽſentur ex coniectura teſtatoris vocati, quod in fauorem agnationis factum eſſe intelligitur. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titulo de teſta. in verbo ſub hoc titulo generali. Guid Pap. in deciſ 184. & 546. col. prma. Dec. in conſ. 574. colum. fi. 588. nu. 11. & 655. colu. fi. Curt. Iun. in conſ. 87. colum. prima. in fin. vbi dicit, quòd iam tribus vicibus pro hac ſententia conſuluit in Ciuitate Brixiæ, & ita iudicatum fuiſſe, prout ſibi fuit relatum, ſententiamque ipſam per Illuſtriſſimum Senatum Venetum confirmatam fuiſſe, quod & repetit in l. prima, C. de pact. iterum in conſ. 48. col. quarta, verſ. ex alio 96. colu. prima, & 121. nume. 16. Iaſ. in conſi. 108. colum. quinta. verſicul. non obſtat quoque ſecundum. volum. 3. Ripa in reſponſo primo de ſubſtit. in prima coniectura. Socin. Iun. in conſi. 126. numer. 28. volum. 5. vbi refert ſecundum hanc partem pluries conſuluiſſe, quam vti veram & communem amplectitur in conſil. 119. numero 26. volum. eod. Alban. in conſ. 87. numer. 11. Port. in conſi. 46. num. 5.

¶ Secunda eſt coniectura: quia † teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, ex quo arguitur, & poſiti in conditione cenſentur vocati, Ancha. in conſ. 70. nu. 2. vbi inquit hanc limitationem tutiſsimam, Cur. Sen. in l. prima, de pac. dicẽs hanc limitationem memoriæ commendandam, Bero. in conſ. 104. nume. 12. verſ. 2. vol. 2. & 109. col. penult. in princ. volum. eod. Pariſ. in conſ. 77. num. 27. volum. 2. Gozad. in conſ. 64. numer. 10. & Grat. in conſ. 89. num. 9. volum. 2.

¶ Tertia adeſt coniectura, quia † proprias filias excluſit propter maſculos, ex quo ſequitur, incluſio vnius alterius eſt excluſio. l. cum prætor. ff. de iud. Corne. in con. 207. col. 2. verſ. quantum. vol. 2. Paul. de Caſtro in conſ. 359. vol. 2. Grat. in conſ. 106. colu. penult. vol. 2. Craue. in conſ. 230. num. 4. Ant. Gabr. in ſuis com. opin. in titul. de fideicom. concluſione quarta, num. 44.

¶ Quarta eſt coniectura, quia †, phibuit alienationem bonorum ſuorum ita Cur. Iun. in conſ. 43. n. 8. poſt Soc & Corn. ibi per eum allegatos.

¶ Vlterius dicitur, & ſi vna ex dictis coniecturis non ſufficeret ad inducendum dictum fideicomiſſum in perſonas dictorum dominorum Marci Antonij & fratrum, tamen † negari non poteſt, quin ſaltem illud inductũ eſſe videatur concurrentibus tot coniecturis, de quibus ſuprà. Soc. in l. cum auus, circa finem. ff. de cond. & demonſtr. Pariſ. in con. 38. volum. 2. Matthe. Gribal. in conſ. 49. nu 20. inter conſilia Portij. Nam vulgo dici ſolet, & † quæ non præſunt ſingula multa iuuant. l. prima, §. ætas. ff. de excuſa. tuto. l. inſtrumenta. C. de proba. gl. in l. ſtipulatus. in princi. ff. de vſur.

¶ Cæterũ præmiſsis non obſtantibus, & non inſudãdo niſi vbi expediet, in caſu de quo agitur, abſque dubio concludendum eſſe arbitror, quod domini Marcus Antonius & fratres non debent admitti ad dictum fideicommiſſum ordinatũ per dictum quondam dominum Andream Seniorem in eius vltimo eulogio, & quod in portione dicti quondam domini Franciſci, quam conſequutus eſt ex vi teſtamenti dicti domini fideicomittentis, ſuccedere debeant dominæ Laura & Lucretia eius filiæ & hæredes. Quoniam clariſsimi iuris eſt, quod quando aliqui non ſunt vocati in teſtamento reſultat concluſio, quæ habet, quod † ſubſtitutio quę non reperitur facta in teſtamento, per nos ſubintelligi non debet, Nam in materia ſubſtitutionis ſolet pro regula tradi, vt † ſubſtitutio nulla dicatur facta, quæ in teſtamento non legitur, & dicens contrarium illud debet euidenter probare quia † regulariter verborum importantiæ ſtandum eſt. l. non aliter, de lega. 3. ita iſtam regulam poſt plures ab eo relatos tradit Soc. in conſ. 62. in tertia col. volu. 3. Soc. Iun. in conſ. 176. num. 8. vol. 2. 151. col. prima, in fi. 80. num. 1. vol. eod. 101. nume. 3. volu. primo, conſ. ſequen. nume. 23. & 27. 118. num. 18. vol. eod. conſ. 4. num. 16. vol. 3. vbi fideicommiſſun non præſumitur, cum verba illud non important. 64. num. 14. 75. num. 8. 100. numero 17. 110. nume. 3. & conſil. ſequenti num. 27. volu. primo, 74. nume. 4. volum. 3. conſi. 4. nume. 13. volum. eod. & 29. num. 8. volum. 4. Craue. in conſ. 161. num. 16. Pariſ. in conſil. 38. colum. ſecunda, volum. 2. Gozad. in conſi. 29. num. 13. Bero. in conſ 93. nume. 41. volum. 2. & 67. num. 7. volum. eod. Grat. in conſ. 5. in prin. volum. 2. & procedit iſta regula etiam quod aſſeratur teſtatorem de aliqua ſubſtitutione facienda ſenſiſſe ſeu cogitaſſe: quoniam † non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe niſi diſponat. tex eſt in l. quidã cum filium. vbi Bal. Ang. & Imol. ff. de hæred. inſti. Pariſ. in conſilio 87. nume. 17. volum. 2. & in conſil. 89. nume. 15. volum. eod. Soc. Iun. in conſi. 111. num. 8. volum. primo, 176. num. 9. volum. 2. & in conſi. 4. nume. 14. volum. 3. Crot. in con. 17. nu. 30. vbi communiter concluditur non ſufficere, & † dicatur teſtatorem ita voluiſſe veriſimiliter & coniecturatiuè, ſed neceſſe eſt, quod ſint coniecturę ſufficientes, & quod colligatur ex dictis per teſtatorem in ſuo teſtamentõ: Nam † quod teſtator non loquitur velle non præſumitur, Bal. per illum tex. in l. prima, §. fin autẽ ad deficientis. C. de cadu. tollen. Dec. in conſ. 463. num. 7. & 696. num. 19. Soc. Iun. in citato conſil. 29. nume. 9. Crot. in conſ. 143. num. 13. vbi † homo non creditur velle niſi quod dicit, Bal. in l. voluntatis. in fi. C. de fideicom. & † voluntas ſeu mens retenta in corde non accoõmodatur actui hominum, Bal. in l. iuris gentium. § pactorum. ff. de pac. l. ſi repetendi. C. de cond. ſine cauſa. Pariſ. in conſ. 89. nu. 17. volu. 2. Soc. Iun. in conſ. 78. num. 32. vol. 3. & in conſ. 4. n. 15. volumn. eod. quia eſt ſicut poſthumus in vtero, qui ſi non naſcitur nihil eſt. l. fi. C. de poſthum. hære. inſti. Bal. in l. prima, in ſecunda quæſt. C. qui admitti, Iaſ. in conſ. 33. colum. quarta, verſic. præterea quod iſta. vol. 3. At in caſu noſtro aliqua non adeſt ſubſtitutio quæ loquatur de Marco Antonio & fratrib. ergo dici non poteſt, quòd iure aliquo admittendi veniãt, cum in eorum fauorem nulla reperiatur diſpoſitio teſtatoris, nec aliqua verba ad coõmodum ipſorum tendentia, vt patet, quia verba teſtatoris dicuntur, quod decedente domino Ludouico filio ipſius fidei commit-

committentis sine filijs (quod equidem euenit) sub stituebat Nobiles Ioannem, Antonium & Philibertum eius consanguineos, & eis præmortuis, seu alteri eorum (quod pariter accidit: quia mortui ante hæredem) substituebat filios masculos ex eis apparentes · & sic dominum Franciscum natum ex domino Ioanne & dominum Andream filium domini Antonij: sed de dominis Marco Antonio & fratribus nullum penitus verbũ factum reperitur. Nam si testator voluisset fideicommissum suum extendi ad ipsos vtiq; sciuisset dicere, quod cum factum non fuerit datur intelligi, q; voluntas sua fuerit dimittere liberos dominos Franciscum & Andream, argumento eorum quę habentur in c. ad audientiam. de deci. & in l. prima, §. sin autem ad deficientis. C. de cãdu. tollen. Paris. in simili in cons. 31. num. 7. vol. 2. Soc. Iun. in cons. 29. num. 24. vol. 4.

¶ Quæ conclusio clarior reddetur & verissima apparebit ex responsionibus dandis ad allegata in contrarium, in quibus stat totum pondus præsentis consultationis. & deueniendo ad primum argumẽtum in quo dicitur, quòd domini Marcus Antonius & fratres veniunt admittendi vigore dictorum verborum filios masculos, appellatione quorum filiorum veniunt nepotes. Respondetur pluribus modis, & Primò, quod † lex generaliter dictat 23
alio nomine filios & alio nomine nepotes contineri. l. quod si nepotes. ff. de test. tutel. §. si. qui testa. tu- 24
to. dar. pos. nam † & filij diffinitio ab essentia nepotis differre videtur. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. gl. in l. filij appellatione. de verbo. sign. & hoc de proprietate sermonis, Bar. in l. liberorum, in princip. de verbor. sign. à qua in dubio non est recedendum, Dec. in consil. 95. nume. 5. Soc. Iun. in consil. 30. num. 10. volum. 3. Gozad. in consil. 36. num. 3. Port. in cons. 15. num. 33. cum sequen. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de verbo. sign. conclusione prima.

¶ Secundò respondetur, quod vbi agitur de fidei 25
commisso quod † dicitur onus. l. cohęredi, §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Soc. Iun. in con. 95. nu. 19. vol. primo, 121. num. 12. volum. eod. 181. nume. 9. volum. 2. & 199. num. 6. volu. eod. cons. 29. nume. 18. volum. 264. & 41. num. 3. volum. eod. appellatione † filiorum non veniunt nepotes, Paul. de Castro in consil. 170. col. secunda, vbi inquit quod appellatione filiorum non veniunt nepotes ex proprio significatu nec ex interpretatione in quacunq; dispositione legis vel hominis, quando non tractatur de commodo & fauore eorum sed de onere, vt in substitutione fideicommissaria, quæ dicitur onus, dicto §. cum filiæ. Corne. in cons. 182. colum. secunda, volum. 2. & 199. colum. 12. volum. eod. vbi refert, ita alias consultũ fuisse & iudicatum Florentiæ. Dec. in consi. prædicto 95. colum. quarta, vbi etiam ait ita vidisse consultũ per dominum Bonsium & plerosque alios aduocatos Florentinos celebartissimos. Curt. Sen. in consi. 45. vbi tradit hanc conclusionm non habere contradicentem. rursus Dec. in consi. 218. columna quarta, 287. colum. quinta, in princip. 291. columna fi. 567. in fi. & 563. num. 5. Soci. in consil. 73. in 4. vol. Curt. Iun. in consi. 57. colum. tertia, in princip. vbi refert ita consuluisse dominũ Otthonem, vt in consi. 152. inter consilia Soc. vbi sunt nouem subscriptiones aliorum Doctorum qui pro eadem parte consuluerunt. iterum in consi. 111. colum. prima, in fi. & 735. column. penult. in fi. Paris. in consi. 31. num. 16. volu. 2. 75. num. 46. 86. nume. 26. 87. num. 23. volum. eod. vbi tradit ita consuluisse Collegium Papiense Alciat. in consil. 779. numer. 5. Soc. Iun. in consil. 111. num. 29. volu. 1. vbi consuluit, quòd illud quod dicitur, † filiorum appellatione venire nepotes, solum procedit quando in prolatione testatoris continetur dispositio in fauorem filiorum: quia tunc multi tenent, q; fauorabiliter etiam nepotes continentur vt loquuntur Bart. in l. liberorum. de verb. sign. Alexan. Ias. & alij in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthũ. secus quando dispositio continet grauamẽ filiorum, vt quando eis fit substitutio fideicommissaria: quia tunc illa regula locum non habet. Ceph. in consi. 107. nume. 17. vbi concludit, quod appellatione filiorum veniunt nepotes, vbi agitur de exclusione fideicommissi, secus quando agitur de inducendo fideicoñissum, vt puta si filij fuissent substituti, quia tunc non includuntur nepotes. Bero. in con. 122. colum. secunda volum 2. & dicit Soc. in consil. 104. in princi. volu. 3. quod ista est magis communis opinio. Ex his igitur concluditur, quod cum in prædictis substitutionibus appellatione filiorum non veniunt nepotes, quod domini Marcus Antonius & fratres non comprehendantur sub dicta substitutione facta de filijs masculis.

¶ Tertiò respondetur, q; verba testatoris (si aliud non appareat) sunt intelligenda secundum commune vsum loquendi. iuxta l. cũ de lanionis. §. alinam. ff. de fund. instruc. & lega. glo. in l. librorum, §. quod 29
tamen Cassius de legat. 3. † sed secundum vsum loquendi & vulgarem sermonem sub nomine filijs, nepos non continetur. glo. in verb filios. §. cum igitur in auth. de non eligen. secun. nub glo. penult. in §. fina. qui testame. tutor. dar. pos. Iacobus Butrig. in prima constit. ff. Butr. in prœmio decreti. in princi. Zas. in consil. primo, volum. primo. Ias. in consil. 52. columna secunda. vol. 3. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 59. ff. ad Trebel. ergo (alio in contrarium non ostenso) in casu nostro non debet sub verbo filiorum contineri nepos, vt in terminis arguit Signor. de Homod. in cons. 247. propè fin. & Ias. in d. §. instituens. licet de Homo. non faciat mentionem quos sequitur Soc. Iun. in cons. 30. num. 17. volum. 3. Bertr. in cons. 209. colum penult. volum. 3. Alexa. in cons. primo. numero 17. volum. primo. & in consil. 135. num. 26. vol. 2. qui † communis vsus loquendi, secundum eum, in testamentis & omnibus alijs dispositionibus attendendus est. dic. §. quod tamen Cassius. Soci. in cons. 73. num. 20. volum. 4. Rom. in consil. 438. in vltimo dubio. Anton. Gabr. vbi suprà, numero 89.

¶ Quartò respondetur, quod voluntas testantis non fuit, vt sub nomine filiorum Ioannis, Antonij & Philiberti contineãtur nepotes, & sic Marcus Antonius & fratres. quod probabiliter suadetur ratione affectionis, quam particulariter testator habebat ad filios prædictorum Ioannis & Antonij cessantis in suprascriptos dominos Marcũ Antonium & fratres: etenim cum filij dictorum Ioannis & Antonij tẽpore testamenti nati essent, & ipsi testatori cogniti pariter & dilecti, dicuntur per eum vocati vti personæ sibi notæ & dilectę, quod non fuit consideratũ in dominis Marco Antonio & fratribus, qui tempore testamenti nec nati nec conceptierant, nec de eis erat aliqua cogitatio, & minus in eos aliqua affectio, cum illa non detur ad incognita, meritò ergo per locum à cessante ratione, dicendum est, quod non adest ratio, quare debeat fieri interpretatio, de qua in l. iusta. de verbor. signific. sed stare debemus regulæ, l. quod si nepotes. ff. de testa. tutel. Bero. in 31
cons. 122. col. secunda. vers. 3. vol. 3. & quod † nepotes incogniti appellatione filiorum in substitutionib. non veniant, voluit Bar. in cons. incip. Bonauẽtura 32
condidit testamentum, vbi vult, quod † si testator substituit aliquem & eius filios, intelligitur de natis tem-

tis tempore testamenti, Ang. in cons. 38. Dec. in consil. 95. colu. tert a, vers. 3. principaliter. vbi dicit Florentiæ ita fuisse consultum, per Excellent. aduocatos dominos Salustium de Perusio. Soci. Barbat. & Are. Alex. in consil. 183. in princip. vol. 2. vbi dixit, ℣
33 †substitutio facta de liberis non intelligitur de liberis qui non erant in rerum natura tempore testamenti nec mortis, argu. eorum. in l. si cognatis, ff. de reb. dub. Gozad. in con. 36. nu. 7. cum seq. Curt. Iun. in con. 58 in fi. Bal. in l. Lucius. ff. de hær. instit. Rub. Alexan. in cons. 82. propè finem. Alex in cons. 52. nume. 6. volum. 4. Soci. in cons. 73. col. prima, in fi. vol. 3. Cepha. in cons. 12. nu. 18. Soc. Iun. latissimè in consi. 30. num. 23. cum sequenti, vol. 3. Port. in consi. 15. num. 37. & tanto magis hoc dicendum venit in terminis nostris, vbi testator præmortuis Ioanne Antonio & Philiberto seu altero eorum substituit filios
34 masculos ex eis apparentes, quod † participium apparentes, est præsentis temporis, quod resoluatur in relatiuum & verbum præsentis temporis, glo. in verbo dignitatibus. in clement. prima, de præbend. est habendum. ac si dictum fuisset, qui apparent. & restringitur ad eos tantum, qui erant tempore conditi testamenti, & non ad alios nascituros. quod probatur ex notatis per Paris. in cons. 1. nu. 30. versicu.
35 circa verò vol. 2. vbi inquit, ℣ † si testator legat medietatem pecuniarum, frumentorũ, supellectilium & omnium bonorum mobilium existẽtium in sua domo vel extra, propter illud participium existentium, quod exponitur, id est, res & mobilia quæ existunt in domo illa, solum veniunt quæ tempore testamenti erant in domibus: & non attenditur aliud tempus: vt habetur in l. scribit. in §. itẽ scribit. & in l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. Alex. in cons. 128. nu. 8. vol. 2. vbi dicit, ℣ ista participia vertẽtes & dependentes, quæ sunt temporis præsentis resoluuntur in relatiuum & verbum præsentis temporis ac si dictum fuisset quæ vertuntur & dependent, ad alia non extenduntur prẽterquam ad ea de quibus erat controuersia tempore compromissi. Paul. de Castro in cons. 1. 2. col. 1. vbi si testator legat bona mobilia existentia sua, non veniunt nisi bona mobilia, quæ habebat testator tempore testamenti & non post, ex quo participio accedit tempus, sicut etiam testator per participium præsentis temporis locutus est, & Castr. sequitur Natta in cons. 204. nu. 13. vbi & ipse voluit, ℣ si in instrumento dicatur, Ciues Astenses habentes prædia, per dictum participium habentes, præsentis temporis, hæc verba resoluuntur in relatiuum & verbum præsentis temporis, per glos. in dicta clem. prima, & perinde habenda sunt ac si dictum esset, Ciues qui habent prędia, quæ verba non trahuntur ad futura. l. si stipulatus fuerim. §. cũ stipulatur. & in l. si à colono. ff. de verbo. obliga. Si ergo testator noluit alios filios masculos nascituros & in pari gradu existentes cum filijs iam natis venire in dicta substitutione, ergo multo minus voluit venire nepotes non natos tempore testamenti & remotiores in gradu, Paris. in consilio quadragesimo, numero 27. volum. 2. Socin. Iun. in cons. 128. num. 8. volum. primo.

36 ¶ Quinto dicitur, † quod appellatione filiorum non veniunt nepotes, quãdo dispositio in filijs iam suum sortita est effectum, Bart. in l. liberorum. columna penult. ff. de verbo. sign. text. est in l. Gallus. §. idem credendum. vbi not. omnes de lib. & posthum. Paris. in consi. 86. num. 25. vol. 2. Ruin. in consil. 63. col. penult. in princip. volum. 3. & in consil. 13. num. 5. volum. primo. & 8. num. 7. vol. 5. in cons. 92. num. 6. volum. secundo. 156. col. 8. in fi. vol. eod. Gozad. in cons. 36. num. 6. Deci. in cons. 95. colu. penul. versi. 4. cum igitur in casu nostro dispositio testatoris sortita fuerit suum effectum in filijs dominorũ Ioannis & Antonij, sequi videtur dominos Marcum Antonium & fratres nepotes nõ contineri sub appellatione filij

37 ¶ Sextò respondetur, ℣ † in testamentis appellatione filiorum nepotes ex filijs non continentur, nisi quando constaret testatorem esse consuetum nepotes filios appellare. Bartol. in l. alimenta. ff. de aliment. & cib. lega. Bero. in consilio 122. in princip. volum. secundo. At in casu nostro non fuit probatum testatorem consuetum fuisse nepotes sic nominare, ergo, &c.

¶ Septimò dicitur, ℣ in casu nostro appellatione filiorum non veniũt nepotes: quia sumus in transuersalibus. vt per Accursium in suo consil. relato & approbato per Cy. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. quos sequitur Alex. in cons. 1. colum. sexta. versic. & quod propriè. volum. primo. & in consilio 185. nu. 23. vers. præterea. vol. 2. post. Saly. in l. 1. C. de cond. inser. & hoc suadetur ratione secundum Socin. Iun. in cons. 30. num. 18. vol. 3. quia cessat ratio in qua videtur fundari lex iusta. & l. liberorum. ff. de verb. sig. quæ videtur esse: quia nepotes nostros dulciori nomine non possumus appellare quàm filios.
38 vt in dict. l. liberorum. in fi. etenim † filius deriuatur à filos Græcè, quod est amor. vt inquit glos. in §. fi. instit. qui testam. tutor. dar. poss. vnde cum nepotes nostros soleamus maiori amore prosequi: quia per eos longiorem nostram propagationem videmus, prout eam naturaliter desideramus. vt inquit Oldra. in cons. 260. in fin. Conuenit vt eos filios appellemus, quæ consideratio non cadit in transuersalibus. Nam, vt ait Socinus, si de filijs Gaij mihi transuersalis meminero, eo nomine ipsos solos dicor complecti voluisse qui sunt filij Gaij & non nepotes, quia in illos non cadit ille meus amor, ex quo per eos non video meam propagationem, cum ex me non descendant, & ita tenuisse refert dominum Otthonem in suo consilio 152. inter consilia Socini, vbi in vltimo fundamento dicit, quòd si testator sit extraneus, non potest sibi persuaderi, quod sub nomine filiorum voluerit contineri nepotes, & apertè idem voluit Barbatias in sua subscriptione, Bald. in dicto §. instituens. vbi inquit, quod in substitutione fideicommissaria, quæ habet tractum de futuro, sub nomine filiorum non continentur nepotes, quando de filijs ab extraneo seu collaterali mentio fieret in testamento, rursus in repetione. l. in suis. columna fin. de liber. & posthum. & in §. fi. instit. qui testa. tut. dar. pos. ac in cons. 76. in 4. volu. Bero. in consi. 122. col. secunda. volum. secundo. qui consuluit in casu Soc. Iu. de quo suprà, vbi tradit, ℣ sibi magis placet ea opinio, ℣ non comprehendantur nepotes, quando de filijs ab alio quàm ab ascendentibus mentio facta fuit, & tempore testamenti seu mortis testatoris non erant in rerum natura nepotes, nec de eis sperabatur, & filios nominatos tempore testamenti extantes, testator extraneus cognoscebat quod diligebat, quo casu ob dilectionem, quam erga illos habebat, censetur eos vocasse, iuxta tradita per Bar. in l. filiabus. de lega. primo. qui Bero. omnino est videndus, idem tenuerunt Andr. de Pisis & Rayue. de Forliuio, quos refert Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sign. Gozad. in consi. 36. num. 4.

¶ Similiter non obstat, ℣ ex quo testator posuit in conditione omnem lineam masculinam Ioannis Antonij & Philiberti, & vocauit masculos, ex præsumpta mente ipsius testatoris, censetur dictos dominos Marcum Antonium & fratres vocasse, & bona ipsius

na ipsius conseruare in familia. Soc. Iun. in cons. 63. num. 5. vol. 4. Rub. Alex. in cons. 120. num. 3. Dec. in cons. 270. & Grat. in cons. 89. num. 5. Quia respondetur consensu omnium receptum esse, quòd positi in conditione non censentur vocati, sed eis ius reseruatum ab intestato. vt per gloss. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. quæ communiter ab omnibus approbata est & canonizata, vt latissimè dixi in consil. 51. col. 6. versic. quibus tamen non obstantibus. vol. 3. quibus scriptis addo Soc. Iun. in cons. 65. num. 60. & 65. volum. 214. num. 16. & in cons. 119. nu. 3. 126. numero 29. vol. eod. vbi asserit hanc esse magis communem sententiam, & communem in cons. 50. numero 2. vol. 4. 41. num. 9. vol. eod. & in cons. 177. numero 8. vol. 2. vbi inquit, quòd licet aliàs plura contra communem scripserit, tamen ab ea in actu practico non videtur recedendum. Port. in cons. 8. numero 25. cõmunem & canonizatam in cons. 13. numero 23. receptissimam Torniel. inter consilia Portij 43. nu. 5. cõmunem & seruandam, Beros. in consil. 11. num. 18. volum. 3. vbi glos. in d. l. Lucius. est ab omnibus canonizata, in cons. 82. num. 6. & in cons. 106. volum. eod. vbi dicit, quòd glossam ipsam totus mundus obseruat. Anton. Gabri. magis cõmunem in suis com. opin. in tit. de fideicom. in 4. conclus. num. 2. in fin. vers. tenendo.

¶ Nec habet obstare, quòd huiusmodi sententia limitatur locum non habere, vbi filij sint positi in conditione cum qualitate masculinitatis. Quia respondetur, quòd hæc limitatio cõmuniter damnata reperitur, vt abundè demõstraui in allegato consil. 51. colum. 7. vers. 2. non obstat. quib. dictis nunc additur. Grat. in cons. 3. num. 31. volum. 1. Beros. in cons. 11. num. 50. volum. 2. 84. num. 72. & 107. num. 18. volum. eod. Cephal. in cons. 16. num. 14. Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de fideicom. conclus. 4. num. 9. Paris. in cons. 31. num. 24. volum. 2. vbi dicit, quòd tenentes contrariam opinionem, nũquam potuerunt obtinere: quoniam expressio masculinitatis solùm sibi locum vindicat in casu expresso à testatore & non in alijs omissis. Paris. in consilio 14. num. 20. volum. 3.

¶ Pariter non obstat, quòd testator digressus fuerit ad plures gradus substitutionum, quæ coniectura operatur, vt positi in conditione censeantur vocati: quia ad hoc patet responsio ex his, quæ dixi in dict. cons. 51. col. 7. vers. non obstat alia coniectura. vol. 3. vbi demonstraui contra hanc coniecturã esse communem Doctorum sententiam.

¶ Non obstat denique, quòd testator exclusit proprias filias, & vocando prædictos videtur voluisse bona conseruari in familia: & consequenter substituere in conditione positos: quia non est credendũ, quòd testator voluerit magis diligere Dom. Laurã & Lucretiam neptes, quàm proprias filias. argu. l. si viua matre. C. de leg. hære. Quia respondetur, quòd hæc coniectura nihil facit ad terminos nostros: quia per illa verba conditionalia appositа in testamento, videlicet, si decesserint Ioannes, Antonius, & Philibertus, non intelliguntur dicti D. Marcus Antonius & fratres tanquam positi in conditione, vocati à testatore, sed remanent solùm in dispositione iuris communis, vt possint succedere ab intestato, sicut si illa verba nõ fuissent expressa à testatore, quę subintelligebantur à iure. l. cum acutissimi. C. de fideic. gl. in d. l. Lucius. & dato, quòd hæ neptes sint melioris conditionis quàm filiæ: quia D. Franciscus ex testamento reliquit hæreditatem filiab. suis, tamen
39 hoc non est absurdum, cùm † neptes istud ex persona patris capiant, quem repræsentant. §. 1. in auth. de hær. quæ ab intest. §. cùm filius. Insti. eod. tit. & hoc
40 non censeantur habere à testatore Andrea: quia † quàm primũ fuit hæreditas testatoris adita per D. Franciscum, desijt esse hæreditas testatoris, & incepit esse hæreditas D. Frãcisci. l. 1. §. veteres. ff. de acq. pos. ita Alex. in cons. 38. col. fin. vers. & per prædicta. vol. 6. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet in nepte ex filio, quem sequitur Paris. in cons. 35. col. fi. vol. 3. vbi etiam dicit citando Soc. in cons. 227. col. 11. vers. non obstat. 4. ratio. & col. pen. & fin. vers. præterea. quòd tale argumentũ debet cessare & ipsa consequentia, quando testator expressè prouidit filiabus & non neptibus. Soc. Iun. in cons. 4. col. fina.
41 vol. 3. Cepha. in cons. 46. nu. 31. vbi tradit † inconueniens non esse, quòd neptis sit melioris cõditionis, quàm filia, cùm ipsa habuerit dotem à testatore, neptis verò nihil, & licet euenerit casus, quòd ipsa succederet, vtiq; testatori non succederet, neq; ex sua dispositione sed patris, & longè diuersa militat ratio inter vnũ casum & alium. vt ostendit Pari. in cons. 41. n. 54. vol. 1. & Rui. in cons. 243. col. 4. ver. vnde ex præmissis. vol. 2. & 141. num. 10. vol. 3. Imò plus dicit, neptes ipsas magis dilectas fuisse à testatore in portione relicta per testatorẽ patri ipsarum, per l. cùm auus. ff. de cond. & dem. ea ratione: quia eandem charitatẽ & dilectionem præsumitur testatorem habuisse erga posteritatem filij quam habuit ad ipsum filium, ita Paris. in d. cons. 41. nu. 68. Ceph. vbi suprà in con. 45. nu. 21. si ergo hoc in nepte ex filio, quantò magis id dicendũ venit in nepte remotiori, arg. auth. multò magis. C. de sacrosanct. Eccle.

¶ Nec refragatur prohibitio alienationis ex ad-
42 uerso adducta: quia † per simplicẽ prohibitionem alienationis non inducitur fideicommissum, nisi in casu contrauentionis. Bart. in l. pater filiũ. §. filiam. de leg. 3. vbi per illum tex. dicit, quòd si res est prohibita alienari fideicommissum est conditionale, si res vendatur & alienetur, optimus text. in l. filius familiâs. §. cùm pater. de leg. 1. vbi testator ,,phibuit filiũ hæredem instituturn, ne fundum alienaret, vt in familia relinqueret. Nam facta alienatione, in extraneum inducitur fideicõmissum, secùs non facta alienatione, Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. vbi Soc. & Are. ff. de ver. obl. & hæc est com. opinio, vt tradunt Doct. in l. filius fa. §. diui. ff. de leg. 1. Soci. Iun. in cons. 97. nu. 51. vol. 2. 112. nu. 4. vol. 1. 140. nu. 7. vol. 3. Dec. in cons. 422. col. 2. & 3. vbi dicit hanc esse communem opinionem, Dec. in cons. 481. nu. 7. sed in casu nostro nulla est secuta alienatio, ergo &c.

43 ¶ Vlterius dicitur, quòd † dicta prohibitio est nulla: quia facta sine causa. l. filius fa. §. diui. vbi notant omnes. ff. de lega. 1. Dec. in cons. 635. nu. 12. Soc. Iun. in cons. 163. n. 8. vol. 2. Nec refragatur, si dicatur, quòd imò in dicta ,,phibitione est inserta causa, quæ conualidat ipsam prohibitionem, vt ibi remanere deberet in domo & agnatione Nobiliũ de Bertonis; quæ saltem operatur in casu contrauentionis inducat fideicommissum, iuxta notata communiter per scribentes in l. qui Romæ. in §. cohęredes. ff. de verb. oblig. Soc. in cons. 237. col. 1. Soc. Iun. in cons. 163. nu. 8. vol. 2. & 97. n. 57. vol. eo. Quia respondetur, quòd dicta ratio solùm fuit posita respectu Castri Suysoni, terrarum, pratorum, prædiorum & pertinentiarum eius, vt magis est videre quàm referre, quo casu cùm fuerit limitata & restricta ad dicta bona, vl-
44 teriùs extendi non debet: cùm † limitata causa limitatũ producat effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delend. Dec. in cons. 551. nu. 9. & in cons. 445. nu. 3. vbi prohibitio alienationis limitata extra familiam operatur, vt in ipsos qui sunt de familia, ,,phibitio cesset.

45 ¶ Præterea dicitur, quòd † cùm prohibitio alie-

nationis sit odiosa, vt omnes admittunt in d. §. diui. Dec. in consil. 177. nu. 5. 513. nu. 6. 635. col. 2. & 369.
46 nu. 8. & † strictè intelligenda: quia contra ius com-
47 mune l. dudũ. C. de contrah. emp. cùm † sit iniquũ ingenuis hominibus non esse liberam rerũ suarum administrationẽ, vt inquit tex. in l. 2. in fi. ff. si quis à
48 paren. fue. manum. & † non extendatur de persona ad personam: quia facta filijs non porrigitur ad nepotes. §. nos igitur. in auth. de restit. fideic. Alex. in cons. 56. vol. 5. Dec. in consil. 613. nu. 6. & in alijs locis sup. relatis. Soc. Iun. in cons. 63. nu. 9. vol. 2. vbi asserit hanc esse cõmunem, quòd in casu de quo agitur, non extenditur ipsa prohibitio vltra personã Dominorum Andr. & Francisci. Nec fundamentũ vllum fieri potest in tacita & coniecturata voluntate testatoris: quia (vt dictum fuit) non sufficit testatorem ita voluisse nisi disponat, Bald. & Imol. in l. quidam cum filium. per illum tex. ff. de hęr. instit. & maximè vbi agitur de extensione personæ, per ea, quæ tradit Are. in l. Gallus. §. quid si tantum. col. 3.
49 ver. 2. adde. ff. de lib. & posth. vbi dicit, quòd † licet dispositio facta in vno casu porrigat ad aliũ casum ex verisimiliter testatoris l. fi. C. de posthu. hær. instit. Secùs tamen si extensio fieri debet de persona ad personã, quia ea etiã ex tacita & verisimili mente testatoris fieri non debet, per l. si quis ita. §. pen. ff. de testa. tutel. Dec. in cons. 377. nu. 3. Cephal. in cons. 210. nu. 49. & in cons. 278. nu. 75. Soc. in cons. 29. nu. 23. & in fi. consilij. vol. 4. vbi maximè hoc ponderat. vbi tractatur de onerib. Vnde ex his concluditur, quòd cùm in persona ipsius Do. Francisci extincta fuerit dicta prohibitio, quòd tanquam vltimus potuit de portione sibi obuenta à testatore disponere per viam testamenti in dictas Dom. Lauram & Lucretiam eius filias, Dec. con. 511. col. 2. ver. postremò. 635. colum. 2. & 637. col. fin. Ias. in cons. 164. vol. 4.

¶ Nec dicatur, prædictas coniecturas saltem simul iunctas inducere probationem voluntatis testatoris ad fideicõmissum, potiùs cupientis & volentis venire ipsos positos in conditione quã dictas D. Laur. & Lucretiam, licet vnaquaq; coniectura de per se & separatim considerata talem mentem non probaret, iuxta illud, quæ non possunt, &c. Quoniã huiusmodi obiectio posset procedere, quando vnaquæque coniectura de per se esset perfecta in specie sua, ita quòd induceret etsi non plenam saltem semiplenam probationem, secùs tamen erit; quando vnaquæq; de per se est imperfecta. tunc enim nõ debent simul iungi, & si simul iungerentur, adhuc minùs probarent coniecturatã mentem, & ita declaratur & interpretatur illa regula, at quæ nõ possunt &c. de qua per glo. in l. instrumenta. C. de proba. Ita Paris. in cons. 35. col. fi. vol. 3. facit quod voluit Torniel. in cons. 43. nu. 12. inter cons. Portij, vbi dicit, q; mille coniecturæ non possunt esse efficaces, nisi sint necessariæ & ꝓbabiles, & ex expressis in testamento inferatur, quod non est in casu præsenti. Accedit quoq;, quod scribit Cepha. in cons. 259. col. pen. in fi. vbi ait, quòd vbicũq; agitur de coniecturanda mente testatoris contra verborũ significationem, tunc oportet coniecturas esse manifestas. l. non aliter. de leg. 3. & illæ esse debent legis & non hominis. Corn. in cons. 230. nu. 3. vol. 1. Paris. in cons. 41. nu. 37. vol. 3. & non possunt coniungi cùm sint imperfectæ & nullius momenti, vt in simili dicitur per gl. in l. 2. §. fin. & in l. Spadonem. §. qui iure. de excusa. tuto.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd ex quo si testator ordinauit, quòd si contingeret ipsos Nobiles Ioan. & Philibertum, & quemlibet eorum decedere sine filijs masculis, vel aliàs quandocũq; ipsorum & cuiuslibet eorum, Ioannis Antonij & Philiberti lineam masculinã deficere & finire, vltimo sic mõrienti substituit Nobilem Aymonetũ, vigore quorum verborum lineam masculinam, censentur vocati ipsi Marcusanto. & fratres, cũ sint de linea masculina Antonij. Quia respond. quòd hoc esset contra voluntatẽ testatoris: quia tantùm voluit admitti filios masculos apparentes Ioan. Antonij & Philiberti, & non alios, vt dictum est suprà, quam † quidem voluntatem sequi debemus, sicut venator le-
50 porem. Bal. in l. quidam. C. de hær. instit. cùm † omnia regat, gubernet, primum q; locum obtineat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & dem.
51 Soc. Iun. in cons 83. num. 1. vol. 1. Testatoris † enim
52 voluntati satisfaciendũ est, So. Iun. in cons. 93. nu. 2. Item si diceremus, quòd vigore dictorũ verborum venirent dictus Marcusanto. & fratres, sequeretur,
53 ꝙ testator voluisset seipsum statim corrigere, † ꝙ non est dicendum, arg. l. non ad ea. ff. de cond. & de-
54 mon. & eius quod dicitur, † duo contraria & repugnantia simul stare non posse. l. hæc verba. ff. de verb. sign. Soc. Iun. in cons. 101 nu. 35. vol. 2. & 189. n. 2. vol. eod. & sic voluisset ordinare contraria, videlicet, quòd non admittantur, nisi filij masculi apparẽtes,
55 & admittantur alij, quæ † cõtrarietas euitanda est, cùm contrarius sibi ipsi esse non debet. l. 1. C. de furt. Paris. in cons. 70. num. 6. vol. 1. Soc. Iun. in cons. 134.
56 nu. 85. vol. 3. vt † ergo ista absurda euitentur. l. nam absurdum. ff. de oper. libert. dicendum venit, quòd illa verba lineam masculinam deficere & finire, debent intelligi per mortem filiorũ masculorum dictorum Ioan. Anto. & Philiberti, & non aliorum, & hoc modo cessabit contrarietas prædicta, quæ semper debet aliqua distinctione tolli. §. quib. in 1. constitutione. Dec. in con. 374. nu. 2. & 317. nu. 7. Dispositio enim testatoris debet semper interpretari, ne quid absurdum & durum sequatur, Soc. in consilio 122. num. 29. colum. 3.

¶ Circa autem vltimam substitutionem, in qua per testatorẽ ordinatũ est, quòd si cõtingeret ipsos Nobiles Ioannem, Antoniũ & Philibertũ, & quemlibet eorum decedere sine filijs masculis, vel aliàs quandocunq; ipsorum & cuiuslibet eorum, Ioan. Anton. & Philiberti, vltimo sic decedenti substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum: Nobilem Aymonetum, an inter ipsos fratres sit inductum fideicommissum reciprocum, non puto esse insistendum, cùm ea extincta fuit per existentiam quondam Dominorũ Andreę & Francisci filiorum Ioannis, & Antonij, per ea, quæ notat Oldra. in con-
57 sil. 21. vbi inquit, quòd † substitutio facta alicui sub conditione, si decesserit sine liberis masculis, deficit extantibus liberis masculis tempore mortis, etiam quicquid postea de liberis contingat. l. cùm vxori. C. quando dies leg. ced. Dec. in cons. 63. num. 2. 295. col. 3. Ripa in l. ex facto. §. si quis autẽ. ad Treb. Paris. in cons. 18. col. 1. vol. 2. gl. fi. circa medium. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. mota per §. si quis autem in eadem lege. qui bene ꝓbat in ver. aut igitur filius, & ista est communis opinio, de qua per Cravet. in cons. 98. nu. 1. & Soc. Iun. in cons. 29. num. 20. vol. 4. vbi ingt, ita ab omnib. teneri, qui de hac ma-
58 teria loquuntur. Nam † cõditio si deficit, fideicommissum sub conditione est nullũ. Soc. Iu. in cons. 83. nu. 6. vol. 1. l. cedere diem. de ver. sig. notant Bart. & alij in l. 1. ff. de cond. & dem. Soc. Iun. in cons. 102. nu.
59 9. vol. 1. 97. n. 53. vol. 2. con. 4. nu. 16. vol. 2. vbi † conditione deficiente dispositio deficit, & pro nõ facta habetur. Ex his igitur concludendum esse arbitror cum prędictis Dominis cõsulentibus, quòd nequaquam admittendi veniunt Do. Marcusantonius & fratres ad assertum fideicõmissum per eos allegatũ,

cum

cùm nullum extet, quod tendat ad eorum commodum, & quod in fauorem Dominarũ Lauræ & Lucretiæ iudicandũ veniat, cùm res sit clara pro ipsis.

60 Imò dicitur, quòd † si foret dubium aliquod, pronuntiandum esset, non esse locum fideicommisso, cùm hoc sit fauorabilius. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Dec. in cons. 593. num. 5. Alciat. in cons. 525. num. 12. & in cons. seq. num. 6. Deo gratias.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per patrem filio ob causam matrimonij valet.*
2 *Donatio, quæ concernit tantum commodum donatarij dicitur simplex. sed contra num. 16.*
3 *Donatio facta alicui de centũ, vt emat fundum, vel vt ædificet villam, dicitur simplex, & ea indiget insinuatione.*
4 *Donatio facta per patrẽ filio emancipato dicitur simplex, & non ob causam.*
5 *Donatio facta sub conditione, si nauis ex Asia venerit, dicitur simplex.*
6 *Donatio si fiat ob causam matrimonij, illa causa non dicitur finalis sed impulsiua, & ideo donatio dicitur simplex.*
7 *Causa in dubio dicitur impulsiua.*
8 *Donatio si est facta purè, liberè, & simpliciter cum expressione propter merita præcedentia, talis assertio non facit, vt donatio non dicatur pura & simplex.*
9 *Verba proœmij demonstrant causam finalem.*
10 *Donatio facta per patrem filio ob causam matrimonij dicitur ob causam.*
11 *Verba geminata magis demonstrant enixam voluntatem donantis.*
12 *Verba geminata censentur prolata cum maiori deliberatione.*
13 *Verba videatur, & placeat, licet importent arbitrium boni viri, quando sigillatim aut per se inferuntur, tamen si geminentur & simul ponantur, important liberam voluntatem.*
14 *Verba triplicata plus operantur quàm verba duplicia & simplicia.*
15 *Causa illa dicitur esse finalis, sine qua quis aliàs facturus non erat.*
16 *Verba clara non indigent alia interpretatione.*
17 *Statutum loquens de donatione, non comprehendit donationem ob causam matrimonij.*
18 *Donationis appellatione non venit donatio causa mortis.*
19 *Verba debent intelligi secundum propriam significationem.*
20 *Donatio, quæ respicit nedum commodum donatarij, sed etiam donantis non dicitur simplex.*
21 *Fructus dotis datæ filio pertinet ad patrem.*
22 *Donatio, quæ respicit commodum donatarij & tertij non dicitur simplex.*
23 *Declaratio ad Consilium quintum Oldra.*
24 *Causa impulsiua efficitur finalis, quando quis non esset aliter facturus.*
25 *Donatio ob causam imputatur in legitimam, quando causa habet necessitatem, secùs aliter.*
26 *Pater tenetur dotare filiam, & facere donationem propter nuptias filio.*
27 *Donatio ob causam dicitur quædam permutatio.*
28 *Donatio ob causam matrimonij non habet aliquam causam necessariam.*
29 *Donatio ob causam munita affectione filiali & non ex mera liberalitate imputatur in legitimam.*
30 *Militia empta per patrẽ filio imputatur in legitimã: quia tale factũ dicitur naturali ratione munitum.*
31 *Mater si dotat filiam, quam non tenetur dotare: quia aliundè habet vnde se dotet, talis dotatio imputatur in legitimam.*
32 *Leges loquentes de donatione ob causam habent etiã locum in donatione facta per patrem filio ex affectione & stimulo paternali.*
33 *Pater si fecit expensas in nuptijs filij aut in cõsequendo honorem, & filius haberet bona separata à patre, expensæ ipsæ computantur in legitimam.*
34 *Reprobatur decisio Bald. in l. omnimodo. in §. imputari, circa fin. C. de inoff. testa.*
35 *Doctori examinãti quæstionem magis creditur quàm perfunctoriè loquenti.*

CONSILIVM XLIIII.

VIsa † donatione facta D. Ioanni de Salamonib. per quond. D. Marcum Antoniũ eius patrẽ ob causam matrimonij, quæ à iure approbatur. l. fi. C. de dotis promis. auth. ex testamento. vbi gl. materialis & Docto. C. de colla. l. vt liberis. & l. pen. eod. tit. Paris. in consil. 16. num. 24. vol. 2. Port. in cons. 36. num. 3. & 33. & in cons. 80. num. 5. Guid. Pap. in decis. 166. Bertrand. in cons. 165. col. 2. vol. 4. 203. in prin. vol. 3. 386. vol. 9. & 370. col. 1. vol. 6. Hæsitari videtur, an donatio ipsa dicat' simplex, vel ob causam. In quo dubio dicẽdũ 2 videtur, quòd † sit simplex, quoniam ea tantũ concernere videtur commodum donatarij, & non excludit liberalitatẽ donantis, & ideò videmus, quòd † si quis donat centum alicui, vt emat fundum, vel vt ædificet villam, illa donatio, quia cõcernit commodum donatarij, dicitur simplex. Imol. in l. Aquilius Regulus. in sua dist. ff. de don. vbi ex hoc infert, talem donationẽ indigere insinuatione, sicut quælibet alia simplex donatio. Hinc etiam dixit Cast. in l. vt liberis. C. de colla. quòd † donatio facta per 4 patrem filio, quamuis in præmium emancipationis dicitur simplex, cùm tendat ad merum fauorẽ donatarij: quia illa causa non excludit liberalitatem. Aret. in cons. 17. col. 5. Cepha. in cons. 183. nu. 30. Tiraq. in l. si vnquã. in verbo donatione largitus. numero 146. C. de reuoc. do. Dec. in auth. ex testamento. col. 4. C. de colla. Ias. in l. inter eos. in 2. notab. de re iu. Paul. de Cast. in l. 1. ff. de dona. vbi † donatio dicitur simplex, licet fiat sub conditione, si nauis venerit ex Asia: quia illa conditio non excludit liberalitatem. Corn. in cons. 45. colum. 4. volum. 4. Cravet. in cons. 85. colum. 1.

¶ Nec habet obstare, quòd † imò dicta donatio 6 dicitur ob causam: quia contemplatione matrimonij. Quoniam respondetur, causam ipsam non fuisse finalem, sed impulsiuam, prout † in dubio præsumitur, gl. & Doct. in l. 2. in §. Titio decem. ff. de dona. Bertr. in cons. 1. col. 2. vol. 1. & ita in terminis decidere videtur Oldra. in cons. 5. vbi concludit, talem donationem fore simplicẽ, & quòd illa causa contemplatione matrimonij est impulsiua & non finalis, vt in l. Titio. in prin. de cond. & dem. Item quia dicta verba sunt generalia & nudo sermone effusa, quæ videntur magis apposita ad colorẽ. l. quod venditor. cum ibi notatis. ff. de ædil. edict. & cum Oldr. pertranseunt Soc. in cons. 295. col. pen. vers. quintus 8 casus, vbi voluit ex dicto Old. quòd † si est facta donatio purè, liberè & simpliciter, licet donator expresserit propter merita præcedentia, talis assertio meritorum non facit, vt donatio non dicatur pura & simplex. rursus in cons. 53. col. 2. vol. 1. Alexand. in cons. 14. col. 1. vol. 1. Bertr. in cons. 142. num. 6. vol. 8. Ias. in cons. 171. col. 2. vol. 4. Ruin. in cons. 38. col. 3. in

primo vol. Bero. in conſ. 65. num. 15. vol. 1. Crauet. in conſ. 114. col. fin. verſ. quintò reſpondeo. Soc. Iun. in conſ. 1. num. 53. vol. 4. vbi etiam inquit, quòd in dubio debet ſemper præſumi cauſa impulſiua quàm finalis, quãdo apponitur ab homine. Accedit quod ſcribit Ang. in conſ. 114. colum. pen. verſ. circa quod conſidero. vbi tradit, quòd cauſa reſpiciens cõmodum eius cui relinquitur vel donatur, dicitur impulſiua, & non finalis, ex qua diſpoſitio non reſtringitur nec alteratur, quem ſequitur Crauet. in dicto conſ. 85. colum. 1. Cùm igitur in caſu præſenti cauſa matrimonij poſita in donatione, de qua agitur, non ſit finalis, ſed impulſiua, & reſpiciat tantùm commodum donatarij, vtiq; dicendum videtur donationem huiuſmodi fore ſimplicẽ & non ob cauſam.

¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contraria ſententia in caſu præſenti videtur de iure verior, quòd donatio ipſa non dicatur ſimplex, ſed ob cauſam finalem, vt matrimonium ſortiretur effectum inter dictum Dominum Ioannem, & Dominam Iuliam
9 de Lupis, vt † oſtendunt verba procœmij ipſius donationis, ibi. ex cauſa matrimonij futuri, & ibi. ob cauſam dicti matrimonij, & vt locum habeat. Ex quibus verbis negari non poteſt, quin colligatur, quòd cauſa iſta fuerit finalis & non impulſiua. l. 1. vbi Bart. ff. ad Maced. l. fin. vbi etiam Bart. ff. de hær. inſtit. Crauet. in conſ. 192. num. 21. Port. in conſ. 142. num. 42. Cùm igitur cauſa ipſa fuerit finalis, vt matrimonium locum habeat, ergo neceſſariò infertur,
10 quòd † donatio ipſa dicatur ob cauſam & non ſimplex, vt in indiuiduo dixit Port. in conſ. 35. num. 36. & eò magis hoc dicendum videtur, cùm non ſolùm ſemel in dicta donatione facta fuerit mentio dicti
11 matrimonij, ſed geminatè, quæ † verba geminata magis demonſtrant enixam voluntatem donantis. l. Baliſta. vbi Bart. & alij. ff. ad Trebel. Bart. in l. cùm
12 ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Nam † verba geminata cenſentur prolata cum maiori deliberatione. c. & ſi Chriſtus. de iureiur. gloſ. fi. in c. ſi quis irate. 2. q. 3. & ideò videmus, quòd † licèt verba videantur & placeat, importent arbitrium boni viri,
13 ſigillatim aut per ſe prolata, tamen ſi geminentur & ſimul ponantur, important liberam volũtatem. Corn. in conſ. 302. col. 3. vol. 4. Crauet. in conſ. 105. num. 4. Port. in conſ. 1. num. 78. & in conſ. 40. nu. 16. Imò & triplicata fuerint, vt etiã ibi & prædicta bona ſaluo vſufructu ob cauſam prædictam titulo do-
14 nationis, &c. quæ † verba triplicata magis demonſtrant intentionẽ finalem donantis, arg. eius quod notat Ang. de 3. matrimonio in auth. quom. oport. Epiſ. in §. hoc de eo. in fi. Dec. in conſ. 504. col. fina. in prin. & Crauet. in conſ. 54. col. 2. & quòd iſta cauſa matrimonij fuit finalis prędictę donationis, oſtenditur & alio modo. Nam in iure clariſsimum eſt,
15 quòd † illa dicitur eſſe cauſa finalis, ſine qua quis aliàs facturus non erat, vel eo modo, niſi fuiſſet illa cauſa. Bald. in conſ. 340. col. 2. vol. 3. Soc. in conſ. 183. col. pen. verſ. poſtremò. & in conſ. 26. col. final. vol. 3. Corn. in conſ. 201. colum. fin. vol. 1. Bert. in conſ. 173. num. 6. vol. 6. Natta in conſ. 609. in 2. dubio. Crauet. in conſ. 142. num. 9. At in caſu noſtro clarè apparet, quòd dicta Domina Iulia aliter non erat contractura matrimonium cum prædicto D. Ioanne, nec aliter datura dotẽ niſi præuia dicta donatione, vt patet ex his verbis, quibus mediantibus dicta Domi-
16 na Iulia dat in dotem, &c. quæ † verba cùm ſint clara, non indigent alia interpretatione. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig.

¶ Non obſtant modò quæ in contrarium allegata fuerunt. Et primò, quòd ipſa donatio ſit ſimplex: quia tendit ad ſolum commodum donatarij, & ſic Do. Ioannis. Quia pluribus modis reſpondetur, & primò ex dictis per Nattam in conſil. 609. vbi concludit, quòd etiam dato quòd cauſa ipſa reſpiceret ſolùm commodum donatarij, eſt impropria dona-
17 tio, adeò, quòd † ſtatutum loquens de donatione non comprehenderet huiuſmodi donationem, vt voluit Bart. in l. filius familiâs. in 2. oppoſitione. ff. de don. vbi reprobans gl. ibi, & Iacobũ de Aret. con-
18 cludit, quòd † appellatione donationis non venit
19 donatio cauſa mortis, quia † verba debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem. l. non aliter. ff. de legat. 3. & tamen donatio cauſa mortis reſpicit tantùm cõmodum donatarij, & ad hoc multa alia ad propoſitum iſtud adducit, quæ non tranſcribo.

¶ Verùm quia huiuſmodi reſponſio habet multos contradicentes, tranſeo ad ſecundam, & dico,
20 quòd † huiuſmodi donatio non tantùm reſpicit commodum donatarij, ſed etiam ipſius donantis, cùm ad ipſum ſpectent & pertineant fructus dotiũ datarum marito, & ſic donatario eius filio. Bart. in l. contra nurum. §. quoties. ff. rerum amm. Doct. in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matr. Rui. in conſ. 61. col. 1. volum. 4. vbi dicit, quòd filius exiſtens in poteſtate patris non poteſt acquirere ſine conſenſu patris. l. fin. §. neceſsitatem. C. de bon. quæ lib. tex. etiam locũ habere videtur in dote promiſſa
21 filio, maximè quãdo cõſiſtit in pecunia, quia † vſufructus illius quæritur patri tanquam quid aduentitium. l. 1. 2. & 3. C. de bon. quæ lib.

¶ Tertiò reſpondetur, quòd etiam dicta donatio non ſolùm fuit facta in commodum D. Ioannis, ſed etiam D. Iuliæ, cuius intererat habere virum di-
22 uitem, & † vbicunq; fit donatio non ſolùm in commodum donatarij, ſed etiam tertij, tunc illa cauſa dicitur finalis, & debet impleri, aliàs ſi eſſet ſolutum, daretur repetitio, vt vult Cyn. in l. generaliter. circa fi. C. de Epiſ. & Cle. Bart. & Paul. de Caſt. in l. 2. §. fin. ff. de dona. ita in ſimili caſu reſpondet Natta in conſ. ſuprà allegato 609. num. 13.

¶ Non obſtat deciſio Oldra. Quia reſpondetur,
23 quòd † caſus Oldra. multùm differt à caſu præſenti: quia etſi in caſu ſuo cauſa matrimonij poſsit dici impulſiua, tamen in caſu noſtro hoc dici non poteſt, cùm ſimus in caſu claro, quòd huiuſmodi donatio omnino eſt facta ob cauſam matrimonij futuri, vt ſatis abundè dictum fuit & demonſtratum.
24 Vlteriùs dicitur, quòd † etiam dato, quòd dicta cauſa poſsit dici impulſiua (quod tamen ab omni veritate alienũ eſſe arbitror) tamen effecta fuit finalis, cùm aliter dicta D. Iulia non erat cõtractura matrimonium cum prædicto D. Ioanne, niſi præmiſſa donatione, Bal. in l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtr. vbi ſcribit, quòd etiam cauſa impulſiua efficitur finalis, quando quis nõ eſſet aliter facturus. l. ſi paterfamiliâs. ff. de hær. inſtit. Bertr. in conſ. 77. num. 6. vol. 7. vbi dicit, dictum Oldr. procedere in caſu dubio, ſecùs in caſu in quo quis aliter non erat facturus.

¶ Secundò reſpondetur, quòd in caſu Oldr. non concurrebant tot verba matrimonij, videlicet, vt matrimonium habeat locum ex cauſa matrimonij, & quòd his mediantibus dabat dotẽ, quo caſu cum virtute dictorum verborum replicatorum conſtet de enixa voluntate donantis & mulieris, quòd donatio erat facta ex dicta cauſa matrimonij futuri, ſequitur quòd ſumus in caſu valde diuerſo à conſultatione Oldra. Nam ex ſeparatis non bene infertur. l. Pap. exuli cum vulgaribus. ff. de min.

¶ Tertiò dicitur, quòd in caſu Oldrad. donatio non concernebat commodũ donatarij, & aliorum, vt in terminis noſtris, per ea quæ ſuprà dicta ſunt.

¶ Quartò dicitur, quòd Oldr. loquitur, quando in

in donatione dictum fuit purè, simpliciter & liberè, quo casu in dubio causa nuptiarum censetur expressa in donatione tãquã causa impulsiua, nõ autẽ ad illum effectũ, vt ipsa donatio censeatur ob causam, sed libera, & in his terminis præcisè loquuntur Oldra. Alex. & alij suprà citati, & Dec. in consil. 239. sed nos loquimur in casu, in quo non fuit dictũ purè, simpliciter & liberè, sed solũ expressum, quòd contemplatione nuptiarum fieret donatio. Vnde cùm simus in casu claro & certo, cõcludendum venit, quòd sit propriè donatio ob causam, prout quælibet alia donatio, quæ fit propter nuptias, quæ censetur ob causam, ita respondet Port. in cons. 81. numero 26. cum duobus sequentibus.

25 ¶ Deuenio ad secundum caput, an † huiusmodi donatio facta per patrem filio imputetur ei in legitimam. In quo primo aspectu videretur dicendum, quòd non, quoniã vt donatio facta ob causam imputetur in legitimam requiritur, quòd causa ipsa
26 habeat necessitatem, prout est † donatio ex causa dotis, ad quam dotationem tenetur pater, & prout est donatio propter nuptias, quam tenetur pater facere filio, secùs si pater faceret donationẽ, ad quam de necessitate legis non teneretur. Paul. de Castro, in l. vt liberis. col. penul. in fin. C. de colla. vbi etiam Dec. col. fi. & in auth. ex testamento. col. 4. versi. sed etiam ad hoc respondetur. C. eod. titu. Suarez. in l. quoniam nouella. num C. de inoff. testa. Crauet. in cons. 156. colum. 2. vbi dicit hanc intelligentiam necessariam: quia iura dicunt & Doctores, quòd donatio ob causam non est propriè donatio nec liberalitas. l. 1. glos. & Bart. ff. de donat. Bart. ol. in l. Aqui-
27 lius. ff. eodem tit. Imò † dicitur donatio ob causam quædam permutatio. l. sed si lege. § consuluit. in fin. de pet. hæred. ibi velut genus quoddã permutationis. vbi Bal. expressè hoc notat. & illum tex. ad hoc propositum meliorem in iure Ias. in l. inter eos. de
28 re iud. sed † donatio facta in casu præsenti, D. Ioanni ob causam nuptiarum non habet aliquam causam necessariã, cùm pater non teneretur donare filio ob causam matrimonij, ergo nullo modo potest dici, quòd talis donatio tanquã volũtaria imputanda veniat in legitimam dicti D. Ioannis. Et pro hac sententia potest etiã allegari decisio Bal. in l. omnimodo. in §. imputari. col. fin. C. de inof. testa. vbi in-
29 quit, donationem † ob causam naturali affectione munitã, vt est donatio, quã facit pater filiæ nomine dotis. l. fin. in princ. ff. de his, quæ in fraud. cred. vel quando pater donat propter nuptias, imputari in legitimam. l. quoniã nouella. C. de inoff. testa. quia pater hoc facit ex officio paterno, & lex eum cogit ad dotandum, vt l. qui liberos. ff. de ritu nupt.

¶ His tamen non obstantibus altera sentẽtia est 30 de iure verior, quòd ipsa donatio imputari debet in legitimã dicti D. Ioannis, vt in terminis decidere videtur Picus in l. in quartam. num. 192. & 196. vbi ait, donationem ob causam munitam affectione filiali, & non ex mera liberalitate, sed quadam ratione naturali, ex qua compellitur pater, imputandam esse in legitimã, & ideò, quòd † si pater faceret donationem propter nuptias, aut emeret militiam filio, vel similia faceret, tale factum dicitur ratione naturali munitum, quia inuitantur stimulo naturali parentes ad ita faciendũ, dato, quòd obligatio
31 non esset de iure positiuo, puta † mater habet filiã, quam non tenetur dotare: quia habet aliundè vnde dotet. l. neq; mater. C. de iure dot. tamen si mater eam dotet, potest moueri affectione naturali, vt faciliùs maritum reperiat, & meliùs ab eo tractetur, & ideò talis imputatur in legitimam, & inquit Picus, Alex. ita tenuisse in loco ibi per eum citato, hoc etiã voluit Ruin. ibi num. 42. cum duobus sequentibus, dum quærit, quæ nam sit ratio, quare donatum ob causam imputetur in legitimam, & non datum donatione simplici, & post multas rationes ibi relatas concludit, causa esse: quia quando donatio fit ob causam, vt in casu præsenti, tunc non censetur facta ex mera liberalitate. l. 1. in fi. ff. de don. & propterea cùm nõ fit ex mera liberalitate, lex præsumit, quòd intentio donantis fuerit, quòd compensaretur, sed quando fit simpliciter, tunc pater censetur motus fuisse mera animi liberalitate ad donandum, qua propter tunc legis præsumptio est, intentionem patris fuisse, quòd ipse filius sibi illud præcipuum habeat, cùm aliàs si imputaretur, non censeretur ex titulo lucratiuo habere, & subdit, quòd hæc est optima ratio. Idem voluit Bering. ibi in tertia parte, nu. 72. vbi dicit, talem donationem imputandam in legitimam, cùm illa succedat in locũ donationis propter nuptias: quia donatio ipsa ob causam appellatur, cùm pater eam stimulo naturali faciat, vt & dotem pinguiorẽ & vxorem melioris status adinueniat, vt in terminis nostris inficiari non potest, quin D. Marcus Antonius talem donationem non fecerit, vt exerceret liberalitatẽ & munificentiam, sed ex affectione & stimulo paternali, vt filius haberet in vxorem Do. Iuliam, cum honorifica & ampla dote, quam aliàs non erat facturus, ergo donatio ipsa imputanda venit in legitimam dicti Dn. Ioannis.

¶ Non obstant modò adducta, in oppositum, & 32 primò, † quòd leges loquẽtes de donatione ob causam imputanda in legitimã loquuntur in donatione ob causam facta ex causa necessaria, & non aliter. Quia respondetur, quòd etiã leges ipsæ loquuntur in donatione ob causam facta per patrẽ filio ex affectione & stimulo paternali, vt filius haberet in vxorem, quam aliàs quis non esset habiturus, secùs si ex mera & simplici liberalitate & munificentia, vt dictum fuit. Etsi hoc verum non esset, non foret admittenda conclusio, quæ habet, quòd si mater dotaret filiam, ad quam dotationem (vt dixi) non tenetur, quando habet aliundè, d. l. neq; mater. quòd ea imputatur legitimam, & tamẽ clarum est, quòd dicta dotatio non dicitur processisse ex causa necessaria, sed ex affectione maternali, vt dicunt omnes Scribentes in ipsa. l. in l. quoniam nouella. col. 2. C. de inoff. test. Plus sequeretur, quòd militia empta per patrem, filio non imputaretur in legitimam, & tamen hoc est falsum. Doct. in l. omnimodò. §. imputari. C. de inoff. test. Bart. in l. 1. §. sed nec Castrense. ff. de colla. bon. Bart Ang. Imol. Alex. Picus, Ripa. Rui. & Bereng. in d. l. in quartã. dixi in con. 31. vol. 2.

33 Item etiã sequeretur, quòd † si filius haberet bona separata à patre, & pater fecisset expensas in nuptijs aut in consequendo honorẽ non imputarentur in legitima: quia pater non tenebatur ad eas, & tamen vera est conclusio, quòd illæ computantur in legitimam, quòd secùs esset, si non haberet bona, ppria. gl. in l. 2. §. fi. ff. de mun. & hon. Beren. in d. l. in quartam. nu. 79. in 3. part. post Alex. ibi per eum citatum.

¶ Nec obstant decisiones Bald & aliorum suprà 34 citatorum, quia † reprobatur Bald. communiter à Scribentibus in d. l. in quartam. Nec vis fieri potest in dictis aliorum, quia si videantur, loquuntur per transennam: non autẽ quòd disputent articulum.

35 Ex quo sequitur, quòd † magis creditur Doctori examinanti quæstionẽ, quàm perfunctoriè loquenti. Cagnol. in l. nemo potest. num. 8. de reg. iur. Paris. in cons. 91. colum. fin. volum. 3. Soc. Iun. in consil. 1. colum. fin. & 119. col. 6. vol. 1. Grat. in cons. 20. col. fin. volum. 5. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est fortissimum.
2 Indulgentia solam pœnam remittit.
3 Indulgentia non tollit infamiam, & honoris & dignitatis maculam, nisi in ipsa specialiter esset facta infamiæ abolitio.
4 Restitutio Principis tantùm operatur quoad bona & iura, quæ reperiuntur penes fiscum, & non penès tertium. & num. 20.
5 Restitutio Principis simpliciter facta trahitur retrò, & æquiparatur iuri postliminij.
6 Ius postliminij operatur, quòd omnia sint in pristino statu, & renasci facit quod penitùs extinctũ erat.
7 Restitutio non comprehendit bona semel alienata, & demum redempta.
8 Restitutio Principis non extenditur ad fructus perceptos.
9 Bona alteri quæsita & alienata, secundùm cõmunem non veniunt in restitutione Principis.
10 Restitutio non trahitur ad condemnationes acquisitas feudatarijs.
11 Princeps si aliquem restituit, non dicitur illum restituere ad feudum iam alteri quæsitum.
12 Priuilegium Principis, eius q; beneficium semper intelligi debet, saluo iure alicuius, & absque alterius præiudicio.
13 Quod ampliatur procedere, etiamsi solũ ius esset quæsitum in spe & non in re.
14 Item si agatur etiam de modico præiudicio.
15 Verba potiùs debent impropriari, quàm quòd tertio præiudicium inferatur.
16 Clausula non obstante collatione alteri facta, debet intelligi de collatione inualida, ne alteri præiudiciũ fiat.
17 Gratia facta motu proprio, non præiudicat tertio.
18 Restitutio facta per Principem, in qua declarat confiscationem, pro non facta haberi & irritam esse, non tollit ius quæsitum tertio.
19 Bona acquisita per tertium ex condemnatione non veniunt in restitutione bonorum. sed contrà secundùm communem. num. 26.
20 Rebelles & banniti, qui ex forma statuti institui non possunt, si hæredes instituantur, & demùm restituti fuerint, reconualescit institutio, & trahitur retrò ante conditum testamentum.
21 Restitutio quando est facta in pleniori forma extenditur ad bona in alium translata.
22 Bona in tertium alienata, veniunt in restitutione facta per Principem, in qua declarauit condemnationem irritam & pro non facta, ita quòd de ea non possit obijci.
23 Princeps licèt sine causa non possit auferre ius quæsitum tertio, tamen secundùm communem potest ordinare, quòd tertius ille non audiatur à suis Magistratibus & officialibus.
24 Restitutus, vt proximè, si fundat se in sua priori possessione, & ei opponatur de confiscatione, poterit replicare, quòd excipiens non debet audiri.
25 Acquisitio bonorum, quando ad tertias personas peruenit ex sola condemnatione, & immediatè originem sumit ab ea, & non ex alio actu, venit in restitutione bonorum: quia per restitutionem causa illius acquisitionis redditur ad non causam.
26 Restitutio facta in pleniori forma fortior est, quàm simplex restitutio.
27 Indulgentia plena comprehendit restitutionem bonorum.
28 Remissio iniuriarum quando est facta simpliciter sacerdoti in foro pœnitentiali vel conscientiæ, etsi non operetur in foro contentioso, quin agi possit, tamen si est facta plena remissio extenditur ad forum contentiosum.
29 Restitutio simplex degradati & beneficio priuati licèt non trahatur ad beneficium, tamen ad illud extenditur si est facta plena restitutio.
30 Verba geminata fortiora sunt quàm simplicia.
31 Dictio Perinde, denotat omnimodam similitudinem.
32 Princeps si in restitutione dicat, volumus & decernimus fore & esse, perinde ac si banniti & rebelles nunquam fuissent, talis restitutio trahitur etiam ad fructus perceptos.
33 Bona acquisita per tertium veniunt in restitutione facta per Principem: quando constat de eius mente.

CONSILIVM XLV.

ARGVENDO à sufficienti partium enumeratione, † quod argumentum in iure est fortissimum. l. patre furioso, vbi Scribentes ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. glos. in l. 1 in gloss. magna. circa medium. ff. de acti. & obl. Paris. in consil. 67. num. 13. volum. 4. Socin. Iun. in consilio 79. num. 49. volum. primo. cons. 81. num. 9. & in cons. 100. num. 44. volum. eodem. prima facie dicendum videtur, quòd si Dominus Ascani⁹ de Cataneis vult se iuuare gratia Principis sui per viam indulgentiæ, quòd vigore illius non potest consequi restitutionem bonorum suorum confiscatorũ per sententiam rebellionis contra eum latam: quoniam † per indulgentiam sola pœna remittitur. glos. in §. pari ratione. instit. quibus mod. ius patron. potest. sol. Bald. & Imol. in l. liber homo. §. si hæres. ff. de hæred. instit. Ias. in leg. Gallus. §. & quid si tantùm. nu. 78. ff. de lib. & posth. vbi etiam Socin. Iun. num. 108. Ang. de Gamba. in cons. 71. nu. 51. in primo Tomo crimin. Ruin. in cons. 31. num. 6. volum. 5. Paris. in consilio primo. num. 32. volum. 4. Dec. in cap. quia diligentia. numero 8. de elect. Fely. in cap. vrgentis. num. 8. de hæret. Bero. in cons. 76. num 104. & 107. volum. primo. Bos. in tract. suo crim. in titul. de remis. princip. ex Clem. colum. 1. & hanc esse communem inquit Foler. in constitutione regni præsenti consti. de iust. & iur. num. 9. nec † etiam per eam tollitur infamia & honoris ac dignitatis macula, vt habetur in l. fin. C. de genera. abolit. in verbo indulgentia (Patres conscripti) quos liberat notat, nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. l. 1. l. generalis. C. de sent. pas. Gomez. in tract. var. resolut. in tertio Tomo, in tit. de tortur. reorum. num. 38. verfic. si verò fiat. Beros. in dicto cons. 76. num. 107. quod sanè intelligendum est, nisi in indulgentia specialiter esset facta abolitio infamiæ. Saly. in l. cum indulgentia. in prima oppositione. & in l. fin. colum. fin. C. de sent. pas. vel quando vltra indulgentiam facta fuit restitutio specifica ad famam. Bart. & alij in d. l. 1. & fina. Saly. in l. fi. C. de abolit. genera. Paris. in citato consil. 1. num. 29. cum seq. vol. 4.

¶ Aut vult se iuuare ex restitutione ipsius Principis, & tunc dicendum est, quòd † in ipsa restitutione veniunt tantùm bona & iura, quæ reperiuntur penès fiscum, & non penès tertium. l. 1. vbi Bar. & alij in l. fi. C. de sent. pas. Docto. communiter in l. Gallus. §. & quid si tantùm. de lib. & posthum. Paris. in consil. 1. num. 21. vol. 4. 69. num. 196. volum. 3 & isto casu † restitutio trahitur retrò, & æquiparatur iuri postliminij. l. si quis filio exhæredato. §. pen. ff. de iniust. & rup. testa. Ang. & Imol. in l. si alienum. §.

in

in extraneis.ff.de hæred. instit. Paris.in citato consilio 69. num.196.quòd † ius postliminij facit, quòd omnia sint in pristino statu.l.postliminij.in prin.ff. de capt.& postlim.reuer. facit quod extinctum penitùs fuit.Castr. in d. §. & quid si tantùm.& Bos.in dict.tit.de remis. ex sola clem. prin.num.21.verum est secundùm Claud.in d.§.& quid si tantùm. col.5. in fi.vers.& subdit.ac Lanc.Dec. ibi. in tantũ, quòd † in tali restitutione non veniunt bona semel alienata,& demùm redempta: licèt restitutionis tempore iam in fisci dominio essent. Isern. in c.in fin.de vasal.de crep. † ita nec etiã fructus percepti,vt probat text. singularis in auth. idem de Nestorianis.C. de hær.vbi dicitur,quòd si quidam liberi sunt fideles,alij verò non, portio & hæreditas omnium debet esse apud fideles,& si postea fuerint conuersi restituuntur ipsis eorum partes sine fructibus, & ibi expressè hoc notant Alber. & Salyc.Bos.vbi suprà, nu.11.Doct.cõmuniter in d.§.& quid si tantum.Gomez.in dicto suo tract.var.resol.in 3.Tomo,in titul. de tortura reo.num.33.vers.item adde.& Bursat.in consil.54.num.13. vbi ista est communis opinio,& † quòd non veniant in ipsa restitutione bona alteri quæsita & alienata, volunt communiter Doctor.in d.§.& quid si tantùm. Bos.in loco suprà citato.nu.3. & 11.Felyn.in c.inter quatuor. col. penult. & fin. de maio.& obed.& ista est recepta Doctorũ sententia, secundùm Bursat.in citato cons.54. num.12.vbi ex hoc infert, quòd † talis restitutio non trahitur ad condemnationes feudatarijs acquisitas, Anchar.in cons. 160. in primo dubio. Aflict.in c.1.in verbo & bona committentium,num.127. vbi si † Princeps aliquem restituit, non dicitur illum restituere ad feudum iam alteri quæsitum, & ratio huius conclusionis est : quia † Priuilegium Principis eiusq; beneficium semper debet intelligi, saluo iure alicuius,& absq; alterius præiudicio.l.2.§.si quis à Principe.ff.ne quid in loco publ.Beros.in cons.76. num. 104.& 107.volum.1.Abb.in c.inter quatuor.de maior.& obed. quod † etiam procedere videtur, si solùm ius esset quæsitum in spe, non autem in re. cap. quamuis.de rescript.in 6. Nam idem iudicamus de re quæsita in spe, quod de iure quæsito in re. Ioan. Andr.in c.iuris ignorantia.de regul.iur.in 6.Aret.in cons.17.in fi. Vnde,cùm restitutio sit quoddam beneficium à Principe concessum, non debet in præiudicium tertij interpretari.c. ex tuarum. de auto. & vsu pal.Crot.in d.§. & quid si tantùm. num.117. Dec.in cons.585.num.7.cum sequenti. vbi ampliat hoc procedere † etiam si agatur de modico præiudicio, & adeò vera est hæc sententia, quòd potiùs † verba debent impropriari,quàm quòd tertio præiudicium inferatur.c.cùm super eo.de off.delega.& ideò inquit Compost. in cap. causamq; de rescript. quem ibi sequũtur omnes,quòd † verba Papæ non obstante collatione alteri facta, debent intelligi de collatione inualida,ne alteri præiudiciũ fiat, quod † etiam locum habere videtur,si gratia facta sit motu proprio. Abb.in c. causamq; de testibus. Dec.in cons.3.col.fin.544.in fin. 525. col fin. & 606.in fine. Ruin.in cons.97.num.7.volum.5.

¶ Aut vult venire ex capite dictæ restitutionis sub eo prætextu,quòd † ea etiam trahatur ad bona alteri quæsita ex vi verborum appositorum in ipsa restitutione, vbi Princeps declarauit talem confiscationem pro non facta haberi & irritam esse, propter quæ verba etiam tollitur ius quæsitum tertio, & omnia decisa & sequuta ex tali confiscatione resoluuntur & retractari debent.glos.in Clemen.1. in verbo pro infectis.de immu.Eccles.quam Doctores ibi sequuntur. Card.in cap.quia diligentia, de elect. vbi inquit, quòd si Princeps restituit bannitũ non obstante quacunq; condemnatione, quam vult haberi pro infecta,talis bannitus etiam bona in alium translata recuperabit,quem sequitur ibi Imol.in fi. & Decius in consil.252.colum.penult.in fine, cum sequenti. Quia respondetur, quòd sententia Card. procedit & locum habet,quoties in restitutione essent adiecta verba, & quòd ei nihil obijci possit. Imol. in dicto capite quia. vbi dicit se vidisse de facto, quòd nullus contractus factus in bonis confiscatis valuit, licèt secundũ eum malè faciant Principes in sic faciendo:quia decet Principem obseruare contractum,cap.primo,de probat. & ita intelligit Card. & Imola, Ruin.in consil. 21. num.9. & in versicul.non obstat igitur in primis. & contra Dec. consuluit Neuizan. in cons. 68.num. 47. versic.nec obstat.

¶ Aut vult se iuuare ex dicta restitutione, quòd † ea operetur effectum suum contra acquisita per tertium,quoniam dicta acquisitio fuit facta immediatè ex ipsa condemnatione absq; facto, vel contractu Principis vel fisci, per ea,quæ dixit Bald.in d. §.& quid si tantùm.in proprijs terminis. Quoniam etiam isto casu restitutio non trahitur ad dicta modò quæsita, vt voluit Gomez.in tract. variar. resol. in tit.de tortur. reorum.colum. antepenult. versic. sed his non ostantibus.vbi, quòd etiam isto casu ille, cui per legem vel dispositionem hominis bona delinquentis sunt applicata, non tenetur bona restituere, nec sibi auferuntur, modò sit sequuta apprehensio siue non. Vnde ex istis videtur dicendum,quòd dictus Dominus Ascanius virtute dictæ condemnationis,& confiscationis non debeat consequi bona acquisita Domino Antonio eius fratri, ex fideicõmisso paterno, cuius dies cessit per mortem Domini Laurentij, qui decessit sine filijs tempore dictæ rebellionis, & processu super ea pendente.

¶ Sed maturè & diligenter omnibus consideratis cõtrariam sententiam in casu nostro amplectendam fore arbitror, & pro fundamento huius partis facio conclusiones infrascriptas,quarum prima est,quòd quoties condemnatus in cõfiscatione bonorum ex clementia Principis restituitur, talis restitutus recuperat omnia bona confiscata, quæ penès fiscum reperiũtur extare, vt est cõmunis theorica Scribentium in dict. §. & quid si tantum.Crot. in consilio 127.num. 13. vbi dicit, quòd simplex restitutio banniti comprehendit bona delinquentis per fiscũ non alienata, & quòd talis restitutio, cùm non inferat alteri præiudicium,trahitur retrò.Angel.& Imol.in l.si alienum.§.in extraneis. ff. de hær. instit. vbi dicunt, quòd † si rebelles & banniti,qui ex forma statuti institui non possunt, hæredes instituantur, demùm restituti fuerint, reconualescit institutio, quia trahitur retrò restitutio, etiam ante conditum testamentum. Ias.in l.fin. colum. tertia, in fin. ff. de constit. Princip. Angel. à Gamb. in consilio 71. numero 9. cum sequenti inter consiliã crim. Petr.Bellus in tract.de re milita. folio 123.numero 21. vbi dicit hanc esse cõmunem. & Iul. Clar. in sua pract.crim.in §.fin.quæst. 59.in versicu. quæro nunquid

¶ Secunda est conclusio,quòd † quando restitutio est facta in pleniori forma, extenditur etiam ad bona in alium translata,vt est quando in restitutione dicitur,non obstante aliqua cõdemnatione,quã † declarat irritam, & pro non facta, ita quòd de eã non possit obijci. vt voluerunt Card.& Imol.in dicto capitulo, quia diligentia. de electio. qui dicunt, quòd † licèt Princeps sine causa non possit auferre

ius quæsitum tertio, tamen potest ordinare, quòd ille tertius non audiatur à suis magistratibus & officialibus, & quòd ab illis talis allegatio nõ recipiatur moderando ipsorũ iurisdictionem. l. 1. in princ. ff. de iurisd. omn. iud. Alex. in d. §. & quid si tantum. num. 20. vers. 2. limitatur. vbi addit post Cardin. ita de facto seruari. Soc. ibi. num. 17. Felyn. in cap. inter quatuor. num. 9. de maior. & obe. Paris. in cons. primo. num. 38. volum. 4. Ruin. in cons. 21. nu. 9. vol. 5. vbi ait, quòd quando conceditur restitutio plenissima, puta quis restituitur in integrum per Principem, non obstante aliqua condemnatione, quam vult haberi pro nõ facta, nec de ea posse obijci, quòd nullus cõtractus factus in bonis confiscatis valuit, vt tradit Imol. in d. cap. quia diligentia. vbi inquit ita vidisse de facto, licet subdat, quòd malè faciunt sic faciendo, quia decet Principem obseruare contractum. cap. 1. de proba. licet ille textus non obstet: quia hoc casu principaliter condemnatio, quæ est iure ciuili irritatur, & tollitur, quod etiã sine causa Princeps facere potest. ideo etiam contractus, qui sequuntur ex ea, vel propter eam, possunt in consequentiam tolli, non autem directò & principaliter dict. cap. primo, quod isto casu loquitur & intelligitur, subdit tamen Imo. vt refert Ruin. quòd ille qui emit, regressum poterit habere contra Principem à quo habet causam. l. 1. & 2. C. de quadr. præscript. &
24 ideo dicit Ruin. quòd † si restitutus fundat se in sua propria possessione, & ei opponatur de confiscatione, poterit replicare, quòd excipiens non debet audiri propter rescriptum: Mandans quòd iudex illum non audiat. iterum ipse Ruin. in cons. 31. numero 7. volum. eod. vbi idem repetit & in cons. 33. num. 5. volum. primo, cum qua sententia etiã transeunt Ias. in dicto §. & quid si tantum. num. 77. Galiaul. num. 72. in fin. Port. in consil. 49. numero 7. & hanc esse communem opinionem attestantur Rui. in citato consil. 21. num. 9. vers. non obstat igitur in primis. Viuius in lib. com. opin. in verbo bannitus seu deportatus. Asca. de patr. potest. cap. vlt. nu. 44. & magis communem Rub. Alex. in cons. 154. nu. 5. vers. primò quia.

25 ¶ Tertia est conclusio, quòd † quando acquisitio bonorum ad tertias personas peruenit ex condemnatione & immediatè causam & originem habet ab ea, & non ex alio actu inter fiscũ & tertium restitutio subsecuta comprehendit etiam dicta bona penes tertium existentia, Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. vbi Alex. nu. 13. Ias. 56. vers. 2. limita. Bellam. in decis. Rotæ 743. cum sequenti, Fely. in c. inter quatuor. num. 9. de maior. & obed. Paris. in cons. 1. num. 47. volum. 4. vbi dicit, quòd quando acquisitio bonorum ad tertias personas seu ad Regium fiscum peruenit, ex ipsa sola condemnatione & immediatè originè sumit ab ea & non ex alio actu, restitutio demum facta extenditur etiam ad bona penes tertium existentia, Beros. in cons. 60. num. 19. volum. 3. vbi inquit, quòd quædam sunt quæ tertio acquiruntur ex illo actu, qui postea per restitutionem rescinditur, & tunc restitutio trahitur ad hæc, quæ illi tertio fuerũt quæsita: Ratio est, quia per restitutionem causa illius acquisitionis redditur ad non causam. l. fin. C. de sent. pas. Quædam sunt, quæ non acquiruntur immediatè ex illa causa, sed ex nouo negocio per fiscum cum tertio gesto, & tunc ad illa nõ porrigitur restitutio, quia ipsa non trahit causam immediatam illius acquisitionis ad non causam, & subdit etiam inferiùs, quòd vbi condemnatio, confiscatio bonorũ & acquisitio, quæ fit à tertio, & sic ambo isti actus causantur ab vna eademq; radice, videlicet, à sententia criminis, seu delicti, tunc ex vnica rescissione, quæ fit per restitutionem, omnia tolluntur, Secùs si ipsi actus non causantur ab eodem iure, nec ab eadem radice, sed à diuersis: quia tunc de vno non infertur ad alium.

¶ Firmis igitur manentibus præmissis conclusionibus, tanquam in iure verissimis, & communiter à Doctoribus receptis, ex ipsis infero pro fundamento præsentis consultationis inficiari non posse, quin Dominus Ascanius vigore dictæ restitutionis consequi debeat omnia bona, quæ penes fiscum reperiuntur, & similiter acquisita per eius fratrem prætextu condemnatoriæ contra eum latæ. Imò plus dicitur, quòd si aliqua ex confiscatis essent alienata in tertiũ, & in ipsum translata per fiscũ, quòd adhuc etiam alienata venirent in ipsa restitutione, cùm ea facta reperiat̃ in pleniori forma, per ea quæ dicta sunt suprà in secunda conclusione. Nam indu-
26 bitati iuris est, quòd † fortior est restitutio facta in pleniori forma quam simplex, vt patet, nam simplex indulgentia solam continet remissionem pœnæ, & tamen quando cum ipsa est adiunctum ver-
27 bum plenam vel pleniorem † venit quoq; in ea restitutio bonorum. Dec. in c. quia diligentia. num. 8. versic. limitari tamen potest. de elect. Bald. in tit. de pace Constant. in verbo plenitudine gratiæ. Fel. in c. inter quatuor. nu. 10. de maio. & obe. in c. vergentis. in 2. col. de hæret. Claud. in l. Gallus. §. & quid si tantum. colum. 6. vers. quod tamen singulariter limita. vbi etiam Galiaul. num. 64. de lib. & posthum. Paris. in cons. 1. num. 37. & 51. vol. 4.

28 ¶ Secundò accedit. Nam † quando remissio iniuriarum est facta simpliciter Sacerdoti in foro pœnitentiali vel conscientiæ, ista non operatur in foro contentioso quinagi possit. Bart. & alij in l. si tibi. §. primo. ff. de pact. & in l. non solum. §. primo. ff. de iniur. Ruin. in consil. 13. num. 2. volum. 5. & tamen si est facta plena remissio, extenditur etiã ad forum contentiosum, vt in eo agi non possit. Bald. in cap. 1. §. iniuriam. colum. secunda. de pace iur. firma. Alex. in dicta l. si tibi. §. primo. vbi etiam Ias. colum. 1. Ias. in l. posthumo. colum. penult. C. de bon. poss. cont. tab. Anib. in repet. l. nemo potest. num. 262. ff. de legat. primo.

29 ¶ Tertiò facit, Nam † restitutio simplex degradati & priuati beneficio nõ trahitur ad beneficium, & tamen si plenè est restitutus, per eam recuperat beneficium. Spec. in tit. de lega. §. primo. vers. quid si degradatus. Ioan. Andr. in c. quamuis. vbi etiã Geminia. in fin. de rescript. in 6. Ias. in dict. l. posthumo. colum. penult. & in dicto §. si tibi. ac Anib. in dicta repetitione. l. nemo potest. num. 262. & tantò magis hoc dicendum videtur in casu de quo agitur, vbi Princeps geminatè vltra supra dicta facit mẽtionẽ
30 de pleniori restitutione, quæ † verba fortiora sunt quã simplex funiculus, Doct. in l. Balista. ff. ad Treb. Bart. in l. cùm scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. quod & fortiùs demonstratur ex alijs verbis, in dicta restitutione positis, dum dicitur, perinde ac si dictus Ascanius rebellis nunquam fuisset, & ipsorum bona cõfiscata nõ fuissent, quę verba important, quòd virtute dictæ restitutionis dictus Ascanius poterit recuperare eius bona, etiamsi possessores causam à
31 fisco habuissent, eò, quia † dictio Perinde, denotat omnimodam similitudinẽ. l. sed si lege. §. perinde. & ibi Angel. ff. de pet. hæred. pro qua sententia facit quod notat Crot. in consilio 127. numero 15. vbi in-
32 quit, quòd † si in restitutione dicatur, volumus & decernimus fore & esse, perinde ac si dictus Marcus Antonius & alij in mandato descripti banniti & rebelles nunquam fuissent, & ipsorum bona iure

confi-

confiscata non fuissent, quòd talis restitutio concepta sub his verbis operatur, quòd dicti de Maluetijs, de quibus ibi, poterunt recuperare fructus perceptos ex eorum bonis, etiamsi possessores taliũ bonorũ causam à fisco habuissent, eò, quia dictio Perinde, omnimodam similitudinem denotat, per dictum §. perinde. qui fructus (vt suprà dictum fuit in princip.) non venirent in restitutione simplici, iuxta not. per Scribentes, in dicto §. & quid si tantum. quam dictionem Perinde, ad terminos nostros etiam ponderat Port. in cons. 48. colum 2. in fin. vers. venio ad secundum. Fortificatur hæc sententia etiá ex alijs verbis descriptis in eą, dum dicit in omnibus, & per omnia reponit, perinde ac si nullum facinus commisisset, quæ conceptio verborum latissima, ibi plenissimè & in omnibus & per omnia, operatur vt sub forma huiusmodi restitutionis alienationes interim factæ reuocentur, vt in terminis dixit Port. in citato cons. 48. num. 7.

¶ Restat modò, vt ad confutationem adductorum in contrarium deueniatur, & in primis dico, quòd in casu nostro non est tractandum de indulgentia simplici, vt loquuntur iura & decisiones allegatæ, sed de restitutione plenissima, vt clarè constat ex his, quæ suprà latè dicta fuerunt, in qua veniunt bona confiscata, vt notant omnes Doct. in d. §. & quid si tantum. & in alijs locis suprà citatis.

¶ Pariter non obstat secundum argumentum, quòd regulariter in restitutione non veniunt nisi bona, quæ reperiuntur penes fiscum & non acquisita tertio, ne sibi inferatur præiudicium. Quia respondetur, quòd in præsenti casu non requiritur per Dom. Ascanium, nisi quòd restituatur ad recuperationem bonorum confiscatorum, quæ extant penes fiscum, cùm bona ipsa per eum non reperiantur alienata, vt est communis Schola Doctorum: vt abundè suprà dictum fuit, necnon & ad bona subiecta fideicommisso paterno, cùm per talẽ admissionem nullum illatum censeatur præiudicium fratri, qui non tenet, neq; possidet dicta bona: & si etiam possideretur, adhuc dicitur, quòd virtute dictæ restitutionis teneretur ad illorũ restitutionem, quia (vt iam dictum fuit) communis extat Doctorum sententia, quòd quando bona sunt translata in aliũ mediante facto hominis, hoc est, mediante alienatione fisci, tunc restitutio Principis non trahitur ad bona facto hominis alienata, vt voluit gloss. & notant Doctores in dicto §. & quid si tantum. secùs si bona sine alio actu hominis essent acquisita tertio per condemnationem, quia tunc restitutus recuperat illa bona. l. siue patronus. in princ. ff. de iure patron. vbi patronus restitutus recuperat ius patronatus: quia ipso facto tale ius amittit per deportationem: ita Cyn. Aug. Alex. Aret. & Ias. in dict. §. & quid si tantũ. & Doctores suprà citati in tertia conclusione. & quamuis Gomez. in loco super ius citato ausus fuerit dicere contrarium, malè sentit, cùm communis sit contra eum, à qua in iudicando non est recedendum, quam quoq; sententiam amplectitur Natta in cons. 470. num. 20. quando non fuit per tertium apprehensa possessio, secùs si aliter, quamuis in hoc vltimo capite aliter loquantur Doctores, dum dicunt, quòd bona existentia penes tertiũ recuperantur per restitutũ, vt per Paris. Bero. & alios suprà citatos. Nec refragatur etiam, quòd restitutus non recuperat bona alienata, quamuis Princeps in restitutione dixerit & declarauerit, cõfiscationem pro non facta haberi & irritam. Quia respondetur, quòd etsi Dec. in d. c. diligentiam. & in cons. 252. colum. pen. teneat contrarium, tamen (posita illa opinione pro vera) dicitur, quòd in casu nostro sunt illa verba, ita quòd nihil obijci possit, quæ operantur restitutionẽ trahi ad alienata, vt abundè suprà dictum fuit. Vlteriùs dicitur, quòd † etiam in terminis nostris tertio præiudicatur, quãdo constat Principem ita velle, vt clarè dicit Paris. in cons. 1. nu. 40. volum. 4. Afflict. in decis. 361. colum. penult. vbi dicit, restitutionem extendi ad bona etiam alienata, quando constat de mente restituentis, & cessat obreptio. Claud. in l. venia. colum. fina. vbi etiam Dec. num. 9. C. de in ius vocan. Bero. in cons. 76. num. 113. volum. 1. vbi inquit, quòd quando sumus in casu, in quo Princeps pro pace ineunda aliquos ad gratiam recipit, seu indulgentiam concedit, vtendo verbis prægnantibus, ex quibus apparere possit de mente ipsius volentis plenariè eos reintegrare & restituere, tunc præiudicatur tertio. Sed in terminis nostris adsunt in restitutione facta per Principem Domino Ascanio, nedum verba plenissima, sed plus quã plenissima, vt suprà ostensum fuit, ergo dicta restitutio etiam ad alienata & in alium translata trahitur & extenditur. Laus Deo.

33

SVMMARIVM.

1 *Verborum prolixitas inimica est sapientibus.*
2 *Consulens respondere debet ad rem sine truffis & generalibus, quæ solent apponi ornatus causa.*
3 *Veritas est materia iustitiæ, cui omnia cedunt.*
4 *Veritati semper locus esse debet.*
5 *Statutum de lucro dotis secundum magis cõmunem est validum in iure.*
6 *Lucrum dotis, quod defertur marito vxore decedente sine liberis, datur in recompensationem onerum matrimonij.*
7 *Statutum de lucro dotis habet locum in matrimonio momentaneo.*
8 *Statutum vbi loquitur cum aliqua qualitate, ea probanda venit, aliàs locum non habet dispositio statuti.*
9 *Confessio est superlatiua probatio omnium aliarum probationum.*
10 *Confessioni patris magis creditur quàm dicto testiũ, etiamsi mille essent.*
11 *Instrumento habenti omnes suas solennitates standum est.*
12 *Instrumentum præsumitur verum, publicum & solenne, & omnia in eo contenta esse vera, & à partibus prolata.*
13 *Instrumentum est veritas apparens, probatio probata, & non probanda, non indigens discussione siue disceptatione fori.*
14 *Instrumentum habet vim diffinitionis.*
15 *Instrumenti casus vbi est dubitare non videtur, & de eo dici potest, noli me tangere.*
16 *Simulationis exceptio secundum communem opponi non potest, quando quis iurauit in instrumento omnia & singula fuisse & esse vera.*
17 *Statutum loquens in dote data vel promissa, locum non habet in dote confessata, quia aliud est dos data vel promissa, & aliud dos confessata.*
18 *Statutum de lucro dotis, cùm sit correctorium iuris cõmunis, strictè debet intelligi, & verba eius propriè intelligi debent.*
19 *Statutum de lucro dotis non est extra casum suum & incomprehensum trahendum ad aliquam consequentiam.*
20 *Argumentum à contrario sensu habet locum in statuto de lucro dotis.*
21 *Dos de iure communi debet reuerti ad dotantem, vel ad hæredes eius.*

CON-

CONSILIVM XLVI.

1 SVONIAM † verborum prolixitas inimica est sapientibus, vt concurrã
2 cum Are. in cons. 11. in princip. & qui bene † consulit respondere debet ad rem sine truffis & generalibus, quæ solent apponi ornatus causa, vt inquit idem Aret. in cons. 6. colum. 1. Idcirco in præsenti consultatione omisso fastu & pompa verborum, ne frustrà videar denigrare papyrum, vt in simili dixit Ias. in consil. 5.
3 in princip. vol. 1. & adhærendo veritati, quæ † mater est iustitiæ, Bald. in l. libertini. ff. de stat. hom. &
4 cui omnia cedunt. cap. veritate. 8. distinct. & † semper esse debet locus, l. penul. §. mulier. ff. de proba. & maximè cùm requisitus sim ad meram veritatem explanandam, prætermittam allegationes ad partes: quandoquidem illas non expedire cognoscam,
5 dico, quòd etsi in iure certissimum sit, quòd † statutum de lucro dotis validum sit, vt dixi in tracta.
6 de lucro dotis, quæst. 1. & † lucrum ipsum marito deferri vxore decedente sine liberis propter onera matrimonij, iuxta gl. in l. si donaturus. ff. de cond. caus. data, de qua ratione latè dixi in d. tract. in quæstio. 4. vbi demonstraui hanc esse magis receptã sententiam, quamuis Phanut. in suo tract. de lucro dotis, aliter sentire videatur, & malè, quam partem etiam tenuerunt Bald. in l. cùm multæ. nu. 4. C. de dona. prop. nup. Curt. in addit. ad Bart. in d. l. si donaturus. Vinc. ab Ocha. in Rubrica. ff. solut. matr. nu. 89. in cons. 176. & Crot. in fin. & in l. 1. num. 161. vers. præterea. eod. tit. & Purpur. in l. 2. num. 39. eod. titul. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo donatione largitus. num. 217. C. de reuoc. dona. Bero. in cons. 40. nu. 26. volum. 1. & in cons. sequenti. num. 20. & 29. & quam affirmarunt frequentiori calamo receptam. Port. in consil. 56. num. 7. Alciat. in consil. 103. colum. 2. in princip. & Dominus Osasc. in decis. sua Pedemonta.
7 21. num. 17. ac similiter † illud habeat locum in matrimonio, quod momẽto durauit, vt est firma Doctorum sententia, vt ostendi in dicto tract. de lucro dotis in quæstio. 49. & cum eo etiam pertranseunt Port. in cons. 21. num. 94. & Catel. Cotta in memor. suis in memor. incip. statutum Mediolani. versicul. quæritur. Tamen dicitur etiam, quòd statutum famosissimæ ciuitatis Mediolani disponens maritũ præmortua vxore sine communibus liberis lucrari dotem datam vel promissam, vbi etiam data non sit, dummodò dotantes fuerint in mora soluendi, non habet locum in casu de quo agitur, ex infrascriptis. Primò, quoniam in iure tritum est, quòd † vbi
8 statutum loquitur cum aliqua qualitate, illa probanda est, aliàs dispositio statuti locum non habet. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publico. Alex. in cons. 3. num. 7. vol. 2. Soc. Iun. in cons. 5. num. 30. vol. 2. doctrina est Ioan. And. & aliorum, in cap. 1. de homicid. in 6. sed in casu præsenti non apparet, quòd isti Domini Mapheus & Philippus de Pirrouano fuerint in mora in dando dotem promissam dicto Domino Antonio. Imò quòd illam habuit, vt infrà dicetur, ergo cessare debet dispositio dicti statuti de lucro dotis, cùm qualitas moræ requisita à statuto probari non possit per fundantem in eo, Soc. Iun. in cons. 4. num. 30. volum. 2.

¶ Quòd autẽ ipsis Dominis de Pirrouano ascribi nõ possit aliqua mora, demonstratur. Nam si videatur chirographum factum per dictos Dominos prædicto Do. Antonio pro dote Dominæ Virginiæ sororis Domini Philippi, & nepotis prædicti Dom. Maphei, vtiq; clarè cognoscetur, quòd ipsi promiserunt Dom. Antonio pro dote libras vigintinouem mille in diuersis temporibus, videlicet, quindecim mille in actu matrimonij, quæ videntur ei solutæ, vt constat ex eius confessione (vt præsupponitur in
9 facto) quæ † confessio est superlatiua probatio omnium aliarũ probationum, Doctores in l. cùm te. C. de transact. Cauet. in cons. 65. colum. 2. nam tan-
10 tæ est virtutis & efficaciæ confessio, quòd † magis creditur confessioni partis quàm dictis testium, etiamsi mille essent. Innocent. in cap. cùm contingat. de offic. deleg. Docto. in l. 2. §. creditum. si cert. peta. quos sequitur Bursat. in consil. 111. num. 14. & alias quatuordecim mille in termino annorum quinq; in vna vel quatuor vicibus, soluentibus ipsis dotantibus fructus illarum ad rationem quinque pro centenario, cessante interusurio pro illa parte, quæ persolui contigisset, quas quidem consequutus est ipse Dominus Antonius infra duos menses post dictum chirographũ, vt constat ex instrumento confessionis ipsius, vbi cõfitetur se habuisse plenam & completam solutionem ac integram satisfactionem dotis. Nam chirographum legitur factum de men-
11 se Maij, & confessio de mense Iulij, cui † instrumento standum est, cùm habeat omnes solennitates à iure requisitas, de quibus per Scribentes in cap. pri-
12 mo, de fide instrum. & † præsumatur verum, publicum & solenne, & omnia in eo contenta esse vera, & à partibus prolata. Bald. in l. secunda. in vltima car. C. de rescind. vend. Bertrand. in consil. 14. numero 15. volum. 2. Bero. in cons. 1. num. 18. volum. 2.
13 & † veritas apparens, probatio probata & non probanda, non indigens discussione siue disceptatione fori. Bald. in l. Imperator. la prima. in prima lectura. ff. de statu hom. Ias. in l. admonendi. colum. 53. vers.
14 successiuè. ff. de iureiurand. & † habens vim diffinitionis. Bald. in consil. 233. post principium. vol. 1.
15 & in cons. 215. colum. 2. volum. 2. vbi ait, quòd † vbi est casus instrumenti, non videtur dubitandum, & de eo dici potest, noli me tangere. Bald. in cons. 400. volumin. 5. nec contra eum possit opponi exceptio non numeratæ dotis, vt per Bart. & alios in l. fin. C. de non numer. pecun. Bald. in l. qui pecuniam. ff. si cert. petat. Socin. in cons. 81. colum. 1. volum. 3. & in cons. 81. num. 13. volum. 1. Crauet. in consil. 282. colum. penult. vbi loquitur in eo, qui renunciauit exceptioni non numeratæ dotis cum iuramento, nec
16 similiter aliqua allegatio simulationis † cùm iurauerit omnia, & singula cõtenta in dicto instrumento vera, iuxta communem decisionem Doctorum, in l. nemo potest. de lega. primo. & Boer. in tracta. de virt. iuram. num. 111.

¶ Secundò dicitur, quòd ex alio capite dictus Do. Antonius non potest consequi lucrum, de quo in ipso statuto: quoniam statutum ipsum loquitur
17 in dote data vel promissa, quod † locum non habet in dote cofessata: quia aliud est dos data vel promissa, & aliud dos confessata. Bald. in cons. 333. in 4. volum. vbi inquit, quòd stante statuto, quòd vir soluto matrimonio lucretur quartam partem dotis vxoris suæ à quocunq; fuerit data, tale statutum locum non habebit in confessata: quia aliud est dos data, & aliud dos confessata, vt notatur in simili, in l. assiduis. qui pot. in pign. hab. & in cons. 467. in fin. vol. 4. vbi loquitur de dote percepta, de quo dixi in tract. meo, de lucro dotis in quæst. sexta. nu. 4. sicut etiam videmus, quòd non habet locum in dote ficta, vt similiter dixi in dict. tract. quæst. 75. num. 10. Nec mirum, quia cùm huiusmodi statutum sit correctorium iuris communis. Ang. in cons. 158. col. 1. Abb. in cons. 79. volum. 2. strictè debet intelligi, & eius verba intelligi propriè. Bal. in l. 2. C. de do. pro-
18 mis. vbi dicit, quòd † in lucris, quæ proueniunt ex

forma

sorma statuti, verba eiusdem debent intelligi propriè & strictè interpretari. Angel. in citato cons. 158. vbi ait, quòd cùm huiusmodi statutum sit directè contra ius commune. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & l. dos à patre. C. solut. matr. & strictè ac propriè intelligendum. l. constitutionibus. ff. ad municipa. extra † casum suum, & in eo comprehensum non est tradendum ad aliquam consequentiam. l. quod verò. ff. de ll. Paris. in cons. 14. colum. 2. vol. 3. vbi tradit tale statutum, ex quo non continet in se aliquâ rationem scriptam, esse valde exorbitans & cõtrariari iuri communi, cùm tollat in parte vxori liberã facultatem disponendi de rebus suis, quo fit vt ad vnguem & contextum seruandum veniat, & à verbis ipsius non recedendũ, ex quo est præcisi fori & stricti iuris, dixi in dicto tract. in secunda quæst. quæst. 95. num. 4. Vnde ex his videtur dicendum, quòd cùm in casu nostro nulla data sit mora in dando dotem per dictos Dominos de Pirrouano, ratione cuius multa permittuntur in odiũ morosi, vt constat ex his, quæ dixi in d. tract. in quæst. septima, vbi determinaui, statutum de lucro dotis datæ vel perceptæ, etiam locum habere in dote promissa, si mulier fuit in mora in tradendo dotẽ: quia ex quo stetit per eam, quò minùs solueretur, perinde haberi debet ac si dos percepta foret, & cõditio statutia adimpleta, vt etiã dixi de dote confessata, & vbi nulla data est mora per argumentum à contrario sensu, quod † in tali statuto locum habet, vt dixi in quæst. 43. dos debet reuerti ex dispositione dicti statuti ad dotãtes vel hæredes. quòd † in hoc videtur se conformare cum dispositione iuris communis. l. dos à patre. C. solut. matrim. ab hostibus. in princip. ff. solut. matr. cap. fin. §. sanè. vbi Abb. & alij de donat. inter virum & vxorem, & sic quòd Dominus Antonius excludẽdus veniat à lucro ipsius statuti, quod in huiusmodi casu ex rationibus suprà allegatis locum habere non potest.

19

20

21

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum simulatum dicitur corpus sine spiritu.*
2 *Contractus simulatus cùm deficiat in substantialibus, non est contractus.*
3 *Contractus simulatus dicitur coloratus siue depictus, qui extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecus nõ habet substantiam.*
4 *Simulatio appellatur imago, quæ habet superficiem veri, sed non medullam.*
5 *Instrumentum simulatum, licet superficialiter appareat esse instrumentum, tamen substantialiter & intellectualiter non est instrumentum, & cùm careat effectu carere etiam debet nomine.*
6 *Simulatio probatur ex coniecturis, & præsumptionibus, & de quibus statur arbitrio iudicis.*
7 *Simulatio demonstratur ex non numeratione pecuniæ, declara vt in num. 30.*
8 *Pecuniæ numeratio requiritur in vero & reali deposito.*
9 *Confessio depositarij non probat veram numerationem.*
10 *Verba, quæ habuerunt & receperunt, apposita in instrumento non important numerationem.*
11 *Simulationis coniectura oritur ex vicinitate actuum & breuitate temporis.*
12 *Vicinitas actuum est sufficiens præsumptio ad probationem simoniacæ conuentionis.*
13 *Contractus præsumitur vsurarius ex vicinitate actuum.*
14 *Simulationis coniectura oritur ex vicinitate actuum. declara vt in num. 30.*
15 *Simulatio arguitur ex temporis breuitate, & ex his, quæ fiunt in continenti & vnico contextu.*
16 *Instrumentum depositi simulatũ secundum communem non validatur iuramento. declara vt in numero 31.*
17 *Iuramentum non habens consensum dicitur carere anima.*
18 *Iuramentũ quando apponitur super contractu simulato non indiget rescissione.*
19 *Iurans omnia, & singula contenta in instrumento esse vera à dicto iuramẽto poterit petere absolutionem. sed contra num. 36.*
20 *Instrumentum depositi dicitur probatio probatæ, & veritas apparens, inducens euidentissimam probationem.*
21 *Instrumentum depositi habet executionem paratam.*
22 *Exceptio compensationis non admittitur contra instrumentum depositi.*
23 *Priuilegia veri depositi secundum communem locum etiam habent in deposito egrediente fines depositi veri.*
24 *Priuilegia depositi extenduntur etiam ad depositum confessionatum.*
25 *Instrumentum in dubio præsumitur verum.*
26 *Præsumptiones tres oriuntur ex instrumento, quòd sit verum, publicum & solenne.*
27 *Contractum simulatũ qui vult dicere, debet probare etiam speciem simulationis, quæ de iure sit improbata.*
28 *Tria sunt genera simulationum.*
29 *Simulationis causam non sufficit simpliciter probare nisi etiam verificetur, quòd ab initio contractus interuenerit, adeò quòd non sufficeret, si ex post facto id ageretur.*
30 *Coniecturæ plures requiruntur ad probandũ plenam simulationem.*
31 *Simulationem opponere non potest, qui iurauit in instrumento omnia & singula fuisse & esse vera.*
32 *Iuramenta duo plus operantur quàm simplex iuramentum.*

CONSILIVM XLVII.

PEr Magnificum D. Mapheum patruum, & Philippum nepotem de Pirrouano dubitari videtur, an instrumentum depositi celebratum per Magnificum Do. Antonium de Raude cum eis, sit de iure validum, & ipsi standum sit. Primo quidem aspectu videretur dicendum, quòd non: quia † illud est simulatũ, ergo corpus sine spiritu. Bald. in l. 1. C. plus valere quod agitur. & ideò dicit Bart. in l. nemo potest. de lega. primo, quòd † contractus simulatus cùm deficiat in substantialibus non est cõtractus. Bal. in l. ab Anastasio. in 4. notab. C. mand. vbi ait, quòd † contractus simulatus dicitur coloratus siue depictus, qui extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecùs non habet substantiam, & in l. ei qui. C. de distract. pign. quòd † simulatio appellatur imago, quæ habet superficiem veri, sed non medullam, & quòd appellatur colluſio. Ias. in cons. 170. colum. 4. vers. 9. vol. 2. alibi in l. fina. §. in computatione. in vltima colum. C. de iure delib. inquit, quòd † licet instrumentum simulatum superficialiter appareat esse instrumentum, tamen substantialiter & intellectualiter non est instrumentum, & cùm careat effectu carere etiam debet nomine. Ias. in l. nemo potest. in 1. lect. colum. 7. in fin. vers. 4. quærit. Bartol. ff. de lega. primo. Paris. in consil. 53. num. 11. volum. primo. & in consil. sequenti. num. 26. & in cons. 86. num. 3. vol. 3. & per

1

2

3

4

5

& per tale instrumentum nullũ ius tribuitur. Rui. in cons. 113. num. 5. vol. 1. Port. in cons. 192. num. 4.

6 ¶ Quòd † autem sit simulatũ, probatur ex coniecturis & præsumptionib. infrascriptis, quæ coniecturæ & præsumptiones sufficere videtur ad probationem simulationis. Bar. & cæteri in l. post contractum. ff. de donat. Dec. in consil. 644. num. 4. 659. num. 25. & 587. colum. 2. Socin. in consil. 18. numero 24. volum. 1. Bologni. in consilio 25. in princip. Cravet. in consil. 73. num. 7. & 156. num. 7. Cephal. in consil. 198. numero 16. Paris. in consil. 53. num. 8. volum. 1. & in consilio sequenti. num. 21. 62. numero 35. volum. 3. & in consil. 86. nume. 29. volumine eodem. Port. in consil. 22. num. 26. & de quibus coniecturis statur arbitrio iudicis. Afflict. dec. 40. Cravet. in consil. 156 nu. 24. Cephal. vbi suprà. Soc. Iun. in cons. 84. num. 8. vol. 4. Paris. in consil. 53. & 54. suprà citatis. Port. in citato cons. 32. num. 20. Menoch.

7 in tract. de arbitr. iud. in casu 254. Nam † simulatio prima demonstratur ex non numeratione pecuniæ quæ non interuenit in huiusmodi dispositione, argumento not. per Bart. in l. centum. ff. de adim. lega.

8 Ruin. in cons. 170. num. 5. colum. 4. quæ † tamen requiritur in vero & reali deposito, Doctores in l. 2.

9 ff. si cert. petat. Nam † confessio depositarij non probat veram numerationem, nec verum actum, Ias. in consil. 172. colum. 2. volum. 2. Nec obstat, si

10 dicatur, quòd in dicto instrumento dicitur, † quæ habuerunt, & receperunt, quia hæc verba non important numerationem, vt per Bart. & alios, in l. si ex cautione. C. de non numerand. pecun. vbi dicit, quòd si Titius confessus fuerit habuisse, & recepisse centum, quæ habuit & recepit, nec additur in præsentia mei Notarij & testium, hoc instrumentum de necessitate non importat numerationem: quia totum illud esse potest de confessione partis, quæ dicit, confiteor me habuisse, & recepisse centũ, quæ habui, & recepi. Ruin. in cons. 29. colum. penult. vo-

11 lum. 1. Alciat. in cons. 4. num. 7. Secunda † simulationis coniectura oritur ex vicinitate confessionis dotis receptæ factæ per dictum Magnificum Dominum Antonium prædictis Dominis de Pirrouano, & ex instrumento depositi confessionati. 14. mille librarũ statim & incontinenti facto post ipsam confessionem coram eisdem testibus & Notarijs, ac in eodem loco, ex qua vicinitate actuum & breuitate temporis colligitur manifestè, quòd prædictũ depositum fuerit factum contemplatione confessionis præcedentis, & confessio prętextu depositi subsequentis, adeò quòd vnus actus dicitur inesse alteri, l. petens. vbi notant omnes. C. de pact. & in l. lecta. ff. si cert. petat. glos. in l. vt iusiurandi. in verbo libertatis. ff. de oper. libert. Dec. in cons. 182. colum. 2. versiculo accedit. Alex. in cons. 35. colum. final. volum. 2. & ideò videmus, quòd ex vicinitate actuum colligi potest sufficiens præsumptio ad probandum delictum, vt est text. in cap. officij de elect. vbi gl. 1.

12 dicit, quòd † hæc præsumptio est sufficiens ad probationem simoniacæ conuentionis. Dec. in dicta l.

13 petens. in 2. notabili. Plus † ex dicta vicinitate præsumitur contractus vsurarius. Ripa in l. si ventri. §. fin. colum. 2. versicul. sextò facit. ff. de priuileg. cred. Abb. in consil. 5. columna secunda, volum. primo. & de his vide ad saturitatem per Anton. Gabr. in suis commun. opin. libro 1. in titul. de præsumpt. con-

14 clusione 13. & quòd † ex dicta vicinitate actuũ oriatur coniectura simulationis, notat Bald. in l. per diuersas. in fin. versicul. 20. quæritur. C. mand. vbi dicit, quòd si precium est numeratum in instrumento, sed clàm fuit restitutum. & incontinenti cessio simulata: quia in dubio præsumitur actum de reddendo, ex quo statim est facta restitutio. Ru. in consil. 42. col. pen. circa finem. vers. ad istud respondetur, vol. 1. Paris. in cons. 55. num. 44. vol. 1. & in consi-

15 86. nume. 34. vol. 3. vbi † quæ incontinenti fiunt & vnico contextu arguunt simulationẽ propter temporis breuitatem. Curt. Sen. in cons. 58. colum. 2. in princ. vers. sed præmissis omnibus. Port. in cons. 22. num. 27. & eò magis augetur simulatio, cùm appareat, quòd post dictum instrumentum depositi, dicti Domini de Pirreuano in quadã scriptura se obligauerint, & promiserint prædicto Magnifico Domino Antonio præsenti & acceptanti de soluendo libras septem centum singulo anno pro interesse librarum 14. mille, de quibus ipsi erant debitores dicti Domini Antonij, & hoc donec ei erit satisfactum de ipsis libris 14. mille, quod interesse sibi soluitur: quia dictæ 14. mille libræ sunt pro resto dotium Dominæ Virginiæ vxoris Domini Antonij prædicti, dato quòd appareat in instrumento, quòd dictæ libræ 14. mille sint depositatæ penes dictos Dominos de Pirrouano per prefatum Dominum Antonium, qui sustinet onera matrimonij: inficiari enim non potest, quin ex hac scriptura apertè demonstretur ipsa simulatio, nam ad quid erat opus facere dictam scripturam, si instrumenta confessionis totius dotis, & deposita fuissent vera, certè non fuerat necessarium, vnde ex hoc aliter dici non potest, nisi quòd prædicta scriptura facta fuerit animo demonstrandi instrumentum dicti depositi simulatè & fictitiè conceptum, maximè cùm in dicta scriptura dicatur (Ancora che apparache vel instrumento che dette libre 14. millia, siano presso depositarij di detto signor Antonio, qual sostiene il carico del matrimonio) vnde cùm simus in claris coniecturis simulationis, ex quibus (vt dictum est) probatur simulatio, dicendũ venit instrumento ipsius depositi non esse standum.

16 ¶ Nec habet obstare si dicatur, quod † dictum instrumentum depositi, etsi simulatum validetur iuramento, Quia respondetur, in contrarium esse communem Doctorum sententiam, vt est gl. communiter approbata in l. emptione. C. plus valere quod agitur. Ias. in l. nemo potest. in prima lectura, in octaua colum. de leg. primo, in l. 1. in fi. de iureiur. Crot. in l. si constante. colum. 53. ff. solut. matr. & in cons. 12. num. 23. Alex. in l. penult. in 3. notabili. C. de transact. Curt. Iun. in cons. 180. num. 13. Abb. in c. ad nostram. de empt. & vend. Ang. in l. 1. C. de dot. caus. non num. Paul. de Castro. in l. si quis pro eo. col. 1. ff. de fideiuss. vbi dicit rationem illius glos. esse, quia

17 † cùm tale iuramentum non habeat cõsensum, dicitur carere anima, & ideò per illam gloss. inquit. Bald. in l. rogasti. §. si tibi, colum. fin. ff. si cert. petat.

18 quòd † quando iuramentum apponitur super contractu simulato, non indiget rescissione. Curt. Iun. in cons. 53. num. 7.

¶ Similiter non obstat, quòd prædicta conclusio locum non habeat, quando quis iurauit omnia & singula cõtenta in instrumento esse vera, & nolle illi contrauenire: vt in casu præsenti: quia tunc tale iuramentum validat contractum simulatũ, vt notant omnes in l. nemo potest. de lega. primo. Quia

19 respondetur, quòd † poterunt dicti Domini petere absolutionem à dicto iuramento, vt per Imol. in d. l. nemo potest. Afflict. in decis. 60. Soc. in consil. 136. col. fin. vol. 1. Paris. in cons. 54. num. 84. volum. 1.

¶ Sed præmissis non obstantibus contrariã sententiam in casu de quo agitur, verioré esse arbitror, quòd Dominus Antonius cõsequi valeat dictas libras 14. mille, de quibus in instrumẽto ipsius depo-

20 siti, cùm † illud sit probatio & veritas apparens,

Bald.

Bald. in l. Imperator. la prima columna. secunda. ff. de stat. hom. & in l. secunda. C. quando fisc. vel prina. & inducat euidentissimam probationem capit. licet causam, vbi Scriben. de proba. Paris. in consilio 104. nu. 64. volum. primo, Tiraquel. latissimè in tra. de retrac. fol. mihi 391. nume. 20. cum sequentibus.
21 habeatque † executionem paratam. l. penult. in verbo illico, & in verbo modis omnib. vbi notant omnes. C. depos. Alex. in l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. vbi etiam Iaso. colum. prima, versic. adde secundum casum. Barba. in ca. 2. depo. Anton. de Cana. in trac. de execut. instru. quæst. septima. Crot. in respō. so 77. num. 2. in prima part. & in responso 93. numer. 18. in secunda par. Petr. Rebuf. in constit. regijs arti. 6. glo. tertia. nu. 16. Gabrie. Sard. in annot. ad Mathes. in sing. 5. Rimin. in consilio 61. num. 42. Alba. in cons. 3. numero 12. dixi in consilio 17. in primo volum. &
22 in tantum est priuilegiatum † vt non admittatur cō tra eum compensatio. Bart. & Bal. in l. fi. C. de compensa. Bal. in cons. 317. volum. 3. Cagnol. in l. contractus. num. 26. ff. de iureiur. & in l. singularia. num. 11. ff. si cert. pet. Ripa. & Modern. in l. secunda. ff. si cert. petat. Flor. in l. si quando. n. 431. C. vnde vi. & Gabr. Sard. vbi suprà.

¶ Nec habet obstare si dicatur, præmissam conclusionem procedere in depositō formali & naturali, vt illico volenti ei qui deposuerit reddere modis omnibus cōpellatur. l. si quis pecuniā. C. depos. non autē in depositō, vt sibi depositarius illud teneat & ipsum restituere non teneatur nisi ad certum tempus, quod dicitur excedere fines depositi. l. Lucius. ff. depos. Barba. in cons. 7. colum. septima volum. 2. Neuiza. in cons. 48. in carta vltima, versic. facit, nec in depositō confessionato. Bald. in cons. 384. volu. 1. Soc. in cons. 143. colum. penu. volum. primo, Dupp. in cons. 171. volu. 2. Cagnol. in dicta. l. contractus. & in l. singularia. numer. 11. Ripa in l. secunda. ff. si cert.
23 petat. Quia respondetur, quòd † etiam priuilegia veri depositi habent locum in depositō egrediente fines depositi veri. Iaso. in l. secunda, in princ. column. secund., vbi etiam alij. ff. si cert. petat. vbi secundum Curt. Iun. hæc sententia probatur in l. si hominem. in §. quoties. cum lege sequenti. ff. depos. vbi priuilegium, de quo ibi, competit & depositō quod fuit cō sumptum, & per consequens vbi fuit translatum dominium. Ang. in § præterea. colu. prima, insti. quib. mod. recontrah. oblig. quod dicit bene notandum. Alba. in cons. 3. nu. primo, Curt. Iun. in l. bona fides. col. secunda, ff. depos. & hanc esse communem opinionem attestatur Purpurat. in dicta. l. secunda, col. tertia, dixi in cons. 17. num. 6. volum. primo, quibus addo Riminal. in consi. 101. nume. 38. & Nattā in con
24 silio 438. nume. 7. & in specie † in depositō confessionato ita voluit Bald. sibi contrarius in consilio 256. volum primo, vbi dixit, quòd in dicto depositō nō admittitur compensatio, Paul. de Castro in consil. 9. secundum antiquam impressionem. Cur. Iun. in dicta l. secunda, in princip. colum. quinta, & in ipsa l. bona fides. colum. penul. de quo articulo latè scripsi in dicto consi. 17. quam sententiam etiam amplexus fuit Pett. Rebuf. in suis constit. regijs articulo 6. gl. 3. nu. 19. & in articulo 2. glos. 1. num. 66.

¶ Verum quia difficultas omnis residet ad respō dendum argumentis in cōtrarium adductis ad illorum confutationem me cōuerto, & ad primum de instrumento isto, q̄ sit simulatū, dicitur quòd imò
25 est verum. prout † in dubio præsumitur. l. quis. vbi Bal. C. si quis alteri vel sibi. Dec. in cons. 491. numer. 4. Bero. in cons. 166. numer. 19. volum. primo, Paris. in cons. 53. nume. 6. volum. primo, Grat. in responso 157. nume. 13. in secunda par. Natta in consil. 628. numero. 19. Por. in consilio 66. nu. 5. Dominus Osasc. in decis. sua Pedemont. 42. numero 7. vbi contractus præsumitur validus & verus, cùm nemo præsumatur velle delinquere. Nam † ex instrumēto tres oriū
26 tur præsumptiones, quòd sit verum, publicum & solemne. & quòd omnia in eo descripta sunt vera, & prolata à partibus. Bal. in l. secunda, in vltima carta. C. de rescind. vend. quem sequuntur Bero. in consil. primo, num. 18. volum. 2. & Bertran. in consi. 18. nu.
27 5. vol. 2. Item dicitur quòd † qui vult dicere contractum simulatum, nihil agit, & nihil potest obtinere, nisi deducat & probet etiam speciem simulationis & talem, quæ de iure sit improbata. Bar. in cōs.
28 65. col. secunda: vbi inquit † tria genera esse simulationum, Aliquando enim verè fit vnus contractus, & perpetuò duraturus: sed simulatur alius contractus. Aliquando autem fit vnus contractus verè sed modico tempore duraturus. Aliquādo & tertio casu nullus fit cōtractus in rei vetitate: sed omnia finguntur & simulantur: & cum aliqua ex his simulationib. sit, phibita: aliqua verò permissa, necesse est quòd qui asserit contractum simulatum illicito modo debeat id concludenter probare. Alba. in consi. 3. in secunda colum. & in cons. 45. numer. 23. Dec. in cons. 463. num. 8. Iaso. in consil. 170. columna quarta, vers. decimo consideratur. vol. 2. Bero. in consil. 65. colum. tertia volum. 2. Ruin. in con. 32. num. 4. vol. 4. Paris. in cons. 54. numero 7. volum. primo, 58. col. prima volum. eod. & 77. numer. 6. volum. 3. Port. in consi. 66. in princip. & 192. in princip. & 69. nume. 5.
29 vbi apud omnes hoc est receptissimum. Plus † dicitur non sufficere probare causam simulationis simpliciter, nisi etiam probetur: quòd ab initio contractus interuenerit, adeò q̄ non sufficeret si ex post facto id ageret. l. 1. §. si ab ignoto ff. de manumiss. Bald. in terminis in l. vnica. columna fin. vers. in decima quæst. C. si seru. exter. vbi dicit hoc menti tenendū. Alex. in cons. 27. in septima colu. vers. præterea. vol. 7. in cons. 37. in 4. volu. Ang. in §. actionum. instit. de actio. Port. in cons. 66. num. 9. Tiraquell. in tract. de
30 retrac. folio 303. num. 24. item † ad probandū simulationem plenam plures coniecturæ requiruntur. argumento. l. siue possidetis. C. de probatio. Bal. in l. prima, versi. sed contra. C. de legit. hæred. Port. vbi suprà, in tantum quòd non sufficerent duæ, vt per Port. in citato con. 192. num. 7. vbi dicit, responsum fuisse duas non sufficere, sed in casu nostro non concurrunt coniecturæ plures & sufficientes: quoniā in primis verificari non poterit q̄ ab initio gestorū inter ipsas partes actum fuerit de aliqua simulatione committenda, quo requisito nō probato sumus extra difficultatem simulationis allegatæ.

¶ Vlterius dicitur, q̄ non obstat simulatio allegata ex non numeratione pecuniæ facta in dicto depositō. Quia respondetur obiectum procedere, quando sumus in materia suspecta per ea quæ habentur in l. per diuersas. C. mand. Craue. in consi. 145. num. 7. Nam si aliter diceretur sequeretur absurdum, q̄ semper depositum confessionatum posset dici simulatum, quod tamen est falsum: quia illud est validū in tantum quòd in eo nō admittitur exceptio compensationis vt supradictum fuit. Non obstat quoque vicinitas actuum: quia dicitur non esse verum, quòd semper & omni casu tales actus non sunt torrespectiui, vt scilicet dici possit, quòd vnus eorum factus non fuisset sine alio: quia hoc esset cōtra tex. in l. cum eiusdem. ff. de ædil. edict. & per Albam. in cons. 45. num. 3.

¶ Vlterius dicitur, q̄ etiam dato, quòd ex dicta vicinitate argueretur simulatio, tamen ipsa esset sola coniectura, quæ non sufficit ad probationem si-

mulationis, vt suprà dictum fuit. Pariter nõ obstat dicta simulatio, quæ insurgere videtur ex scriptura ex aduerso cõsiderata. Quia aduertendum est, quòd in dicta scriptura nullum potest fieri fundamentũ quia negatur facta à dictis dominis de Pirrouano, ergo &c. quamuis etiam dici posset, non esse ita absolutum, quòd ex coniecturis probetur simulatio, vt constat ex scriptis per Paul. de Castro in con. 261. in princip. vol. 2. vbi voluit, ℣ perfectè probari debeat simulatio & non per præsumptiones, coniecturas aut verisimilia & in consi. 383. colu. secunda vol. primo, vbi dilucidis probationibus probari debet, per tex. in l. sed si maritus. § fi. ff. qui & à quibus. l. si mulier, in princ. ff. rerum amota. Bal. in consil. 456. col. prima volum. primo, vbi simulatio non præsumitur nisi expressè probetur cõtrarium, & in cons. 21. colum. secunda, volum 4. vbi in probanda simulatione non sufficiunt coniecturæ hominis.

31 ¶ Præterea dicitur, quòd † etsi aliqua simulatio in eo interuenerit, tamen illa allegari non potest, propter clausulam appositam in dicto instrumento depositi, vbi dicti domini de Pirrouano iurauerũt omnia & singula contenta in eo esse vera & nolle contrauenire, virtute cuius simulatio allegari non potest, quia aliàs iurantes incidere̅t in periurium. Bal. & Sal. in l. emptione C. plus valere quod agitur. Ioa. de Imol. in cap. ad nostram. de empt. & vend. Bero. in consil. 165. num 5. volumi. primo, vbi contractus simulatus firmatur iuramento, de quo suprà, & iurans nõ potest metu periurij venire contra contractum, rursus in cons. 170. nu. 13. vol. eod. Curt. Iuni. in cons. 74. colum. tertia, Port. in consil. 66, nu. 14. & 92. nume. 8. Butr. in cap. cum contingat. in 8. membro de iureiur. vbi etiam Imol. in 7. membro Imol. & Alexand. in l. nemo potest. ff. de lega. primò. Alex. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. in consi. 36 colum. secunda volumine secundo, & 132. column. fin. vol. eod. Ripa in responso 6. colum. fin. in tertia par. Gramat. in decis. 45. in princip. Corne. in auth. sacramẽta puberum. numero 74. versic. item tertiò. C. si aduers. vend. Neuiza. in cons. 8. nume. 60. & 23. numer. 4. Natta in consi. 145. nume. 11. Ruin. in consil. 89. colum. fi. volum. primo. 215. colum. sexta volum. eod. & 32. colum. tertia volumin 5. Anibal. in dicta l. nemo potest. num. 378. Iaso. in prima lectura col. tertia, versic. 2. principaliter, vbi dicit hoc valde quotidianum in pratica & vtile, & ℣ habuit sæpe de facto cõsulere, quam partem vti communẽ sequuntur Iaso. in dicta l. nemo potest. colum. tertia, in princi. Ripa. in num. 75. Soc. in cons. 36. in fi. volum. primo, Curt. Iun. in cons. 108. colum. quarta, & 110. colu. octaua, vers. agredior. dixi in cons. 93. nu. 22. volu. primo, & hanc esse magis receptam doctorum sententiam firmat Osasc. in decis. Pedemont. 42. nu 7.

¶ Nec habet obstare quòd suprà dictum est, iuramentum non validare contractum simulatũ. Quia respondetur, quòd quàmuis hæc sit recepta doctorum conclusio, tamen ea limitatur locum non habere, quando quis iurauit omnia & singula fuisse & esse vera, quæ nolle contractui cõtrauenire, quia tunc ex quo concurrit nedum iuramentum confirmatorium sed etiam assertorum validatur contractus simulatus iuramento, vt per doctores in locis suprà citatis Bauer. in tractat. de vir. iuramenti. numer. 116. & in tantũ est vera huiusmodi cõmunis opinio ℣ à dicto iuramento non potest peti absolutio, vt inquiunt Iaso. Aret. & Claud. in dict. l. nemo potest, vbi Are. dicit Imol. grauiter errasse, dum voluit quod possit peti absolutio à dicto iuramento, quoniam eo ipso quod quis eam petit, dicendo quod illud quod iurauit est falsum, allegat se periurium & non admittitur ad allegandum turpitudinem suã; Ruin. etiam ibi numero 18. Alexand. in consilio 36. columna secunda, in fi. volumin. secunda, Butr. in cap. cum contingat. de iureiurand. Gozadin. in consilio 69. numero 17. Neuizan. in consilio 23. numero 4. Baue. vbi suprà, Gramat. in dicta decisi. 45. numero 2. & Anton. de Petruc. in repetit. l. primæ. nume. 2. & Anton. de Petruc. in repetit. l. primæ, numero 286. ff. de iureiuran. proqua sententia facit quod voluit Bald. in repetit. l. 2. col. 33. versiculo quo ad secundum. ff. de iureiurand. vbi dicit, ℣ iuramentum de præsenti vel de præterito non potest relaxari. Nam aut verum est, & constat non esse relaxandum aut est falsum, & tunc per relaxationem non potest euitari periurium. Felyn. in cap. debitores numero 11. de iureiurand. Eman. Costa in repet. l. si ex cautione. in versicul. 9. fallit numero 5. C. de non nume. pecun. & eo magis hoc dicendum venit in casu isto, vbi non solum iuratum est omnia & singula esse vera & nolle contractui contrauenire, sed etiam non petere absolutionem à iuramento & impetrata non vti per ea quæ dixi consilio 34. in primo volumin. Accedit † quoque duplex iuramentum appositum in 32 dicto instrumento videlicet supradictum, & alterum, quòd dictum instrumentum est verum & nõ simulatum, quę duo iuramenta plus operantur quã simplex, iuxta notata per Scribentes in l. balista. ff. ad Trebel. & in l. cum scimus. C. de agricol. & cens. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fi. C. de edic. diui. Adr. tol. competit hæredi scripto in testamento non abolito nec cancellato nec in aliqua sui parte suspecto & nedum vt de nouo mittatur in possessionem bonorum hæreditariorum, sed vt in iam apprehensa conseruetur & defendatur.*

2 *Quod remedium competit non tantum pro allodialib. sed etiam pro feudalibus.*

3 *Filia hæres mitti debet in possessionem feudi non obstante contradictione agnati, cum non dicatur legitimus contradictor ad impediendum talem immissionem.*

4 *Agnatus dicitur legitimus contradictor ad impediendum immissionem, de qua in dicta l. fin. vbicunque in continenti offert se probare, per modo constat per modo agatur bona esse feudalia. & num. 54.*

5 *Negatiua probatur hoc modo, inspecto testamento non reperitur quòd Titio sit legatum, ergo non est legatum.*

6 *Agnatus qui non reperitur nominatus in inuestituris, non potest incontinenti probare de iure suo, etiam si per interpretationem verborum, qua in inuestituris habenter vellet eius intentionem probare, cũ huiusmodi probatio requirat altissimam indaginẽ, quæ non venit admittenda in iudicio possessorio sed reseruanda in petitorio.*

7 *Fœminæ succedunt in feudo emptitio, cum non habeat propriam naturam feudi.*

8 *Feudum emptitium sapit naturam allodialium.*

9 *Princeps si pro feudo pretium recipiat significat vendi tionem, etiam si vtatur verbo indulgemus.*

10 *Feudum emptitium dicitur magis successio ex naturæ contractus quàm feudi.*

11 *Iura quæ prohibent fœminas succedere in feudis, cùm sint contra ius commune, contineantque rigorem, strictè intelligi debent, vt locum habeant in feudo recto, & gratis concessõ, non autem emptitio, quod non dicitur rectum nec gratiosum.*

12 *Consuetudo disponens quòd in feudis ecclesiasticis fœminæ succedant, valet.*

13 Con-

13 Consuetudo alienãdi facta in præiudicium agnatorum valet.

14 Consuetudo quòd feuda ecclesiæ inscijs agnatis & ipsis inuitis vendantur irreuocabiliter, in præiudicium agnatorum valet.

15 Feudum susceptum pro se & hæredibus, secundum cõmunem dicitur hæreditarium. & nu. 51.

16 In feudo hæreditario quis non admittitur secundum cõmunem, nisi sit hæres nedum sanguinis, sed etiam vniuersalis.

17 Et hæres esse debet primi inuestiti immediatè vel mediatũ, aliàs secundum communem succedere non potest.

18 Feudum hæreditarium huius est naturæ, vt in eo nõ admittatur agnatus, quanuis ei hæreditas delata non fuerit. sed contra nu. 52.

19 Feudum in dubio præsumitur antiquum, quando longo tempore fuit possessum ab antecessoribus suis.

20 Asserenti feudum esse nouum incumbit onus probandi.

21 Feudum vbi constat esse, benignior præsumptio est sumenda, quòd fuerit antiquum & non nouum.

22 Feudum dicitur antiquum, quando concessum reperitur sub commemoratione antiquorum inuestiturarum.

23 Agnatus transuersalis admittitur in feudo antiquo.

24 Agnati transuersales admittuntur in feudo nouo concessõture feudi antiqui.

25 Fœminæ regulariter repelluntur à successione feudi, ni si sint in specie nominatæ, cum dominum in pugna adiuuare non possunt.

26 Consuetudo feudalis & si alia consuetudine tolli possit, tamen id procedit quando ipsa consuetudo quæ est facti & multum difficilis probationis, legitimè probata reperitur.

27 Fundans se in consuetudine debet deducere & probare qualitates à consuetudine requisitas.

28 Testes examinati super consuetudine, debent deponere de vsu actus, cuius consuetudo allegatur, de actuũ frequentia, de tẽporis diuturnitate, & quòd actus gesti fuerint ita & taliter, quòd appareat de tacito consensu superioris.

29 Testes deponentes super consuetudine debent esse contestes & non singulares in actibus & tempore, quia aliàs non probarent.

30 Testes deponentes super consuetudine debent reddere rationem congruam eorum, quæ deponunt etiam non interrogati.

31 Consuetudinis effectus consistit in iure sicut dominium.

32 Testes super consuetudine debent probare ipsam inductam fuisse & obseruatam sciente & patiente superiore.

33 Feudum ducatus etsi diuidi non possit, tamen id locum non habet si dignitas esset diuisibilis ex consuetudine inducta scientibus & videntibus Imperatorib. ita quòd ex eorum certa scientia diuidatur.

34 Testes super consuetudine debent deponere, quòd actus facti fuerint eo modo, & intentione, vt inducatur consuetudo.

35 Fœmina etsi in feudo emptitio secundum magis cõmunem succedere possit, tamen id non procedit quando feudum fuit simpliciter concessum absque remissione contentorum in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis.

36 Feudum si de sui natura præstat iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa, de quibus in capitulo de noua forma fidelitatis, quæ omnia non possunt explicari per monasterium ex persona monachi, monasterium succedere non poterit in feudo.

37 Feudum quando præstat seruitium reale, licet clericus sit capax successionis feudalis, tamen secus est vbi feudum de sui natura debet præstare seruitium personale.

38 Seruitia personalia non possunt præstari per substitutum.

39 Imperator si concedit licentiam vasallo alienandi feudum, reseruato sibi iuramento fidelitatis, & sic seruitia ad quæ non potest teneri fœmina, non poterit fieri alienatio in eam, etiã si feudum esset cõcessum pro se & hæredibus quibuscunque.

40 Fœmina licet sit capax feudi franchi, tamen hoc intelligitur nisi præstet iuramentum fidelitatis.

41 Consuetudo licet habilitet fœminas in feudo, tamen debet probari quòd habilitet, quando etiam est præstitum iuramentum fidelitatis.

42 Capitula nouæ & veteris formæ fidelitatis continent seruitium personale & militare,

43 Vasallus tenetur domino suo, si mouet bellum iustum, vel mouetur sibi illicitum, quia tenetur feudatarius dominum suum adiuuare & ei auxilium præstare.

44 Iuramentum fidelitatis tantum concernit ea, quæ solẽt exigi, esto quòd contineantur in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis, quia censentur remissa.

45 Dominus directus si stetit per mille annos, quòd non requisiuisset vasallos, non amisit ius suum.

46 Iura negatiua non præscribuntur nisi a die requisitionis & recusationis.

47 Vasallus si non est requisitus à domino, non tenetur ei præstare seruitia.

48 Feudum in dubio præsumitur masculinum.

49 Feudum si est stipulatum pro masculis & fœminis, fœminæ non admittuntur ad feudum, nisi masculis non extantibus.

50 Quod ampliatur procedere in feudo suscepto pro se & hæredibus vtriusque sexus.

51 Filia etsi regulariter immitti debeat in possessionem bonorum paternorum feudalium, tamen hoc fallit in feudis ecclesiasticis.

52 Inuestitura facit rem notoriam ac probationem probatam & veritatem apparentem.

53 Probatio nulla est melior confessione.

54 Confessio est maior quocunque publico instrumento & quibuscunque depositionibus testium.

55 Confessio est relaxatio omnis probationis & tantæ efficatiæ, quòd iudex non potest eam nullam pronuntiare.

56 Confessio est superlatiua probatio, quæ rem notoriam facit.

CONSILIVM XLVIII.

MAgnificas Dominas Iuliam & Helenam sorores de Rotarijs ac filias & hæredes ex testamento quon. Magnifici D. Philippi eorum patris immittendas esse in possessionem bonorum nedum allodialium sed etiam feudalium Montisselli & Sancti Stephani, quę dictus earum pater tenebat & possidebat tempore mortis suæ, ac in ea iam apprehensa manutenendas & defendendas, reseruato iure Comiti Lelio Rotario ipsarum fratri patrueli experiendi de iuribus suis in petitorio, sequentia prima facie demonstrare videntur. Nam indubitati & clarissimi iu-
1 ris est, quòd † hæredi scripto in testamento no abolito nec cancellato datur remedium. leg fin. C. de edic. diui. Adr. tollen. nedum vt de nouo immittatur possessionem bonorum hæreditariorum, sed vt

iam apprehensa confirmetur, conseruetur & defendatur. Bart. & cæteri in dicta l. fina. Spec. in titul. de testa. versicul. an semel. Bero. in consilio 54. colum. secunda, in princip. volumine 2. consilio 56. numero 2. volumin. eod. & † non tantum allodialium sed etiam & feudalium capit. 1. de controu. inter mas. & fœm. vbi filia hæres patris mitti debent in possessionem feudi, & postea agnatus petere debet si quod ius prætendit in eo, cum non sit legitimus contradictor ad impediendum talem immissionem ca. 1. §. inter filiam. si de feudo fue. contro. inter dom. & agna. vbi communiter feudistæ. Doctores omnes in d. l. fi. Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de testament. §. sequitur videre. circa fin. in additione. in vers. persona in fi. vbi post Guid. de Suza. notabiliter dicit, quòd † fœminæ hæres petens se mitti in possessionē omnium bonorū, quæ fuerunt defuncti, debet etiā mitti in possessionem feudalium: quia sub vniuersitate veniunt bona ipsa feudalia, licet fortasse per se sola non competerent fœminæ, subdens ℘ quoad missionem in possessionem agnati masculi prætendentes ius super bonis feudalibus non sunt legitimi contradictores, nō possunt impedire quin fœmina mittatur in possessionem etiam bonorū feudalium quia fortè cū super eis in petitorio disputabitur, illa defendetur vel ex cōsuetudine vel alio iure, & vbi nihil pro ea faciat, feudū poterit assignare agnatis de iure suo dicentibus, & Io. Andr. sequūtur Bru. in cons. 1. colum. 8. versi. & hoc maximè. in consilio 18. in 3. col. Campeg. inter. d. consi. in cons. 2. colu. 2. Dec. in cons. 269. 424. col 2. 413. col. 2. 458. col. 2. vers. & dato. & 638. col. 2, Socin. Iun. in cons. 75. num. 261. vol. 1. & seq. numer. 95. Gozad. in consil. 7. numer. 5. & 13. in consil. 10. numer. 30. & in consil. 50. numero 7. Paris. in cons. 22. numer. 65. volum. 1. & in consilio 41. col. 1. vol. eod. Curt. Iun. in tract. feudali in 3. par. versi. 21. Afflict. decis. 119. Alex. in consi. 129. volum. 1. Alciat. in cons. 3. in 1. tomo nume. 8. lib. 3. Crat. in responso 10. col. 2. in 1 par. dixi in consil. 1. vol. 1. nume. 48. & in consi. 68. num. 27. volum. 3. Bero. in consil. 45. num. 19. vol. 3. 58. in fi. vol. eod. Cum igitur in casu, de quo agitur, istæ dominæ sorores reperiantur in possessione dictorum bonorum feudalium Montiselli & S. Stephani, dicendum videtur, ℘ in ea defendi & conseruari debent non obstantibus oppositis per dictum Comitem Lelium, quæ reseruanda veniunt in petitorio.

4 ¶ Nec habet obstare, quod † sententia prædicta, quamuis communi calculo recepta, locum non habeat quando agnatus, vt est dictus Comes, vellet incontinenti & permodo constat, & modo agatur demonstrare dicta bona feudalia: quia tunc tanquàm legitimus cōtradictor debet audiri. etiam in iudicio possessorio. vt per Iser. Alua. & alios in d. §. inter filiam, & in. d. l. fi. Dec. in consil. 82. colum. 2. Quia respondetur, quod in casu præsenti Comes Lelius non dicit habere iura in promptu sed talia, quæ requirunt altiorem indaginē cum non sit nominatus in inuestituris exhibitis, quæ † negatiua, pbatur 5 hoc modo inspecto testamento nō reperitur, ℘ Titio sit legatum, ergo non est legatum. Bar. in l. fina. per illum tex. C. de reb. cred. in l. Titiæ textores, de leg. 1. Dec. in consi. 424. col. fi. 484. num. 4. & 551. nu. 6 8. Cum † igitur non reperiatur in eis nominatus, non videtur, quòd incontinenti probauerit de iure suo, etsi per interpretationem verborū, quæ in inuestituris habentur, vellet eius intentionem probare, talis probatio tanquàm requirens altissimam indaginem non venit admittenda in hoc iudicio possessorio, sed reseruanda in alio. l. 2. vbi Bar. & alij. C. de edi. diui Adr. tol. Dec. in citato cons. 424. & 467. col. 2. & tanto magis non debent impediri in dicta possessione prædictorum bonorum feudaliū, quorum sunt capaces ipsæ sorores, quāuis fœminæ, cū feudaipsa fuerint empta à quon. Magnifi. D. Perciuale, Aymoneto, Antonio & Andræa omnibus fratribus de Rotarijs antecessorib. dicti Comitis Lelij 7 & † in quo feudo emptitio succedunt fœminæ, cum non habeat propriam naturam feudi, ca. 1. de feud. dat in vic. l. cum glo. in verbo non obstante, in fin. in versi. sed non dicit. in 1. §. vasalli de pact. Const. Alciat. in consi. 176. num. 4. quia † feudum emptitium 8 sapit naturam allodialium propter pretium receptum. Pro qua sententia facit quod scribit Bald. in 9 l. qui se patris. colum. 6. C. vnde lib. vbi ait: quod † si princeps pro feudo precium recipiat, significat venditionem, etiam si vtatur verbo indulgemus, argumento l. fin. C. de præd. Curia. lib. 10. Odofred. in summa. qui poss. succed. in feud. Roma. in sing. 367. colum. 3. Isern. in proœ. feud. Brun. in cons. 14. colu. fin. vers. Cæterum. Ripa in responso 80. num. 68. Go-10 zad. in cons. 56. num. 16. vbi inquit, quod † feudum emptitium dicitur magis successio ex natura contractus quàm feudi, Paris. in cons. 16. nume. 10. volu. 4. Anton. Gabr. in suis com. opin. lib. 3. in tit. de feu. conclusione. 2. in princip. & colum. fin. vers. tenendo, vbi asserit hanc esse magis communem doctorum sententiam, quia cum iura, † quæ prohibent 11 fœminas succedere in feudis, sint contra ius commune & contineant rigorem. l. maximum vitium C. de lib. præter. strictè debent intelligi, vt locum habeant in feudo recto & gratis concesso non aūt in emptitio, quod non dicitur rectum nec gratiosum vt inquiunt doctores in locis suprà citatis, & de quo dixi in cons. 48. nu. 19. vol. 3. quod etiam maximè admitten dum venit, cum in patria Astensi extet 12 consuetudo, † ℘ in feudis Ecclesiasticis fœminę succedant, prout sunt præsentia, quæ consuetudo valet. Bal. in l. 2. ff. de vulg. & pupil. Deci. in consil. 390. col. 6. in princ. Goz. in con. 8. nu. 4. Cur. Iun. in tract. feud. in 3. par. in 1. quæst. principali. vers. octauò fallit. Sicut etiam videmus valere † consuetudinē alienandi feuda in præiudicium agnatorum. Campeg. in cons. 2. col. pen. in fi. inter cons. Brun. vbi dicit va-14 lere † consuetudinem, ℘ feuda etiam Ecclesiæ inscijs agnatis & ipsis inuitis vendantur irreuocabiliter in præiudicium agnatorum. Brun. in cons. 6. in ver. 4. ad comprobationem. Bald. in consil. 9. colum. 2. vers. sed surgit dubium vol. 1. & in cons. 318. vol. eo. Soinc. Iun. in cons. 72. nu. 75. vol. 1. Dec. in cons. 586. Curt. Iun. in cons. 171. Ceph. in cons. 272. nu. 34. dixi in cons. 55. num. 16. vol. 1.

¶ Vlterius dicitur, ℘ dictus Comes Lelius nullo 15 modo aspirare potest ad hæc feuda, cum † sint hæreditaria: quia concessa pro se & hæredib. doctores communiter in prælud. feud. Ias. in cons. 7. colum. 9. vol. 3. & 56. col. 1. vol. eod. Rui. in cons. 1. 16. nu. 2. vol. 1. 38. num. 17. 562. num. 12. vol. eod. Alex. in consil. 10. colum. 4. volumine tertio, vbi asserit hanc esse communem, abundè dixi in consilio secundo, numero 39. volumine tertio, & in consilio 55. columna prima, volum. eod. in quibus † quis non admittitur nisi 16 sit hæres nedum sanguinis sed etiam vniuersalis. Curtius Senior consi. 82. columna quarta, Paris. in consilio secunbo, numero 28. volumine primo, 16. num. 15. & 23. num. 192. volum. eod. vbi attestatur 17 hanc esse magis communem. Et quidem † hæres primi inuestiti immediatè vel mediatè aliàs succedere non potest. Alci. in ca. 1 an agna. vel fil. Curt. Iunior in consilio 1. num. 11. vbi inquit hanc esse veram & communem conclusionem. Brun. in cons. 18. colu. 4. vbi etiam dicit hanc sententiam communiter re-

ceptam

ceptam, prout etiam tradit Paris. in consi. 16. colu. 2. vol. 1. dixi in consi. 53. nume 9. volu. 3. sed dominus Comes Lelius non est hæres primi acquirentis nec immediatè nec mediatè, ergo non habet impedire dictas dominas Iuliam & Helenam in possessione dictorum bonorum feudalium Montisselli & S. Stephani in quibus reperiuntur.

¶ Nec habet obstare, si dicatur conclusionē præ-
18 dictam non procedere, quando † agnato non fuit delata hæreditas: quia tunc in feudo etiam hæreditario succedere potest, quamuis non hæres. vt per Dec. multos citantē in cons. 208. in fi. Quia respondetur, quòd contrarium tenuit Curt. Iun. in tractat. feud. in 1. par. in versi. octauò principaliter quæro. col. 7. in princ. vbi dicit, quòd quando feudum est hæreditarium, nullus potest habere feudum qui non sit hæres, & ideo q; superiori anno consuluit in facti cō tingentia, vbi mortuus erat vasallus relictis hæredibus descendentibus ex fœminis, qui non sunt habiles ad succedendum in feudo. cap. 1. §. & quia. qui feu. dar. pos. & agnato, qui erat capax feudi sed non hæres, quòd non poterat succedere in dicto feudo hæreditario, sed quòd tanquam extinctum ad dominum reuertebatur, & hoc quia in agnato deficiebat qualitas: quia non erat hæres, & ipsi non fuerit delata hæreditas. quod tradit perpetuò notandum: quia vt plurimum ad hoc non aduertitur. Lipran. inter cons. status Montisferrati in cons. 13 in 2. par. nu. 102 in fi. Card. Simo. ibi in cons. 39. nume. 52. versi. patet etiam responsio. Alciat. ibi quoq; in cons. 10. num. 54. Soc. Iun. in cons. 110. numer. 20. in fi. volu. 2. Ioan. Ferrar. in vsib. feud. fol. 60. versi. quinto loco. Ruin. in cons. 108. num. 5. vol. 4. Ex his igitur dicendum videtur, quòd benè fuerit iudicatum per Reuerendum D. Vicarium Episcopi hyporediæ in fauorem dictarum dominarum sororum, pronunciando malè iudicatum per Reuerendiss. nuncium Apostolicum in fauorem Comitis Lelij. Et quamuis à dicta pronunciatione fuerit appellatum parte dicti Comitis, q; sententia veniat confirmanda per Reuerendiss. Antistitem præsentis ciuitatis iudicē appellationis Apostolicū delegatū in fauorē ipsarum sororū, q; defendi debeant & conseruari in possess. præ dictor. bonorum feudaliū Montisselli & S. Stephani.

¶ Quibus non obstantibus, puto contrariam par tē fore de iure veriorem, vt apparebit ex illationib. sequendis ex conclusionib. sequentibus, quarū pri-
19 ma est, q; † feuda ista, de quibus in casu nostro, in dubio præsumūtur antiqua, quia longo tempore possessa ab antecessoribus dicti Comitis Lelij. Doctores in c. fi. de grad. succe. in feud. vbi Bald. inquit, illum
20 tex. ad hoc esse mirabilem, & quod † onus probandi in contrarium incumbit ei qui asserit feudum esse nouū, eo quia in ditia erant super veteri. Ias. in cons. 114. col. 2. vol. 1. Dec. in consi. 195. in prin. Iacobus de Beluis. Bal. & Moder. in c. 1. si de feu. fue. contro. inter
21 domi. & agna. vbi dicunt, q; † ex quo constat, quod est feudum, benignior præsumptio est sumenda, quòd fuerit antiquum & non nouum. Ias. vbi suprà Alex. in cons. 10. col. 1. volu. 3. & in cons. 15. colum. 5. vol. 5. Dec. in cons. 252. colu. pen. 369. colu. 2. 395. in princ. & 445. num. 5. Paris. in cons. 13. col. fin. volu. 2. Alciat. in trac. præsump. reg. 3. præsump. 28. nume. 1. dixi in cons. 32. num. 2. cum plurib. sequentibus vo lum. 3. cons. 55. num 10. & seq. num. 18. volum. 60. &
22 tanto magis dicitur antiquum, † quando cōcessum sub commemoratione antiquarū inuestiturarum. Aret. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. quem sequitur Brun. in cons. 78. col. fi. Dominus Franc. Bursat. in cons. 63. num. 2.

23 ¶ Secunda est conclusio, quod † in feudo antiquo admittitur agnatus transuersalis, vt est dictus Comes Lelius, cap. 1. §. cum verò Corradus. qui feud. dar. poss. cap. 1. de grad. succe. in feud. Alex. in consilio 3. in 2. columna, volumine 1. Paris. In fi. volum. 3.
24 nam † si agnati transuersales admittuntur in feudo nouo concesso iure feudi antiqui. Bald. in capit. 1. columna 1. de alie. feud. pater. dixi in consilio 16. numero 21. volumine tertio. ergo multò magis quando est antiquum. auth. multò magis. C. de sacrosanc. Ecclesia.

25 ¶ Tertia accedit conclusio, quod † fœminæ regulariter repelluntur à successione feudi, nisi sint in specie nominatæ. c. 1. §. hoc autem. qui feu. dar. poss. & est communis conclusio teste Dec. in cons. 119. & ratio est in promptu: quia dominum in pugna adiuuare non possunt, gl. in d. §. hoc autē. quæ est communiter approbata, vt inquit Alex in cons. 18. num. 6. vol. 5. Cur. Iun. in trac. feud. in 3. par. in 1. q. principali in princ. Ias. in cons. 9. num. 20. & 114. in prin. volum. 1. Duen. in reg. 309.

26 ¶ Quarta erit conclusio, quòd † etsi consuetudo feudalis altera consuetudine tolli possit, Bal. in l. 2. de vul. & pup. Dec. in cons. 390. col. 6. in princ. Goza. cons. 8. num. 4. §. nos verò Romanorum. in titul. de pace Constan. vbi Imperator approbat consuetudinem cuiuslibet Ciuitatis contra constitutionem feudorum, & sic disponere possit, q; fœminæ succedant in feudis, c. significauit de rescrip. Dec. in citato cons. 390. nu. 6. Cur. Iun. vbi suprà in vers. 8. fallit. dixi in con. 2. nu. 14. cum pluribus sequentibus vol. primo. Tamen id procedit & locum sibi vindicat, quando consuetudo ipsa, quæ est facti, Bart. in l. secunda, quæstione 27. C. quę sit longa consue. & multum difficilis probationis, Bart. in l. de quibus. ff. de ll. Fulgos. in cons. sexto, dixi in cons. 53. num. 33. volum. secundo, Bursat. in cons. 57. nume. vigesimo, legitimè fuisset improbata. Nam fundanti se in ea incumbit onus probandi, gloss. in l. prima, C. quæ sit long. consuet. Alexand. in consil. sexagesimo septimo, volum. septimo, Dec in consilio 402. columna antepenultima. Socin. in consilio 391. colum. quin-
27 ta, volumine quarto, & in consilio tertio, vbi † qui se fundat in consuetudine debet deducere & proba re qualitates à iure requisitas. Cornel. in consil. 82. littera. O. volumine quarto. Socin. Iun. in consilio 68. numero 116. volumi. tertio, 56. num. 36. volum. 1. Curtius Iunior in consilio 184. columna penultima in princip.

28 ¶ Nam primò requiritur, † quòd testes examinati deponant de vsu actus, cuius consuetudo allegatur, de actuum frequentia, de temporis diuturnitate, & quòd actus gesti fuerint ita & taliter, quod appareat de tacito consensu superioris. Cyn. in. l. secunda, C. quę sit long. consuet. quem sequuntur Alex. in consil. 45. colum. prima, volumi. 2. 131. colum. 13. 136. col. 4. volu. eod. Port. in consi. 166. nume. 63. Bursat. in consi. 16. num. 34. & 57. nume. 20. Item requiritur
29 quòd † testes sint conteſtes & non singulares in actibus & tempore: quia aliàs non probarent, Butr. in c. ex quadam. de testibus. Alex. vbi supra, quæ sententia communi calculo recepta est, vt per Dec. in consi. 402. col. fi. dixi in cons. 2. num. 117. cum multis se-
30 quentibus vol. 1. Plus, quòd † reddant rationem cōgruam eorum quæ deponunt etiam non interroga ti. Bart. in l. de quibus. col. 9. versic. sed quid si testes. ff. de ll. Dec. in cons. 215. colum. 3. & 599. quia † effectus consuetudinis consistit in iure sicut dominiū, & ideo testes debent deponere non interrogati. Inno. in c. cum causam. de testib. Bald. in l. cum res. in 2. notabili. C. de proba. & in l. solam. C. de testib. Re-
31 quiritur † & pariter q; probetur, talem consuetudi-
32

nem fuisse inductam & obseruatam sciẽte & patiente superiore, vt per Alcia. in c. 1. §. fin. in fin. de alien. feud. & in c. Imperialem. §. præterea ducatus. vbi etiam aliæ Feudistæ de prohi. feud. alie. per Feder.

93 vbi dicũt, ℘ † licet feudum ducatus diuidi non possit, tamen id locum non habet, si dignitas illa esset diuisibilis ex consuetudine inducta scientibus & videntibus Imperatoribus, ita ℘ ex eorum certa scientia diuidatur. Cur. Iun. in trac. feud. in 4. par. in 3. q. vers. sublimitandum. col. 2.

94 ¶ Vltimò requiritur, ℘ † actus fuerint facti eo modo & intentione, vt inducatur consuetudo. cap. consuetudo. 1. distin. Abb. in ca. fi. col. pen. vers. 7. requiritur de consuet. Dec. in cons. 215. col. pen. & 402. col. fi. & de omnibus his dixi in cons. 2. num. 119. vsq; ad 126. vol. 1.

95 ¶ Quinta accedit conclusio, quòd † etsi aliqui velint, ℘ in feudo emptitio fœminę succedere possint vt per Odofr. in sum. in Rub. qui possint succedere & alios suprà citatos, tamen hæc sententia non videtur tuta secundum Isern in capit. 1. § hoc autem. qui feud. dar. pos. Præpos. in dicto. cap. §. & quia. Dec. in cons. 139. col. pe. in fi. Iacob. de S. Georgio in inuest. sua, in verbo & fœminis vbi dicit, quod in quæstio. facti vidit iudicare contra Odofred. Afflic. in d. §. & quia. num. 23. circa fi. vbi ait, doctores ita tenere Frider. Schench. in trac. feud. in 3 par. nume. 8. & Brun. in consi. 18. colum. 3. versic. succedere non possunt, vbi asserit hanc esse magis receptam doctorum sententiam.

¶ Verùm quia alia opinio videtur magis recepta, dicitur quòd sententia ipsa procedere non videtur, quando feudum fuisset simpliciter concessum absque remissione contentorum in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis: quia tunc vasallus tenetur præstare iuramentum fidelitatis prout in dictis capitulis, quia semper dicitur vasallus obligatus ad ea, etiam quòd non esset facta aliqua reseruatio. Io. Andr. in addit. ad Spec. in rub. de præscrip. Alex. in cons. 2. col. pe. vol. 5. prout in casu nostro: quia tũc fœmina non succedit, quãdo dictum iuramentum præstari debet, vt probatur ex infrascriptis: & primò ex notatis per Afflic. in decis. 310. colu. 3. vbi di-

96 cit, quòd † si feudum de sui natura prẽstat iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa, de quibus in cap. 1. de no. forma fidel. quæ omnia non possunt explicari per Monasterium, ℘ ex persona Monachi Monasterium non poterit succedere in feudo, cum contineat iuramentum fidelitatis & sic seruitium personale, quod per Monasterium præstari non potest, & subdit ibi Afflic. ita vocatum fuisse per sacrũ consilium, rursus in constit. reg. in constitutione errores. colum. 2. versic. sed hoc. vbi concludit, quòd

97 † licet quando feudum præstat seruitium reale, clericus sit capax successionis feudalis, tamen secus est vbi feudum de sui natura debet præstare seruitium personale. Osas. in decis. Pedemont. 27. nume. 9. vbi voluit, quòd etsi Religiosus possit succedere in feudo dato ad certum seruitium reale, tamẽ quod hoc fallit, quando in inuestitura præter seruitium reale vasallus iuramentum fidelitatis præstaret secũdùm formam nouæ & veteris fidelitatis, prout in inuestituris fieri solet: quia tunc etiam censetur promissum seruitium personale militare, ad quod religiosus non admittitur. Si ergo in dictis casibus ratione dicti iuramenti fidelitatis non admittuntur Monasterium & Clericus vel Religiosus, & quia seruitium personale præstare non possunt, vtique idem dicendum venit in fœmina, quę tale seruitium personale præstare non potest, cùm æquiparetur prædictis in hoc casu, & ita in terminis nostris cõsuluit Port. in consilio primo. numero 35. vbi inquit, quòd à natura feudi fœminæ sunt penitus incapaces propter fidelitatis iuramentũ, quod solet multos producere effectus, cap. vnic. qualiter vasal. iur. debeat fidel. dom. cap. 1. §. qui domino. de no. form. fidelit. vbi dictum iuramentum continet sex, scilicet, incolume, tutum, honestum, facile, & possibile. quibus muneribus subeundis mulieres prorsus inhabiles censentur. Alexand. in consilio 30. columna quinta in fin. versicul. ad tertium. volumine primo. duplicato in cons. secundo, in quinto volumine. Dec. in cons. 139. numero 13. & in consilio 193. numero quinto. circa medium. & in l. fœminæ. numer. 56. de reg. iur. Parisi. in consi. 16. numero 10. volumine quarto. Brun. in cons. 41. colum. 2. versicul. non obstat, quia

98 seruitia † personalia non possunt præstari per substitutum. Bar. in l. vnica §. ne autem. C. de cadu. tollen. Natta in cons. 600. num. 3. & 13. vbi latè Gozad.

99 in consilio 26. numero 46. vbi concludit, quòd † si Imperator concedit licentiam vasallo alienandi feudum, & sibi reseruauit recognitionem, & sic iuramentum fidelitatis, ad quæ seruitia non potest teneri fœmina, quòd non poterit fieri alienatio in fœminam, etiamsi feudum esset concessum pro se & hæredibus quibuscunque. Collegium Bononien. in cons. 15. num. 50. inter consilia Montisferrati. Illustrissimus Card. Simoneta ibi in consil. 11. numero 16. Brun. in consil. 18. colum. 3. versic. succedere non possunt, vbi loquitur in feudo emptitio, tamẽ vult quòd quando feudum non est concessum liberum seu ad multum seruitium, sed secundum quod alij vasalli sunt obligati virtute nouæ & veteris fidelitatis formæ, fœmina non succedat. Alexa. in cons. 3. num. 8. versi. præterea. vol. 5. vbi voluit in feudo ad certum seruitium dato, ex quo Ioannes & alij in casu suo consueuerunt recipere inuestituras, iuramentum fidelitatis præstare, & se obligaueruntad ea, ad quæ tenentur veri vasalli iuxta formam capit. primi, de no. form. fidel. & capituli primi, de for. fidel. per quæ apparet ipsum Ioannem & alios inuestitos virtute dicti iuramenti fuisse ad aliud obligatum, quàm ad seruitium reale, fœmina non admittitur, quia, vt dicit Cyn. in auth. ingressi. in antepenult. q. C. de sacrosanc. eccle. dum allegat text. in d. cap. 1. de for. fidel. intelligit, ℘ ille qui astringitur ad ea quæ continẽtur in d. c. 1. dicat propriè vasallus, & quòd concessio sibi facta dicatur propriè feudum. quem sequitur Alex. in d. cons. 9. nu. 8. facit quoque quod scribit Cur. Iun. in tract. feud. in 3. par. quæst. 1. versi.

100 quintò. limita. vbi licèt fœmina † sit capax feudi franchi, tamẽ hoc intelligitur nisi prætet iuramentum fidelitatis. Neuiza. in consil. 9. num. 7. vbi plures citat. Ioan. Bapt. Ferretus in cons. 178. numer. 19.

101 vbi dicit, quòd † licet extet consuetudo quæ habilitet fœminas in feudo, tamen quod debet probari quod habilitetur, quando etiam est præstitum iuramẽtum fidelitatis, aliàs non obstat consuetudo, cùm fœmina non admittatur ad tale iuramentum concernens seruitium personale, quod per fœminam explicari non potest.

102 ¶ Nec habet obstare, si dicatur, ℘ † in dictis capitulis nouæ & veteris fidelitatis non continetur seruitium personale militare: quia ad hoc respondet Natta in d. consi. 600. num. 29. quòd imò in ipsis capitulis istud continetur, cùm ibi dicatur, ℘ vasallus præstabit auxilium domino contra omnem hominem excepto Imperatore. Nam nullo tempore auxilium est magis opportunũ & vtile, quàm cũ belligerandũ sit cum hoste, & ita in feudis interpretatur ℘ vasallus debet sequi dominum in bello, si vult esse saluus cap. 1. §. fi. de pace tenen capit. 1. §. Item qui.

quæ

quæ fuer. prima. cau. benef. amit. cap. 1. §. 1. de capit. Corra. & si respiciamus originem huius contractus feudalis, videtur ea potissima ratione introducta vt dominus haberet plures sequaces in bello, & ista est causa præcipua. Nam fœminæ repelluntur à successione feudali, quia iuuare in bello & pugna dominũ non possunt, vt dicit glos. in c. 1. §. hoc aũt. qui feud. dar. pos. Afflic. in decis. 265. nu 40. & 43. vbi dicit, ℘ † vasallus tenetur domino suo, si mouet bellum iustum, vel mouetur sibi bellum illicitè, quia tenetur feudatarius dominum suũ adiuuare, & ei auxilium præstare, c. 1. §. 1. quib. mod. feud. amit. esset enim vitium ingratitudinis, si vasallus non defendat dominũ à quo habet beneficium. c. 1. de for. fidel. decis. Pedemon. 27. nu. 8. vbi tradit, quòd quãdo per feudum regulariter præstatur iuramentũ fidelitatis secundum formam antiquæ & nouę fidelitatis: de quo in titu. de form. fide. in ipsa forma etiam ꝓmittitur seruitium personale militare, vt ex ipsorum titulorum lectura apparet. Igneus in l. necessarios. §. non aliàs, in verbo hic. num. 445. ad Sillania.

44 ¶ Neq; similiter habet obstare si dicatur, ℘ † iuramentum fidelitatis tantùm concernit ea, quæ solent exigi à directo domino, & ℘ alia non solita exigi, esto quod contineantur in dictis capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis, censentur remissa, vt per Socin. in cons. 257. colum prima, versic. præterea. Paris. in consilio 4. num. 23. volu. primo, & ideo quòd non reperiatur, quòd vasalli habentes feuda in territorijs Principũ vnquam iuerint ad pugnandum pro domino suo directo. Quia respondetur per Nattam in iam allegato consilio 600. numero 42. quòd hoc potuit contingere, quia non euenit casus necessitatis, ex quo infertur, quòd † si dominus directus stetisset per mille annos, quod non requisiuisset vasallos, non amisit ius suum, vt est decisio Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. libr. 11 Bal. & Ang. in l. malè agitur. in fin C. de præscrip. trigin-

46 ta vel quadraginta annorum. nam iura † negatiua (prout est istud non eundi ad bellum) non præscribuntur nisi à die requisitionis, & in casu recusationis, & qùi requisiuit acquieuerit. l. qui luminibus.

47 vbi glo. ff. de seruit. vrba. prædior. nam † vasallus si non est requisitus, non tenetur præstare seruitia domino. c. 1. §. licet. si de feudo fue. contr. inter domin. & agna. c. 1. vbi fuero requisitus. cum glo. de no. for. fidel. in cap. 1. §. sed nec est alia causa iustior, quæ sit prima cau. benef. amit. vbi quia in vasallo personalia seruitia non debentur ad diem certum, necessariò requiritur interpellatio. Rub. Alex. in l. vinum. nu. 219. ff. si cert. peta. in l. non solum. §. morte. num. 423. de noui oper. nunc.

48 ¶ Sexta est conclusio, quòd † feudum in dubio præsumitur masculinum, eo inspecto, quòd fœminę regulariter non succedunt in feudo. Dec. in cons. 517. & quia est contra consuetudinem feudalem, vt in eo fœmina succedat, Soc. Iun. in cons. 65. num. 2. volu. 1. Rub. Alex. in consi. 18. num. 4. Cepha. in consilio 172. nume. 17. & 258. nume. 8. quinimò dicitur,

46 quòd † etsi feudum esset stipulatum pro masculis & fœminis, nihilò magis non admitterentur fœminæ ad exclusionem masculorum, sed tantùm ipsis non extantibus, cap. 1. §. quin etiam. Episcopum vel Abb. c. 1. de feud. fœm. Alex. in l. quod dicitur. num. 24. ff. de verbo. obligat. Dec. in cons. 139. numero 2. & licet Cepha. in consi. 30. nnm. 2. Curt. Iun. in tra-

50 ctat. feud. in 3. par. num. 18. vbi ampliat, † hoc etiam procedere in feudo suscepto pro hæredibus vtriusque sexus, Cepha. in cons. 258. num. 16. Non dicatur quòd prædicta procedunt, quando masculus & fœmina sunt in eodẽ gradu, secus vbi fœmina est proximior vltimo defuncto, quia istud est contra text. in c. 1. de eo qui sibi & hæred. masc. vbi in duobus locis concludit, viam non patere fœminę in successione feudi, donec masculus supereſt, ex eo quia primus de feud. fue. in ueſt. Cepha. in cons. 251. nu. 19. & in cons. 258. num. 17.

¶ Septima est conclusio, quòd licet in feudo hæreditario, prout sunt feuda Montisselli & Sancti Stephani, quia concessa pro se & hæredibus, Curt. Iunior in consilio primo, numero 2. Ias. in consi. 7. columna nona, volum. 3. Gozad. in consilio 8. numero 36. Ruin. in consilio 16. nume. secundo, volu. 1. Alex. in cons. 10. col. 4. vol. 3. vbi asserit hanc esse communem, vel pro se hæredibus & successoribus. Alex. in dicto cons. 10. col. fi. Ias. in l. 2. colu. fin. vers. & quamuis. C. de iure emphy. Afflic. in decis. 140. & 195. num. 7. vbi etiam dicit hanc esse communem, prout & similiter inquit Dec. in cons. 445. nu. 8. Brun. in consi. 24. in princ. Paris. in consi. 2. num. 16. vol. 3. non admittantur, nisi qui sint hæredes primi acquirentis vel vltimi vasalli, de cuius portione agitur, Alex. in citato consil. 10. Curt. Sen. in cons. 50. column. fina. Curt. Iun. in cons. 1. numer. 11. Paris. in cons. 2. nume. 25. volum. 1. Ias. in cons. 58 colum 5 volum. 1. & magis communem Brun. in consi. 18. colum. 3. Tamen huiusmodi sententia locum non habet vbi agnato non fuit delata hæreditas: quia vltimus defunctus extraneum hæredem instituit Bald. in capitul. 1. an agna. vel fil. colum. 3. verticul. sed quid si filius. vbi etiam Iacobus de Beluis. vbi sic formaliter inquit: Quod dixi de filio, quòd non licet ei repudiare hæreditatem, intellige quando filius potest habere hæreditatem patris, vel quia mortuus est ab intestato: si verò non potest habere hæreditatem tãquam hæres, quia alius fuit institutus, tunc filius poterit acquirere feudum, licet non sit hæres. Mart. Laud. ibi in vers. Item nota. Præpos. colum. 6. vers. quæro ab extra. Alua & Afflic. cons. 2. num. 7. vbi ait hoc menti tenendum quia singulare. Hanc quoque partem amplexi sunt Dec. Iacob. de Sancto Georgio, Iacob. Ardizon. Cur. Iun. Brun. Afflic. Riminal. Aret. Paris. Rui. Bal. Zas. Fride. Schenc. & Campeg quos omnes citaui in cons. meo 53. nu. 15. vol. 3. vbi demonstraui hanc esse communem.

51 ¶ Octaua & vltima est conclusio, ℘ † etsi filia regulariter immitti debeat in possessionem bonorum etiam feudalium, iuxta superiùs dicta, tamẽ sententia ipsa locum habere non videtur. Primò in feudis Ecclesiasticis vt inquit Ias. in cons. 152. col. fi. versic. item in ea. & Menoch. in trac. de remed. adipis. poss. remedio, 4. num. 382.

¶ Secundò fallit, quando agnatus est paratus demonstrare de iuribus suis in continenti, ℘ res sit feudalis: quia tunc impedit missio, & ipse dicitur legitimus contradictor, adeò ℘ locum non habet dispositio dicti §. inter filiam. de qua suprà, vt dicunt Iser. Alua. & alij in d. §. inter filiam, doctores cõuniter in l. fi. C. de edic. diui Adr. tollen. per tex. in l. si is. §. 1. vt in poss. leg. Ias. in cons. 138. in fi. vol 4. Dec. in cons. 424. col. 2. 467. col. 2. Brun. in consi. 18. nu. 12. Gozad. in cons. 7. col. 1. vbi allegat notata per Bar. in l. filiam fratribus. ff. ad Treb. vbi circa fi. concludit, ℘ fideicommissarius vniuersalis, si est paratus in continẽti probare de fideicommisso, tunc impeditur hæres mitti in possessionem vigore l. fina. C. de edic. diui Adr. tollen. Dec. in cons 82. col. 2. Rui. in con. 17. versi. 7. vol. 5. Itẽ videmus, ℘ in interdicto possessionis adipiscendæ obstat exceptio defectu dominij, si in continenti de tali iure probetur, Bart. in l fi. C. quo. bono. & in l. 1 C. quo. leg Goza. in cons. 50 nu 20. Ripa in l. 1. §. hoc interdictum. nu. 20. ff. quo leg. Rui. in

cons.140.num.6.volu.5.Natta in cons.502.nume.4. dixi in consi.1.num. 23.vol.1.

¶ Firmis igitur stantib. conclusionibus præmissis, quæ communi calculo receptæ sunt, ex ipsis dico & infero, ꝙ cum huiusmodi feuda Montiselli & S. Stephani sint antiqua vt in prima conclusione, cũ ab antecessoribus fuerint possessa & de ipsis inuestiti fuerint, & in feudis antiquis admittãtur transuersales vt in secunda, ac fœminæ excludantur regulariter à successione feudi, vt in c. & nulla probata fuerit consuetudo legitima cum requisitis suis, & de quibus in quarta cõclusione, & fœminæ ipse nullum validum fundamentum facere possint. ꝙ dictà feuda sint emptitia attento iuramento fidelitatis, quod præstare debet pro ipsis vt in cõclusione quinta, ac dictæ D. Helena & Iulia sint patrueles sorores Comiti Lelio: quia illæ natæ ex quondam domino Philippo earum patre & altera ex quondam D. Odone fratre prædicti domini Philippi. l. prima §. quarto gradu. ff. de grad. affi. vt apparet ex inuestitura de
52 scripta in processu, † quæ facit rẽ notoriam ac probationem probatam & veritatem apparentem. Bal. in l. secunda. C. quan. fis. vel priua. Curt. Sen. in repe. l. admonendi, nu. 43. vbi plura congerit de iureiur. dixi in cons. 35. num. 18. vol. 1. & in consi. 75. numero 19. vol. 3. & etiam ex confessione ipsarum sororum facta coram Reuer. Antistite Casalense Iudice appellationis delegato Apostolico, vt in cedula inci-
53 piente hactenus interueniens, cuius † quidem confessioni nulla est melior probatio. l. cum te. vbi Scri-
54 bend. & maximè Ias. C. de transac. cum † maior sit quocunque publico instrumento & quibuscunque depositionibus testium. Bald. in cons. 192. colum. 2.
55 circa finem. volu. & † quæ est relaxatio omnis probationis, & tantæ efficaciæ, quod iudex non potest eam nullam pronunciare. Bald. in cons. 354. colum. 1. volum. 3. Craue. in consilio 61. numero tertio, & in consilio 171. numero nono, Bero. in consil. 162. nu-
56 mero 2. volum. 2. vbi inquit, quod † est superlatiua probatio, quæ rẽ notoriam facit. Quòd partes Reue. Antistis de legati Apostolici in præsenti causa appellationis sint ex omnibus productis coram eo in pronunciando malè à sententia lata per Reuerendiss. Nuncium Apostolicum fuisse appellatum, sed sententiam ipsam confirmandam esse non obstante pronunciatione facta contra illum per Reuerendũ dominum Vicarium Hyporediæ, & prædictum Comitem Lelium vti agnatum dicti quondam domini Philippi, quamuis eius non hæredem: quia instituit filias incapaces feudi, per ea quæ dicta fuerunt in septima conclusione, immittendum est & immitti debere in possessionẽ dictorum bonorum feudalium cum probaueritincontinenti, attenta qualitate causæ, de iurib. suis ex inuestitura & confessione, de quibus suprà, per ea quæ dicta fuerunt in vltima concluf. ac eidem domino Lelio confirmandam esse per dictum dominum iudicem inuestituram sibi factam per Reuerendiss. antistitem Asten. & quatenus expediat de nouo ei concedenda veniat.

¶ Superest modo vt respondeatur allegatis in contrarium, & deueniendo ad primum argumentũ dicitur, ꝙ licet sit approbata dicta iuris conclusio, de qua in eo, tamen etiam recepta est alia, quod conclusio prædicta limitatur, locum non habere in feudis Ecclesiasticis, vt per Ias. & Menoch. in locis supra citatis,

¶ Item & quòd ea locum non habet quando agnatus in continenti est paratus demonstrare bona esse feudalia: quia tunc tanquàm legitimus contradictor debet audiri ad impediendum immissionem p filias requisitam, vt satis suprà dictũ fuit. Pro quorũ cõfirmatione adduco etiam Zuccard. in d. l. fi. C. de edic. diui Adr. tollen. nu. 485. vbi inqt: cõclusionem supradictã temperandam esse, vt non procedat quando agnati in continenti probarent feudum non esse fœmininũ sed masculinũ, vt in casu nostro, vt constat ex his quæ dixi suprà in conclusione sexta, per notata per Aluar. in c. 1. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agna. vbi agnati non mittuntur in possessionem, si dominus paratus est probare, ꝙ feudum sit nouum, Imò plus voluit, ꝙ si fœmina vellet allegare, ꝙ forsitan erat habilitata, vt demonstrabit in petitorio, quòd in sua allegatione non est audienda. Port. in consil. 1. num 65. Duen. in reg. 309. in 3. limit. Natta in cons. 502. omnino videndus in num. 4. vbi optimè declarat, quando aliquid dicatur in continenti probari in terminis nostris.

¶ Secundò non obstat, ꝙ in feudo emptitio fœminæ succedunt: quia dictũ fuit & replicatur, præmissam sententiam non procedere. quando præstari debet iuramentum fidelitatis, vt abundè dictum fuit suprà in quinta conclusione.

¶ Nec pariter vis fieri potest in consuetudine allegata quia ea probata non fuit, vt debebat probari, & cum requisitis de quibus suprà in quarta conclusione. vt magis est videre quàm referre. Vlterius non est probatum, ꝙ dicta consuetudo sibi locum vindicet, quando præstatur iuramentum fidelitatis quod probandum erat, vt per Ioan. Baptist. Ferret. in cons. 178. num. 29.

¶ Vltimò non obstat, quòd in feudo hereditario non admittitur, qui non est hæres mediatè vel immediatè: quia suprà dictum fuit, communem opinionem non procedere, quando agnato non fuit delata hæreditas: quia alius institutus, vt clarè ostẽsum fuit suprà in penultima conclusione, quibus scriptis addo. Ioa Baptistam Ferretum in cons. 178. num. 7. cum sequenti & Cephà. in cons. 224. nu. 56. Tibi soli Domino.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio probatur per exhibitionem instrumenti legitimationis, declara vt in num. 29.*

2 *Asserenti legitimationem non valere incumbit onus probandi.*

3 *Personarum habilitas præsumitur ad validitatem actus.*

4 *Instrumentum dicitur probatio probata, veritas apparens & disceptatione fori non indigens, declara vt in num. 33.*

5 *Spurius licet non possit succedere in feudis ex consuetudine feudali, tamen hoc fallit, quando quis est legitimatus ad feuda licet non exprimatur in legitimatione ad talia feuda, nisi essemus in maximis dignitatibus: quia tunc requiritur expressa mentio.*

6 *Quod amplia procedere in legitimatione facta à Comite Palatino habente potestatem legitimandi ad feuda.*

7 *Imperator potest alteri committere potestatem legitimandi.*

8 *Legitimatio facta à Comite Palatino dicitur facta ab Imperatore.*

9 *Comes Palatinus habens potestatem legitimandi ad feuda, licet quem non possit legitimare ad feuda sita in territorio alicuius Principis sine licentia ipsius tamen hoc limitatur locum habere si Princeps opponeret se contra dictam legitimationem & non aliter.*

10 *Inducta in fauorem alicuius tacitam habent conditionem si ei placuerit.*

11 *Legiti-*

11 *Legitimatio facta de filio non valet si filiatio non probatur.*
12 *Institutio facta in filium legitimatum non probata filiatione corruit.*
13 *Possessio filiationis probatur ex tractatu paterno, adeò quòd aduersario incumbit onus probandi contrarium.*
14 *Nominatio iuncta circa actum magis conuenientem filio quàm extraneo probat filiationem.*
15 *Fama publica probat filiationem.*
16 *Impetratio legitimationis, videtur inducere præsumtionem filiationis.*
17 *Nominatio cum institutione probat filiationem.*
18 *Filiatio plenè probatur nedum in possessorio sed etiam in petitorio ex tractatu, nominatione, institutione, fama, & impetratione legitimationis.*
19 *Natus ex concubina quàm quis publicè tenebat in domo præsumitur natus ex ipso & concubina.*
20 *Legitimatio rogata à notario forense non matriculato contra formam statuti disponentis, quòd notarius non matriculatus non possit conficere scripturam, valet si statutum loquatur in personam.*
21 *Statutum si disponat quòd minor vigintiquinque annis non possit testari, non extenditur ad forensem.*
22 *Statuto si caueatur, quod filius familias possit testari, filius forensis non poterit testari.*
23 *Agens tanquàm filius debet probare se filium.*
24 *Natus in domo mariti & ex eius vxore præsumitur filius mariti.*
25 *Pater est quem nuptiæ demonstrant.*
26 *Dispositio. l. miles. §. defuncto. ff. de adult. ampliatur procedere, etiam si probaretur mulierem màritatam cum alio copulam carnalem habuisse.*
27 *Filius præsumitur mariti, etiam si ab eo expulsa fuerit & accesserit ad lupanar ibique pepererit filium.*
28 *Præsumptio tanta est pro filio nato in domo viri, quòd quamuis quandóque mulier diuerterit, adulterium commiserit, seu diu penes maritum sterilis fuerit, præsumitur filius mariti nisi probetur absentia aut infirmitas mariti, per quam constare non possit esse illius filium.*
29 *Nullum quod est non potest producere effectum.*
30 *Statutum si disponat, quod contra instrumentum vel sententiã non possit opponi nisi exceptio falsitatis, eo non obstante poterit opponi, instrumentum non esse instrumentum & carere debitis solemnitatibus.*
31 *Paria sunt non extare instrumentum vel extare sed nullum.*
32 *Comes Palatinus & si vigore potestatis suæ possit legitimare ad feuda, tamẽ id procedit quando legitimatio non peccat in obreptione vel subreptione.*
33 *Subreptio & obreptio vitiat legitimationem, cum in ea exprimi debeat qualitas persona legitimanda, quæ possit retrahere Comitem Palatinum ad legitimationem concedendam vel ad difficilius admittendam.*
34 *Quod amplia procedere, etiam si in rescripto legitimationis sit clausula non obstante.*
35 *Decretum Principis, quod quis non possit legitimare in territorio suo sine ipsius licentia valet, & est fauorabile.*
36 *Testibus non deponentibus verisimilia non est credendum.*
37 *Liber non continens verisimilia non probat.*
38 *Verisimile quod non est falsitatis imaginem habet.*
39 *Verisimilitudo est cognata naturæ, & è contra non verisimile naturæ aduersatur & est eius inimicum.*
40 *Argumentum à communiter contingentibus est validum.*
41 *Infamia & dedecus morti æquiparatur.*
42 *Proprietas filiationis probatur ex eo, quòd quis natus est in domo mariti & ex eius vxore.*
43 *Testibus verisimiliora deponentibus etiam si sint pauciores magis creditur.*
44 *Iudex ex iusta causa testibus plenè deponentibus fidem adhibere non debet, quæ causa dicitur iusta quando non deponunt verisimiliora.*
45 *Testibus qui consonant cum iure communi magis standum est.*
46 *Tractatus primus filiationis tanquam habens plenioremprobationem præfertur secundo tractatui.*
47 *Filius si fuit tractatus tanquam filius vsque ad mortem patris, & deinde post illius obitum alius illum tractauerit, nominauerit & habuerit in filium, attenditur primus tractatus, etiam si mater affirmaret illum esse filium secundi.*
48 *Nominatio & tractatus in decisorijs petitorij non sufficiunt.*
49 *Fama quæ requirat ad eius probationem.*
50 *Testes masculi tanquam digniores præferuntur mulieribus.*
51 *Senioribus magis creditur.*
52 *Ditiores præferuntur alijs.*
53 *Statutum expressè prohibens forensem recipere instrumentum valet.*
54 *Statutum quando non inhabilitat simpliciter notarium sed cum modificatione, comprehendit etiam forensem.*
55 *Legitimatio redditur obreptitia, si in eius impetratione non fuit facta mentio, quod feudum erat antiquum.*

CONSILIVM XLIX.

IEGITIMATIONEM Ioannis-Antonij de Salinerijs validam fore non obstantibus oppositionibus factis parte Magnificorum dominorum Alberti & Ferdinandi etiam de Salinerijs, prima facie sequentia demonstrare videtur. Primò enim clarissimi iuris est, ꝙ † per exhibitionem instrumenti legitimationis 1
Ioannes Antonius dicitur ipse habere fundatam
eius intentionem, adeò quod † asserenti illam non 2
valere sibi incumbit onus probandi. Abb. & alij in cap. in præsentia. per illum tex. de probatio habilitas † personarum præsumitur ad validitatem actus 3
& qui dicunt actum validum, non habent necessè probare se fuisse habiles, vt actus valeat, per text. & ibi Bal. in l. cum te minorem. C. de probatio. & ideo dixit Ioann. de Imol. in cap. fin. in glo. in verbo idoneus. de præsumpt. quod quando aliquis allegatur illegitimus & criminosus ad finem eum repellendi debet hoc probare: quia impetrans prima facie habet intentionem fundatam virtute rescripti, & ideò quod volens eum repellere tanquàm illegitimum debet id probare. Gozad. in cons. 48. nu. 11. Cur. Sen. in cons. 75. colum. 15. in princ. vers. cum igitur. Dec. in cons. 307. in prin. dixi in cons. 61. n. 28. vol. primo. 67. nu. 14. vol. 3. & 96. nu. 16. volum. eod. instrumentum † enim dicitur probatio probata, veritas apparens, disceptatione fori non indigens. Bal. in l. imperator. colum. prima, ac probatio euidentissima & realis, vt de omnibus his & alijs ad saturitatem per Tiruquel. in trac. de retrac. fo. 393. num. 20. cum plu ribus sequentibus. 4

¶ Secundò dicitur, quod † licet spurius non possit succedere in feudis ex consuetudine feudali cap. primo §. naturales. si de feud. fue. contr. inter dom. & agna. qui tex. etiam procedit in spurijs teste Cur. Iun. in cons. 163. nu. 4. vbi inquit, quod ita quotidie 5

de facto

de facto seruatur, quem sequitur Clarus in lib. 4. suarum sententiarum in verbo feudum, quæst. 82. etiam si sit legitimatus, dicto cap. naturales. vbi omnes: qa in simplici potestate legitimandi non includitur potestas legitimandi ad feuda. Signorel. de Homod. in cons. 220. vbi assignat tres rationes, quem sequitur Card. Mediolanen. in capit. per venerabilem. versi. quòd autem colum 46. qui filij sint legit. Curt. Iun. in trac. feud. in tertia part. quæst. septima, tamen sententia ipsa fallit, quando quis est legitimatus ad feuda à supremo domino, gloss. & doctores in dicto ca. naturales. qui dicunt sufficere si in legitimatione dicatur quòd tales filij succedant in feudis, licet non exprimatur, ad talia & talia feuda, nisi secundum Laudun. ibi essemus in maximis dignitatibus, quia in eis legitimati non succedunt, nisi facta fuisset specialis mentio. Bald. in l. eam quam. C. de fideicõmiss. Curt. & Cla. vbi suprà, quam gl. in dicto cap. naturales. dicit communiter approbatam Paris. in consilio primo nu. 76. volum. 2. Rui. in cons. 36. nu. 18. volu. 1. Curt. Iun. in cons. 136. num. primo. Natta in consilio 506. num. 50. Soc. in cons. 3. num. 2 vol. 3. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. numer. 18. ad Trebel. & hanc esse communem attestatur Boer. in decis. 123. num. 6. Curt. Iun. in cons. 157. numero 28. quos sequitur 6 Clar. vbi suprà, vel etiam si † sit legitimatus à Comite Palatino habente potestatem legitimandi ad feuda vt in casu præsenti. Ioan. Antonius ab eo legitimatus ad feudum Terzolij. Signorel. de Homod. in dicto consil. 220. num. 4. Paris. in citato consil. primo. nume. 123. volu. 2. vbi inquit, hanc esse communem. Moderni Parisien. in consuet. Parisien. §. 8. glos. prima. num. 38. Clarus in allegata quæst. 82. Nam nulli 7 dubium est, q; † Imperator potest committere alteri potestatem legitimandi. Bal. in l. prima, ff. de tute. vel curat. dat. ab his. Modern. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. Canonistæ in dicto cap. per venerabilem. Paris. in consil. 2. in princ. vol. 2. cons. 3. in princip. 4. in princip. & 5 volumin. eod. in princip. Soc. Iun. cons. 92. numero. 2. volum. 3. & 8 ideo dicunt Scribent. q; † legitimatio facta à Comite Palatino dicitur facta ab Imperatore per regulam qui per alium facit de reg. iur. & iuxta illud, quod voluit veritas Dominica, Qui vos recipit & me recipit, & qui vos contemnit & me contemnti. Paris. in cons. 4. num. 3. volu. 2. & cons. 5. num 3 volumin. eod. Alex. in cons. 38. in princip. volun. primo, Soc. Iun. in cons. 121. numer. 3. volum. 2. & Ceph. in consil. 22. num. 12.

¶ Nec habet obstare q; præmissa legitimatio pec- 9 cat in multis & primò, quòd † Comes Palatinus nõ potuit vigore suæ potestatis legitimare dictum Ioannem Antonium ad dictũ feudum Terzolij sine licentia Illustrissimi Ducis, in cuius dominio situm esse reperiatur. Salic. in disputatione incipiente Comes Palatinus, & in alia incip. Mediolanensis. Card. Alex. in dicto c. per venerabilẽ. §. quod. autem. n. 61. Rosel. in tract. de legit. in penult. car. num. 24. Curt. Sen. in consi. 16. & 73. num. 23. dixi in consilio 88. numero 16. volum. primo, vbi multos citaui, cum quibus conueniunt etiam Soc. Iun. in consil. 95. numer. 9. volum. 3. Paris. in cons. primo numer. 103. volum. primo, Alex. in consi. 25. colum. prima, in fi. volum. primo. Lud. de Sard. in tract. legitima. in tertia part. in 7. articulo. Alcia in consil. 1. in primo tomo. lib. 3. Moder. Parisien. in consue. Paris. in §. octauo. gloss. prima, num. 39. Port. in consi. 105. num. 21. Craue. in consi suo nondum impresso edito in fauorem dominorum Titi & Adriani de Brunis.

¶ Quia respondetur secundum Alciat. in dicto cons. 11. nu. 4. dictum Salyç. fore periculosum: quia contra mentem gloss. & Scribentium in dicto capit. naturales, & contrarium tenuerunt Brun. in consi. primo, colum. nona, & in consi. 15. colum. pen. Campeg. inter dicta consilia. Brun. in consi. 3. volum. tertio, & 11. colum. quarta, Curt. Iun. in cons. primo, n. 30. & 154. num. 24. vbi mouetur pluribus fundamẽtis. Verũ quia sententia est magis communiter recepta teste Bosio in trac. suo in tit. de Principe. numer. 195. ideo dicitur quod sententia Saly. limitatur tantum locum habere, vbi Dux Excellentissimus opponeret se contra dictã legitimationem secussi tertius, vt in casu præsenti: quia tũc talis facultas ei nõ 10 cõpetit † quia quę ad fauorẽ alicuius inducuntur, tacitam habent conditionem, si ei placuerit. l. secundo, ff. de lege commiss. quam ad hoc allegat Raphael in l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de dona. inter vir. & vxor. ita in terminis dixerunt Alcia. in dicto consil. 11. num. 5. Paris. in cons. primo, col. penult. in fin. vol. 2. quorum sententiam secutus sum & comprobaui in cons. 22. num. 40. vol. 3.

11 ¶ Pariter obstare non videtur, q; † legitimatio ipsa non valuit, nec similiter institutio facta per dominum Ioan. Franciscum de dicto Ioan. Antonio tã 12 quam eius filio † quia filiatio probata non videtur, vt in terminis per Signo. de Homod. in consi. 183. & 221. Barba. in cons. 27. volu. primo, vbi concludunt legitimationis actum non probare filiationem legitimatis, & sicuti ex tali defectu redditur nulla & invalida legitimatio, ita quoque & institutio. Paris. in consilio 10 numero 31. volumine 2. & 11. numer. 14. & 18. volum. eod. quos sequutus sum in cons. 67. numer. 14. volum. 3. 96. num. 15. volum. eod. & in cons. 89. num. 39. volu. primo, Cepha. in cons. 23. numero 40. Alcia. in cons. 201. numero 58. Bos. in suo tract. in titul. de part. suppo. nume. 27. Quia respondetur, q; 13 † filiatio ipsa satis probata videtur ex testibus examinatis ad instantiam prædicti Ioanni Santonij, q deponere videntur, ipsum fuisse nominatũ, tractatum & alimentatum à dicto Francisco tanquam filium, ex quo tractu constitutus fuit in quasi possessione filiationis. Bart. in l. prima, vbi etiam Mars. nu. 9. ff. de quæstio. Dec. in cons. 54. colum. secunda, vbi post alios ibi per eũ citatos inquit, quod adeo tractatus constituit quem in possessione filiationis, q; aduersario incumbit onus probandi contrarium. Affict. in decis. 28 in princip. vbi etiam ait, q; quasi 14 possessio sufficit in petitione hæreditatis, item † accedit nominatio, quæ iuncta circa actũ magis conuenientẽ filio quam extraneo probat filiationem. 15 Docto in cap. per tuas, de probat. necnon & † fama publica in dicto loco Terzolij, quæ etiam filiationẽ probat. Alexand. in consilio 88. numero 7. volum. 7. institutio facta de eo vti filio, quæ similiter probat filiationem. Bart. & alij in dicto c. per tuas. ac etiam 16 impetrationem † legitimationis factam à iam dicto domino Francisco de memorato Ioanne Antonio, quæ videtur inducere præsumptionem filiationis. Cy. Bal. & Saly. in l. non epistolis. C. de proba. gloss. Bar. Bal. Ang. & Sal. in l. neque professio. C. de testa. & si in iudicio petitorio solus tractatus non probet filiationem. Cyn. & Bal. in l. non nudis. C. de proba. Ias. in dict. l. neque possessio. Saly. in l. non ignorat. C. qui accusa. nõ pos. sicut etiam sola nominatio nõ faceret plenam probationem. gloss. in dict. capit. per tuas. Dec. in cons. 492. numer. 5. & pariter idem dici posit de fama, institutione & impretatione legitimationis, tamen aliter dicendum venit quãdo omnia supradicta coniuncta reperientur. Hinc est, q; di- 17 xit Bart. & Imol. in dicto cap. transmissæ. q; † nominatio cum institutione probat filiationem. Paris. in consi. 13. num. 39. volum. 2. & in consi. 29. numer. 10.

volum.

volum.eod.Ruin.in consil.36.num.6.vol.primo.33. numer.6.volum.5.Natta in consil. 235. in princip.&
8 Cepha.in consi.48.num.18. & quòd † concurrentibus tractatu,nominatione,fama,institutione & impetratione legitimationis plenè probetur filiatio, nedum in possessorio sed etiam in petitorio, tradit Alex.in consil.88.num.7.volum.7.Iaſ.in consil. 125. colum.secunda volum.4.Gozad.in cons.13. numer. 44. vbi dicit tractatum cum legitimationis impetratione sufficere,& dicit etiam Ruin.in cons.36.nu. 6.volu.primo,quòd ex institutione & legitimatione probatur,quam sententiam communem dixi in cons.22.num.24.volum.3.Natta in cons.235.nume. 3.vbi dicit,quòd tractatus filiationis & communis opinio probat filiationem, nisi contrarium probetur,& in cons.59.num.10.ait quòd probatur ex nominatione & tractatu.Bero.in consi.161.num.6.volum.2.Alcia in trac.præsump.in tertia reg.præsumptione 38.num.7.& quòd in petitorio etiam probetur filiatio per nominationem.tradit.Ceph.in cõsi. 137.num.44.Alcia.in consi.6.num.16.vbi nominatio,tractatus & fama probãt,nisi ex aduerso probetur contrarium,& eo magis ipsa filiatio probari videtur ex ipsis testibus,dum dicunt, quòd dominus Ioannes Franciscus conuersabatur & copulam habebat cũ Alasina lõngè antequàm matrimonũ contractum esset cum Ardizono, illamque tenebat in domo,ac per multos menses iam prægnantẽ ex suo semine in matrimonio copulauit cum ipso Ardizono,quæ Alasina post contractum matrimonium infrà menses quatuor peperit dictum Ioannem Antonium. Ex quibus sequitur,quod inquiunt glo.Abb. & cæteri in c.transmissæ.qui filij sint legit. & in cap.
19 Michael.de fil.præsb. ℣ natus ex concubina, quam quis publicè tenebat in domo præsumitur natus ex ipso & concubina.Natta in cons.205.text.est in l. filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.vbi cõstat maritum aliquandiù cum vxore non cohabitasse, vt in casu præsenti,vbi Ardizonus antequam prægnãtem Alasinam in vxorem duceret nõ habitabat cũ Alasina,vnde licet postea Ioannes Antonius natus sit in domo Ardizoni,tamen præsumitur filius ipsius domini Francisci & non Ardizoni, cũ natus fuerit(vt dictum fuit)infra quatuor menses post contractum matrimonium cum Alasina, quo casu cum simus extra casum.l.miles.§.defuncto.ff. de adulte. inferendum venit,quòd si probata filiatio ipsius Ioannis Antonij.

20 ¶ Nec vis fieri debet,quòd † huiusmodi legitimatio non valeat tanquam rogata à notario non matriculato,ita disponente statuto Illustrissimi Ducis,in quo cauetur,quòd notarius non matriculatus non possit conficere scripturam. Quia respondetur, ℣ cum huiusmodi statutũ loquatur in personam nõ comprehendit notarium forensem. Doctores in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide cathol. vbi
21 † si statutam disponit,quòd minor vigintiquinque annis non possit testari,tale statutum non extendi-
22 tur ad forensem.Hinc etiam videmus, ℣ † si statuto caueantur, ℣ filius familiâs possit testari,filius forẽsis non poterit testari.l.prima,in fi.ff.de tut. & cura. dat ab his,Doctores in dicta.l.cũctos populos. Iaſo. in cons.59.colum.secunda,versic.nec habet obstare. volum.3.

¶ Verum si diligenter omnia linceis oculis perspiciantur,contrariam partem in casu præsenti omnino tenendã esse arbitror,& pro fundamento huius partis assumo conclusionem satis tritam,quę est
23 ℣ † qui agit tanquam filius siue legitimus & naturalis,siue spurius & legitimatus debet hoc probare vt de primo notat Ang.in l.liberorũ.ff.de his qui not. infam.Dec.in cons.54.in princip.342.col.secunda, & 576.col.secunda,Soc.Iun.in cons.86.num.34.vol. 2.Butr.in cap.peruenit.col.secunda,versi. aut filius agit.qui filij sint legit.dixi in cons.32.nu.14.vol.tertio,& in cons.10.nu.23.vol.eod. & de secundo notat Homod.in cons.183.& 221.& alij supra citati. At in casu præsenti Ioannes Antonius non probauit se filium domini Francisci,ergo legitimatio facta de eo tanquam de eius filio nõ valet.Corn. in l.si patet.C. de hæred.instit.vbi dicit se vidisse consultum per dictam.l.& l.nec apud eod.titul. quòd non valebat institutio facta à quodam diuite,qui cognouerat mulieram maritatam,& cum pareret constante matrimonio recepit partum in filium suum,& illum fecit legitimare,& finaliter ipsum instituit vt filium legitimatum,quia errauit in causa finali ipsius filiationis,Soc.Iun.in cons.86.nu.34.vol.2.dixi in consil. 22.nu.10.vol.3.

¶ Quòd autem Ioannes Antonius non sit filius domini Ioannis Francisci probatur, quia natus in domo Ardizoni ex Alesina eius vxore,quo casu præsumitur filius prædicti Ardizoni.d.l.miles.§ defuncto.Clarus enim probari non potest, quem esse filium legitimum & naturalem alicuius, quam ex eo
24 quod † natus fuit ex vxore in domo mariti.Dy.in trac.de succesio.ab intestat.per text. in d.l. filium
25 diffinimus.Pater † enim est quem nuptiæ demonstrant.l.quia semper.ff.de in ius vocan. vbi gloss.dicit,quòd sic probatur quem esse filium præsumptiuè iuris præsumptione, nõ autẽ pro certo,quia hoc esset nimis difficile,vt est gl.in l.Lucius.ff. de cond.
26 &demon.quæ † quidem dispositio dict. l. defuncto.ampliatur etiam procedere,si probaretur mulierem maritatam cum alio copulam carnalem habuisse.Cyn.& Bald.in l.si vicinis.C. de nupt. vbi loquentes de vxore adultera expulsa à viro,quæ accesit ad
27 lupanar,ibique peperit filium, dicunt ℣ ita † natus censetur filius mariti,quia possibile est quod ex illo conceperit,ex quo ab alio certo non potest præsumi conceptus, cum fuerit vulgò conceptus. §.si aduersus.inst.de nup.l.quinque.ff.de in ius vocan. Abb.& alij in cap.per tuas.de prob.vbi dicunt. ℣ tã
28 ta est † præsumptio pro filio nato in domo viri,quãuis ipsa quandoque diuerterit,seu adulterium commiserit,seu diu penes maritum sterilis fuerit,quòd præsumitur filius mariti,nisi probetur absentia aut infirmitas mariti,per quam constare non possit esse illius filium.Bero.in consilio .162. columna prima,volumin. 2. stante igitur hoc fundemento pro firmo quod & comprobabitur ex infrà dicendis.

¶ Restat,vt deueniamus ad responsionem eorũ quæ ex aduerso deducta fuerunt: & ad primum argumentum dicitur,quòd licet per instrumentum legitimationis quis dicatur suam habere intentionem fundatam,tamen id verũ esse arbitratur,quando instrumentum est validum secus si nullum,vt in
29 casu præsenti:nam † quod nullum est,nullum potest producere effectum.l.quarta.§.condemnatum, vbi omnes.ff.de re iud.Iaſ.in l.prima column.quarta,in princip. C. de iur. & facti igno.Bart.in l.diuus. Tra-
30 ianus.ff.de test.milit.vbi dicit,quòd † si ex forma statuti contra instrumentum vel sententiam nõ potest opponi nisi exceptio falsitatis,quod eo non obstante possum opponere instrumentum non esse instrumentum & carere solemnitatibus à iure requisitis.Alex.in cons.5.numero 6.volum.2.in consil. 166. volum.prima volum.eod.in cons.33.colum.prima volum.primo,& in cons.10.nu.3. volum.4. Dec.in capit.ex parte.il.secũdo,de offi.de leg.& in consilio
31 499.nume.14.Nam † paria sunt, quòd non extet in-

strũ-

strumentum vel sit sed nullũ, vulgata l. quoties. vbi Iaſ. ff. qui satisdar. cogan.

¶ Nec refragatur, quòd instrumẽtum publicum dicatur probatio probata, & veritas euidens. Quia illud esset verũ, nisi contra ipsum opponatur. But. in c. cum contingat. de rescript. & in cap. cum dilecti de bona. Dec. in cons. 474. nu. 3.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ licet indubitati
32 iuris sit, quòd † Comes Palatinus possit legitimare ad feuda, si sibi à supremò domino fuerit attributa facultas. tamen id procedit, quando legitimatio nõ peccati in obreptione, vel obreptione, vt in casu nostro vbi Ioannes Santonius præsupponit in impetratione legitimationis se fore filium domini Ioannis Franciſci, quod tamen alienũ videtur à veritate, cũ filius esset Ardizoni & Alesinæ & natus in eius domo, vt omnes testes deponunt, ex quibus arguitur proprietas filiationis ipsius Ioannis Antonij. Bero. in cons. 161. col. tertia vol. secundo. Clarum est enim
33 ꝙ † subreptio vel obreptio vitiant legitimationem cum in ea exprimi debeat qualitas personæ legitimandæ, quæ possit retrahere Comitem Palatinum ad legitimationem concedendam vel ad difficilius admittendam cap. super literis de rescrip. Cur. Iun. in cons. 125. col. octaua, vbi dicit, taciturnitatem vitiare legitimationẽ, si taceantur ea, quæ reddidissent Principem difficiliorem ad eam concedẽdam Alex. in con. 66. colum. fi. volu. 2. vbi inquit, quòd si sit narratum filium esse naturalem cum esset spuri-
34 us legitimatio est nulla, etiam † si in rescripto legitimationis sit clausula nõ obstante §. fi. in auth quib. mod nat. effi. sui, Port. in cons. 106. numer. 45. & 48. dixi in cons. 22. numer. 11. volum. 3. sed cui dubium. quòd si fuisset expressum Comiti Palatino, quòd Ioannes Antonius erat natus in domo Ardizoni & ex Alasina vxore, & sic essent in proprietate filiationis eum non legitimasset, vel si legitimasset, id difficilius fecisset, & tanto magis hoc dicendum venit, cum modica subreptio vel obreptio vitiet legitimationem. Curt. Sen. in cons. 16. col. penul. Port. in citato cons. 106. nu. 48.

¶ Similiter respondetur ad tertium, ꝙ cum huiusmodi legitimatio sit nulla ex causis superius expressis, non est facienda vis quòd ea obtenta fuerit vel ne sine consensu Illustrissimi Ducis.

¶ Secundò respondetur, ꝙ satis constare dicitur de oppositione Illustrissimi Ducis, dum per decretum suum ordinauit, quòd Comes Palatinus in suo dominio sine expressa eius licentia non possit aliquem legitimare, nedũ in bonis feudalibus sui territorij sed etiam in allodialibus, quo casu legitimatio aduersus Principis decretum facta nullius est efficatiæ. Alex. in consi. 88. numer. 11. versic. nec etiam obstant volum. 1. sequitur Port. in cõs. 16. num. 74. & in consi. 105. num. 16. dixi in consil. 67. numer. 68.
35 volum. 3. vbi demonstraui † decretum ipsum validum fore & fauorabile, inquit Barba. in consilio 8. colum. sexta, volum. 2 quem sequitur insignis Dominus Fran. Bursat. in cons. 76. numero 28. versic. fauorabile, cum factum fuerit propter bonum publicum vt scandala tollantur, quæ ob legitimationes passim indifferenter admissas à Comitibus Palatinis inter Ciues & subditos Principum quotidie oriuntur.

¶ Non obstat denique ꝙ probatur filiatio dicti Ioannis Santonij ex dictis testium ad suam instantiã examinatorum, qui videntur deponere de nomina
36 tione, tractatu, † fama & inpretatione legitimationis de quibus suprà. Quia respondetur, ꝙ testibus ipsis fides adhibenda non venit tanquam non deponentibus verisimilia. l. ob carmen §. fi. ff. de testibus. Craue. in consi. 134. nume. 30. Cur. Iun. in consil 17. num. 6. Ceph. in consi. 85. nume. 37. & in consil. 287. num. 44. Port. in cons. 92. nume. 32. & 69. numer. 37. Soc. Iun. in consil. 147. num. 11. vol. 3. Rin. in consilio 149. nume. 27. volum. 7. Nam sicut creditur verisimiliora deponentibus. Ceph. in consi. 169. numero 10. ita è contrà non est standum testibus verisimiliora non deponẽtibus, cùm reddantur suspecti. Ceph. in cons. 23. num. 18. quod enim non est verisimile non est credibile nec considerabile. l. qui habebat. de leg. tertio. Rui. in cons. 1. numero vndecimo ad fi. volu. quinto. Cepha. in cons. 76. numer. 52. facit quoque
37 quod † in simili dicitur de libro non continente verisimilia, qui non probat. Doctores communiter in
38 l. admonendi. ff. de iureiurand. habet † enim imaginem falsitatis quod non est verisimile. l. milites. §. oportet. C. de quæstionib. Bald. in l. prima. column. tertia. C. de seruis fugit. est † etenim verisimilitudo
39 cognata naturæ, & è contra non verisimile naturæ aduersatur & eius inimica est. l. prima. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. quòd autem testes ipsi verisimilia deponere non videantur demonstratur: quoniam quis est tam sensatus, q posit verisimiliter credere, quòd dominus Ioannes Franciscus, si volebat habere filium ex dicta Alasina, voluerit ipsam prægnantem ex semine suo pendente partu maritare, equidẽ hoc caret verisimilitudine, cum videamus
40 à communiter contingentibus † quod argumentum est validum in iure. l. neque natales. vbi Bal. C. de probat. Dec. in consi. 596. col. fin. Paris. in consilio 32. num. 10. volum. 2. & in consi. 24 numero 27. volum. 3. quòd hi qui reddunt aliquas prægnantes nõ solent eas maritare nisi secuto partu. Imò eas reponere studẽt in locis secretis, ne ad aures alicuius penetrare possit, quòd sint prægnantes, ne reddantur infames, item ex alio non videntur deponere verisimilia, sumpto argumento etiam à communiter cõtingentibus, quod non est verisimile, quod quis debeat accipere in vxorem prægnantem quinque mẽsium, quia si aliter facerent notarentur infamia apud graues viros, quæ infamia omnino per vnum
41 quemq; euitari debet, cum † infamia & dedecus morti æquiparetur. l. iusta. ff. de manum. vind.

¶ Secundò ex alio capite dicitur, quòd & si sint quinque testes examinati pro domino Ioan. Antonio super eius filiatione, qui animosè deponere videantur, quòd dicta Alasina erat grauida antequàm matrimonio copularetur cum Ardizono, qui reddantur suspecti, Anch. in consil. 227. colum. tertia, Alex. in consi. 15. colum. prima, vol. 3. Craue. in consilio 2 nume. 6. tamen sunt etiam alij quinque testes examinati parte dominorum Alberti & Ferdinandi, qui expresè testificãtur, sicuti dicta Alasina mortuo primo marito peperit quandam filiam nomine Iuliam, & illinc ad mensem vel circa accepit in maritum Ardizonum, ex quò illinc ad duodecim menses vel circa peperit prædictum Ioannem Antonium, quibus testibus tanquam verisimiliora deponentibus omnino standum esse videtur, cum dicãt ipsum Ioannem Antonium natũ fuisse in domo di-
42 cti Ardizoni ex ipsa Alasina eius vxore † ex qua natiuitate arguitur proprietas filiationis, d. §. defuncto. Rui. in cons. 67. num. 6. volum. primo, 145. nu. 7. vol. 5. 158. num. 11. volum. eod. & 91. num. 16. vol. primo, quod equidem procedere videtur, etiam si es-
43 sent pauciores, quoniam † in isto casu maior pars testium non attenditur vbi pauciores verisimiliora deponunt. Corne. in cons. 123. col. tertia, vol. 4. Cra-
44 ue. in cons. 195. num. 10. Plus dicitur, quòd † iudex dictis testibus etiam si plenè deponerent, ex causã fidem adhibere non debet, & iusta causa non credẽ-

di

di est, quando deponunt non veresimilia. Felyn. in capit. auditis. colum. 13. de præscript. Curt. Iun. in cons. 17. colum. secunda, & Craue. in cons. 134. num.
45 27 quòd † autem verisimiliora deponant, satis constat cum deponant quod iuri communi consonat, videlicet, ꝙ Ioannes Antonius natus est ex viro & vxore d. §. de functo. ita notabiliter inquit Inno. in c. auditis. de præscript. Bald. in ca. primo, de contro. inuest. Felyn. in c. in nostra. col. secunda. versic. præferuntur etiam dicentes. Rui. in cons. 145. n. 7. vol. 5.

¶ Non obstat quoque tractatus, nominatio, fama & impetratio legitimationis. Quia aduertendũ est, ꝙ † nominatio, educatio, tractatus Ardizoni &
46 Alesinæ tanquam primus, habens pleniorem probationem: quia natus in domo ex qua natiuitate arguitur proprietas filiationis. l. filium diffinimus. de his qui sunt sui vel alie. iur. præfertur secũdo tractatui, nominationi, & impetrationi legitimationis vt probatur ex notatis per Præpos. in c. transmissæ, qui filij sint legit. in penult. carta. vbi dicit, ꝙ † quando
47 quis vsque ad mortẽ patris, id est, mariti fuit tractatus ab illo tanquam filius, deinde post illius obitũ alius illum tractauerit, nominauerit & habuerit in filium attenditur primus tractatus & nõ secundus, etiamsi mater affirmaret illum esse filium secundi, quia primus tractatus pleniorem habet probationem, cùm sit natus in domo primi & ex eius vxore, & in antepen. colum. inversi. quando concurrit. dicit etiam, quòd si prius concurrat testimonium parentum, eo quia prius vocabant & tractabant aliquem vt filium, deinde cæperunt negare esse filium illum expellendo, nec sibi alimenta, nec alia filialia præstando attenditur primus tractatus & prior nominatio & non posterior, ex quo prior tendit ad fauorem filiationis. per text. in cap. per tuas. vbi Dec. in 4. notabili. de proba. Bero. in consi. 161. nu. 13. vol. 2. & in cons. 14. vbi tradit, quòd ex quo in casu suo Titius fuit natus in domo Martini ex Berta eius vxore, & ab ipsis parẽtibus tractatus, & nominatus vt filius quamuis ex post facto ambo parentes negassent etiam in iudicio illum esse filium, huiusmodi tamen professio & contrarius actus non debet præiudicare filiationi nec auferre ius quæsitum filio. l. fi. ff. de probatio. Fely. in cap. per tuas. in quarta limitatione de probatio: quia potentior & fortior est præsumptio, quæ oritur ex natiuitate filij & vxore & in domo, quàm nominatio & tractatus cõtrarius. Abb. in dicto cap. per tuas. vbi etiam Dec. de probatio. quoniam ex natiuitate in domo & vxore arguitur proprietas filiationis, d. l. filium. ex nominatione, verbo & tractatu quasi possessio, quæ proprietas est potentior cap. cum dilectus. de caus. pos. & propr.

48 ¶ Vlterius dicitur, ꝙ † in decisorijs petitorij non sufficiunt nominatio & tractatus, vt in casu præsenti. Bal. in dicto cap. per tuas. Ang. in cons. 101. colum. prima, Alciat. in trac. præsump. in tertia regula præsumptione. 28. num. 4. & in cons. 201. nu. 58. 523. n. 4. & 614. Didac. in epit. de sponsa. in secunda part. cap. 8. §. 3. nu. 9. Grat. in responso 158. nu. 9. in tertia part. Ruin. in cons. 63. nu. 12. vol. 2. Nat. in cons. 473. nu. 85. Dec. in cons. 321. col. tertia, vers. 3. Cepha. in cons. 82. num. 48. dixi in cons. 22. num. 5. volum. 3. vbi est magis communis, quod maximè affirmandum fore existimo concurrentibus alijs, de quibus suprà & infrà, ex quibus debilitatur dictus tractatus ac nominatio & impetratio legitimationis, & etiam cessare videntur auctoritates doctorum volentium, quòd etiam in petitorio prædicta sufficere videantur, quæ intelligi debent quando oppositum non esset probatum.

¶ Nec vis fieri potest in fama: quia si bene videantur testes examinati parte dicti domini Ioannis An-
49 tonij per eos non probatur ipsa fama † cum non probent necessaria ad substantium ipsius probationis, cum non dixerint à quo habuit originem. Bart. in l. de minore. §. plurium. & ibi Mars. ff. de quæstio. Alex. in cons. 155. colum. fi. volum. 5. Dec. in consilio 575. num. 7. Ruin. in consi. 158. nu. 23. volum. 5. item nec deposuerint se audiuisse à maiori parte populi. Bart. in dicto. §. plurium. Dec. in cons. 429. nume. 18. Alex. in consi. 94. colum fi. volum. 2. Cephal. in consilio 225. numero 38. cum tribus sequentibus, consi. 66. num. 46. Ruin. in consil. 44. num. 41. volum. 4. & in consilio 145. numero 5. volum. 5. nam testes de fama de facili prosternuntur. Cephal. in consil. 250. num. 32.

¶ Præterea dicitur etiam, ꝙ dictis testibus fides adhibenda nõ venit, sed sic alijs examinatis pro parte aduersariorum per supradicta, & etiam quia sunt digniores: quia masculi, & inter testes Ioannis Anto-
50 nij sunt duæ fœminæ, quo casu † testimonium masculorum tanquam dignius præfertur mulieribus. Abb. in cap. forus. de verb. sign. & hoc ratione instabilitatis quam per se habent, vt notanter dicit Bal. in l. fi. ff. de fide instru. Roma. in rubrica. ff. de arbit. num. 36. Maran. in l. is potest. num. 253. de acqui. hæ-
51 red. Fely. in c. in nostra. col. 4. de testibus. Plus † quia seniores, quibus etiam magis creditur. glos. & doct. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Fely. in cap. in nostra. co-
52 lum. quarta, de testib. item † & ditiores, qui alijs nõ ita ditioribus præferuntur. Craue. in cons. 6. nume. 29. Crot. in l. si constante. num. 21. ff. solut. matr. Burs. in consilio 10. columna secunda, dixi in consilio 24. numero 50. volumine primo, cum pluribus sequentibus. l. si chorus. §. fi. de lega. 3. ibi sæpe audiui senes rusticos dicentes, & in cap. quibus secunda, distinctione. qui dicit, quòd faciliter inuenitur quòd à senibus scisitatur. Roma. in l. si verò. num. 395. ff. solut. matr.

53 ¶ Non obstat denique vltimum: quòd † dictum instrumentum, quamuis rogatum à notario nõ matriculato valeat, cum statutũ loquatur in personã & sic non habeat locum in notario forense. Quia respondetur duobus modis, & primò, quòd dictum statutum expresè prohibet forensem recipere instrumẽtum cum clausula annullatiua, quo casu cessat obiectum, Ang. in cons. 194. colum. 1. Dec. in consil. 17. in princip.

¶ Secundò dicitur, ꝙ etiamsi non faceret expressam mentionem de notario forense sed simpliciter quòd notarius non approbatus à Collegio nõ possit recipere instrumentum, tamen ligaret notarium forensem, quamuis loquatur in personã: quia apud
54 omnes receptum est, quòd † quando statutum non inhabilitat simpliciter notarium sed cũ aliqua modificatione, tunc comprehendit etiam forensem, vt probatur ex notatis per Bal. in l. cũctos populos, in septima car. in verb. tertio casu. C. de sum. trin. & fide catho. vbi dicit, quòd quando statutum aliquid vetat cum aliqua modificatione, puta quòd pater non possit testari inter liberos cum sex testibus, tũc ligat forensem, allegat. l. secundam. C. quemad. test. aper. sed sic. est in casu præsenti: quia dictum statutum nõ prohibet simpliciter notarium non recipere instrumenta sed cum modificatione, nisi fuerit approbatus à collegio & matriculatus, ergo &c. & in terminis nostris ita dixit Soc. in cons. 97. col. secũda vol. prim, vbi tradit, quòd si statuto caueatur: ꝙ notarius non possit conficere instrumenta, nisi sit matriculatus, iurauerit, & satisfecerit, ꝙ cõprehendit forensem notorium. Ruin. in consi. 201. volum.

primo, vbi consuluit quòd stante statuto Mantuano, ꝙ nullus notarius, qui nō fuerit per Collegium deputatus, assumptus : approbatus & descriptus in Collegio, & matricula notariorū possit nec valeat actum notariatus neque aliquem actum conficere sub pœna: quòd si notarius forensis fuerit rogatus in loco subiecto dicto statuto non valet instrumentum, quia non fuit seruata forma dicti statuti, cum statutum non inhabilitat præcisè notarium, sed cum quadam modificatione, videlicet, quando nō est in Collegio receptus & non est in matricula descriptus, dixi in consilio 93. numero 27. volumine 3. vbi citaui ad hoc alias auctoritates. Ex his igitur concludendum esse arbitror, legitimationem prædictam non valere ex causis suprà adductis & allegatis, & etiem quia in impetratione huius legitimatio
55 nis non fuit narratum Comiti Palatino, quòd † feudum Terzolij erat antiquum, ex cuius taciturnitate legitimatio redditur obreptitia. Ruin. in consil. 36. numero 13. volumine primo, dixi in consilio 22. numero 22. volumine 3. quod & voluerunt Signor. de Homod. in consilio 218. numero 9. Socinus Iunior. in consilio 95. numero 18. volumine 3. in consilio 14. num. 3. volum. 2. & 99. num. 40. vol eod. Modern. in consuet. Parisi. §. 8. n. 39. Iul. Ferret. in tract. de obed. & pace in fi. Zas. in trac. feud. in octauo par. num. 84. Franc. sansoloch. in trac. feud. in noua par. num. 68. Isern. Alua. in c. primo §. naturales. vbi etiam Aflic. in 2. notabili, si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Cepha. in cons. 186. num. 30.

SVMMARIVM.

1 *Actor probare debet quod est fundamentum suæ intentionis,*
2 *Intentio cuiuscunque probanda est, siue quis agat, siue excipiat, siue asserat, siue neget, aliàs succumbere debet, etiam si reus nihil præstiterit.*
3 *Litigans temerè in expensis condemnandus est.*
4 *Pactum de retrouendendo probari debet per duos testes.*
5 *Testes singulares non probant.*
6 *Testes mille singulares tantum probant [illegible]tum vnus.*
7 *Pactum de retrouendendo quando probatur per testes singulares & coniecturas.*
8 *Testis deponens super confessione facta parte præsente facit semiplenam probationem.*
9 *Probationes plures imperfectæ vbi non differunt numero & specie non coniunguntur, secus si differunt mero & specie.*
10 *Probatio vnius testis de veritate & probatio fama, vel concessionis facta per duos testes absentia partis, vel per vnum testem in præsentia partis, plenè probant.*
11 *Actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem.*
12 *Confessiones factæ parte præsente, & si probent, tamen id intelligitur quando à parte fuissent acceptatæ. quod declara vt in num. 18.*
13 *Testis vnus omni exceptione maior deponens de pacto de retrouendendo iuncto cum iuramento suppletiuo facit semiplenam probationem.*
14 *Testis omni exceptione maior dicitur quando contra eius personam nihil opponitur.*
15 *Iuramentum suppletiuum & si deferendum non sit in causis magnis, tamen hoc locum non habet vbicunque aliquid est probatum vltra semiplenam probationem.*
16 *Confessiones factæ à diuersis parte absente faciunt præsumptionem.*
17 *Pactum de retrouendendo plenè probatur ex duabus confessionibus probatis per duos testes deponentes diuerso tempore sed parte præsente.*

CONSILIVM L.

QVONIAM Apud omnes receptū est quòd actor probare debet id ꝙ † 1
est fundamentum suæ intentionis. l. verius. ff. de probatio. l. ei qui dicit. ff. eod. titul. l. actor quod assueuerat. C. eod. tit. Socin. Iun. in consilio 12. numero 3. volumine primo. Port. in consilio 55. numero 10. 136. numero 8. & 169. numero 6. vbi in-
2 quit, quod † probanda est cuiuscūque intentio, siue quis agat, siue excipiat, siue asserat, siue neget, aliàs succumbere debet, etiam si reus nihil præstiterit. l. qui accusare. C. de eden. Soc. Iun. in consilio 75. numero 3. volumine primo. Cephal. in consilio 218. nu-
3 mero 3. & 268. numero 2. aliàs tanquàm temerè † litigans debent in expensis condemnari. l. eum quem temere. vbi Bart. ff. de iud. Iccirco videndum venit, an Domina Antonia de Sorleonis quæ egit contra Dominum Franciscum de Cæsarinis ad retrouenditionem palatij Maluesini vigore pacti sibi facti (vt asseritur) probauerit intentionem suam. Prima-
4 que facit dicendum videtur quòd non, cum † pactum ipsum probari debuerit per duos testes. l. vbi numerus. ff. de testib. & ita in terminis nostris tradit Alexand. in consilio 122. volum. primo, quem sequitur Gozad. in l. secunda, numero 335. circa fin. C. de pact. inter empt. & vend. quòd equidem probatum non reperitur per dictam Dominam Antoniam.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd ad sint sex testes, qui super dicto pacto deposuerunt. Quia respondetur, quòd † omnes sunt singulares, qui non ꝓ-
5 bant. Bal. in l. de quib. ff. de ll. Dec. in cons. 402. num. 15. & Bal. in l iusiurandi. versi. deinde nota. C.
6 de testib. vbi ait, quòd † tantum probāt mille testes singulares quantum vnus. Alex. in consi. 21. volum. 4. Dec. in cons. 310. in fi. Soc. Iun. in consil. 50. numero 5. volum. primo, 146. nume. 9. volum. eod. & 90. num. 8. volum. 2.

¶ Nec refragati videtur si dicatur, quòd imò pactum de retrouendendo probatur per testes singulares & coniecturas, vt voluit Paul. de Castro in cōs. 280. secundum antiquam impressionem. Quia dici-
7 tur, quòd † aut sumns in casu, in quo præsumitur cōtractus vsurarius, & agitur de probatione fraudis & tunc sufficit probare pactum per coniecturas, & ita loquitur Castrens. vbi suprà. Aut verò agitur de probādo pactum ad finem & effectum, vt sequatur retrouenditio, & non vt redarguatur contractus vsurarius, & tunc requiritur vera probatio duorū testium. Alex. in citato cons. 122. volum. primo, ita notabiliter distinguit Dec. in cons. 18. colu. fi. quam distinctionem inquit menti tenendam Gozad. in d. l. secunda, num. 355.

¶ Pariter non obstat, quòd in casu præsenti probetur plenè ipsum pactum per testes examinatos ad instantiam ipsius dominæ Antoniæ, quia Petrus Antonius deponit de confessione dicti pacti facta per dictum dominum Franciscum præsente ipsa do-
mina Antonia, † quæ facit semiplenam probatio-
8 nem, & similiter Albertus Gaia deponit de alia confessiones facta etiam præsente parte, quæ ambæ confessiones simul iunctæ faciunt plenam probationem, teste Paul. de Castro in citato consil. 280. co. 3.

Quo-

9 Quoniam respondetur, q† vbi plures probationes imperfectæ non differunt numero & specie non cõ iunguntur. secus si differunt numero & specie: quia tunc coniunguntur. ita Ruin. in consil. 72. col. 2. vo
10 lum. 4. vbi inquit, q † quando concurrunt plures probationes imperfectæ, quæ differunt numero & specie, sicut probatio vnius testis de veritate & probatio famæ vel confessionis factæ per duos testes in absentia patris, quod isto casu dictæ probationes, quæ differunt numero & specie plene probant, secus quando sunt plures probationes imperfectæ, quæ numero tantum differunt & non specie: quia tunc non coniunguntur ad effectum plenæ probationis: sicut quando probantur diuersæ confessiones in præsentia partis, & alij duo de alia simili confessione, & reddit rationem, quia isto casu dictæ cõfessiones eiusdem speciei intelligũtur factæ, vt quis habeat plures probationes, secundum Bart. & alios in l. triticum. ff. de verbo. obligat. per l. Sempronius. ff. de lega. secundo, propterea non debent coniungi, vt ex eis resultet vna tantum probatio: quia
11 † actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. sed quando probationes imperfectæ differunt numero & specie, vna intelligitur fieri coadiuuandum alteram, Iccirco coniunguntur ad effectum vnius perfectæ probationis, secundum Bart. in dicta l. admonendi, qui sic debet intelligi, idem voluit Butr. in capit. licet ex quadam. in tertia columna de testibus, quem sequitur Alexand. in consilio 37. numero 6. volum. 5.

12 ¶ Vlterius dicitur, quòd † etiam dato q tales cõfessiones factæ præsente parte plenè probarent, tamen illud debet intelligi quando fuissent à parte acceptatæ, & sicà dicta domina Antonia & non aliter Cyn. in l. prima, quæst. sexta, C. de confes. vbi etiam Saly. in 15. oppositione. Saly. in l. iubemus. C. de lib. cau. vbi infert, quòd non sufficit vt testes producti dicant confessionem fuisse factam parte præsente, nisi etiam dicant & acceptante. in l. generaliter. in sexta quæst. C. de non nume. pecun. Felyn. in cap. si cautio. columna quinta, de fide instrum. in cap. capitulum. columna duodecima, de rescript. Crot. in consilio 41. numero 9. Iason. in l. postquàm liti. columna prima, C. de pact. Soc. in regula, 63. in secunda ampliatione. Bald in l. suus. C. de repud. hæred. Lup. in cap. per vestras. carta 72. columna secunda, de dona. inter vir. & vxor. Alexand. in consilio 174. colum. prima volum. 6. & 212. columna sexta, in fin. volum. eod. Bertran. in consilio 83. & 86. col. secunda volum. 2. Vital. in tract. claus. clausula 54. Caffan. in consue. folio 366. colum. prima, Paris. in cons. 131. colum. penult. volum. primo, Rebuff. in concord. fo. 253. Alc. in rubrica de verbo. oblig. num. 3. quam partem vti communem sequuntur Ias. in l. error. C. de iur. & facti igno. Cur. Sen. in cons. 78. & Cur. Iun. in cons. 149.

¶ Verum præmissis non obstantibus sententia contraria in casu: de quo agitur, de iure verior esse videtur. Quoniam etsi recepta sit doctorũ sententia q pactum de retrouendendo probetur per duos testes, vt supradictum fuit, tamen etiam alia est appro
13 bata doctorum conclusio, quòd † quando pars probauit per vnum testem omni exceptione maiorem de pacto de retrouendendo, ille facit se implenam probationem. glo. communiter approbata in l. admonendi. ff. de iuriur. vbi communiter Scriben. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur. & de hoc est casus. in c. fi. de succes. ab intesta. Soc. Iun. in cons. 31. numer. 5. volum. 2. Port. in cons. 12. nume. 9. & quam communem inquit Curt. Sen. in dicta l. admonendi. nume. 292. & in terminis nostris per Paul. de Castro in consilio 280. Gozad. in dicta l. secunda, numer. 335. C. de pact. inter empt. & vend. post Alex. ibi per eum citatum, potest ei deferri iuramentum in supplementũ probationis ad effectũ completæ probationis. Paul. de Castro in allegato consilio 280. columna penult. Alexand. in consilio 121. volumine primo, Cagnolus in l. secunda, numero 67. vbi etiam Gozad. numero 335. C. de pact. inter empt. & vendit. sed in ter-
14 minis, de quibus agitur, adest vnus testis † qui est primus omni exceptione maior, contra cuius personam nihil oppositum fuit. l. optimam. C. de cõtrah. & commit. stipulatione. qui deponit de confessione dicti pacti de retrouendendo facti per prædictum dominum Franciscum præsente domina Antonia, ergo cum faciat semiplenam probationem, vt dixerunt Castrens. vbi suprà Curt. Sen. in dicta l. admonendi. numero 298. Ruin. in consilio 72. columna secunda volumine 4. & Alexan. in consilio 37. nume. 5. volum. 5. sequitur quod in supplementum dictæ probationis dictæ dominæ Antonię deferendum sit iuramentum suppletiuum ad effectum completæ probationis.

15 ¶ Nec vis fieri potest, q † tale iuramentum non sit ei deferendũ, cum causa sit magni valoris p ea, quæ dicunt Scribentes in d. l. admonẽdi. & in c. fi. de iure iur. Paul. de Castro in cons. 297. nu. 3. vol. 1. Alex. in cons. 74. nu. 7. vol. primo, vbi dicit, q videmus, q in causis magnis lex noluit q deferri iuramentum possit parti in defectum semiplenæ probationis propter suspicionem periurij ratione magni commodi secus in causis non magnis, vt plene notatur in l. 3. C. de iureiur. rursus in cons. 39. colum. fina. volum. 5. & 94. volum. 6. & 183. num. 7. volumine. eod. & in cons. 68. in fin. volum. 3. vbi asserit hanc esse communem. dixi in cons. 82. num. 22. volum. 2. Quia respondetur. præmissam conclusionem locum non habere quoties iudex videt aliquid vltra semiplenã probationem facere pro actore, & videt personam actoris honestam, quia tunc defertur actori iuramentũ in supplementũ probationis, ita Rom. in dicta l. admonendi. post medium in verb. in eadem, ibi. & in delictis. per tex. in cap. fi. in verbo & causæ. de iureiur. quem sequitur Alex. in cons. 122. colum. secunda, in fin. volum. 2. 76. columna secũda, volumine 6. 186. in fin. & 187. in fin. volumin. 7. At in casu nostro vltra semiplenam probationem concurrunt multa alia adiuuantia dictam semiplenam probationem, videlicet, plures confessiones factæ per dictum dominum Franciscum de dicto pacto absente dicta do
16 mina Antonia, quæ † & si non faciant semiplenam probationem, quia non probatur per testes contestes, tamen faciunt præsumptionem. Alex. in consi. 24. numero 46. volumine 2. Mathes. in notabili. 12. Dec. in consilio 163. columna secunda, versicu. & talis. item & adest alia confessio facta etiam præsente parte, quæ videtur etiam adminiculari aliã, de qua suprà. Vnde his stantibus & qualitate personæ dominæ Antoniæ honestæ negari non potest, quòd ei dictum iuramentum suppletiuum non sit deferendum.

17 ¶ Præterea dici etiam posset, quòd † imò dictum pactum plenè probatum videtur ex duabus confessionibus factis per dominum Franciscum præsente domina Antonia licet diuerso tempore, quæ confessiones cum sint perfectæ in sua specie, & vnaquęque faciat semiplenam probationem, coniungi debent ad plenam probationem faciendam, vt in terminis voluit Paul. de Castro in dicto consil. 280. quem sequitur Ruin. in cons. 40. in fi. volum. 4. vbi allegando Castrens. vbi suprà concludit, q duæ confessio-

nes factæ parte absente coniunguntur & inducunt plenam probationem. Io. Baptista Ferret. in consil. 62. in fi. vbi dicit, ℣ in probando confessionem reiterratam & multiplicatam nunquã attenditur singularitas testium: ac Curt. Sen. in dicta l. admonendi. num. 298. vbi dicit sequendo magis communem doctrinam Bartol. ibi: ℣ coniunguntur duæ semiplenæ probationes perfectæ in sua specie: quamuis diuersi generis, ad plenam probationem faciẽdam, & ad hoc adducit dictum consilium Castr. & multa alia: subdens doctrinam ipsam in iudicando esse obseruandam Soc. Iun. in cons. 90. numero 13. volum. secundo, vbi inquit, ℣ quando testes deponunt de diuersis confessionibus debiti, dicitur probatum debitum, licet testes circa confessiones dicantur singulares.

¶ Non obstant modo adducta in contrarium, Quia ad primum respondetur, quod & si pactum de retrouendendo probetur per duos testes, tamen etiam probatur per vnum testem, deponentem de cõfessione dicti pacti facta præsente parte iuncto iuramento suppletiuo. vt per Alexand. Cagn. & Gozad. vbi supra.

¶ Similiter non obstat dictum Ruin. in d. consil. 72. quia dicitur ipsum sibi ipsi contrarium fuisse, vt in d. cons. 60. in fi. & contra Alex. etiam sunt decisiones suprà citatæ, quas non repeto.

18 ¶ Vltimò non refragatur dum dicitur, ℣ † licet confessiones factæ præsente parte probent contra confitentem, tamen istud procedit quando fuerũt acceptatæ per partem & non aliter. Quia dicitur, ℣ contrariam sententiam tenuerunt Abb. in cap. fi. in 4. notabili. vbi etiam Barba. colu. octaua, de succeſſ. quæ ab intesta. Pau. de Castro in citato consilio 280. colum. tertia, Ruin. in cons. 72. colum. secunda vol. 4. Ioan. Andr. ab Exea in libro pactorum nu. 4. vbi dicit, ℣ contraria opinio est rigida. Curt. Sen. in l. admonendi. num. 298. de iureiur. Dec. in l. postquã liti. col. prima, & quarta. C. de pac. vbi etiam Purpurat. col. nona, in c. at si Clerici. colu. 11. de iud. Franc. in cap. fi. col. tertia, de iureiur. in 6. Are. in consil. 60. Bertran. in consi. 177. col. fin. volumine 3. Catel. Cotta in memoriali incipiente confessio. Parisien. in consilio 75. numero 58. volumine 2. Socinus in consilio 228. columna secunda, & in consilio duodecimo, columna fin. volumine eod. Alexand. in l. suus. C. de repud. hæred. Caccialup. in l. admonendi. col. 67. de iureiur. vbi dicit hoc esse de mente omnium Canonistarum. Guald. in caut. sexta, in titul. de leg. Ruin. in consilio 128. colum. quarta volum. 2. Natta in consi. 260. in fin. Alcia. in trac. præsumpt. in tertia regula præsumptione 21. vbi dicit hanc partem veriorem & communem. Claud. in dicta l. postquàm liti. col. secunda, & Dominus Fran. Bursat in consil. 2. num. 15.

¶ Secundò responderi potest, quòd prima sententia locum sibi vindicat quò ad effectum reuocationis: vt confessio non possit reuocari, quia tunc requiritur acceptatio, & ita loquitur Salyc. in dicta l. generaliter. Barba. in dicto cap. fi. colum. octaua, de succesio. ab intesta. Dec. in citato cap. at si Clerici. numero. 25. de iud. Soc. in regula 69. in prima fal. Iaſ. in l. error. colum. prima. C. de iur. & facti ign. & per Anto. Gabr. in suis com. opin. lib. 1. in titu. de confes. conclusione secunda, versic. pro concordia, vbi multos alios citat.

¶ Tertiò limitatur dicta conclusio: vt locum nõ habeat quando confesio facta parte præsente est ei fauorabilis, vt in casu præsenti. Alex. in dicta l. suus. C. de repud. hæred. Paris. in citato consi. 75. num. 58. volum. 2. & Anto. Gabr. vbi suprà colum. penult. & fi. vbi multos concordantes allegat. Iacob. Emil. in consil. 20. num. 6. Petr. Duen. in regula 119. num. primo, in fin.

SVMMARIVM.

1 *Ius oritur ex facto, in quo totum pondus rei consistit.*
2 *Diuisio fieri potest de re subiecta fideicommisso.*
3 *Iura quæ volunt, quod in feudo paterno locum habeat ius accrescendi inter fratres procedit, quando in diuisione aliquid remansit de feudo penes superuiuentem.*
4 *Argumentum procedit de feudo ad fideicommissum.*
5 *Diuisionis natura est, quòd vnus diuidentium teneatur alteri de euictione.*
6 *Diuisio, quæ fit à partibus, vim habet permutationis.*
7 *Aequalitas in diuisione est seruanda inter fratres & inæqualitas euitanda.*
8 *Aequalitas est inductiua concordiæ & inæqualitas discordiæ.*
9 *Feudum si in diuisione fratrum peruenit ad vnum & alteri allodium mortuo illo, cui obuenit feudum relicta filia hærede, dominus feudi potest ad se feudũ auocare, nec filia pro tali auocatione agere potest contra patruum.*
10 *Quod amplia procedere, quando etiam feudum non euinceretur à domino sed à fratre superstite.*
11 *Euictio non debetur per venditorem emptori cohæredi, quando illa sequitur ex ordinatione defuncti.*
12 *Fideicommisso non intelligitur renuntiatum per diuisionem bonorum, etiam quòd ipsa esset clausula, de defendendo in omnem casum & euentum & ab omni persona.*
13 *Bona subiecta restitutioni fideicommissi assignata vni in diuisione, licet possint ab eo auferri tamẽ euictio sibi non debetur, etiam si esset promissa: quia vbi euictio sequitur ex facto alicuius vel eius authoris, non potest in illo casu de euictione agere.*
14 *Fideicommissum non censetur remissum per simplicem diuisionem.*
15 *Remissio fideicommissi censetur species donationis, quæ non de facili præsumitur.*
16 *Quod amplia procedere, si in diuisione fuisset promissum de non contraueniendo.*
17 *Protestationes conseruant ius protestantium.*
18 *Bald. in l prima. colum fi. C. quand. non peten. par. communiter reprobatur.*
19 *Regula l. vindicantem. ff. de euictio. locum non habet, vbi euictio sequitur ex natura rei vel ex facto authoris.*

CONSILIVM LI.

1 QVONIAM † ex facto ius oritur. l. si ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. Aquil. Bart. in l. prima. columna secunda. C. de lit. contestat. Soc. Iun. in consil. 49. in princ. volum. primo, 58. in princip. volumine eod. & 94. numero 28. volumin. 2. & in quo totum pondus rei consistit. Bald. in l. petens C. de pact. Paris. in consil. 32. num. 23. volum. primo, vt clarior reddatur præsens cõsultatio factum ipsum proponitur quod est tale. Magnificus quõdam Dominus Ludouicus de Balneis Mantuanus instituit hæredes tres nepotes ex fratre, videlicet, Magnificos Dom. Marcum Antonium, Fabritium & Ferrandum, & vnicuique decedenti sine filijs substituit superstites, & prohibuit bona sua alienari, quia voluit perpetuò in sua familia remanere, nec vnquàm exire de nomine & familia ipsius testatoris. Demum hi tres instituti, cum inter eos deueniſſent ad diuisionem bonorum tam

pa-

patrui quã patris, conuenerunt vt Magnificus Marcus Antonius tantùm habeat quædam bona paterna, Dominus Fabritius quædam bona à patruo relicta & fideicom. subiecta, & quædam alia bona paterna cum onere soluendi Magnifico Domino Ferrando fratri pensionem seu libellum limitatum ad ratam bonorum paternorum & patrui. Accedit ℘ Magnificus Dominus Fabritius, qui habuit bona patrui subiecta fideicommisso & alia paterna, & qui alteri fratri tenebatur soluere pensionem, ab humanis decessit nullis relictis filijs & multo ære alieno pressus, adeò quòd eius creditores instant immitti in possessionem bonorum ipsius defuncti: Fratres, ex aduerso replicant. dicti enim Magnifici Domini Marcus Antonius & Ferrandus (quòd cum dicta bona Magnifici Domini Ludouici sint prohibita alienari, & ad eos spectent) tanquam vocati ex substitutione patrui non possunt à creditoribus molestari. Creditores verò dicunt non venisse casum fideicõmissi: nisi respectu portionis Domini Fabritij, & sic tertiæ partis, non autem aliarum duarum tertiarũ, quæ spectabant fratribus superstitib. & sic ipsis Magnifi. D. Marco Antonio & Ferrando, à quibus D. Fabritius causam habuit virtute diuisionis & ideo ipsis licere percipere cõmoditates ex dictis duabus partib. cum onere soluendi illam portionem. D. Ferrando. Modò quæritur, quis ipsorum partiũ melius induat arma: omnibus igitur animaduersis videtur
2 prima facie dicendum, ℘ † etsi diuisio huiusmodi
9 quòd † quando vni ex fratribus hæredibus obuenit ex causa diuisionis feudum & alteri allodium, quòd mortuo sine masculis illo, cui obuenit feudũ relicta filia hærede, si Dominus aduocauit ad se feudum, filia non possit agere pro tali aduocatione cõtra patruum. Alex. in consi. 21. colu. 3. vers. 3. principaliter, vol. 5. Rui. in con. 7. col. 2. vol. 1. 92. col. 2. vol. eo. cons. 11. col. fi. vol. 1. & 42. num. 19. vol. eod. Aret. in cons. 3. in princ. vbi loquitur, quando vni in diuisione assignata fuit res emphiteutica & alteri bona allodialia. Bero. in cons. 108. nume. 21. volu. 1. si ergo filia hæres non potest agere in casu supradicto contra patruum, ergo multo minùs debent posse agere creditores contra prædictos D. Marcum Antonium & Ferrandum ad effectum de quo suprà, & dicunt Bald. & Saly. in d. l. si familiæ. in vltima quæst. post
10 Guid. de Suza. idem esse † quando feudum nõ euinceretur à domino feudi, sed etiam à fratre superstite: vt quia feudum erat paternum, & ex natura inuestituræ poterat euinci à filia fœmina mortuo fratre sine masculis, quos sequuntur Ruin, in d. con. 11. colum. fin. 146. num. 3. vol. eod. 137. nume. 12. volu. 2. & 92. num. 29. volu. 3. Alex. in citato con. 21. colu. 3. Bero. in con. 108. num. 22. volum. 1. Socin. Iun. in consi. 119. colum. 1. vol. 3. & ideo dicit Bal. in dicta l. si familiæ, in vers. vltimò quæritur. ℘ nõ tenebitur patruꝰ ad quem redijt feudum, filię fœminę facere partem de allodijs quæ iure optimo possidet ex diuisione. Ergo idem concludendũ venit in terminis nostris, scilicet, quòd cum dicta bona fideicomissо subiecta, quæ peruenerunt ad dictum D. Fabritium ex diuisione, & qui sciebat ea subiecta restitutioni, fuerint euicta secundum naturam suam, & ex facto authoris eorum, ℘ dictis creditoribus nullum ius competit in dictis bonis, nec in aliqua eorum parte. Et accedendo magis ad proxima pro hac parte adduco, Craue. in consil. 24. num. 1. vbi inquit, ℘ in casu suo Nobilis Franciscus non tenebatur de euictione dupliciter respectu. Primò, quia Castrum de quo ibi, videtur euinci ex facto substitutionis authoris Nobilis Petri ex substitutione facta per Nobilem Antonium eius patrem, quo casu cessat obligatio de euictione. Bar. in d. §. duo fratres. in prima quæstione. Secun-

3 non peten. part. vbi inquit, ℘ † iura, quæ volunt, ℘ in feudo paterno habeat locum ius accrescendi inter fratres, seu ℘ frater succedat fratri etiam facta inter eos diuisione, locum habeant, quãdo ad superuiuentem aliquid remansit de feudo, quia tunc portio potest portioni accrescere, secus vbi feudum in totum fuisset in diuisione præmortuo assignatũ, quia tunc nihil ei accresit. & cum Bald. pertranseunt Alex. in cons. 15. col. fin. vol. 1. Cur. Sen. in cons. 50. colum. 10. vers. secundò etiam vltra. Dec. in cons. 263. columna pen. in fi. ergo idem dicendum venit in casu præsenti, vbi bona subicta fideicommisso in totum deuenerunt in diuisione ad vnũ ex dominis fratribus, ar-
4 guendo † de feudo ad fideicommissum. Isern. in c. 1. §. hoc quoque. col. fi. in prin. de succes. feudi Dec. in cons. 445. num. 33. Soc. 116. colum. fin. volu. 1.

¶ Secundò dicitur, quod cùm dictus D. Marcus Antonius teneatur de euictione alteri fratri virtu-
5 te dictæ diuisionis de † cuius natura est, quòd vnus diuidentium regulariter teneatur alteri de euictione. l. si familiæ. C. famil. ercis. l. si fratres. vbi Bart. & alij. C. com. vtr. iudic. l. cum pater. §. euictis, de lega. 2. Ruin. in cons. 11. col. 2. vers. 3. principaliter. volum. 1. Bart. & alij in l. qui Romę. §. duo fratres. in vltima
6 quæst. de verb. oblig. quia diuisio † quæ fit à partibus habet vim permutationis. l. communi diuidundo. §. si debitor. com. diuid. Ripa in dicto §. duo fratres. numero nonagesimo septimo. quòd non possit repellere creditores ab immissione, de qua suprà requisita per l. vindicantem. ff. de euictio. vbi quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

¶ Tertiò accedit. Nã † æqualitas est seruanda inter 7
fratres in diuisione, & inæqualitas euitanda, cùm † 8
æqualitas sit concordiæ inductiua, & inæqualitas discordiæ. Soc. in con. 4. col. 2. in 1. vol. Rub. Alex. in cons. 7. numer. 7. sed si nos diceremus, quòd dictus Magnificus dominus Marcus Antonius deberet habere dicta bona paterna libera, & Magnificus dominus Fabritius subiecta fideicommisso, vtique induceretur inæqualitas inter ipsos, cùm magna differentia inter vnum casum & alium. Igitur vt ipsa inæqualitas euitetur dicendum venit, quòd dictus dominus Marcus Antonius non possit impedire creditores in dicta immissione, cum de euictione contra eum agi possit. Doctores in l. cum pater. §. euicti. de legat. 2. Bald. in authen. ex testamento. colum. prima, de colla. vel saltem immittendi sint in possessionem dictarum duarum tertiarum ad effectum de quo suprà.

¶ Veruntamen eis non obstantibus, contrariam opinionem in casu nostro veriorem esse arbitror, ℘ Magnifici DD. Marcus Antonius & Ferrandus molestari non possunt per creditores D. Fabritij in dictis bonis subiectis fideicommisso, & quæ ad eorum manus peruenerunt per mortem D. Fabritij ex vi substitutionis ordinatæ per D. Ludouicum ipsorũ patruum, & in eius testamẽto. Ad quod dicẽdum moueor ex infrascriptis. & primò ex decisione Bart. & aliorum in l. si familiæ. C. fam. ercis. vbi concludũt,

dò, quia dictum Castrum fuit euictum secundum naturam suam: quia erat subiectum restitutioni de quo notitiam habebat Dom. Perus tempore diuisionis. Ideo non videtur locus iudicio euictionis, & quãuis Craue. in casu suo recedat ab hac sententia, ideſt per alia media, vt ibi eum. Rui. in con. 146. numero 2. versũ. sed præmissis. vol. primo. inquit, & si Petrus emptor & Andreas venditor erant hæredes Cosmæ ex testamento cum quibusdam alijs, & omnes ad inuicem substituti, si alter eorum decesserit sine filijs masculis, & qui Petrus sciens dictam institutionem & substitutionem, emerit partem hæreditatis & bonorum hæreditariorum dicti Andreæ cũ promissione de euictione, & secuta euictione p̃ mortem Andreæ sine filijs decedentis, & per quem euenit casus substitutionis, indistinctè non debetur e-
11 uictio promissa etiam respectu pretij: quia † vbi plures sunt cohæredes, qui inter se contrahunt, vnus non tenetur alteri de euictione cum sequatur ex ordinatione authoris sui defuncti & qui ordinauit q̃ vno defuncto sine filijs pars sua perueniat ad alios: sicut nec teneretur ex euictione secuta facto ipsiusmet, cui euicta est: secundum Bartol. cum quo alij transeunt in dicta l. qui Romæ. §. duo fratres. in prima quæstione, & subdit Ruin. non esse faciendam differentiam inter diuisionem eo casu: quo loquuntur Doctores vbi suprà & emtionem quando emptor fuit sciens & contingit euictio ex natura rei vel ex ordinatione authoris, cùm vtroque casu militet eadem ratio. Et ideo non mirum (secundum eum) si Alex. in cons. 21. col. 3. volum. 5. loquitur de actu diuisionis vel alio simili. Ergo idem dicendum venit in casu nostro, vbi Magnificus Dominus Lodouicus in suo testamento prouidit, q̃ vnicuique decedenti sine filijs substituebat superstites Iterum Ruin in cõ filio 11. colum. fina. uume. 12. vol. 1. vbi tradit quòd cum in casu suo D. Iacobus volebat admitti ad feudum ex ordinatione authoris sui defuncti & sic patris sui, qui ordinauit & prouidit, q̃ vnò ex fratribus moriente sine filijs alius succedat, filiæ Dominorum Leonelli & Christophori nõ possunt agere de euictione contra Dominum Iacobum Rursus in cons. 137.
12 numero 12 volumine 2. vbi consuluit, quòd † per diuisionem bonorum factam non intelligitur remissum fideicommissum etiam quod in diuisione esset clausula de defendendo in omnem casum & euẽtum & ab omni persona: quia dicta clausula includit solum quamlibet litem, casum, & euentum euictionis, quæ sequi posset ex facto tertij: sed non includitur in ea euictio, quæ prouenit ex natura rei vel ex facto illius, cui promittitur vel authoris sui. l. fundũ. de euictio. & ideo subdit, si petatur fideicommissum post mortem alterius per superuenientem, dicitur peti ex facto grauati seu authoris illius præmortui, qui illud reliquit, & quod reputatur factũ ipsius grauati: secundùm glo. in l. si seruus. in princ. ff. de cond. furt. Item ex facto ipsius proprio, id est, ex quasi suo contractu: quem iniuit adeundo. l. apud Iulianum. §. fi. ex quib. cau. in poss. ea. allegat ad hoc notata in dicta l. si familiæ. quod & voluit idem Ruin. in cons. 7. col. pen. in fin. vol 3. vbi dicit, quod
13 † licet bona assignata vni in diuisione possint ab eo auferri, eo quòd restitutioni fideicommissi subiaceant, tamẽ quòd euictio sibi non debetur, etiam si esset promissa: quia quòd bona sibi assignata possint ei auferri ex capite præmisso, hoc prouenit ex facto suo, id est, ex sua conuentione & promissione. & ideo non debet audiri: quia si propter talem promissionem eo præmoriente sine filijs ab hærede suo fuisset ablata per alterum ex fratribus suis superuenientibus, non posset eius hæres contra illum eui-
cit agere de euictione. quia vbi euictio, sequitur ex facto alicuius vel eius authoris, non potest in illum casum de euictione agere, dicta l. fundum meum. Rursus in consilio 92. nume. 28. cum sequenti volulum. 3. dicens, quòd ex quo euictio sequitur ex facto Alberti, de quo ibi, ex quo ex præordinatione defuncti à quo causam habuit bona deuenerunt ad alios ex fideicommisso, & cuius personam Albertus repræsentat, factum ipsius defuncti censetur factum Alberti, & perinde est ac si ipse à quo euincitur sibi ipsi euicisset, prout dicunt Bartol. & cæteri in dicto §. duo fratres. in prima quæstione, & in terminis fideicommissi idem voluit Socin. Iun. in consil. 123. nume. 131. versicu. 4. & postremò volum. 1. Socin. in cons. 31. num. 6. volu. 4. Ex his igitur resultare videtur vera conclusio, quòd sicut hæres domini Fabritij non potest agere de euictione contra dominos Marcum Antonium & Ferrandum ex causis & rationibus suprà adductis & allegatis, ita nec possint agere contra eos prædicti creditores, & eo magis id dicendum venit, cum dicta diuisio facta fuerit simpli-
14 citer, † per quam non censetur renunciatum fideicommisso. Bartol. & cæteri in l. qui Romæ. §. duo fratres, in prima quæstione. ff. de verbo. oblig. quo-
15 niam † remissio ipsa donationis cuiusdã species esse censetur, quæ non faciliter præsumi consueuit. l. cum de indebito. de probation. l. Campanus. ff. de oper. libert. Ruin. in consilio 137. numero sexto, versi. sed præmissis. volumine secundo, Alba in consilio 34. num. sexto, & quam partem vti communem amplectuntur Alexan. in consilio 280. numer. quarto, volumine sexto, Ruin. in cons. 92. num. 20. volu. 3. Bero. in cons. 130. in princ. volum. 2. Imò plus dici-
16 tur, quòd † etiam si fuisset promissum in diuisione hinc inde de non contraueniendo, non censeretur remissum ipsum fideicommissum, Bartolus in dicto §. duo fratres. in 2. quæst. Ruin. in consil. 157. suprà citato, vbi asserit hanc esse communem. ac in d. consilio 92. numero 20. in fi. & Bero. vbi sup. Port. in cons. 135. numer. 16. cum seq. & Ias. in cons. 173. numero 6. volu. 4. vbi consuluerunt in casu, in quo erant aliæ clausulæ maiores & tamen concludunt, per diuisionem non fuisse renũtiatum fideicommisso. Si ergo non censetur ei per dictam diuisionem renunciatum, ergo multò magis id fatendum venit in terminis nostris, stantib. protestationib. factis per diuidentes in ipsa diuisione, quòd per eam non intendebant recedere à testamento d. quon. Magnifi. D. Ludouici patrui, aut fideicommisso in illo testamento contento præiudicare, sed illæsum remanete, per quam clausulam satis apertè demonstratur, diuidentes ipsos noluisse derogare ipsi fideicommisso.
17 Nam † protestationes conseruant ius protestãtium. gl. in l. si debitor. §. 1. vers. salua pignoris causa. ff. qui pot. in pign. hab. l. non solùm. §. morte. vbi Ias. num. 50. ff. de nou. oper. nunt. Port. in cons. 61. numer. 40. vbi protestatio ius protestantis in tuto collocare existimatur. & in cons. 117. num. 3. vbi reseruatio iuris Isach. & Salomonis in bonorum paternorum diuisione facta, vt sub fide mutuare possint, de illo nihil quicquàm diminutum fuisse iudicandũ est, cum reseruatio ipsa eius qui reseruat ius, teneatur c. cum venerabilis. de excep. & in casu nostro per Cepha. in consilio nonagesimo sexto, numero nono, cum sequenti.

¶ Superest modo vt ad contraria respondeatur, & deueniendo ad primum argumentum dici-
18 tur, quòd non obstat † decisio Bald. in dicta l. prima. C. quand. non peten. part. quia est sibi contrarius, vt patet ex notatis per eum in dicta l. si familiæ. in fin. vbi dicit, quod si res non euincitur per domi-

num

hum sed per patruum puellæ: ad quem redijt feudum: quia vnus decessit sine masculo hærede, quod euincenti non obstat exceptio diuisionis. Rursus in l. prima: in 11. quæst. ff. de rer. diuis. dicens, quod si vni fratrum datum est feudum in parte, & ille decedit absque hærede, feudum reuertitur ad fratres, subdens de hoc esse casum in c. satis benè, de prohi. feud. alien. per Lotha. & contra Bald. esse communem inquiunt Aret. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in decima quæst. ff. de verbor. obliga. Ruin. in consil. 8. colu. pen. versi. non obstant notata. vol. 1. & in consil. 11 col. fin. vol. eod. Vnde sicut in casu, de quo suprà: non obstat illa decisio: ita nec illa obstare habet in terminis nostris.

16 ¶Ad secundum respondetur, q; regula d. l. vindicantem, non militat vbi euictio sequitur vel ex natura rei, vel ex facto authoris: vt de primo per Bar. Bal. Ang. & Saly. in d. l si familiæ. dum volunt in terminis quæstionis ibi formatę per gl. quando vni ex fratribus in totum peruenit feudum, alteri allodiũ, & ille decedit sine filijs masculis relicta filia fœmina si quidem Ecclesia vindicat feudum, filia non poterit agere de euictione, dummodo non promiserit de euictione in specie secuta ex natura rei: quia simplex promissio de euictione intelligi debet secundum naturam actus super quo interponitur. l. si legati serui nomine. de leg 1. Alex. in cons. 21. colum. 3. volum. 5. Roma. in cons. 502. col. fin. vers. vltimo moueor. Crot. in d. §. duo fratres. nu. 78. & Ripa num. 43. Ruin. in cons. 11. colum. fi. volu. 1. cons. 7. num. 16. cons. 14. colum. 5. vers. sed contrarium. in consil. 42. num. 19. volum. eod. cons. 137. num. 12. volu. 2. & 72. num. 5. volum. 5. Dec. in cons. 411. col. fi. Bero. in con. 41. num. 48. vol. 1. vbi dicit, q; vbicunque euincitur res ex qualitate inhærente ipsi rei seu ex natura rei, tunc non debetur euictio. l. si quis domum. §. penu. ff. loca. Videtur enim res cum sua qualitate & natura adiudicata. l. & puto. §. fi. ff. famil. ercis. Bal. in d. l. si familiæ, col. vltima. vers. 2. noto. Iterum in consil. 156. num. 10. vol. eod. Craue in cons. 24. colu. prima. Vel ex facto authoris, Bart. & alij in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in quæst. prima: in vers. quarto dicit, vbi & cæteri. de verb. oblig. Alex. in citato consi. 21. col. 3. Ruin. in allegato cons. 11. colum. fin. vers. quod etiam probatur. in cons. 137. num. 12. volu. 2. Vnde cum in casu præsenti euictio fuerit secuta ex natura rei & præordinatione & facto authoris, videlicet substituentis, sequitur quod iudicium aliquod per creditores intentari non potuerit neq; possit contra prædictos Magnificos D. Martum Antonium & Ferrandum.

¶Ad vltimum respondetur, quod ista ratio inæqualitatis tollitur ex doctrina Bar. & aliorũ in d. l. si familiæ. vbi (secundùm eos) sufficit æqualitatẽ fuisse seruatam ab initio, & partes in diuisione fuisse æquales, prout in casu nostro, vbi quælibet pars sua portione contenta fuit: Vnde si pòst ex aliquo casu de nouo contingenti inęqualitas accideret, illa non debet esse in consideratione, necattendi, vt in proprijs terminis dixerunt Soci. Iun. in cons. 119. in fin. vol. 3. & Bero. in cons. 108. in fi. vol. 1. qui ambo consuluerunt in vno & eodem casu: Nã in terminis nostris non potest considerari inæqualitas, cùm vltra bona subiecta fideicommisso obuenta in diuisione Magnifi. Do. Fabritio etiam peruenerint alia bona paterna, vt in instrumento diuisionis continetur, alia ratione data non fuerunt, nisi ratione æqualitatis seruandæ, quę inter ipsos fratres seruari debet d. l. cùm pater. §. euictis. de legat. 2. Item aduertendum est, quòd si bona obuenta dicto D. Fabritio non fuissent æqualia alijs bonis peruentis D. Marco Antonio, vtique non se astrinxisset & obligasset ad soluendum libellum Magnifi. D. Ferrando alteri fratri tanti valoris, prout se obligauit, cùm nemo præsumatur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probatio. cum alijs vulgaribus.

SVMMARIVM.

1 *Testium publicatio quando est facta & dicta testium sunt dicta, prohibentur alij testes recipi & examinari timore subornationis.*

2 *Iudex quando pronunciauit parte instante dicta testium esse publicata & aperta, & pro publicatis & apertis haberi vult, & intendit, non admittuntur alij testes.*

3 *Duplex funiculus plus operatur quàm simplex.*

4 *Probationes fieri debent ante conclusionem in causa & non post.*

5 *Conclusio in causa est renunciatio omnium probationum & defensionum producendarum.*

6 *Conclusio in causa vbi est facta, amplius deduci vel probari non potest.*

7 *Conclusione in causa facta nihil est producendum nec admittendum sine patris consensu.*

8 *Instrumentum productum post conclusionem in causa habetur pro non producto.*

9 *Conclusum quando est in causa, de ea iudicatur ac si esset lata sententia.*

10 *Conclusio in causa altero ex tribus modis fit.*

11 *Conclusione facta dicitur liquere de causa, & post eam non est cognoscere sed cognitum esse.*

12 *Publicatio testium, quæ de iure non valuit, non est impedimento, quin testes examinari possint.*

13 *Actus quando est nullus eius reiteratio non impeditur.*

14 *Testes qui nulliter deposuerunt, non obstante eorum publicatione possunt de nouo recipi, licet partes testificata didicerint.*

15 *Nullitas examinis causata ex causa partis impedit repetitionem testium & restaurationem temporis probatorij.*

16 *Nullitas etiam per viam exceptionis non potest allegari per eum qui nullitati causam præbuit.*

17 *Quis dicitur esse in culpa, si non petit impedimentum remoueri, quod à superiore remoueri potest.*

18 *Testes minùs legitimè examinati post publicationem testium possunt examinari, quando culpa iudicis non fuerunt perfectè examinati, secus si culpa partis.*

19 *Negligentia arguit culpam.*

20 *Negligentiæ succurri non solet.*

21 *Imputari sibi debet, quia sua negligentia se excludit.*

22 *Renunciare quis tacitè videtur: qui sua negligentia tempus assignatum actum expediendum labi permittit.*

23 *Sententiæ acquiescere videtur & appellationi renunciare, qui congruo tempore non appellat.*

24 *Regressus non datur ad renunciata.*

25 *Negligẽtia arguitur in eo, qui cum opportunis remedijs ad actum vti posset, id non fecit.*

26 *Negligens ex sua negligentia commodum reportare non debet.*

27 *Testes post publicatas attestationes possunt examinari super eo, super quo pars diuinare non potuit.*

28 *Publicatio testium examinatorum pendere videtur à voluntate eius, qui testes examinare fecit.*

29 *Instrumenta de nouo reperta licet possint produci post conclusionem in causa, id tamen intelligitur verum esse: dummodo ante conclusionem in causa quis diligens fuerit in perquirendo, aliàs secus.*

Testium repetitio & examinatio post publicatas attestationes fieri non potest: vbi proceditur etiam de æquitate.

CONSILIVM LII.

DVPLICI ex capite concludendum esse arbitror, restaurationem temporis probatorij requisita ab Antonio Barbarino minimè ei concedendam fore, ex rationibus & causis infrascriptis. Primo quidem capite: quia communis theorica est Scribentium, quòd † quando facta est publicatio testium, & didicita sunt dicta testium, prohibentur alij testes recipi & examinari timore subornationis. Clem. 2. de testibus. cap. fraternitatis. vbi docto. eod. titul. & in authen. qui semel. C. de probat. Alex. in consil. 181. num. 4. volum. 7. Ancha. in consi. 223. Bero. in consi. 100. colum. prima, volum. 3. Ruin. in consi. 164. num. 4. volu. 4. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de testib. vers. 4. limita: vel † quando iudex pronunciauit parte instante dicta testium esse publicata & aperta, & pro publicatis & apertis haberi vult & intendit, vt voluit Bartol. in authen. qui semel. colum. tertia, versicu. quædam est publicatio. quem sequitur Alex. in consilio 181. num. 3. volum. 7. vbi tradit, quod ad hoc vt impediatur noua productio testium propter publicationem, requiritur quòd iudex pronunciauerit dicta testium esse publicata & aperta, & pro publicatis & apertis haberi. Si igitur in vno ex casibus supradictis impeditur productio nouorum testium, ergo multo fortiùs vbi ambo supradicta concurrunt. nam † duplex funiculus plus operatur quàm simplex. auth. itaque. C. com. de succes. not. in l. baliſta.. ad Trebel.

¶ Secundo ex capite: quia ordo iudiciarius expostulat, vt † probationes fiant durante instantia & ante conclusionem in causa, & nō post. c. pastoralis. de exceptio. l. peremptorias. C. sent. rescind. nō posse. Osasc. decis. 146. num. 13. Conclusio enim in causa est terminus exclusiuus omnium probationum. §. quia verò. in auth. de test. Caccialup. in l. admonendi. nu. 234. de iureiur. glo. in c. cum dilectus. de fide instru. Maran. in tract. de ord. iud. parte sexta. in 15. actu. in princ. vbi inquit † conclusionem in causa esse renunciationem omnium probationum & defensionum producendarum. Natta in consil. 251. in fin. Menoch. in tract. de arbitr. iud. quæstion. 39. numero 25 vbi † ea facta amplius deduci vel probari non potest. Rub. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 263. de acquir. possess. Bero. in consil. 129. in fi. volumin. 2. vbi † post conclusionem in causa nihil est producendum nec admittendū sine patris consensu, & ideo vos videmus, quòd † instrumentum productum post cōclusionem in causa habetur pro non producto. Bart. in l. admonendi. colum. prima, in fin. vbi etiam cæteri de iureiur. Bero in consi. 119. in fin. volum. 2. Port. in consil. 134. num. 15. huiusque dicti ratio est: quia † quando est conclusum in causa, iudicatur de dicta causa ac si lata esset sententia Bald. in l. si mater, in §. eandem. ff. de except. rei iud. Iaſ. in l. si licet. colum. 2. C. de procura. Ceph. in consilio 51. numero 19. Bero. in consilio 184. numero 5. volumine tertio. Vnde cùm in casu præsenti conclusio in causa facta fuerit: quia petitum per Antonium sententiam ferri & quæ ab aduersario acceptata fuit per quam petitionem expresè dicunt esse conclusum in causa & non tacitè, vt dixit Menoch. vbi suprà, vbi in num. 4. dicit, conclusionem in causa altero ex tribus modis fieri † aliquando expresè, vt quando petitur sententiam ferri. tacitè, cū actum faciunt, quo demonstratur non esse ampliùs locum productioni probationum, vt quando petitur causam consilio sapientis committi. Tertiò, cùm litigantes omnibus probationib. renūciant. Fely. in c. cum dilectus. num. 27. de fide instru. sequitur. quòd amplius aliquid probari non potest: quoniam, vt ait Natta in consil. 251. in fin. iudex ordinarius post conclusionem in causa nouas probationes admittere non debet: quia conclusio ipsa est terminus (vt iam dictum fuit) exclusiuus omnium probationum, & † quia conclusione facta dicitur liquere de causa. gloss. in verbo liquere. in capitulo, significauerunt. de testibus, & post eam non est cognoscere, sed cognitum esse. Archidiaco. in capitulo finali, de in integr. restitution. relatus per Bald. in authentica qui semel. in fin. C. de probation. Menoch. vbi suprà in princip.

¶ Nec obstat, quod quando testes sunt nulliter examinati, quia extra tempus probatoriū talis nullitas non est impedimento, quin saltem mediante restauratione temporis probatorij possint repeti, ex doctrina Bartol. in dicta authen. qui semel. colu. tertia, vers. quęro quid si publicatio, vbi concludit, quòd † si publicatio de iure non valuit, quia parte non citata, vel die feriata, vel ob alium defectum talis publicatio non est impedimento. arg. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra tab. Alex. in allegato consil. 181. colum. tertia, in princ. Ferret. in consil. 153. Nam † quando actus est nullus, non impeditur reiteratio eiusdem actus. l. qui per salutem. ff. de iure iur. & ideo dicit ibi Bar. per illum tex. quòd † testes, qui nulliter deposuerunt, non obstante publicatione, pōssunt denuo recipi, licet partes testificata didicerint. idem Barto. in dicta authen. qui semel. in fin. colu. glo. in c. cū causam quæ. de testib. & ita omnes tenere inquit Iaſ. in d. l. qui per salutem. colu. 1. Quia respondetur ad decisionem Bar. in d. l. qui per salutem. & in alijs locis suprà citatis, quæ magis videtur obstare, quod illa locum sibi non vindicat: vbi † nullitas examinis causata fuisset ex culpa partis, quæ examinari fecit testes post lapsum temporis probatorij statuti à lege cōmuni vel municipali: quoniam † nullitas etiam per viam exceptionis non est allegabilis per eum, qui nullitati causam præbuit. l. 1. §. si omnes. in fi. ff. de ventr. inspicien. Craue. in tract. de eadem. mul. num. 33. At in casu nostro dictus Antonius Barbarinus dedit causam ipsi nullitati: quia cum sciret vel scire deberet tempus probatorium sibi ordinatum à lege communi vel statutaria fuisse extinctum, non debebat procurare, quod testes examinarentur, & demum requirere à iudice, quod publicarentur, ac dicta ipsorum testium didicere, prout fecit, sed petere debebat restaurationem temporis probatorij lapsi. Vnde cùm hoc non fecerit, culpa sua non debet ei prodesse, sed nocere, cum poterat remouere tale impedimentum mediante recursu ad superiorem, per regulam. l. tertiæ. §. quid ergo. ff. de contr. iudic. tutel. vbi † quis dicitur esse in culpa, si non petit impedimentum remoueri, quod à superiore remoueri potest. Crot. in consil. 31. num. 15.

¶ Et pro hac sententia facit, quod scribit Gulie. de Cuneo in l. veluti. ff. de edend. vbi per illum text. inquit, quod † testes minus legitimè examinati possunt post publicationem attestationum examinari, quod dictum reputant verum. Bald. & Ang. ibi quando culpa iudicis examinantis non erunt perfectè examinati, secus si culpa partis, vt quia minus diligenter & perfectè capitulauit per cap. per tuas. de testibus. Felyn. in d. cap. fraternitatis. colum. 3. in princip.

princ. Ergo idem dicendum venit in terminis nostris, vbi interuenit negligentia dicti Antonij, quæ
19 † negligentia arguit culpam. l. magna negligentia.
30 de verbor. significa. cui † succurri non solet. l. non enim. ff. ex quib. cau. maio. Gui. Pap. quæst. 473. Alex. in consilio 165. columna 2. in fin. volumin. 5. Debet
21 † enim sibi imputare, qui sua negligentia se exclu-
22 dit. l. veteres. ff. de iti. actúque priua. quinimò † tacitè videtur renunciare, qui sua negligentia permittit labi tempus assignatum ad actum expediendum Calcane. in consilio 15. columna 13. in princ. Hinc
23 videmus, quòd † qui congruo tempore non appellat, censetur acquiescere sententiæ & appellatio-
24 ni renunciare. l. ab eo. C. quom. & quand. iud. & † ad iura renunciata non datur regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. ædict. Cepha. in consilio 235.
25 numero 20. cum duobus sequentibus. Arguitur † enim negligentia in eo, qui cum opportunis remedijs ad actum vti posset id non fecit. Socin. in consi. 273. colum. 4. Craue. in consil. 132. num. 4. Cum ita-
26 que hic Antonius fuerit negligens, † non debet ex sua negligentia commodum exportare. l. itaq; fullo ff. de fur.

¶ Pro qua responsione accedit quoq; quod scribit Socin. in cap. fraternitatis. numero 23. vbi concludit, quòd etiam quis admitti potest ad probationem post publicatas attestationes super eo, super quo ante publicationem non potuit super eo facere examinari, nec erat quòd ei super hoc imputari possit. Ergo secus à contrario sensu, quando potuit sibi imputari, vt in casu nostro sequitur Antonius Gabr. in loco suprà relato, numero trigesimonono, cui accedit, quod tradit Crauet. in consilio 65. in
27 principio, & 74. numero sexto, vbi ait. quod † testes post publicatas attestationes possunt examinari super eo, super quo pars diuinare non potuit ante publicationē, ergo secus si potuit prouidere & non fe-
28 cit, vt hic. cum † publicatio testium examinatorum dependebat à voluntate eius, qui nulliter testes examinari fecit. Abb. in capitulo significauit. in secunda columna, de testibus. & ad cuius petitionem debebant publicari. Socinus Iunior in consilio trigesimo quarto. numero quinto & nono, volumine primo.

¶ Additur etiam ad hoc alia conclusio, quæ ha-
29 bet, quòd † licet post conclusionem in causa possint produci instrumenta de nouo reperta. Butr. Imol. & Abb. in cap. cum dilectus. de fide instrumen. Bar. in l. admonendi, columna secunda, de iureiur. id tamen verum esse arbitratur, dummodo ante conclusionem in causa quis diligens fuerit in perquirendo, aliàs secus.

¶ Dicitur etiam, quòd communis opinio suprà relata non procedit. vbi concurrunt tot & tanta, de quibus suprà, videlicet, quòd pars sciuerit nullitatem examinis faciendi post lapsum cuiuscunq; temporis probatorij, illiusque publicationem instetetit, ac didicerit testificata indeq; petierit causam expediri, & sic concluserit in causa, quæ conclusio ab aduersa parte fuit acceptata, quo casu concurrentibus prædictis non videtur quòd admittenda sit aliqua restauratio temporis probatorij ad effectum repetitionis requisitæ: quoniam quando facta est conclusio in causa mutuo partium consensu regula stat firma, quòd post eam etiam non possunt produci instrumenta. Ripa in dicta l. admonendi. numero 48. in fin.

30 ¶ Vltimò non obstat, quòd † ex quo in dicta causa proceditur de æquitate admitti debeat dicta repetitio, vt voluit Homod. in consilio septuagesimo nono, columna penultima. Quia respondetur, quòd etiam vbi proceditur de æquitate habet locum conclusio, quòd publicatis attestationibus nec testes examinati nec alij produci possunt. Aretinus in capitulo constitutis. el. secundo, in fin. de testibus & in capitulo fraternitatis. columna 8. de testibus Alexan. in consilio 83. colum. fin. volumi. 4. Anton. Gabr. vbi suprà in tertia ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Ius exigendi decimas de iure spectat ad rectorem parochialis.*
2 *Decimas soluere quilibet tenetur.*
3 *Ecclesia parochialis fundatam habet intentionem contra omnes suos parochianos super solutione decimarum, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.*
4 *Deus neminem excipit à solutione decimarum.*
5 *Decimas soluere tenentur possessores & qui fruges terræ percipiunt & non alij, & nu. 13.*
6 *Aliud est vniuersitas & aliud sunt singuli homines ipsius.*
7 *Vniuersitas dicitur alia persona & aliud corpus à singulis de vniuersitate.*
8 *Debitum vniuersitatis non est debitum singulorum.*
9 *Liberatio facta vniuersitati non liberat singulos homines vniuersitatis.*
10 *Lis vniuersitatis non dicitur singulorum nec è contra.*
11 *Compromissum vniuersitatis non est compromissum singularium personarum.*
12 *Vasallus vniuersitatis non est vasallus singulorum, veluti si promiserunt aliquid non facere in certo loco, promissio ipsa intelligitur quando vniuersaliter aliquid facerent.*
13 *Actore non probante reus debet absolui, etiam si nihil præstiterit.*
14 *Temerè litigans venit in expensis condemnandus.*
15 *Sententia lata contra particulares ipsis non citatis non valet.*
16 *Citatio est fundamentum iudicij.*
17 *Citatio requiritur vt quis se defendere possit.*
18 *Citationem negans dicitur defensionem denegare.*
19 *Citatio est de iure diuino.*
20 *Citatio dicitur de substantia iudicij, qua omissa sententia lata contra absentem non citatum ei obesse non potest.*
21 *Citatio in qualibet causa interuenire debet.*
22 *Citatio per principem auferri non potest.*
23 *Citatio necessariò requiritur pro ordine & validitate processus.*
24 *Citationis defectus potest semper opponi.*
25 *Citatus vt quis dicatur non attenditur commissio de citando sed executio.*
26 *Citatio contra singulares personas nominatim fieri debet.*
27 *Personas particulares nomine proprio specificare non est necesse in libello.*
28 *Mandatum quando debet referri ad singulos de vniuersitate ita exprimi debet.*
29 *Mandatum habens limitatum non potest fines mandati progredi.*
30 *Procurator constitutus ab vniuersitate non est procurator in causis singulorum nec è contra.*
31 *Mandatum vniuersitatis vt valeant, requiritur quòd sint duæ partes ex tribus, & debent describi singulariter nomina constituentium: qui præsentes sunt.*
32 *Procurator præsumitur mandatum intellexisse eo modo quod ille executus fuit.*

CONSI-

CONSILIVM LIII.

INSPECTIS his, quæ abundè & eleganter deducta fuerunt per Magnificum Consultorem D. Laurentium Bertonum, placet mihi iurtdica conclusio per eum firmata, & licet subtiliter per eum scriptũ sit, & ita vt nullus ferè locus addendi relictus videatur, tamẽ ne incõsideratè videar ad subscribendũ adijsse, & vt mihi satisfaciam, ꝙ iustitiæ clariori demonstratione nõnulla paucula subijciam. Et dico, quòd
1 †ius exigendi decimas ad rectorem parochialis Ecclesię spectare de iure dicitur, Hostien. in sum. de decimis. §. fi. circa fin. &
2 † ad earum solutionem quilibet tenetur. capit. 1. de præscrip. in 6. c. à nobis de de-
3 cimis & † Ecclesia parochialis habet fundatam intentionem contra omnes suos parochianos super solutione decimarum, & ꝙ voluerit dicere se non te-
4 neri, debet illud probare: quoniam † Deus neminẽ à solutione decimarum excepit, Abb. in dicto c. à nobis. Bero. in cons. 19. num. 2. volum. 1. Taman, quòd
5 † ad illarum solutionem tenẽtur parochiani possessores, & qui fruges terræ percipiunt, & non alij, vt habetur Exodi. c. 12. d. c. à nobis. glos. in c. tua nobis. de decim. in fi. in glo. in verf. fic inquit, Ecclesiã posse conuenire & cogere ad soluendum decimas & primitias possessores prædiorum & rerum pro quibus decimæ soluuntur, siue suo siue alieno nomine possideant aut colant. c. si quis laicus. 16. q. 1. cum decima tanquàm onus reale sequatur possessorem. l. fi. in fi. ff. de contrah. empt. c. cum non sit de decim. Paris. in cons. 6. num. 9. vol. 4. Bero. in in con. 19. nume. 7. vol. 1. Ferret. in cons. 138. nume. 10. sed in casu occurrenti vniuersitas Cameranæ non possidet aliqua prædia. sed ab alijs possidentur, meritò ergo sequitur, quod vniuersitas ipsa seu agentes pro ea non potuerunt condemnari ad ipsarum solutionem, imò (quod est fortius) nec conueniri, vt infrà dicetur.

¶ Secundò dicitur, ꝙ etsi homines de vniuersitate prædia possideant & fructus ex eis percipiant. tamen ꝙ dictis decimis non potuerunt conueniri, minusq; nec condemnari agentes pro ipsa vniuersitate sed singuli de vniuersitate debebãt conueniri, cum
6 † aliud sit vniuersitas & aliud sint singuli homines ipsius gl. in l. sicut. §. si quid. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. notant omnes in ca. cum omnes, de constitu. Crot. in consilio 145. numero nono, Bero. in consil. 92. numero 16. volumine primo, in consil. 6. numer.
7 22. volum. 3. vbi † vniuersitas dicitur alia persona & aliud corpus à singulis de vniuersitate. Pari. in consilio 91. num. 1. volumine 4. & ideo videmus, quòd
8 † debitum vniuersitatis non est debitum singulorũ nec è contra. Bertran. in cons. 242. colum. 1. volum. 3. Afflic. super constitu. regn. fol. 317. in rubrica de animal. in pasq. affede. numero 12. Item & quòd
9 † liberatio facta vniuersitati non liberat singulos homines vniuersitatis. Dec. in cons. 61. col. 3. nume. 3. Ripa in cap. cum te. de rescrip. nume. 43. & simili-
10 ter † lis vniuersitatis non dicitur singulorum nec è
11 contra. Corne. in cons. 293. num. 11. vol. 3. ac † compromissum vniuersitatis nõ est compromissum singularium personarum. Socin. in cons. 95. col. 4. volu.
12 3. Plus videmus, ꝙ † etiam vasallus vniuersitatis vel capituli nõ est vasallus singulorum: quia aliud sunt singulares personæ, & aliud congregatio vel collegium. glo. in l. 2. vbi Bald. & alij. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. Hinc etiam dixit Petr. de Ancha. in consi. 205. ꝙ si Veneti promiserunt aliquid non facere in certo loco, promissio illa intelligitur, quando vniuersaliter aliquid facerent, non autem haberet locum promissio, nec obligati intelliguntur vocati, si vnus ciuis Venetus nomine suo singulariter illud faceret: quia dispositio, quæ concernit plures vt vniuersitatem, non habet locum in eis consideratis vt singulis, sequitur Dec. in cõsilio suprà citato. 61. colum. 2. versic. & ad propositum. Et quia deuenimus ad hæc tempora, in quibus iudicare debentes non contentantur de generalibus regulis, more pauperum doctorum, sed de decisionibus specialibus, vt inquit Fely. in c. 1. col. 5. in princ. de præscript. Ideo in terminis adduco consilium Bero. in cons. 19. nu. 31. volumin. 1. vbi loquitur de primitijs & decimis, quæ in hoc casu à pari procedunt, vt id dicit, ꝙ ad hoc vt commune seu vniuersitas hominum ad solutionem primitiarum & decimarum teneatur, requiritur ꝙ homines vt vniuersi & non vt singuli ex prędijs frumenta & alios fructus percipiant ad vniuersitatis vtilitatem & commodum, alioquin si constaret ipsos homines non vt vniuersos nec ad vniuersale commodum sed vt singulos ad priuatam vtilitatem fructus percepisse & prędia sic voluisse, nõ possent homines vt vniuersi & tanquàm cõmune conueniri sed vt singuli & particulariter. Hæc enim inter se differunt & tanquàm à personis diuersis factũ cẽsetur, videlicet quod aliquid fiat à commune seu ab hominibus vt vniuersis, aut à pluribus vt à singulis. l. 1. §. quibus. & in dicta. l. sicut. §. si quid. ibique Bar. ff. quod cuiusq; vniuersi. nom. Vnde cum in casu præsenti non constet, ꝙ commune & homines Cameranæ vt vniuersi prędia aliqua possederint & coluerint, nec ex prædijs & possessionibus positis in territorio dicti loci fructus perceperint ad cõmune & vniuersale bonum dicti communis, concluditur ipsos non potuisse conueniri nec condemnari, sed
13 ꝙ absoluendi erant: quia † actore non probante reus debet absolui etiam si nihil præstiterit, l. qui accusare. C. de eden. ita Bero. vbi suprà & col. pen. in fin. &
14 vlterius, ꝙ † actor ipse tanquàm temerè litigans condemnandus erat in expensis. l. eum quem temerè, de Iud.

¶ Nec vis fieri potest, quòd dictus Rector produxerit libellũ nedum contra homines Cameranæ vti vniuersos sed etiã vt singulos, vt in primo, ꝓcessu folio sexto & septimo. Quia respõdetur, quòd li-
15 cet hoc sit verum, tamen † quòd citatio solum fuit executa contra dictos homines vt vniuersos seu dictam vniuersitatem non autem vt singulos, vt licet videre ex ipso processu. Vnde sequitur, quòd malè actum fuit contra eos, & per consequens quòd sententia lata per iudicem ipsis particularibus obesse
16 non potuit, nam † citatio est fundamentum iuditij. Spec. in titul. de citat. § primo, & ita per illum text. tradit. Abb. & alij sequuntur in cap. quoniam con-
17 tra. de probatio. in verbo citationes. Citatio † enim
18 requiritur, vt quis se defendere possit, & ideo † negans citationem dicitur denegare defensionẽ, quæ cum iure naturali cõcedatur, nemini auferri debet
19 clementina pastoralis. de re iud. Imò † potest dici de iure diuino. Nam & vlterius, cui manifesta sunt omnia secreta, non prius Adam damnare voluit, quàm citasset, dicendo Adam vbi es. vt habetur Genesis tertio, Abb. in cap. cum olim. colum. penul. de re iud. Franc. Marc. in quæstione 661. numero decimo, in parte prima, Socin. Iunior in consil. 108, numero 48. cum tribus sequentibus volumine secundo, & ideo dicit Bartol. in l. prolatam. C. de senten.
20 & interlo. omn. iud. quòd † citatio dicitur de substantia iudicij, qua omissa sententia lata contra absentem non citatum erit nullius momẽti, nec in aliquo sibi præiudicabit, & ideo pro regula dicimus,

quòd

21 quòd † in qualibet causa debet interuenire citatio omnium personarum, de quarum præiudicio agitur, alioquin iudiciũ parti absenti & non citatę nullum infert grauamen. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re iud. Socin. Iun. in consil. 122. numero 34. volumine secundo, & in tantum est de
22 substantia iudicij, quòd † nec à principe auferri potest. Port. in consilio secundo. nume. septimo, adeò quòd si non præcessit, actus redditur nullus. Port. in
23 consilio 209. numero vigesimoseptimo, Nam † pro ordine & validitate processus necessariò requiritur citatio, Socinus Iunior in consilio primo, numero septuagesimosexto, volumine quarto, Bero. in consilio decimonono, numero trigesimoquinto, volumine primo, & 65. numero 150. volum. eod. in tan-
24 tum quòd † eius defectus semper potest opponi. Dec. in consilio 63. columna finali, dixi in consilio 29. numero 39. volumine primo. Imò plus dicitur, quòd etiam si iudex commisisset citationem contra dictos homines vt singulos, quod tamẽ factum non
25 reperitur, hoc non sufficeret: quia † non attenditur commissio sola de citando sed etiam executio, vt quis dicatur citatus, vt in terminis voluerunt Abb. & alij in capit. quoniam contra. in verbo citationes de probat. Bero. in consilio quinquagesimoprimo, numero trigesimo, volumine tertio. Vnde ex his concludendum venit, quòd cum Rector non habuerit litem & causam mouere contra particulares homines, vt colligitur ex citationis decreto & exequutione, in quibus apparet homines tanquàm particulares non fuisse citatos, vt habetur in processu, quòd aliquid non potest dici gestum contra dictos homines vt singulos, quòd eis habeat obesse, vt in similibus à contrario dixit Bero. in consilio decimonono columna quarta: versic. tertiò, quòd non solùm. volum. 1.

¶ Vlterius dicitur, q etiam dato quod libellus esset generalis & extenderetur ad eos, & ordinata esset citatio cõtra ipsos, tamen q ex quo generalitas ipsa non fuit expressa in citatione, videlicet illos homines specialiter & nominatim in processu & citatione exprimendo, argumento eorum quæ habentur per Bart. in l. si quis intentione ambigua. de iud. Dec. in cap. in præsentia, de probatio. quòd non valuit processus quoad singulos homines, qui cõueniri & citari potuissent ad solutionem decimarũ, quo
26 niam † illi erant expresse & nominatim in processu & citatione specificandi, & quòd si aliquod iudiciũ factum fuit, illud factum videtur tanquàm contra personas incertas de certis, quod non valuit ex defe-
27 ctu citationis incertæ & vagæ. Nam † licet in libello necesse non sit specificare personas particulares nomine proprio, contra quas concipitur libellus. c. sedes. de rescrip. cap. secundo, in fi. eod. titul. in 6. tamen requiritur, q in processu & citatione nominatim exprimantur, alioquin non valet processus nec sententia illius vigore lata: quia & si iudex dicat generaliter habere iurisdictionẽ habitu super omnes & singulos comprehensos seu aptos comprehendi sub illa generalitate, non tamen illam dicitur habere contra singulos & particulares actu & exercitio, nisi nominatim & specialiter exprimantur, & ante illorum expressionẽ citatio non valet, quæ dicitur de processu c. quoniam contra. de proba. & de substantia sententiæ. l. de vnoquoque. de re iud. & hæc expressio & nominatio debet fieri per iudicem decernentem citationem. Nec sufficeret si executor citationis illam faceret: quia formam commissionis excedere diceretur nominatim exprimendo personas absque expressa iudicis commissione, & consequenter nihil ageret. ca. cum dilecta. de rescrip. l. diligenter. ff. manda. ita in terminis dixit Bero. in citato consil. 19. num. 32. cum pluribus sequentibus volum. primo.

¶ Pariter non obstat, quòd mandatum procuratorium videtur factum etiam nomine singulariũ personarum Cameranæ. Quia respõdetur, hoc esse alie
28 num ab omni veritate: quia † quãdo mandatum debet referri ad singulos de vniuersitate, id debet exprimi, cap. nimis. de excess. prælator. cap. generaliter de elec. in 6. Dec. in cap. eam te. colum. fi. in princip. de rescrip. quod factum non reperitur in casu præsenti: quia, si benè inspiciant verba mandati, ea sunt restricta ad vniuersitatem & homines vniuersitatis non autem ad singulos, vt singulos, quo casu man-
29 datũ † habens limitatum non potest fines mandati progredi. l. diligenter. ff. manda. Alex. in consi. 25. in
30 fi. vol. 2. Nam nulli dubium est, quod † procurator constitutus ab vniuersitate non est procurator in causis singulorum. l. secunda, ff. quod cuiusque vniuers. nom. Dec. in dicto cap. eam. te. colum. fi. in princip. & in consi. 61. num. 3. Anto. Gabr. in suis com. opin. in titul. de cuiusque vniuer. nom. conclusione prima, nume. 7. Rota in decis. 426. in nouis. facto. in cau. sexta, dubio 23. Alex. in consi. 44. volum. primo. prout nec procurator singulorum est procurator vniuersitatis. Dec. in consi. 672. colu. secunda. Vant. de nullitate. in titul. de nullit. ex defec. inhabil. manda nume. 154. Nec refragatur, quòd in instrumento mandati descripti sint plurimi ex ipsis hominib. Cameranæ. qui procuratores constituerunt. Quia adu-
31 ertendum est, quòd † ad hoc vt mandatum vniuersitatis valeat requiritur, quòd sint duę partes ex tribus ipsius vniuersitatis. l. nulli. l. planè. ff. q cuiusque vniuers. nom. cap. cum omnes vbi notant omnes de consti. & debẽt describi singulariter nomina constituentium, qui præsentes sint, Bar. in l. fi. C. de præd. cur. lib. 11. Vant. latè in trac. de nullita. in titul. de nullita. defec. in hab. manda. nu. 151. vnde quamuis ibi exprimantur nomina singularium plurimorum, non potest inferri, quòd vt singuli constituerint procuratores sed vt vniuersi.

¶ Vlterius dicitur, quod etiam dato (sed non admisso) quòd etiam esset constitutus procurator singulorum quòd duplici respectu illud non officeret eis: Primò, quia nũquam processum fuit contra eos sed solum contra ipsam vniuersitatem & agentes eius, vt supradictum fuit: Secundò, quia dicitur, q cũ dictus procurator nunquam comparuerit nomine particularium, nec aliquem actum fecerit nomine ipsorum, cum nunquam euenerit occasio: quia non citati ideo ex his non potest fieri fundamentũ aliquod in dicto mandato ad præiudicium particu-
32 larium. Nam † procurator præsumitur intellexisse mãdatum eo modo quo illud executus fuit. Ceph. in consi. 220. num. 36. Vnde ex his pronunciandum fore arbitror per Reuerendissimum Dominum de legatum Apostolicum in fauorem agentium pro dicta vniuersitate Cameranæ.

SVMMARIVM.

1 *Conuentiones & pacta apposita in diuisione debent inter diuidentes obseruari.*
2 *Fidem fallere graue est.*
3 *Pacta dant legem contractui.*
4 *Omne ius & æquitas mandat conuentiones licitas & honestas vtrinque debere obseruari & adimpleri.*
5 *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia.*
6 *Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia quæ sunt contraria.*

7 Inter-

7 *Interpretatio sumenda est, quòd quis non censeatur in continenti velle se corrigere.*
8 *Nihil est congruentius quam conuentiones hominum ratas haberi.*
9 *Quæ sunt à principio voluntatis ex post facto sunt necessitatis.*
10 *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.*
11 *Clausula in fine posita, & si non referatur ad præcedentia specificata, tamen hoc fallit, si de contraria voluntate disponentium appareat.*
12 *Actus hominum non debent quicquàm operari contra eorum voluntatem.*
13 *Dictio saluo, est modificatiua, restringitque præcedentia.*
14 *Dictio saluo, licet sit continuò præcedentium modificatiua, tamen tanta est virtus modificationis prædictæ, quòd vbi non inuenit quod modificet, orationem præcedentem extinguit, & negationem resoluit.*
15 *Protestatio conseruat ius protestanti.*
16 *Verbum quælibet, est dictio vniuersalis & geminata.*
17 *Verba geminata enixam voluntatem demonstrant diuidentium.*
18 *Verba vbi sunt clara non indigemus interpretatione.*
19 *Verba clara non recipiunt interpretationem à consuetudine nec à statuto.*
20 *Verba omnia & singula sunt geminata.*
21 *Verba debent intelligi ne frustrà & ociosè prolata sint.*
22 *Verba quælibet ac dictiones & syllabæ debent intelligi apposita vt aliquid operentur.*
23 *Clausula in fine posita quando est talis, quæ se expressè refert ad omnia præcedentia, tunc debet referri tàm ad proxima, quàm ad remota, & in principio posita.*
24 *Voluntas qualis fuerit ex his quæ sequuntur declaratur.*
25 *Clausula in fine posita de per se stans non qualificans proximè præcedentia ad omnia superiora refertur, ad quæ ratione recti sermonis potest referri.*
26 *Imperitia notarij totum mundum destruit, & conscientias bonorum virorum in magno discrimine ponit.*
27 *Imperitia notarij non nocet partibus.*
28 *Notarij quandoque ponunt clausulas & verba extra materiam, & penitus eorum significatum ignorant.*
29 *Notarij grossities & imperitia non debet obesse voluntati testatoris.*
30 *Notarij vt plurimum sunt idiotæ, ignorantes sensum & intellectum verborum.*
31 *Recedendum non est à pacto, quod habet expressam mentem & voluntatem diuidentium.*

CONSILIVM LIIII.

IN præsenti consultatione prima facie dicendum videtur, quod creditores quondam Magnifici Domini Fabritij Balnei, satisfactionē suam consequi debeant in tertia parte bonorum quondam reuerendi domini Ludouici patrui Magnificorum Dominorum Fabritij & Marci Antonij fratrum de Balneis subiectorum fideicommisso ex causis & rationibus infrascriptis & primo: quia nulli dubium est, quòd
1 †pacta apposita in instrumento diuisionis celebratę inter prædictos dominos & alios eorum fratres ob seruari debent. l. prima, & l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pac. l. prima, ff. de constit. pecu. vbi dicit legislator, graue †esse fidem fallere. l. prima, §. si conueniat. ff. depos. Paris. in cons. 35. num. 3. vol. primo. quoniam †legem contractui dant Paris. in consilio 36. nume. 2. volum. eod. cons. 6. num. 12. vol. 4. Nam †omne ius & omnis æquitas mandat conuentiones licitas & honestas debere vtrinque seruari & adimpleri. Paris. in consil. 21. in princip. volum. eod. & in consil. 109. num. 24. volum. 3. sed in instrumento diuisionis celebratæ inter dictos Magnificos Dominos Fabritium & Marcum Antonium actum fuit, & illa facta esse intelligatur citra derogationem fideicommissi, & non aliter nec alio modo pro parte & portione omnium bonorum nunc diuisorum, sed cum grauamine dicti fideicommissi respectu quantitatis eidem fideicommisso suppositæ. ex quibus verbis colligi videtur, quòd tertia pars bonorum quondam Reueren. & Magnifici Domini Ludouici fideicommittentis, quæ spectabat eidem Magnifico Domino Marco Antonio. & data quondam Magnifico Domino Fabritio remaneat libera, & q̄ creditores dicti quondam domini Fabritij possint in dicta parte satisfieri. Nec habet obstare si dicatur, q̄ in fine dicti instrumenti adest clausula. Saluo fideicommisso descripto in testamēto domini Ludouici Balnei ipsorum fratrū patrui, cui per quamcunq; clausulam, quæ ponetur in præsenti instrumēto diuisionis, non intelligatur esse renunciatū dicto fideicommisso ab ipsis fratribus, sed remaneat in suo vigore, quæ †clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, vt per Scriben. in l. talis scriptura. ff. de leg. primo. Felyn. in capit. eam q̄, colum. tertia, de rescrip. & pro regula tradit. Alex. in cons. 66. column. secunda, volum. secundo, Aret. in consil. 115. Socin. Iun. in cons. 139. nume. 5. volu. primo. Quia respondetur, quòd †clausula ipsa non refertur ad præcedentia, quæ sint contraria. Ruin. in cons. 114. numer. 3. volum. 2. vt in casu præsenti. Nam ista essent contraria cum grauamine, &c. & in fine sine grauamine vt sonant dicta verba: Capienda †enim est interpretatio, ne in continenti quis videatur se corrigere. gl. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat. Socin. Iunior in consilio 102. nume. 3. 189. nume. 2. volum. 2. Paris. in consil. 78. nume. 38. volu. 2. cons. 30. num. 27. volum. 4.

¶Verum præmissis non obstantibus contrariam sententiam in casu, de quo agitur, veriorem fore existimo. Et pro fundamento huius partis assumo etiā illam conclusionem de qua suprà, quod conuentiones partium seruari debent. §. per traditionem, inst. de rer. diuis. Soci. Iun. in consil. 84. nume. 28. volu. 2.
8 Nihil †enim est congruentius quàm conuentiones hominum ratas haberi. l. prima, ff. de pact. Soci. Iunior in consilio 85. numero 18. in consil. 139. in princip. volumine secundo, quod maximè dicendum venit in casu occurrenti, vbi pactum, de quo agitur fuit, solenni stipulatione vallatum, & sic producit actionem pro eius obseruantia. l. ex placito. C. de rer. permutat. Socin. vbi suprà in dicto consilio 136. in princip. Nihil enim est tam conueniens fidei humanæ, quàm quæ placuerunt inter homines seruare. Socin. Iun. in cons. 47. nume. 24. volumine 2. consilio 60. numero 16. volum. eod. sicut per contrarium grauissimum est fidem fallere. l. prima. ff. de constitut. pecun. Socin. Iun. in consi. 94. num. 6. volum. 4. Neuiza. in cons. 11. num. 10. & 68. nume. 18. Cepha. in cons. 91. num. 24. vnde legitur Psalmo 88. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Socin. Iun. in consi. 80. num. 9. volum. 3. & prouerbio. 13. O, Fili si spopondisti illaqueatus es oris tui. Quod ampliatur procedere etiam in principibus cum subditis suis contrahentibus. vt per Cyn. Paul. de Castro &

stro & alios in l. digna vox. C. de legib. Goza. in consilio 9. numero 44. Doctores communiter in cap. 1. de probat.

9 ¶ Secundò facit: quia † sicut ab initio cuique liberum est de re sua cõtrahere, cũ in re sua vnusquisque, sit moderator & arbiter. l. in re mandata. Cod. mand. seu aliquid promittere, ita ex post facto necessitas promittendi incumbit promissa seruare. l. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. Soc. Iun. in consi. 94. nu. 7. vol. 4. & in consilio 91. numero 35. volum. eod. consilio 41. num. 7. volum. 3. consil. 60. nume. 15. 137. nume. 67. vol. eod.

10 ¶ Tertiò accedit, ꝙ † semel placuit amplius dispicere non potest. l. prima. §. qui semel. ff. de succes. edic. reg. ꝙ semel placuit. de reg. iur. in 6. Socin. Iun. in consi. 166. numero 3. volum. 3. 131. nume. 64. vol. eod. Cepha. in consilio 266. numero 2. consilio 91. num. 23.

¶ His igitur fundamentis sic præmissis, dico ꝙ cũ in diuisione facta inter prædictos Dominos fratres conuentũ fuerit & actum, vt in fine instrumenti diuisionis legitur, quòd saluum sit fideicommissum descriptum in testamento quondam Reueren. Domini Ludouici Balnei eorum patrui, cui per quãcunque clausulam appositam in ipso instrumento, non intendunt esse renuntiatum ab ipsis fratribus, sed remaneat in suo vigore, ꝙ ipse fratres vel heredes ac creditores dicti domini Fabritij nullo modo possunt venire contra dictam conuentionem, sed illam obseruare debent & adimplere ex authoritatibus, suprà citatis.

¶ Et quia tota difficultas præsentis consultationis consistere, videtur in respondendo ad allegata in contrarium, ideò ad illius confutationẽ me con-
11 uerto, & dico in primis non obstare, ꝙ † dicta clausula, tanquam in fine posita non referatur ad præcedentia specificata. Quia respondetur, ꝙ dicta conclusio procedit, nisi de contraria voluntate disponẽtium appareat. Ale. in cõs. 48. volu. 1. quem sequitur Gozad. in consi. 58. nu. 19. Paris. in consi. 53. nu. 35. volum. 2. Relatio enim nunquam fieri debet si contradicit voluntati disponentium, aliàs secùs, Oldra. in cons. 152. nu. 2. in fi. Abb. in cõs. 75. in fi. in 2. vol. Quod
12 ratione suadetur: quia † actus hominum nõ debent quicquàm operari contra eorum voluntatem. l. nõ omnis. ff. si cert. peta. Soc. Iun. in consilio 81. nu. 20. cũ sequenti volumine 3. sed in proposito nostro de clara voluntate diuidentium constat, quòd voluerunt clausulam ipsam referri ad omnia præcedentia: Quod demonstratur. primò, ex illa dictione sal-
13 uo † quæ est modificatiua & restringit præcedentia. glo. in verbo, si purè. in l. idem Labeo. ff. famil. ercis. quã adducit Card. in c. exposita. de arbitr. in c. qualiter & quando. il primo, de accusa. Alexand. in l. Iudex post quàm, in fin. colum. de re iud. Ang. in consi.
14 290. columna 2. versi. & hoc. vbi in inquit, ꝙ † licet illa dictio saluo, sit continuò præcedentium modificatiua, tamen tanta est virtus modificationis prædictæ, ꝙ vbi non inuenit ꝙ modificet, orationẽ præcedentem extinguit & in negationem resoluit. l. si quis à filio. §. primo, vbi glo. ff. de lega. primò, sequitur. D. Osasc. in decis. sua Pedemontana 164. numero 10. Dec. in consilio 42. nume. 12. & 656. nume. 6. Paris. in consil. 70. num. 105. volumine 3. Natta in consilio 372 num. 5. Alba. in consi. 13. num. 4. Ang. in cons. 27. in fin. Crot. in consi. 79. nume. 36 Nam inficiari non potest, quin dicta verba saluo fideicommisso, operẽtur, ꝙ partes nõ intendebant in aliquo illi præiudi-
15 care, quæ † protestatio cõseruauit ius protestantib. l. si debitoris. in verbo salua. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. ita in terminis nostris dixit Cepha. in cõsil. 296. numero 9. cũ sequenti. & tãto fortius id suadetur, ponderando alia verba sequentia magis clara videlicet (Al qual fideicõmisso per qualun che clausula che si ponga nello instrumento præsente de diuisione, non si intenda esser renuntiato da detti fratelli) per quæ verba (per qualũche clausula) quæ
16 sunt vniuersalia & geminata, Paris. in consil. 92. numero 7. volumine primo, Soc. Iun. in consilio 38. co-
17 lum. 1. volum. 3. & † quæ demonstrant enixam voluntatem diuidentium. l. ballista. vbi Scribentes. ff. ad Trebel. Ruin. in consil. 171. num. 11. vol. 3. Cepha. in cons. 153. num. 105. 221. numero 6. & 293. nu. 9. manifestè satis constare videtur, mentem ipsorũ fuisse nullo modo velle præiudicare ipsi fideicommisso,
18 quo casu cũ † clara sint eorũ voluntas, & verba non indigemus alia interpretatione. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. obliga. Cepha. in consilio 245. num.
19 56. & in tantũ, hoc est verum, ꝙ nec † quidem à consuetudine recipiunt interpretationem. Dec. in consilio 49. columna secunda, versicu. sed secundũ supradictam, nec à statuto, quo fieri debeat aliqua interpretatio, fieri debet in casu dubio non in claro Barba. in consilio 39. columna penult. volum. 2. Cephal. in consi. 199. num. 8. cũ sequenti. Nam vbi verba sunt clara & sensus est manifestus, nunquam interpretatio tantum valet vt melior sensu existat. l. tertia, in fin. C. de liber. præter. Ias. in consilio 99. col. secunda. versicu. præmissis. volumine primo, Soci. Iun. in consil. 39. nume. 52. volum. 3. 129. nu. 30. & 136. nume. 13. volum. eod. Accedit quoque, quod scribit Paris. in consi. 12. num. 174. cũ quatuor sequentibus, volum. 2. vbi inquit, ꝙ si in priuilegio Comitis Palatini, & ei concesso à Cæsare sint apposita hæc verba. Hæc autem omnia & singula facimus, constituimus ordinamus, & edimus, perpetuò valitura decernentes, cõfisci de ratione & moderamine cuiuscunque actus faciendi de honestate per vos habenda, ꝙ dicta clausula in fine posita referenda venit ad singula præcedentia, cum illa sigillatim concernat, & ad illa referatur, & singulis omnibus adaptetur, potissimè consideratis illis verbis omnia & singula excludentibus ex præcedentibus. quinimò concludentibus omnia, vt vniuersaliter & generaliter pro-
20 latis cap. solite. de maiorit. & obed. & † quia geminata sunt illa omnia & singula, secundum Ang. per illũ tex. in l. 2. §. penul. ff. de Iure Codici. ergo idem in casu præsenti, vbi etiam sunt dicta verba vniuersalia & geminata. item & cõsideranda sunt alia verba ibi (Ma resti in suo vigore) quæ verba nihil operarẽtur, si non intelligerentur cũ effectu, ꝙ in nihilo esset derogatum fideicommisso, ꝙ non est dicendum. argu-
21 mento l. si quando. ff. de lega. 1. Nam † verba debent intelligi ne frustrà & otiosè prolata sint. Soc. Iun. in consilio 75. numero decimo nono, volum. 3. & 123.
22 num. 8. volum. eod. quinimò † verba quælibet & dictiones ac etiam syllabæ debent intelligi posita, vt aliquid operentur. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. in prima quæst. Soci. Iun. in consil. 89. nume. 15. volum. 3. vnde ex his resultare videtur, ꝙ dicta verba suprà posita (Ma con graueza) non sunt habenda in consideratione, stante mente diuidentium in contrarium, quæ (vt suprà dictum fuit) attendi debet, & ab illa non est recedendum.

23 ¶ Secundò respõdetur, ꝙ † clausula in fine posita, quando est talis, quæ se expresè refert ad omnia præcedentia, tunc debet referri tam ad proxima, quàm ad remota & in principio posita, & per illam omnia præcedentia restringuntur & declarantur. l. talis scriptura. ibique Bar. ff. de lega. primo. l. fin. vbi etiam Bar. ff. de reb. dub. Bero. in consil. 191. colum.

prima, volu. 3. sed supradicta clausula expresè se refert ad omnia præcedentia, dum in ea dicitur (Che per qualunche clausula che si ponga nell instrumẽto presente di diuisione, s intenda renuntiato da essi fratelli al fideicommisso.) Nam † voluntas qualis fuerit, ex his quæ sequuntur declaratur. Socin. Iun. in consi. 12. nume. 13. vol. 2, Ceph. in consi. 65. nume. 8. & 67. num. 3.

25 ¶ Tertiò dicitur, quòd † clausula in fine apposita de per se stans, non qualificans proximè præcedentia, ad omnia superiora refertur, ad quæ ratione recti sermonis potest referri. l. prima. C. de liber. præter. l. tertia. §. penult. ff. de lib. & posthum. Alexan. in consi. 66. num. 4. volum. 2. Ruin. in consil. 158. nume. 11. volum. 2. Bald. in l. fin. vbi etiam Soc. de reb. dub. Alex. in consil. 48. colum. penult. volum. primo, Paris. in consi. 53. nu. 31. volum. 2. vbi inquit, q̃ relatio dictæ clausulæ in fine appositæ & stantis de per se & principaliter, fieri debet ad omnes casus & ad omnes personas, secundum q̃ casus & facti qualitas contigisset, & euenisset, & aduersabitur præcedentibus, sed in casu præsenti nulla est ratio, quare magis debeat referri ad proxima quàm ad omnia alia, vt satis suprà dictum fuit, ponderando illa verba, (che per qualunche clausula, &c.) igitur, &c.

¶ Quartò dicitur, quòd cùm dicta verba (cõgraueza del fideicommisso) fuerunt apposita in ipsa diuisione potiùs per imperitiam & grossitiẽ notarij,
26 quã de mente diuidentiũ, quo casu imperitia † notarij, quæ totum mundum destruit & conscientias bonorum virorum in magno discrimine ponit, Bal. in cons. 6. in 4. volum. Ias. in l. filium à patre. in princip. in vltima colum. de lib. & posthu. Ripa in l. centurio. num. 83. de vulg. & pupil. Cagnol. in l. si librarius. numero 2. de reg. iur. non debet nocere ipsis diuidentibus, Bald. in l. fin. columna sexta, versicu. tũ dic. de iure codicil. Soc. Iun. in consilio 69. numero 17. volumine 4. Ioan. de Amicis in consilio 29. num.
27 septimo, vbi dicit, q̃ † Notarij quandoque ponunt clausulas & verba extra materiam, & penitus eorũ
28 significatum ignorant, & quòd † partibus non debet nocere eorum ignorantia, vt dicit Imperator in auth. de testa. imperfectis. post principiũ, & ne pars offendatur inuitè & indebitè. debent intelligi verba ad ea, quę verisimiliora sunt facto, de quo agitur. Paul. de Cast. in consilio 117. versicul. breuiter. & in consilio 131. in primo volum. & de hoc est text. notabilis in l. fin. C. de fideiuss. Ias. in l. errore. C. de testa. Cassane. in consilio 52. numero 18. Ripa in responso
29 129. nume. 7. vbi † grossities & imperitia notarij non debet obesse voluntati testatoris, vt in simili dixit
¶ Non obstat denique, quòd diffamatio non requiritur, vbi iudex procedit ex puro & mero officio: quia dicitur, communem opinionem esse in contrarium, vt constat ex his, quæ dixi in cõsilio 24. num. 90. quibus addo Dom. Quirin. in consilio 26. in 2. Tomo cõsiliorum crim. D. Franc. Bursat. in cõsilio 94.
29 numero 37. Cùm igitur dicta † inquisitio ex auctoritatibus præmissis omnino reddatur nulla, sequitur quoque ꝙ omnia etiam cõtenta in ipso processu inquisitionali formato cõtra dictum D. Alphonsum corruere videntur, etiam quòd testes probarent delictũ dicti homicidij impictum prædicto D. Alphonso. Soc. Iun. in cõsilio 37. numero 2. volumine 2. 128. in princip. volumine 3. Marsi. in cõsilio 48. versi. 2. & in prat. crim. in §. constante nume. 11. in fin. in cons. 128. numero 8. & 130. nume. 17. Grat. in cõsilio 57. nume. 10. volumine 2. in cõsilio 74 nume. 7. & 59. num.
30 4. volum. eod. adeo ꝙ † etiam si sententia transiuisset in rem iudicatam, adhuc de ineptitudine inquisitionis posse opponi. Iasi. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condit. indeb. & rõ est: quia huiusmodi exceptio reddit iudicium & sententiam ipso iure nullã. Gra. in consilio 59. numero 5. volumine 2. Marsi. in cõsilio 130. nu. 17.

¶ Et quamuis hæc sint satis sufficientia pro absolutione prædicti D. Alpnonsi. tamen etiam dicitur, quòd posito (sed nõ cõcesso) quòd dicta inquisitio esset valida & legitima, ꝙ testes prædicti examinati cõtra dictum D. Alphonsum nõ faciunt fidem contra eum, nec quoad torturam nec quoad condẽnationem quòd probatur. Nam ambigui Iuris nõ est, ꝙ
31 indicia ad torturam debent esse certa, probabilia, & verisimilia. l. milites. §. oportet. C. de q. tanquàm luce clariora in sua specie indiciorum. Bald. in cõsilio 259. columna prima, ad fin. volumine 1. & in consil. 77. columna prima, volumine 3. vbi dicit, ꝙ debent esse probabilia, & verisimilia, adeo quòd iudex sit quasi certus. quæ res relinquatur arbitrio suo. Craue. in consilio 6. numero 12. & in cõsilio 99. numero
32 primo. Nam † sicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. l. absentem. ff. de pœnis. ita & indicia in genere suo ad torturam debent esse clara

& ta-

& talia, quæ de iure ſubſiſtant. Bald. in conſilio 229. in 2. columna in 3. volumine Marſ. in conſilio 20. numero ſecundo, in conſilio 50. numero decimoſexto,
33 vbi dicit ad hoc facere regulam quæ habet, q † eadē ratio eſt de toto quoad totum, quæ eſt de parte quoad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vindica. Boſ. in ſuo tract. crim. in titu. de indicijs & conſid. an. tortu. numero decimoſeptimo. ſed in caſu præſenti ex dictis ipſorum duorum teſtium non poteſt reſultare indi-
34 cium ſufficiens ad torturā, vt patet: quia † non ſunt omni exceptione maiores: quia ambo periuri, & teſtes periuri non faciunt indicium ad torturam, cum periurium eneruat omnem fidem in teſte: quia caret eo, quod eſt potiſsimum, videlicet veritate: Abb. & cæteri in cap. teſtimonium. de teſtib. dixi ſuprà. nam vt teſtes faciant inditium ad torturam debent eſſe omni exceptione maiores Bartol. in l. maritus. ff. de
35 queſtio. & dicit Bal. in conſilio 259. in primo. volum. q † teſtis debet eſſe inuulnerabilis. Cacialup. in repetitione. l. admonendi. carta 64. columna quarta, verſicu. 6. Alexand. in conſilio 124. colum. 2. volu. 6. Craue. in conſilio nono, numero 11. dixi in conſilio 37. numero nono, volumine 3. alibi Bal. in conſilio 41. in
36 fin. volumine 5. quòd † teſtis debet eſſe indubitatus id eſt, de cuius fide & integritate nullo modo poſsit dubitari, ſequitur Craue. in conſilio 6. colum. 4. Boſ. in tit. de inquiſit. num. 65.

37 ¶ Vlterius dicitur, quòd † iſti ſunt ſocij criminis, qui non admittuntur contra inquiſitum ad torturam, etiam in caſibus exceptis non concurrente alia præſumptione. Sali. in l. fin. colum. penult. in fi. C. de accuſa. Alexand. in conſilio 89. columna ſecunda, volumine tertio, Dec. in conſilio 189. colum. 6. & hanc eſſe magis communem opinionem inquit Boe. in deciſ. 319. columna tertia dixi. in conſilio 16. num. 27. vol. 1.

¶ Nec habet obſtare ſi dicatur, q licet ſint ſocij criminis. Tamen ſunt plures, quia duo, qui faciunt iudicium ad torturam, vt inquit Boer. in deciſ. 309. columna quarta. Quia reſpondetur, quod in caſu noſtro dictum Boer. nihil facit ad propoſitum, cū procedat, quando † in teſtibus non eſſet niſi vnus defe-
38 ctus, ſecus quando plures: quia tunc nulla fides adhibenda venit: At in caſu noſtro concurrunt plures de-
39 fectus: quia periuri, ſocij criminis, & primus † teſtis etiam ſemel coniunctus fuit de crimine furti, præcedente acuſatione, qui repellitur à teſtificando in cauſis criminalibus, etiam ſi poſtea eſſet emendatus, vt eſt communis opinio, teſte Barba. in tract. de teſtib. in prima part. numero vigeſimotertio. quem refert prat. Corradi folio 73. verſi. quarto eſt quomodo. ſequitur Clarus in prat. ſua crimin. in §. fin. quæſt. 24. verſic. quæro nunquid. Oria. in c. quoniam contra, in verſ. teſtium depoſitiones. columna vigeſimaſexta. verſiculo 4. cauſa teſtium. Item & ſecundus teſtis, vltra quòd ſit periurus & ſocius, eſt etiam luſor
40 † qui repellitur à teſtimonio ſi eſt conſuetus ludere tempore teſtimonij, vt in caſu præſenti. Dec. in conſilio 167. columna ſeptima. in fin. Gram. in deciſ. 11. numero quinto & quadrageſimo, numero ſecundo, dixi in conſilio 63. numero decimooctauo. vbi multa de luſore. Quòd autem primus teſtis laborauerit morbo, de quo ſuprà, conſtat ex proceſſu contra eū agitato & producto. Quòd etiam ſecundus fuerit luſor deponunt primus, tertius & ſeptimus teſtis, qui optimè conueniunt in vnum. ex quibus ſequitur, q
41 † cum patiantur tot & tantos defectus veniunt in totum repellendi, Soc. in conſilio 118. volum. 1. Cepha. in conſilio 169. numero decimoſexto. & 250. numero trigeſimotertio. Barba. in conſil. 54. columna nona, volumine primo, 65. columna quarta, volumine 4. Dec. in cōſilio 133. columna tertia, Marſ. in ſing. 378. 385. & in conſilio 102. columna penultima, Crauet. in conſilio 249. numero vndecimo, Gra. in conſilio 38. numero nono, Pariſ. in conſil. 53. numero trigeſimoſexto, volumine quarto, Anton. Gabr. in ſuis cōmun. opi. in tit. de crimina. concluſione 26. numero duodecimo, Iacob. Menoch. in conſilio 98. numero decimoquinto, dominus Franc. Burſat. in conſilio 70. numero 43. dixi in conſilio 24. numero 61. volumine primo, & 3. nume. 51. in 3. volumine, vbi mul-
42 tos alios citaui: quòd † ampliatur etiam procedere in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poteſt. Gram. in conſilio 45. numero 22. & ſequenti, Ceph. in conſilio 250. numero 34. Grat. in conſilio. 56. col. penult. verſ. quarto. dico. volumine ſecundo, vbi inquit, quòd etſi teſtes inhabiles admittantur, vbi veritas aliter haberi non poteſt, tamē id non procedit, quando plures patiuntur exceptiones, ſecus ſi vnā tantum. Soci. in conſilio 118. columna antepenultima volumine primo, Barba. in conſilio 65. in 4. col. volu. 4. Gram. in conſilio 58. numero duodecimo, Anton. Gabr. in ſuis commun. opin. in tit. de teſtib. concluſione ſeptima, numero decimo. Iacob. Menoch. in tractat. de arbitr. iud. caſu. 99. numero ſeptimo.

¶ Vlterius contra iſtos teſtes, & in fauorem dicti domini Alphōſi, ſunt plures mulieres, qui etiam de-
43 ponunt, q † tempore eorum teſtificatus erant blaſphematores Dei & glorioſiſsimæ Virginis, ideo repellendi. t. alicui, tertia quæſt. 4. Ancha. in conſ. 416.
44 in verſ. tertia exceptio. vbi dicit, quòd † blaſphematori denuntiatori non eſt credendum: quia non poteſt eſſe fidelis hominibus, qui Deo extiterit infidelis, ſecunda quæſt. 7. cap. non poteſt, c. qui ſine peccato. & in cap. in grauibus 3. quæſt. 7. Tranſgreditur enim iſte dignitatem & religionem nominis Chriſtiani & ſacras regulas Felyn. in capitulo ſecundo, columna penultim. in fin. de excep. Ripa in l. admonendi. numero 180. de iureiuran. Duen. in reg. teſtium probatio. numero 23. Nec habet obſtare, q iſtis mulieribus non ſit danda fides in criminalibus. Quia
45 reſpondetur, quòd † imò admittūtur pro reis. Marſi. in conſ. 63. numero 45. in conſ. ſecundo, numero 21. Fely. in cap. quoniam. in fin. de teſtib. Petraſg. in fin. 11. Gram. in conſ. 45. columna ſexta. & in tantum
46 admittuntur, quòd † præferuntur viris aliter dicētibus, vt in locis ſuprà citatis. Nec mirum: quia, licet teſtimonium Virorum præualeat teſtimonio mulierum. Bal. in l. fin. ff. de fide inſtrum. Alexand. in conſi. 136. volumine ſexto. Felyn. in c. in noſtra. in 3. col.
47 de teſtib. Tamen † minus digni pro reo præferuntur dignioribus. glo. in c. clerici 81. diſt. Marſ. in cōſ. 51. numero 42. Ruin. in conſ. 158. columna tertia, &
48 fin. volumine quinto. Nā † magis creditur deponentibus pro non delicto, quàm probantib. delictum. Cæpol. in conſ. 60. columna ſecunda. inter conſ. ci-
49 uilia. & ideo videmus, quòd † magis creditur teſtib. dicentib. homicidium fuiſſe commiſſum caſualiter quàm appenſatè. Bald. in c. in noſtra, vbi etiam Feli. columna tertia, de teſtib. Anton. Gabr. in ſuis commun. opinio. in tit. de teſtib. concluſ. 4. numero 41. Ex his igitur vera & ſolida reſultat concluſio, q dictus D. Alphonſus omnino à dicto crimine abſoluē-
50 dus venit. Nam † melius eſt nocentem abſoluere quam innocentem condemnare l. abſentem. ff. de pœnis. & ſecundum Bal. in conſ. 347. in fin. volumi-
51 ne tertio. vbi ait, quòd † promptiores eſſe debemus in proceſsibus irritandis, quàm extinctione corporis humani. ſequitur Craue. in conſ. ſecundo. in fin. fateor enim ingenuè, quòd ſi vnquàm fuit iudex, qui fecit litem ſuam, & qui in ſyndicatu plectendus

ſit,

fit, quòd est hic honorabilis vir, qui totis viribus caueat ne in futurum facilis ita sit ad damnandum homines ad mortem. Nam scire debet, q̃ iniustis iudicib. & sitientib. sanguinem humanum præparauit Deus sedem infernalem. Deo gratias.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ de retrouendendo cum modicitate pretij arguit contractum vsurarium, sed contra numero decimo, vbi requiritur, quòd quis sit solitus fœnerari.*
2 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij probat semiplenè cõtractum vsurarium, adeo quòd poterit deferri iuramentum suppletiuum.*
3 *Contractus in dubio præsumitur verus & validus.*
4 *Contractus præsumitur legitimus, licitus atque iustus.*
5 *Contractus omnis præsumitur celebratus bona fide & absque fraude vsurarum.*
6 *Contractus in dubio non præsumitur simulatus.*
7 *Delinquere nemo præsumitur.*
8 *Præsumptio exclusiua delicti semper est capienda.*
9 *Pactum de retrouendendo non dicitur esse reprobatum à iure.*
10 *Asserenti contractum esse vsurarium incumbit onus probandi.*
11 *Qualitas pretij demonstrat qualitatem contractus.*
12 *Pactum de retrouendendo non facit rem esse minoris pretij.*
13 *Beneficia dicuntur esse minoris valoris propter onera annexa.*
14 *Reditus beneficiorum tanti æstimandi sunt, quanti valent deductis oneribus.*
15 *Pactum de retrouendendo dicitur pars pretij.*
16 *Res vendita pro centum cum pacto retrouendendi non valet, nisi septuaginta ratione oneris seu seruitutis venditioni adiectæ.*
17 *Partes possunt se decipere infra dimidiã iusti pretij.*
18 *Res quando participat de pluribus, regulariter à potentiori.*
19 *Contractus non potest iudicari vsurarius, si valdè frequentatur in regione.*
20 *Actum si quis facit, qui communiter licitus æstimetur, licet in contrarium sit veritas, vt quia sapiat vsuram, ex hoc non dicitur vsurarius.*
21 *Consuetudo excusat notarios & alios scribentes à pœna falsi, si de more sit, quòd contra ius scribantur & sigillentur nomina prælatorum per suos ad hoc deputatos, quamuis de hoc ipsi nihil sciant.*
22 *Pactum de retrouendendo cum modicitate prætij non arguit contractum vsurarium, si emptor est timoratæ vitæ, conscientiæ & bonæ famæ.*

CONSILIVM LVIII.

REVOCATVR in dubium, an contractus vẽditionis factus per Magnificum D. Simonem de Bal. de massaritio plodij Magnifi. D. Federico de Castello cũ pacto de retrouendendo, quandoque ei placuerit censeatur vsurarius? Quæstio ista non est noua sed antiqua, teste Soci. in consi. 248. in princ. & frequens ac vtilis, Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 217. in prin. in qua prima facie dicendum videtur, quòd sic. primò per glos. in cap. conquestus. de vsur. in illa implicatiua, præsertim de vsur. vbi velle videtur, q̃ † pactum 1
de retrouendendo cũ modicitate pretij arguat contractum vsurarium, ad idem est glo. in c. ad nostrã. de empt. & vend. relata ad tex. vbi velle videtur, q̃ in dubio præsumitur contractus simulatus loco pignoris, & in fraudem vsurarum factus & non vera venditio, si concurrant coniecturę, de quibus in illo tex. qui videtur duo requirere ad hoc, vt contractus cẽseatur simulatus vel vsurarius, videlicet paruitas pretij, de quo in dicto c. & pactum de retrouendendo ad certum tempus. Inno. Ioan. And. Butr. Imol. & Dom. de Nicol. in d. c. ad nostram. Arch. in c. plerique. 14. quæst. 3. Gofre. in sum. de vsur. Bellam. decis. 7. Roma. in consilio 423. colum. fin. versi. tamen. & ibi Mandos. in additione in fin. Bologn. in addit. ad consilium Anan. 58. col. 1. Hostien. Capra & Ioan. de Anto. in dicto capit. ad nostram. Angel. in consilio 242. in fin. Corne. in consilio 23. columna secunda, volumine tertio, Aflic. decis. 40. columna quinta, in fin. & 65. vbi inquit. D. Alexandrum, & D. Andreã Maracondam retulisse, sacrum consilium ita aliàs iudicasse. Bald. de Barto. inter consilia Corne. in cõsilio 23. in secundo volum. Barba. in consilio 27. inter consilia Calcan. vbi dicit infinitis vicibus ita cõsuluisse. Paul. de Cast. in consilio 109. columna prima, volumine secundo, & in l. prima, columna 2. C. de pac. inter empto. & vendit. Iacob. de Sancto Georgio in l. si quis nec causam. §. primo, ff. si cert. petat. vbi ait, hanc sententiam seruari in practica Lanfranc. in repetitione Clemen. dispendiosam. de iud. columna penultima, Ambros. de Vigna. in cap. salubriter. de vsur. Alber. de Rosa. in l. emptione. C. plus valere, quod agitur, &c. vbi dicit de facto se ita obtinuisse coram magnis iuris peritis. Bal. Nouel. Puteus, & Lancel. Dec. vt refert Cagnol. in l. secunda, numero decimo. C. de pact. inter emptor. & vend. Angel. in dicta. l. ab emptione. Benedi. de Plum. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. Homod. in consilio incipien. Certo, cui se subscripserunt plures eminentissimi viri, Benedictus de Plumb. Fulgos. Thadeus de Vicomerca. Prosdocimus de Comitibus. Io. Frãciscus de Capitib. listæ. D. Henricus de Alla. D. Alex. D. Benedictus de Doctoribus. Anton. de Rosel. qui bis ita consuluit, quos refert Cæpol. in tracta. de simula. contrac. in 6. casu. Michael Gras. in suis com. opin. lib. primo, cap. 3. num. 8. Bald. in tract. de præscript. in 4. par. 5. par. principalis quæst. 3. in fi. Guid. Pap. in consi. 180. Bertran. in consi. 86. in fin. volum. 1. & 109. volum. eod. Calca. in consil. 26. & 85. colum. 2. Cassane in consuetudinib. Burgundiæ, vbi tradit ita consuluisse Collegium Papiense, & Parlamentũ Parisiense, quam partem vti communem amplexi sunt Ioan. de Imol. in dicto cap. ad nostram. Barba. in consi. 1. volum. 1. Abb. in consi. 76. in primo dubio, in 1. volum. Capra in reg 87. num. 173. Ferra. in caut. 17. Emanuel Soarez in suis com. opin. in verbo venditionis. nume. 26. & crebriori calamo receptam inquiunt Alexan. in consil. 46. colum. quarta, vol. 3. duplicato in consi. 54. vol. 6. vbi etiam dicit, q̃ in dubio hæc pars est magis tuta pro salute animæ, & eius exoneratione, Dec. in consi. 692. Paris. consil. 54. nu. 62. vol. 1. Cassad. in decis. de vsur. prima, vbi ait q̃ ista pars in iudicijs securior est magis cõmunis, saltem quoad Canonistas, quibus magis quàm legistis in huiusmodi materia peccati est credendũ. Cagno. in l. 2. nume. 5. C. de pac. inter empt. & vend. Natta in consi. 108. dixi aliàs in cons. 40. volumine 2. Cùm igitur in casu præsenti vltra pactum de retrouendendo sit modicitas pretij, quia res valoris duorum millium scutorum fuit vendita pro mille, meritò sequi videtur, vt dicatur dictus cõtractus venditionis celebratus in fraudem vsurarum.

¶ Secundò dicitur, q̃ † saltem cũ ista duo faciant semiplenam probationem, q̃ mediante iuramento suppletiuo iudicari debeat fœneratitius, iuxta notata in l. admonendi. ff. de iureiur. 2

¶ Verùm

¶ Verùm ſuprà dictis non obſtantibus vlterius cogitando, contrarium de iure eſſe arbitror, ꝙ contractus ipſe venditionis nullo modo dicatur factus
8 in fraudem vſurarum, ꝙ demonſtratur. Nam † cõtractus in dubio præſumitur verus, & validus. l. cũ precibus. vbi Bal. C. de proba. Idem Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat. per text. in l. qui retentionem. C. de vſur. vbi in dubio non præſumitur vſura vltra legitimum modũ & Bald. ſequitur ibi. Iaſ. col. 3. verſi. nota tamẽ. glo. in c. nauiganti. de vſur. Crot. in conſi. 141. nume. 6. Soci. Iun. in conſilio 27. num. duodecimo, volumine 4. Craue. in conſilio 145. numero 2. & in conſilio 156. in princ. Dec. in conſil. 119. columna quarta, verſi. 8. Natta in conſilio 198. num.
5. Inſignis dominus Franc. Burſat. in conſilio 117.
4 numero quarto, vbi † præſumitur legitimus, licitus atque iuſtus. Bald. in rub. de offi. iud. colum. 8. verſ.
5 ad officium iudicis. vbi inquit, ꝙ † omnis contractus præſumitur celebratus bona fide, & abſq; fraude, præſertim vſurarum. ſic etiam in dubio † cõtractus non præſumitur ſimulatus. Bal. in l. quamuis,
7 per illum tex. C. ſi quis alteri vel ſibi. Nam † nemo præſumitur delinquere. l. meritò. ff. pro ſocio. Deci. in conſilio 167. columna 1. in fi. D. Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 42. numero ſeptimo. Pariſ. in conſilio 77. in
8 princip. volumine 3. & † capienda eſt ſemper præſumptio excluſiua delicti. Crot. in conſilio 141. numero ſeptimo. Anton. Gabr. in ſuis commu. opinio. in titul. de crimina. concluſione ſecunda, in prin.

9 ¶ Secundò dicitur, quòd † pactum de retrouendendo non dicitur eſſe reprobatum à Iure. l. ſecunda, C. de pac. inter empt. & vendit. Socin. Iun. in cõſilio 27. numero quinto, volumine quarto, Crot. in conſi. 141. numero ſecundo, Cepha. in conſi. 289. numero 36. Neuizan. in conſilio 88. numero quinto, in fine. Dec. in conſilio 307. & 592. Natta in conſil. 198. numero ſecundo, Bero. in conſilio 212. numero 6. volumine tertio, Corne. in conſilio 23. in princip. volumine tertio, dicta deciſ. Pedemon. 42. numero octauo, in fin. Cũ igitur dictus contractus emptionis præſumitur verus, validus, iuſtus & legitimus,
10 vtique dicendum venit, quòd † aſſerenti contrariũ incumbit onus probandi ſe habere legem vel canonem aliter dicentem, ſed nullibi reperitur, ergo dici nõ poteſt. l. illam. C. de colla. in cap. quid autem. 30. quæſt. 4. ibi. nulla auctoritate reperitur prohibitũ. Socin. in conſi. 248. colum. 2. in prin. Verũ quia tota machina præſentis conſultationis conſiſtere videtur in videndo, an contractus præſens ſit vſurarius propter dicta duo, videlicet, pactum de retrouendendo & modicitatem pretij propter auctoritates ſuprà citatis. & poſito, quòd ſententia ipſa ſit vera, an ea militet in terminis noſtris, Ideo primò dico, quòd iſta duo non videntur ſufficere, vt voluerunt Bald. Saly. Iacob. de Aret. Cyn. & Dyn. in l. emptione. C. plus valere quod agitur, &c. Paul. de Caſtro in in l. rogaſti. §. ſi tibi. columna prima, vbi etiam Bened. de Plumb. Iaſ. colum. 3. verſi. nota multum. Socin. ad fin. Dec. colum. fina. & Purpur. numero 70. Bald. in capit. primo, de feud. dat. in vicem. l. com. & in conſilio 20. vol. 2. Hoſtien. in ſumma de vſur. §. qualiter, verſi. vltimo, Ioan. de Ana. in cap. conquæſtus de vſur. Anch. in reg. peccati. quæſt. 10. de regul. iur. in conſilio 257. columna prima, & in cap. ad noſtram. de empt. & vend. Ioan. Rugier. in rub. de cauſ. poſ. & propt. carta quinta. Crot. in conſilio 141. numero 5. Card. in clem. 1. quæſt. 18. de vſur. Ioan. Calder. relatus à Petro de Anchar. in dicta reg. peccati. qui dicebat Canoniſtas in hoc concordare. Iaſ. in l. quoties. columna ſecunda, in fin. C. de iud. & in cõſilio 21. colum. ſecunda, volumine primo, Fabia. in tract. de emptio. & vend. 7. quæſtio. principali. Cepha. in conſilio 289. numero trigeſimo ſeptimo, Iacobus Nouel. in reg. iur. 153. in ver. pactum de retrouendendo. Menoch. de arbitr. in caſu 217. numero 3. Cacialup. in l. admonendi. numero 225. de iureiur. Lap. de Caſtel. in ropet. capit fin. de iureiur. vbi etiã Maria. Roſar. Buſt. in prima par. ſermo. 27. & in tracta. de pac. de retrouendendo & indefenſo mentis. car. vndecima. columna 3. Angelica in verb. vſura. il primo, Ray. de Forli. vt inquit Archid. in cap. plerique. 14. quæſtio. 3. Boich. in dicto capit. ad noſtram. vbi etiam Petr. de Peruſ. vt citat Corne. in conſilio 4. columna prima, volumine primo, Barba. in conſilio 76. in primo dubio in 3. volum. Oſac. deciſ. 42. colum. fin. Gozad. in l. 2. numero 153. C. de pac. inter empt. & vend. vbi etiam Cagnol. numero 50. Cæpo. de ſimula. contrac. in 6. caſu principali. columna 5. verſicu. ex his, vbi dicit, quòd iſta opinio eſt veriſsima, & tenenda in conſulendo & iudicando. Natta in conſilio 586. columna prima. Ambr. de Vigna. in dicto capit. ad noſtram. colum. prima, vbi dicit, quòd iam bis legit. illam materiam & vidit cõſilia pluriũ, quorum copiam habebat, & ſæpius conſuluit & iudicauit, & adhuc iudicaturus erat, propterea viderat Doctores oẽs & Legiſtas ac Canoniſtas & Theologos, & in 6. notab. dicit, quòd ſi eſſet iudicaturus etiam in conſpectu Dei non iudicaret contractum vſurarium ex modicitate pretij & pacto de retrouẽdendo, niſi eſſet conſuetudo fœnerandi. rurſus in cap. illo vos. in vltimo notabili de vſur. Laur. à Pin. magnus practicus in d. c. illo vos. vt refert Laur. de Rodulph. in tracta. de vſur. quæſt. 6. vbi dicit, ꝙ in practica ſeruatur, ꝙ iſta tria requiruntur. Soc. in cõſilio 248. colu. fin. vbi etiam inquit, ꝙ ita tenuit genitor eius in trac. de vſur. quæſt. 12. Ioan. And. in dicto cap. illo vos. vbi etiam Card. Flor. Bero in conſi. 212. numero ſexto, volumine 3. & hanc eſſe receptã Doctorum ſententiam admittunt Alexand. de Neuo in conſilio 95. num. 21. Boer. in conſilio 12. Corne. in conſil. 224. columna prima, in fin. volumine 1. & 240. in fin. volum. eod. Ruin. in conſilio 16. num. 10. volumine 4. & in conſ. 66. numero nono, volum. eod. Burgos in d. c. ad noſtram. Soc. in conſ. 155. col. fin. Bero. in conſ. 165. numero vigeſimo quarto. vol. primo, 169. numero 18. volum. eod. Bal. in conſ. 359. in fin. volumine 5. 205. columna prima, volumine ſecundo, & frequentiori calamo Alexand. in conſil. 109. columna fin. volumine 4. Dec. in conſ. 167. col. ſecunda, & 648. columna prima, Soc. in conſ. 248. colum. fin. Iaſ. in conſ. 150. columna prima, 151. colum. ſecunda, & 153. columna ſexta, in princip. volumine quarto. Soc. Iun. in conſ. 50. numero 2. volumine 1. Paul. de Caſtro in conſ. 330. Neuiza. in conſ. 88. Corne. in conſil. quarto, columna prima, volumine primo. Stantibus igitur tot & tantis auctoritatibus doctorum, vtique negari non poteſt, quin contraria opinio videatur multum dubia, & forſitan hodie nõ ſequenda.

¶ Non obſtat glo. in dicto capit. conqueſtus: quia aduertendum eſt, quòd expreſsè non firmat illa duo ſufficere, ſed ſolum iſtud innuit, cum dicat, & præciuè ſi emptor cõſueuit vſuras exercere, ita ad illam glo. reſpondet Alexand. in conſ. 117. in 4. volu. quem ſequitur Iaſ. in conſ. 51. columna 2. volum. 4. in verſ. eſt etiam.

¶ Similiter non obſtat tex. in cap. ad noſtram, cũ iſta glo. quia dicitur, ꝙ ibi interuenerunt pactum de retrouendendo nõ quandocunque, ſed à ſeptennio vſque nouenniũ, & ſic infra ſeptennium & nouennium volebat liberè lucrari fructus illius medij tẽporis ſeptem annorum loco vſurarũ. item & ibi in-

ferus

teruenerit modicitas pretij, habito respectu ad verũ
11 valorem rei. Nam † ex qualitate pretij præsumitur qualitas contractus. l. per diuersas. C. mand. Abb. in dicto capit. ad nostram. colum. fin. versic. tertius casus. rursus in consilio 77. in primo volumine Iaſ. in consilio 150. columna prima, volumine quarto, & in consilio 153. colum. secunda, vol. eod. Soc. in cõsil. 248. col. fin.

¶ Sed dato, ꝙ alia opinio esset verior, tamen dicitur, ꝙ pluribus modis sententia ipsa locum sibi non vindicat in casu nostro, & primò, quia non fuit probata modicitas pretij cõsiderata à Scribentibus, quæ esse debet circa dimidia iusti pretij, vt est text. in d. c. ad nostram. Ancha. in consilio 9. columna penult. Iaſ. in consilio 151. columna tertia, in princip. volumine 4. & in consilio 153. columna tertia, volu. eod. Quòd autem non sit modicitas pretij circa dimidiã clarè demonstratur, quia & si venditum fuit dictũ massaritium pro pretio scutorum mille centum, cũ esset (vt præsupponitur) valoris scutorum duorum millium & centum. Attamen considerandum est,
12 quòd † dictum pactum de retrouendendo positum in dicta vẽditione facit rem esse minoris pretij, quã si simpliciter & sine dicto pacto venditum fuisset. Abb. in capit. cũ aliquibus. in 2. notabili de decimis. Dec. in consilio 167. numero 2. Soc. Iun. in consil. 46. numero quarto, volumine quarto, Ripa in l. prima. §. si hæres. nume. 26. ad Trebel. vbi inquit, ꝙ ad probandum contractum vsurarium respicere non debemus verum valorem rei, sed onus adiectum, videlicet, ad pactum de retrouendendo: quia ratione illius pacti dicitur minus valere. Natta in cõsilio 198. numero octauo, Ruin. in consilio sexagesimo sexto, numero nono, võlumine quarto, Crot. in consilio 141. numero quarto, Cephal. in consilio 261. numero nono. Crauet. in cõsilio 145. numero 9. Dominus Osasc. decis. sua Pedemon. 41. numero decimo quar-
13 to. Hinc dicimus † beneficia esse minoris valoris propter onera ipsis annexa. Bal. in l. sed si hoc. §. quidam. in fin. ff. de condit. & demon. vbi dicit, reditus
14 † beneficiorum tanti æstimandos, quanti valent deductis oneribus. Ripa in dicto §. si hæres. nume. vi-
15 gesimo sexto. Nam † ipsum pactum dicitur pars pretij. Abb. & alij in dicto cap. ad nostram. Dec. in consi. 308. numero 2. Paris. consilio 81. numero 30. volum. secundo. Cepha. in consilio 261. numero octauo. Neuiza. consil. 88. numero quarto. Soc. Iun. in consil. 46. numero 41. volumine 4. Ruin. in dicto consilio 66. numero nono. Bero. in consilio 212. numero sexto, volumine tertio. & in tantum hoc est verum, quòd dicit Soc. in consilio decimo quinto, numero 57. vo-
16 lum. primo, ꝙ † res vendita valoris centum florenorum, cũ pacto retrouendendi non valet nisi septuaginta, ratione dicti oneris, seu seruitutis adiectæ vẽditioni: quia dicta dilatio dicitur pars pretij l. prima, §. editiones. ff. de eden. & subdit, ꝙ in fallentissimè arbitratur, ꝙ nullus sanæ mentis, & prouidus paterfamiliâs emeret sub dicto onere rem valentem centum pro septuaginta, & ꝙ ipse non emeret: quia dictũ onus, seu seruitus adiecta de vendendo, quandocunque eidẽ venditori, dicitur pars pretij, quod dictum sequitur Tiraquel. in tracta. de retrac. folio 800. in princip. de quo dixi in consilio 96. numero quarto, volumine secundo, cui nunc addo doctissimum D. Franc. Bursat. in cons. 9. numero 35. in fi. cũ igitur in terminis nostris habita ratione dictę diminutionis dictum massaritium non dicatur venditũ vltra dimidiam iusti pretij sed infra, sequitur quòd contractus prædictus non potest dici vsurarius, cũ
17 † partes potuerint inuicem se decipere infra dimidiam iusti pretij. l. item si pretio. §. fin. ff. loca. Osasc. decis. 42. numero octauo, vbi est licitum de iure ciuili & canonico se inuicem decipere in pretio. Alexã de Neuo in consilio 97. numero 22. Dec. in consilio 167. columna 2. in fi. & ratio est secundùm Capram
18 in regula 87. nume. 62. quia † quando res participat de pluribus, regulariter à potentiori regulatur, sed vbi læsio non est vltra dimidiam, tunc pretium cõuentum est maius vel æquiualens ipsi læsioni, & sic fauore contractus vt sustineatur, pretium attenditur & nõ læsio, secus vbi præponderaret læsio, quod est, quando est vltra dimidiam, sequitur Osasc. decisi. 42. num. 8.

18 ¶ Secundò respondetur, ꝙ † dictus contractus non potest iudicari vsurarius, cùm huiusmodi contractus frequentẽtur valde in regione, ex his quę dicit Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. per
19 illum textum. ff. de ędil. edic. vbi inquit. quòd † si quis facit aliquem actum, qui æstimetur communiter licitus, licèt in contrarium sit veritas, vt quia sapiat vsuram, ex hoc non dicitur vsurarius, quod dictum reputat notandum ibi Saly. propter leges imponentes pœnam vsurarijs. Alex. in consi. 93. nume. 9. vol. 6. Cephal. in cons. 13. Dec. in cons. 270. colum. fin. Iaſ. in l. singularia. col. antepen. ff. si cert. pet. Neuiza. in cons. 88. nume. 7. Craue. in cons. 145. nu. 12. & in cons. 6. num. 103. Natta in cons. 386. num. 9. dixi latissimè in cons. 96. numero 26. volum. 2. pro qua sentẽtia etiam facit, quod voluit Butr. in cap. 2. de fi-
20 de instru. vbi dicit, ꝙ † consuetudo excusat notarios & alios scribentes à pœna falsi, vt si de more sit, ꝙ contra ius scribantur & sigillentur nomina prælatorum, per suos ad hoc deputatos, quamuis de hoc ipsi nihil sciant. Nam propter consuetudinem hoc non dicetur falsum. sequitur Alex. in cons. 39. nu. 2. vers. ad hoc. vol. 3. & in cons. 8. in fi. vol. 6.

21 ¶ Tertiò dicitur, ꝙ huiusmodi sententia sibi locũ vindicare non potest, vbi probatum reperitur emptorem fore timoratæ vitæ & conscientiæ ac bonæ famæ, quia tunc dicta duo nõ sufficiunt ad præsumptionem contractus vsurarij. ita Socin. in cons. 248. col. fin. Craue. in cons. 145. in fin. vbi inquit, loquendo in terminis nostris, ꝙ circa memoratos contractus, de quibus in casu suo, qui arguebãtur fœneratitij aduertendũ esse, ꝙ erat probatum de bona fama illius, contra quem agebatur, ex qua purgabantur omnes suspiciones, si quæ contra eum laborabãt per not. per Bart. in l. prima. §. pen. de re milit. idem voluerunt Iaſ. in cons. 153. num. 29. volum. 4. & Alciat. in cons. 45. quos citaui in cons. 96. numero 2. cum nonnullis sequentibus in 2. vol. vbi hanc sententiã multis medijs comprobaui, quibus dictis nunc etiã addo Corne. in cons. 4. columna 3. volumine 1. Dec. in cons. 308. num. 7. Alex. de Neuo in cons. 95. num. 21. pro quo accedit etiam quod scribit Cald. in disputatione incip. vsurarius emit. vbi dicit, ꝙ attendi debet quãtitas pretij & qualitas personarum sequitur Fely. in cap. si cautio. col. 24. vers. & de venditione. de fide instrum. sed in casu de quo agitur, probatũ est plenissimè de bona fama emptoris, & ꝙ apud omnes reputatur ita timoratæ conscientiæ sicut alius qui sit illius loci, & qui ibi habitat. Ergo concludendum venit, cõtractum venditionis fuisse licitũ, & non laborare aliqua præsumptione vsurariæ prauitatis.

¶ Vltimò non obstat, ꝙ saltem mediante iuramẽto suppletiuo iudicari debet contractus venditionis fœneratitius. Quia respõdetur ex mente Lap. de Castelio. in cap. fi. de iureiur. ꝙ ex probatione pacti de retrouendendo & paruitate pretij non defertur iuramentum suppletiuũ, quod & voluit Caccialup. in repetitione l. admonendi, numero 225. de iureiu-

rand. & præsertim istud admittendum venit in casu nostro, vbi non est probata in iustitia pretij, sed cõtrarium, & similiter edoctum ex consuetudine regionis, in qua frequentantur similes contractus, & pariter quòd persona emptoris fuit & est bonæ famæ & optimæ conscientiæ, per ea quæ suprà dicta fuerunt.

SVMMARIVM.

5 *Veritas disputando magis eluescit.*
2 *Viam ferro aperit qui per contraria scandit.*
3 *Princeps potest tollere præscriptionem.*
4 *Præscriptio tollitur per rescriptum Principis.*
5 *Statutum tollere potest præscriptionem.*
6 *Tempus petenda restitutionis in integrum licet sit quadriennium & continuum, tamen habet principium vtile, & nunquam incipit currere, nisi à die scientiæ, & ideo si quis staret per centum annos & ignoraret, petere potest restitutionem in integrum.*
7 *Præscriptione centenaria tollitur omne ius cõtra quoscunque, & omni casu currit.*
8 *Anni centum sunt longissimum tempus vitæ hominis.*
9 *Omne quod sub mundiali machina gubernatur, cursu centum annorum renouatur.*
10 *Lege aliqua, statuto, vel priuilegio si inducatur, nullã posse opponi præscriptionem, semper intelligi debet nisi labantur centum anni.*
11 *Præscriptio tanti temporis, cuius initij, memoria non extat, nunquam censetur sublata per prouisiones tollentes præscriptionem.*
12 *Reseruata in signum specialis prælationis & præeminentiæ, licet nunquam præscribantur contra Imperium vel Romanam ecclesiam, tamen spatio centum annorum præscribuntur.*
13 *Præscriptio inducta est, vt sit litium finis.*
14 *Cursus temporis immemorialis habet vim concessionis, & priuilegij iustè & decenter concessi.*
15 *Præscriptio immemorialis habet vim pacti.*
16 *Præscriptio immemorialis tantum potest quantum Imperator cum causa.*
17 *Præscriptio immemorialis nõ tollitur per clausulam nõ obstante lapsu temporis.*
18 *Princeps tollere nõ potest præscriptionem immemorialem.*
19 *Declaratio ad Bald. in l. falsam. C. si ex fals. instrumen.*
20 *Restitutio in integrum non datur contra præsumptionem iuris & de iure prout est præscriptio immemorialis.*
21 *Restitutio in integrum, vt concedatur ex capite ignorantiæ requiritur quod sit probabilis, aliàs secus.*
22 *Iuramentum non facit probabilem ignorantiam.*
23 *Scientia non requiritur in præscriptione immemorialis.*
24 *Ciuitas, si ignoranto Papa vel Imperatore per tempus immemoriale exercuerit, præscribit tale ius.*
25 *Scientiæ præsumptio cum non requiratur in præscriptione immemoriali, si quis velit eam petere, fortior probato ignorantiæ requiritur.*
26 *Restitutio in integrum non conceditur actori aduersus præscriptionem immemorialem.*
27 *Officio iudicis præscribitur spatio quadraginta annorum.*
28 *Restitutio in integrum datur ex æquitate.*

CONSILIVM LIX.

VIA Articulus, de quo quæritur, an Princeps potuerit concedere restitutionem in integrum ex clausula generali Domino Alexandro Cacialupo, aduersus præscriptionem immemorialẽ, vtilis est & difficilis teste Boerio in decis. 39. vbi inquit, quòd ab adolescẽtia sua vsque ad id ætatis tempus nihil scripsit difficilius propter varietates Doctorum: ideo vt veritas ipsius clarior reddatur, sequendo morem meum in
1 arguendo ad vtranque partem, cum † disputando veritas magis eluescat. l. mixta. §. munerum. ff. de
2 mune. & hono. & † viam ferro aperit, qui per cõtraria scandit. Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. col. 9. vers. modo contra. Curt. Sen. in consilio 78. in princip. Prima facit videtur dicendum, ꝙ per Principem restitutio ipsa concedi potuerit. Nam
3 clarum est in iure, ꝙ † Princeps potest tollere præscriptionem. l. præscriptio. C. de oper. publi. l. fin. C. de Sacrosan. eccle. Soc. in cons. 86. col. fi. vol. 1. Aret. in cons. 15. col. fin. Ripa in l. nemo potest. num. 113. de lega. primò, Ruin. in consil. 13. nu. 5. vol. 4. Soc. Iun. in cons. 145. num. 56. vol. 1. Cepha. in cons. 40. num. 47. Craue. de antiquit. temp in quarta par. in §. trãseo. nu. 39. cũ fuerit introducta de Iure Ciuili, vt ibi per eum. Balb in tract. de præscrip. in quinta part. q. 9. Brun. in cons. 45. col. 3. versi 4. ratione, vbi inquit,
4 ꝙ per † rescriptum Principis tollitur præscriptio cõpleta, ita ꝙ non obstet ei contra quem est præscriptum. Odofred. & Alber. in l. quoties. C. de precib. imper. offer. Osasc. decis. 102. nume. 6. si ergo potest tollere præscriptionem, vtique & concedere huiusmodi restitutionem: Nam pariter videmus, ꝙ †
5 statutum potest ipsam præscriptionem tollere. Bal. in l. receptitia. columna 2. C. de const. pecun. quem sequitur Ruin. in citato cons. 13. nume. 5.

¶ Secundò facit, quòd voluit Bal. in l. falsam. C. si ex fals. instrum. in vers. & ideo si quis. vbi dicit, ꝙ
6 † licet tempus petendæ restitutionis in integrum sit tantum quadriennium & continuum, tamen habet principiũ vtile & nũquam incipit currere, nisi à die scientiæ, & si quis staret per centum annos, petere, potest restitutionem in integrum, quòd inquit mẽti tenendum. Rub. Alex. in cons. 13. in fin. col. Alex. in consi. 4. num. 39. volum. 2. 150. columna 2. volum. 7. 39. num. 17. vol. 6. Dec. in cons. 36. col fi. versi. nec obstat. Craue. de antiquit. temp. in 4. part. in §. materia ista. quæst. 24. Corne. in consilio 165. litera A, la secunda, volum. 2. Grat. in consil. 125. num. 13 volum. 1. 91. nu. 54. vol. eod. consi. 101. num. 48. volumine 2. 145. numero 5. & 146. numero 16. volum. eod. Marsi. in l. qui ignorans. numero 17. ad l. Corne. de fals. in fing. 322. & in consilio 87. numero 13. Bal. in consilio 301. vol. 3.

¶ Verũtamen licet vrgentia primo aspectu appareant, eis nequaquàm obstantibus rectius animaduertendo contrarium de iure verius arbitror, quòd aduersus dictam præscriptionem Princeps non potest concedere restitutionem, Quoniam indubitati
7 iuris est: ꝙ † præscriptione centenaria tollitur omne ius contra quoscunque & omni etiam casu cur-
8 rit: sunt enim † centum anni longissimum tempus
9 vitæ hominis: & † omne ꝙ sub mundiali machina gubernatur tanti temporis cursu renouatur. Bal. in l. prima, columna secunda. C. de anna. excep. qui et-
10 iam dicit, ꝙ † vbi lege aliqua, statuto, vel priuilegio inducitur, nullam posse opponi prescriptionẽ, semper intelligi debet, nisi labãtur anni centũ: quia prescriptio centenaria tanquã sui natura tollens omne ius, nunquam censetur excluſa. glos. in verbo nulla.

in

la.in auth.vt de cætero commut. non fiant vbi Ang. idem notat Alex.in l.nemo potest.col.fin.de leg.pri-
11 mo, Rom.in l.1.in fi.ff.de vsucap.dicens, quòd † nũquam per prouisiones tollentes præscriptiones dicitur sublata præscriptio tanti temporis,in cuius cõ
12 trarium memoria non existit. Vnde licèt † aliàs cõtra Imperium vel Romanam ecclesiam nunquam præscribantur ea, quæ reseruantur eis in signũ specialis prælationis & præeminentiæ, vt per Io.Andr. in cap.1.de cler.ægrot.in 6.tamen spatio centum annorum etiàm prædicta præscribuntur.vt per Ange. in l.1. C.ne rei dom.Soc.Iun.in consilio 115.numero 28.& seq.volum.2.& in consilio 53.colum. 2.in princip. volumine 1.& in consilio 76. numero 86.volu. eod.cum pluribus seq. & hoc firma ratione statutũ
13 fuit propter bonum publicum † vt aliquando sit litium finis,Anchar.in consilio 170.columna 1.in fin. cum principio sequentis:vnde si ita est in præscripti one centenaria,fortiùs hoc dicendũ est in casu præsenti,vbi lapsi sunt anni centum triginta & vltra,&
14 hoc: quia † cursus talis temporis habet vim concessionis & priuilegij iustè & decenter concessi. l. hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aq. quot. & est.ex quo auctoritate Principis introducta est.Bal.in consil. 439. columna 4.volum.3.Craue.in consilio 10. numero
15 11.nec non † & pacti,Bal.in consi.15.colum.1.volum. 4.& in consi.24.colum.2.volum.4.Craue.vbi suprà Afflic.in c.1.§. si quis per triginta.in 2. notabili. nume.5.si de feud.fue.cõtro.inter dom.& agna.vbi inquit, paria esse aliqua mihi deberi ex pacto vel ex præscriptione. l. 2. §. Casius. ff.de aqua.plu. arcen.
16 Nam † vetustas tanti temporis tantum potest quantum Imperator,cum causa Isern.in c.1.in verbo flumina publica,in 3.columna, quæ sint regal. Iaſ. in l. quominus.columna octaua,versic.secunda ratio.ff. de flum.dixi in consilio 89. numero 11. cum plurib. sequentibus.volum.2.& adeò potens est huiusmodi præscriptio tanti temporis, cuius initij non sit me-
17 moria, ꝙ † non tollitur per clausulam non obstante lapsu temporis.Ioan.Andr.in cap.1.de præscrip.in 6.sequitur Cassane.in consilio 54.numero 52.& Soc. Iun.in consilio 76. numero 93. volumine 1. si igitur dicta præscriptio tollit omne ius,ergo & restitutionem in integrum.

¶ Secundò, quòd non detur dicta restitutio probatur auctoritate Anch. in consilio 170. columna 2. Ruin.in consilio 103.numero 6.volum.5.vbi dicit,ꝙ quando est decursum tempus cuius initij memoria non sit in contrarium,quòd aduersus dictũ cursum non datur restitutio ex clausula generali.secundùm Ang.in l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.oblig.quia ex cursu tanti temporis, quis habet præsumptionẽ iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium,But.in c.peruenit.columna 18. versic.ad tertium.de censib. Abb. in c. cùm à nobis. col.penul.de præscrip.Paris.in cons.23.numero 222. volum.1.vbi ait,nullam cadere dubitationem quin restitutio cesset aduersus præscriptionem immemorialem.Natta in cõsilio 222. columna 1. in fin. & 456. in fin. Iaſ. in cons. 209. columna penult. vbi asserit, hanc conclusionem indubitatissimam,dicens quoque ꝙ non credit, ꝙ aliquis Doctor in mundo vnquã aliter tenuerit, & ꝙ nullus sani capitis auderet dicere contrarium.Craue.in con.201.num. 37. Soci. Iun.in cons.76. nume 103.volumine 1. in consilio 6. col.fin.vol.3.vbi etiam inquit,hoc firmasse collegiũ Papiense in cons.incip. casus sic in facto.columna 5. impresso post tracta. de monetis Mart. Laud. Barba.in consi.41.nume.13.volum.1.rursus Soc.Iun.in consil.54.columna 3.volum.1.& 115.colum.pen.in fin.vol.2.Sena.Mantua.in consi.6.nu.111.inter consilia status Montisferrati,Alipran.in consi.13.in tertia par.nume.73.collegium Bononiense in consil.15. num 48.Card.Simoneta in consilio 39.num.52.inter dicta consilia,dixi in consilio 3.nume.98.vol.1.

¶ Quibus sic stantibus,nõ obstant quæ ex aduerso adducta fuerunt. Quoniam ad primum argumẽ-
18 tũ respondetur,ꝙ † licet princeps possit tollere præscriptionem, per iura & auctoritates suprà citatas, tamen illa conclusio locum habet in præscriptione triginta annorum vel quadraginta non in præscriptione immemoriali,vt constat ex supradictis.

¶ Similiter non obstat secundũ. Quia respondetur, ꝙ communis opinio est in contrarium, ꝙ non possit concedi, vt abundè dictum fuit. Nec obstare
19 videtur † decisio Bal. in d.l. falsam.& sequacium. ꝙ quadriennij tempus ad petendum restitutionem in integrum non currit nisi à die scientiæ: quia tale tẽpus est vtile à principio, & ideo etiam si per centum annos ignoraret, non nocet sibi lapsus temporis. Qria dicitur,ꝙ decisio Bal.& aliorum procedit,quã do in integrum restitutio competit, & aduersarius se fundat in præscriptione, contra quam datur restitutio. Nam tunc verum est, quòd principium quadriennij debet esse vtile,vt per Bald.& alios, vbi suprà, secus vbi sumus in casu. in quo quis se fundat in præscriptione immemorali, contra quã non datur restitutio in integrum ex causa ignorantiæ:quia tunc frustra consideratur,an quis sciuerit vel ne.Nã vbi certum est restitutionem in integrum non competere,de eius principio non est disputandum,cùm non entis nullæ sint qualitates & nulla accidentia.l. eius,qui in prouincia.vbi Docto. ff.si cert. pet. ita in terminis inquit Soc.Iun.in consi.76. nume.104.volumine 1. 54. numero 9.versi. ex his patet, & in consilio 145.num.81.vol.eod.Senatores Mantuani in cõ si.6.num.112.inter consilia status Montisferrati.Paris.in consi.23.num.222.versi. nec obstat,quod dicit Bal.vol.1.

20 ¶ Secundò respondetur,ꝙ † non datur restitutio cõtra præsumptionem iuris & de iure.Ange. in l.inter stipulantem.§.si Stichum. ff.de verb.obli. sed in ista præscriptione immemoriali est præsumptio iuris & de iure,quæ non admittit probationem in cõtrarium, ergo &c. ita Collegium Bononiense inter consilia status Montisferrati in cons.15.num.84.

21 ¶ Tertiò respondetur,ꝙ † ad hoc vt quis ex capite ignorantiæ restituatur,necesse est,quòd ignorantia sit probabilis,aliàs non datur.Rom.in consi.127. in fin.Alexand.in consil.71.col.1.vol.1.Dec.in consil. 266.colum.fin.303.columna 2.in fin.& in consi.564. in fin.Aret.in consilio 15.in fin. item & talis, quæ ex omni parte sit excusabilis. Alba in consilio 18. col. 1. in fin.Soc. Iun.in consil. 76. numero 106. volumine 1.at in casu nostro non apparet, quòd ex aliqua iusta & probabili causa cõcessa fuerit dicta restitutio, nisi
22 vellemus dicere † iuramentum præstitum pro dicta restitutione obtinenda facere probabilem ignorantiam,quod tamen est falsum,teste Craue. in tracta.de antiq.temp.in §.materia.nume.62.vnde cum ignorantia ipsa,quæ est iusta causa indulgendi restitutionem in integrum. Anchar.in consi.170.colum. 2.in casu præsenti non interuenit, negari nõ potest, quin nulliter concessa fuerit,maximè cùm præsumptio scientiæ sit contra dictum dominum Albertinum, qui obtinuit dictam restitutionem aduersus
23 hanc præscriptionem immemorialem: quia † in ea non requiritur scientia.glo.in l.hoc iure.§.ductus a-
24 quæ.ff.de acq.quotid.& æst.vbi Angel.inquit,ꝙ † si ciuitas ignorante Papa vel Cæsare exercuerit merũ imperium per tempus immemoriale præscribit illud ius Bald.in ius.Bald.in c. primo, quæ sint regal.

Dec. in cõsilio 271. colum. prima, Iaſ. in conſilio 209. colum. 2. volum. 2. Bero. in conſilio 115. numero 25. volum. 1. Pariſ. in cõſ. 27. numero 34. volum. 1. quam partem magis communem affirmant Alex. in cõſil. 6. colum. 2. volum. 1. Dec. in conſilio 85. numero 341. col. pen. verſi. & ideo, Curt. Iun. in cõſilio 158. nume. 12. Anton. Gabr. in ſuis com. opin. in tit. de præſcrip. concluſ. 1. numero 59. Et ideo inquit Craue. in tract. de antiq. temp. in quarta par. in §. materia. numero
25 62. quòd † cùm præſumptio ſcientiæ ſit contra petẽtem reſtitutionẽ, fortior requiritur probatio ignorantiæ.

26 ¶ Quartò reſpõdetur, q; † dicta ignorãtia nõ debet attendi, niſi quando quis tãquam reus cõuentus & ad ſui defenſionẽ ignorãtiam allegãdo peteret reſtitutionem in integrum, nõ autem ſi ageret, vt in caſu noſtro, vt probatur ex notat. per Curt. Sen. in cõſilio 58. colum. 4. in princip. verſicu. 3. ſolido & principali fundamẽto, vbi inquit, q; & ſi minori ſuccedẽti maiori ex clauſula generali cõcedetur reſtitutio in integrum, ſecũdùm gloſ. & Doctores in l. cũ filius. §. in hac. ff. de verbo. obliga. tamẽ illa doctrina procedit, quotieſcũque reus cõuenitur, & poſſidet, & vtitur iure defenſionis: quia tunc poteſt implorare beneficium reſtitutionis in integrum ex capite iuſtæ ignorãtiæ, quia nõ eſt in eius facultate, quãdo cõueniatur. l. purè, in fi. ff. de excep. doli. ſecus in minore nõ poſſidẽte & agẽte: quia nõ auditur ex clauſula generali ad petẽdum reſtitutionem in integrum. Imò ſibi imputãdum eſt, cur prius nõ ſe informauerit de iuribus ſuis, & plenè ſe certificauerit, & diligẽter exploraverit à coniunctis, & adminiſtratoribus, cùm ſit in poteſtate ſua quando velit agere & experiri, & ſubdit, quòd iſta eſt communis opinio. idem vult. Dec. in d. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. poſt Dyn. & ibi Soci. Iun. in cõſilio 46. numero 49. volumine 4. ergo idem in caſu noſtro, vbi dictus Albertinus nõ fuit conuentus, ſed actor.

27 ¶ Vltimò dici poteſt, quòd † cùm officio iudicis talis reſtitutio petatur, illi dicitur eſſe præſcriptum ſpatio quadraginta aũorum, ergo fortius per cẽtum & triginta años, prout ſignãter cõcludit Cor. in cõſi. 244. colum. 2. verſic. licèt itaque. volum. 4. ſequitur Soc. Iu. in cõſi. 76. num. 105. volu. 1. Vnde ex his cõcludendum eſſe arbitror, dictam reſtitutionẽ in integrum nulliter obtẽtam per d. Dn. Albertinũ
28 tanquam carentem æquitate & iuſtitia † qua tamen innitij deberet l. 1. ex quib. cauſ. maio. Cano. in c. 1. de reſtit. in integr. nullo quouis modo præiudicare potuiſſe Magnifio Dn. Iacobo Zobolo reo cõuento.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerũ ſtabilium minorum vt valeat, requiritur, quòd ſubſit æs alienum.*
2 *Et illud vrgeat de præſenti.*
3 *Plus, quòd creditores cum effectu inſtẽt minorem ſeu eius tutorem vel curatorem ad ſoluendum.*
4 *Nec non & iudex debet adhibere cauſæ cognitionem, an creditor inſtet & petat ſibi ſolui, aliàs ei non eſt ſoluendum.*
5 *Creditoris inſtantia non probatur ex eo, quòd in inſtrumento dicatur, creditorem inſtaſſe & petiſſe ſibi ſolui: quia hoc plenè debet conſtare iudici.*
6 *Venditio bonorum immobilium minoris antequã fiat, iudici liquere debet per diſcuſſionem bonorum, non extare bona mobilia, ex quibus ſolui poſſit æs alienum.*
7 *Alienatio rerum ſtabilium minoris antequam fiat, requiritur quòd interueniat inter locutoria iudicis, per quam declaretur bona mobilia non extare.*
8 *Alienatio rerum minoris debet fieri de re ſibi minùs damnoſa.*
9 *Nec debet vendi res magna pro paruo debito.*
10 *Auctoritas tutoris vel curatoris requiritur in venditione rerum ſtabilium minoris.*
11 *Tutori aſſerenti cauſam ſubeſſe vendendi res minoris non creditur.*
12 *Decretum iudicis requiritur in alienatione rerum minoris, & quidem cauſa cognita, aliàs non valet alienatio.*
13 *Præſumptio non eſt pro iudice interponente decretum in alienatione rerum minorum non præcedente cauſæ cognitione.*
14 *Venditio rerum minoris antequam fiat debet fieri ſcriptura ſeparata ab ipſa venditione de inquiſitione, cognitione, & probatione.*
15 *Inſtrumento facienti mentionem detractatu non creditur niſi appareat in ſpecie de inſtrumento tractatus.*
16 *Alienatio rerum minoris fieri debet interuenientibus ſubaſtationibus.*
17 *Inſtrumento facienti mentionem de ſubaſtationibus nõ ſtatur, niſi aliter appareat.*
18 *Alienatio rerum minorum debet fieri cum ſubaſtationibus viginti dierum.*
19 *Venditio facta per minorem non ſeruatis debitis ſolennitatibus non transfert dominium in emptorem, neque poſſeſſionem.*
20 *Conſtitutum appoſitum ſuper venditione rerum minoris facta non præcedentibus ſolennitatibus à iure requiſitis, non transfert poſſeſſionem.*
21 *Declaratio ad regulam, quod ex contractu nullo interueniente vera traditione acquiritur poſſeſſio ſed non dominium.*
22 *Alienatio rerum minoris facta non ſeruata forma ſtatuti redditur nulla.*
23 *Clauſula decreti annullatiua importat formam.*
24 *Forma non ſeruata corruit actus.*
25 *Forma non poteſt impleri per æquipollens.*
26 *Statutum faciens mentionem de auctoritate, importat quòd formaliter ponatur verbum auctoritas, adeò quòd non ſufficeret quid ſimile.*
27 *Ordinarius licèt poſſit aliquando ſupplere ex officio parte deficiente quæ ſe aſtrinxit, tamen ſecus erit in delegato habente formam.*
28 *Formæ defectus ſi peccat minima qualitate, corruit actus.*
29 *Quod ampliatur procedere etiam ſi de ſolennitate aliquid fuerit omiſſum abſque dolo, vt ex ignorantia vel negligentia notary.*
30 *Forma defectus maior eſt, quàm defectus materia.*
31 *Forma remitti non poteſt de conſenſu partium.*
32 *Recedere qui vult à contractu, debet prius reſtituere etiam id, quod ad eius manus peruenit, aliàs obtinere non poteſt.*
33 *Oblatio verbalis non ſufficit, ſed requiritur realis.*
34 *Declaratio ad l. ſecundam. C. de pact. inter empt. & vend.*
35 *Nullum quod eſt reſcindi non poteſt.*
36 *Oblatio iudicialis ſufficere videtur, cùm habeat vim ſolutionis quoad effectum, vt offerens nõ dicatur eſſe in mora ſoluendi.*
37 *Minor volens recedere à cõtractu, licèt debeat reſtituere, quòd ad eius manus peruenit, tamen id intelligitur, dummodo pretium ſit conuerſum in eius vtilitatem.*
38 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura.*
39 *Minor factus maior videtur ratificare contractũ venditionis factum in minori ætate.*
40 *Ratificatio minoris effecti maioris reconciliat contractum celebratum in minori ætate illumq; reddit efficacem*

ficacem & inexpugnabilem, licèt à principio fuerit nullus & inualidus.

41 *Ratificatio facta per minorem effectum maiorem non conualidat contractum dolosè factum.*

42 *Dolus semper censetur exceptus in quacunque dispositione.*

43 *Venditio facta contra formam iuris communis & statuti dicitur dolosè facta.*

44 *Dolus vbi præsumitur à lege, vel à statuto non debet probari.*

45 *Venditio facta per minorem, qui non reclamauit infra quinquennium post maiorem ætatem, perinde valet ac si de nouo facta fuisset, dummodo in ipsa venditione non interuenerit dolus.*

46 *Contractus minoris, qui habet dolum annexum, si non potest ratificari expressè, post maiorem ætatem minoris, poterit rarificari post ætatem maiorẽ per cursum temporis.*

47 *Emptor rerum minoris non seruata forma iuris, vel statuti, tanquam malæ fidei possessor tenetur nedum ad fructus perceptos, sed etiam ad alios, qui verisimiliter potuissent percipi.*

48 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in concussè ab omnibus admittitur.*

49 *Actio personalis non datur contra possidentem.*

50 *Defunctus non potest plus iuris transferre in hæredẽ, quàm ipse habebat.*

51 *Minor sicut non potest alienare sine solennitate requisita à iure, ita nec iura cedere, cum instar venditionis obtineat.*

52 *Solennitas eadem requiritur in approbatione & ratificatione rerum minoris, quæ requiritur in alienare.*

53 *Approbatio facta à minore non seruata solennitate iuris, ratione iuramenti efficitur valida.*

54 *Hæres minoris, qui alienauit nõ seruata forma iuris, potest agere contra hæredes secundi emptoris in subsidium.*

55 *Instrumentum publicum & solenne facit probationẽ probatam, manifestam, euidentem & non indigens disceptatione fori.*

36 *Res aliena licèt vendi possit in præiudicium vendẽtis: qui tenetur ad interesse, non autem in præiuditium eius, cuius est res: quia alienatio non valet.*

57 *Vendens rem alienam non transfert dominium.*

58 *Res nostras quis obtinere non debet nobis inuitis.*

59 *Prohibitio quæ fit de re minoris vt alienari, locari vel obligari non possit, locum etiam habet in re communi, quam minor habet cum alio.*

60 *Rei vindicatio datur etiam contra tantum detinentem.*

61 *Realem actionem tria sunt quæ pariunt, ciuilis possessio, naturalis & detentio.*

62 *Remedium l. 2. datur contra enormissimè læsum tã ex prima, quàm ex secunda venditione.*

63 *Læsio probatur per æstimatores informatos de valore, qui currebat tempore contractus.*

64 *Quod ampliatur procedere etiamsi contractus sit iuratus.*

65 *Minor vendes rem, licet iurauerit contra venditionẽ non venire ratione minoris ætatis vel alia quacunque ratione enormis læsionis, nihilominus poterit venire contrà, si læsio est nimis excessiua.*

66 *Dolus arguitur ex enormissima læsione.*

67 *Iuramentum non debet esse inquitatis vinculum.*

68 *Iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam, & vna deficiente non est obligatorium.*

69 *Minor, qui simpliciter iurauit non contrauenire venditioni aliqua ratione vel causa non exprimendo rationem minoris ætatis, per tale iuramentum dicitur tantũ sublatũ impedimentũ minoris ætatis, cũ de eo præcisè non fuerit expressum, non autem remedium enormis læsionis.*

70 *Dispositio quamuis generalis nõ includit casum, in quo interueniat dolus.*

71 *Rei satis demonstratæ frustra additur demonstratio.*

72 *Secunda emptio quando laborat eodem morbo cũ prima, quia vltra dimidiam iusti pretij, tunc actio extẽditur contra secundum emptorem.*

73 *Contractus vbi est nullus ipso iure, iuramento non firmatur.*

74 *Iuramentum metu extortum obligat, quando actus, super quo interponitur, per metum non est nullus, secus si nullus de per se & sui natura: quia tunc non valet.*

75 *Confessio facta sine indicijs per metum, sicut est nulla & inualida: ita & iuramentum superueniens: quod præsumitur meticulosum: erit nullum & inualidum.*

76 *Contractus quando est nullus ipso iure: non potest firmari iuramento: quia dicitur confirmatio impossibilis, nisi præsupponatur aliquod subiectum confirmabile.*

CONSILIVM LX.

CLARISSIMI iuris est, quòd contractus venditionis factæ Ioanni Agnesio per quondam Baptistam etiã de Agnesio minorem vigintiquinque annis de petia terræ, de quà agitur, fuit omnino nullus, cùm in ipso contractu non interuenerint nedum solennia requisita à iure communi in alienatione rerum minorum stabilium, sed nec solennitates de quibus in statutis vallis Vneliæ. Nam indubitati iuris est, q̃ ad hoc vt valeat alienatio rerum stabilium minorũ de substantia requiruntur infrascripta: & primò q̃ † subsit æs alienum. l. ab æs. C. de prædijs mino. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor. Soc. in consi. 255. columna 2. Dec. in consilio 60. colum. 2. Bald. in consil. 180. in princ. vol. 2. dixi in consi. 33. volu. 1. 99. volum. eod. consi. 18. vol. 2. & in consil. 7. nu. 19. volum. 3. quod & voluerunt Soc. Iun. in cons. 144. nume. 22. vol. 1. & in consi. 3. num. 21. vol. 2. Natta in cons. 162. num. 1. & 631. num. 35.

2 ¶ Secundò, q̃ † vrgeat æs alienum de præsenti, adeò quòd non sufficeret: quòd speraretur de futuro. d. §. ne passim. ibi. si modò vrgeat creditor. & in §. si æs alienum il primo, in eadẽ. l. ibi: sed ita demũ, si vrgeat æs alienum. Bero. in cons. 183. col. 1. volum. 1. Menoch. in tract. de tract. de arbitr. iud. li. 2. cent. 2. casu 171. num. 5. & in tantum non sufficit, vt adsit q̃s
3 alienum, nisi † etiã & creditores cum effectu instent minorem seu eius tutorem vel curatorem ad soluẽ-
4 dum, d. §. ne passim. vbi Bart. inquit. q̃ † iudex debet adhibere causæ cognitionẽ an creditur instet, & petat sibi solui, quia aliàs ei non est soluendũ: ad idẽ est tex. in l. tutor vrgentibus creditoribus. ff. de mino. dixi, vbi suprà. Menoch. in d. casu 171. num. 8. & adeò
5 hoc à iure recipitur, quòd † etiã si liceretur in instrumento, creditores instasse, & petijsse: adhuc nõ probaretur ipsa instantia & petitio, ex quo sunt verba notarij tanquam prolata à tutore vel curatore, & cõtrahentibus: quia plenè hoc constare debet iudici vltra assertionem tutoris vel curatoris. Dec. in consil. 403. col. 3. Paris. in consi. 85. col. 3. vol. 3. & in cons. 98. col. 2. volu. 1. & per alios relatos in suprà dictis meis consilijs, quos nõ transcribo, Menoch. in d. casu 171. num. 8.

¶ Secundò dicitur, quòd etiam dato quòd instaret æs alienum de præsenti, & creditores verè petijs-

sent sibi solui, quòd adhuc ipsa venditio non valet:
6 quoniam iura statuũt, quòd † antequã procedatur ad venditionem rerum immobiliũ minoris: q̃ iudici liqueat per discussionẽ bonorũ, q̃ non extent bona mobilia, ex quibus possit solui ęs alienum d. §. ne passim l. 1. §. q̃ si fortè. ff. de reb. eor. Rom. in consilio 121. dicens, q̃ iudici incumbit excutere, an pecuniã numeratam habeat minor, vel in nominibus debitorum, qui conueniri possint, vel in fructibus conditis, vel in reditibus, Cephal. in cons. 215. in fi. & Bero. in cons. 182. colum. 2. vol. 1. Menoch. vbi suprà. nume. 11. vbi etiã dicit, quòd in hoc etiam versatur non parum iudicis arbitrium, an quæ in redituũ spe collocata sunt, ita collocata sint, vt spes maxima lucri sit ferè, vt de ea dubitandum probabiliter non sit, vel ita sit spes remota, vt maius credi atque effici possit, quemadmodum quotidie Curatores reperiuntur: Si itaque maxima extat lucri certa spes, iudicare atque æstimare poterit iudex ex pecunijs illis non esse creditoribus soluendum: sin minus, hoc est, si spes erit remota, vtilius erit ex illis æs alienum soluere, quàm prædia alienare.

7 ¶ Requiritur & tertiò, q̃ † interueniat interlocutoria iudicis, per quam declaretur, bona mobilia non extare, vt dixit Ang. per illum tex. in auth. de eccles. rerum immob. alie. propter æquiparationem rerum ecclesiæ & minorum, quem sequuntur, quos citaui cons. 34. col. 1. nu. 6. vol. 1.

8 ¶ Quartò requiritur, vt † vendatur res minoris minus ex damnosa d. §. ne passim. Affli. in decis. 249. vers. 3. Corne. in consi. 109. col. 2. vol. 3. Dec. in consi. 403. col. 3. Paris. consil. 99. col. 1. & 100. colum. prima, volum. 1.

9 ¶ Dicitur & quinto, q̃ est de substantia, vt † nõ vendatur res magna pro paruo debito. l. & si fine. §. 1. ff. de mino. d. §. ne passim. & Affli. vbi suprà.

10 ¶ Adesse † debet & sextò auctoritas tutoris vel curatoris. l. neque. l. eum qui. C. de autho. tuto. gl. & Bal. in l. 1. ff. de reb. eor. Petrus in repetitione. l. 1. numero 130. ff. de iureiur. Menoch. vbi suprà nume. 22. Soc. Iun. in consil. 48. nume. 13. volum. 1. q̃ quidem non requiritur ad alium finem, nisi vt curator sagacior, prudentiorq̃ ipso minore consideret & procuret, an talis contractus redundet in damnum vel vtilitatem ipsius minoris: & cognito q̃ minori sit vtile, contrahere debet & auctoritatem præstare, quoniam absque tali cognitione, & discussione si auctoritas interponeretur, nulliter esset interposita, nec per eam validaretur actus, sed nullus esset ipso iure. Ancha. in consilio 83. Barb. in consilio 6. columna 2. & 3. volum. 4. Alexan. in consilio 163. in fin. volumi. 5. Alcia. in consi. 164. num. 6. vbi etiam inquit quòd
11 † lex non confidit de tutore asserente causam subesse, sed requiritur q̃ iudex cognoscat & decretum interponat, aliàs quòd actus est nullus ipso iure, vt neque tractu temporis confirmetur. l. quod ab initio. ff. de reg. iur.

12 ¶ Requiritur & septimò † post supradicta decretum iudicis l. neque tutores. C. de adm. tuto. l. 1. & ibi glo. & Bald. ff. de reb. eor. Soc. Iun. in consi. 144. nume. 20. volum. 1. in cons. 3. numero 41. volum. 2. & in cons. 22. nu. 2. vol. eod. quod interuenire debet causa cognita, aliàs non valeret glo. in l. minoris. quam sequuntur Bar. Bal. & Saly. C. de præd. mino. & ideo dixit tex. in d. l. neque tutores. causas alienationis primò probandas esse, antequam decretum interponatur. Menoch. vbi suprà. nu. 23. cum sequenti & hoc
13 in tantum procedit, quòd † si iudex decretum interponeret nõ præcedente causæ cognitione, pro eo nõ præsumeretur, Bal. in consi. 184. vol. 2. Natta in cõs.
14 361. num. 27. ex quo † de tali cognitione. inquisitione & probatione debet fieri scriptura separata ab ipsa venditione & decreto & antequam fiat ipsa venditio Paul. de Castro. in consilio 91. secundùm antiquam impressionem. dixi vbi suprà. vbi multos citaui, quibus etiam addo Ferra. in caut. fi. in fi. Fely. in cap. sicut. col. 17. vers. per quam. de re iud. Butigel in l. sciendum. num. 32. de verb. oblig. vbi etiam ait,
15 q̃ † non creditur instrumento facienti mentionem de tractatu, sed quòd debet fieri speciale instrumentum de tractatu, & quòd ita vidit seruari à personis cautis. Natta in consilio 631. num. 32. Menoch. vbi suprà, num. 26.

16 ¶ Vltimò requiritur, q̃ † dicta venditio fiat in terueniẽtibus subastationibus. l. & si fine. §. 1. iuncta glo. & ibi Bar. ff. de mino. Paris. in consi. 100. col. 2. vol. 1. vbi asserit hanc esse communem. Menoch. vbi suprà num. 27. & adeò sunt de substantia huius-
17 modi subastationes, q̃ † non statur instrumento facienti mentionẽ de ipsis, nisi alio modo appareat. Bart. in l. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. alios citaui in d. consilio 33. nu. 8. & in alijs suprà relatis. Bal. in cons. 182. colum. 1. vol. 3. vbi etiam dicit ita
18 communiter teneri. & † vltra requiritur, q̃ fiant per viginti dies. auth. hoc ius porrectum, ibi: per viginti dies oportet rem esse venalem. C. de Sacrosanct. eccle. Moder. in tract. de empt. vend. q. 5. versi. sequitur de solennitate. Ferret. in tract. de gabel. numero 273. Menoch. vbi suprà, nume. 28. at in casu præsenti non solum non interuenerunt in dicto contractu venditionis factæ per d. Ioannem Baptistam omnes supra dictæ solennitates, imò nec aliqua, ergo dictus contractus nullus ipso iure, & per quem non fuit translatum in emptorem, nec dominium, nec possessio. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. Bero. in consil. 48.
19 numero 12. volumi. 3. vbi inquit, q̃ † venditiones & alienationes factæ non seruata forma prouisionis reddùntur nullæ, & ex eis non potuit transferri dominium nec vsucapiendi conditio & possessio ex talibus alienationibus & contractibus acquisita censetur vitiosa & malæ fidei. l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. Paul. de Castro in l. non dubium.
20 col. pen. C. de legib. vbi dicit, quòd † ex constitutione super tali instrumento appositа nulla trãsfertur, nec acquiritur possessio: quia vbi contractus seu instrumentum est nullum, possessio ex cõstituto in eo appositо non transfertur: quia vitiato principali vitiatur accessorium, vt declarat Alex. in l. 1. §. si vir. ff.
21 de acquir. pos. Nec habet obstare, quòd † ex contractu nullo interueniente vera traditione acquiritur possessio, licèt non dominium. vt in d. §. si vir. Quia dicitur hoc locum non habere in minore, qui nõ potest alienare res nisi cum certa solennitate, & alienãdo sine solennitate requisita non transfert dominiũ neque possessionem, vt probatur in l. iubemus. §. sanè. C. de Sacrosanct. eccles. & ita per illum tex. declarat & limitat Alexan. in d. §. si vir. vbi concludit, q̃ imò ex contractu nullo & contra legis prohibitionẽ facto possessio non transfertur, quando ille, qui nõ poterat alienare nisi cum certa solennitate, alienauit sine ipsa, sequitur Bero. vbi suprà numero 14. cum sequenti, & tantò magis redditur nulla ipsa venditio ob non etiam seruatam solennitatem statuti vallis
22 Vneliæ, in quo cautũ reperitur, quòd si † maior decem & septem annis masculus fecerit aliquam venditionem cum cõsilio duorum propinquorum, vel duorum vicinorum sibi proximiorum, valeat alienatio, deficiente verò prædicta solennitate venditio
23 firma non habeatur. Nam clari iuris est, quòd † dicta clausula decreti annullatiua importat formam Doctores communiter in l. prima. ff. de lib. & posthum. Neuiza. in consilio 70. numero 34. Emilia. in consil.

80.nume.20.Bero.in consi.5.numero 5.volum.2.87. num.1.vol.3.& 113.nume.2.vol.eod.Port.in consilio 112.num.28.vbi dicit, ꝙ statutum, ꝙ mulieres nuptæ non possint se obligare sine iudicis decreto, & duorum consanguineorum proximiorum bonæ famæ consensu, aliàs contractus sit nullius momenti, tale statutum videtur inducere formam, & quidem es-
24 sentialem † qua deficiente corruit actus.l. mulier. §. abesse.ff.de verb.sign.Fely.in c.cum dilecta.colum. 6.versi.nunc de formæ obseruatione.de rescrip.si ergo clausula ipsa importat formam, ob id sequitur, ꝙ ea non seruata ad vnguem corruit venditio, & redditur nulla.Grat.in consilio 52. num. 36.vol.2.Port. in consi.200.num.8.Bero.in consi.172.num.17.vol.
25 1.Bursat.in consilio 73.num.23.adeò † quòd non potest impleri per æquipollens.Dec.in consilio 466.nume.13. Port.in consilio 122.nume.28.Inno. in c.cùm
26 consuetudinis.de consuet. vbi voluit. ꝙ † si in statuto fiat mentio de auctoritate, requiritur ꝙ formaliter ponatur vebum auctoritas, adeò ꝙ non sufficeret aliquid simile.facit etiam quod notat Gem. in c.
27 secundo,de rescrip.in 6.vbi inquit, ꝙ † licet ordinarius possit aliquam supplere ex officio parte deficiẽte, quæ se astrinxit iuxta glo.in c. si potuit.de elect.in 6.secus tamen erit in delegato habente formã, quas decisiones sequitur Emil.in citatò consi.30.numero
28 29.& in tantum hoc procedit, quòd † si defectus formæ peccaret in minima qualitate, corruit actus. Deci.in consilio 632. numero 5.& 605. nume.10.Rui.in consi.64.numero 14.volum.1.115.nume.16. volum.3. Port.in consi.200.num.9.Bursat.in consi.55.nume.
29 11.Neuiza.in consi.77.nu.2.quod † ampliatur procedere,etiam si aliquid de solennitate fuerit omissum absque dolo,putà ex ignorantia,vel negligentia notarij.Bal.in c.ex literis.fide instrum. vbi Felyn. col. quarta declaratione, Bero.in consilio 2. columna 2.
30 volumine 2.Nam † defectus formæ maior est quàm defectus materiæ.Bero.in consilio 56.numero 5.volum.1.adeò quòd nihil minimum mutari potest: & in consilio 2.numero 1.volumine 2. & tanta est sub-
31 stantiæ forma, ꝙ † etiam consensu partium remitti non potest.Bero.in consi.115.num.3.vol.3. Menoch. in tract.de arbitr.iud.quæst.30.nu. 6. sed in casu nostro solennitas statutaria non interuenit: ergo venditio nulla tam ex defectu solennitatis inductæ de iure communi quàm statutariæ.

¶ Nec vis fieri debet, quòd dictus Ioannes Baptista non potuit agere ad consequutionem dictæ rei
32 venditæ ex cõmuni calculo Doctorum volentiũ, ꝙ † qui vult à contractu recedere, debet priùs restituere totum id, quod ad eius manus peruenit, aliàs obtinere non potest.l.si à te.C.de pact. inter empt.& vend. glo.in l.si in emptiõe.§.fi.vers.tutor.in fi.ff. de cõtrahen.empt.Anchar.in consi.34.colum.fin.versi.præterea.Cepha.in consi.207.in princip.Natta in consil. 631.in princip.vnde cùm ipse non restituerit pretiũ quod habuit ex re vendita, videtur quòd succumbere debeat.Nec dicatur, ꝙ in libello fuerit oblatũ pre-
33 tium.Quia respondetur, quòd † illa oblatio nõ fuit realis sed verbalis, quæ non sufficit, sed qui pecuniã debet, illam debet offerre actualiter, præsertim vbi agitur ad actionem consequendam.l.quid. versi.idẽ respondit.in fin.de solut.Barto.in l.prætor.§.si quis paratus.de no.oper.nunt.Alexan.in consi.130.colu. 3.versi.non obstat.volumine 4.Sas.in l.iurisgentiũ. in princip.ff.de pact.Mathesil.notabili 129. Quia re-
34 spondetur pluribus modis,& primò, quòd † dispositio dictæ l.potest procedere quando agitur ad rescisionem contractus,secus quando agitur, vt cõtractus pronũtietur & declaretur nullus,vt in casu nostro, vbi venditio est nulla: quia facta non seruata solennitate legali nec municipali,ita Castr.ibi & in l. 2.col.2. vers.breuiter,eod.tit.Bal.in l.acceptam.q.9. vbi & Castren.C.de vsur.Alex.in consi.92.col.1.ver-
35 si.nec obstat.vol.1.dixi in consi.7.nume.4.volum.3. Nam † quod nullum est, rescindi non potest. l.nam etsi sub conditione.vers.post defectum. ff.de iniust. rup.testa. Natta in consi.631.nume.7.Ceph.in consil. 207.num.53.

¶ Secundò respondetur, ꝙ prædicta conclusio potest procedere in oblatione extraiudiciali, secus in iu-
36 diciali, vt in casu nostro † quæ sufficere videtur, cũ habeat vim solutionis quoad effectum, vt offerens non dicatur esse in mora soluendi.l.si reus. §. fin.ff. de pign.actio.Bart.in l.interdum.§.fin. & in l.si insulam.in 1.opp.2. partis de verbo.oblig.licèt non quo ad effectum, vt debitor liberetur, nisi etiam accedat consignatio & depositio, vt loquitur tex.in d.l.si à te quã ita intelligit Bal.in l.acceptam.in 1.q.C.de vsur. & cum prædictis transit Sas.in d.l. interdum.§. fi.& in l. qui Romæ.in prin.col. 4. de verborum obliga. Natta in consi. 631. col.2.dixi in consi.7.nu.29.vol.3.
37 ¶ Vlteriùs dicitur, ꝙ † licèt minorẽ volentem recedere à contractu oportet id restituere, quod ad ipsius manus peruenit, tamen id intelligitur, dummodo illud in eius vtilitatem versum fuerit, vbi cõtractus est nullus.l.prædiorum.in fin.vbi Doctores. C.de præd.mino. Dec.in consi. 60.colum.2. Bartol. Bal.in l.1.C.si aduersus cred.Soc. in consi. 119.volumi. 1.cuius probatio ad ementem spectat. l. si prædium. §.emptor autem.C.de præd.mino. cuius dicti ratio est: nam si id conuersum in vtilitatem minoris, ipse ex eo censetur factus locupletor.l.in pupillo.ff. de so-
38 lut.sed † nemo debet fieri locupletior, cum aliena iactura,& hoc etiam iure naturali.l. nam hoc natura. ff.de cond.indeb. ergo nec minor meritò igitur & ipse tenetur restituere id in quo factus sit ditior.l.tertia.§.pupillus.ff. de neg.gest.Dec. in d.consil.60.col. 2. quæ ratio cessat, quando ditatus non esset ex eo, ꝙ recepisset. vnde cùm non fuerit probatum ex aduerso Ioannem Baptistam ex dicta alienatione vtilitatẽ cõsequutum fuisse optimè sequitur, ꝙ potuit bona alienata repetere & à contractu discedere, etiam absque eo ꝙ acceptata restituerit: ita Cepha. in consilio 207.nume.37.cum pluribus seq. Natta in d. consilio 631.nu.5. scripsi in consilio 7.num.28.vol.3.vbi in eodem casu omnes tres consuluimus.

¶ Præterea, consultũ est ipsi emptori per retentionem rei venditæ loco pignoris, nisi pretium restituatur, si sibi erit restituendum. iuxta l. Iulianus. §. offerri.ff.de actio.emp.Bar.& Bal.in l.1.C. si aduers. cred.Natta vbi suprà, numero 6.

¶ Similiter non habet obstare, ꝙ d.Ioannes Baptista venditor maior factus videtur ratificasse dictũ contractum venditionis, exigendo ab emptore pecunias de restantibus & quitationem eidem faciendo de solutis.per tex.in l.1.& 2.C.si maior fact.lib.2.vbi expressè traditur, ratificationẽ minoris effecti maioris reconciliare cõtractũ celebratũ in minori ætate: quoniã illũ reddit efficacẽ & inexpugnabilẽ, licèt ab initio fuisset nullus & inualidus, ꝙ & probatur in
39 in l.1.& 2. vbi notant oẽs.C.si maior fac.li.5. Hinc dixit Bal.in cõs. 184. vers.nunc venio in 2.vol. ꝙ † minor factus maior intelligitur ratificare re ipsa & facto contractũ nullũ factũ in minori ætate, percipiẽdo cẽsum: affictũ & reditus, & magis in terminis Are.in cõs.127.col.1.& 2.versic.sed quando, vbi vult, ꝙ nedũ verbo sed facto, putà recipiendo solutionẽ, dicitur quis ratificare etiã in terminis tituli. si maior factus &c. D.Osasc.in decis.58.n.11. Ratio etenim hu-
40 ius cõclusionis esse videtur, quoniã † sumus in ratificatiõe actus gesti à minore, qui fuit nullus, & modò

agitur de confirmando dictum actum ab ipsu mino re gestum iam facto maiore, in qua confirmatione cessat illa qualitas minoris ætatis, quæ produxerat illam nullitatem, & ideo ista confirmatio & ratificatio non trahitur retro. Alexand. in consilio 117. col. 2. volum. 5. sed valet & confirmatur ex nunc, & idem operatur, ꝙ nouus contractus operaretur. Bart. in l. ab emptione. col. fin. ff. de pact. & in terminis Castr. in d. l. 1. C. si maior fact. Nã iste actus gestus, celebratus & scurus post minorem ætatem declarat animũ ratificantis qualis fuerit in actu præcedenti, & conse quenter, ꝙ verè voluerit venditionẽ facere, vt in simili habetur in l. sed Iulianus. §. sed si ab initio. ff. ad Maced. §. pauonum. Inst. de rer. diuis. Paris. in consil. 49. nu. 14. cum pluribus seq. vol. 1. Quia respondetur,
41 ꝙ † prædicta conclusio posset sibi locum vindicare, nisi in venditiõe, de qua agitur interueniſſet dolus. quia tunc nunquam conualidatur actus dolosus ex simplici ratificatione etiã expressa. d. l. 1. vbi glos. C. si maior fact. lib. 2. Cur. Iun. in consi. 50. col. pen. & fi. l. 3. §. si quis vers. sed ei. ff. de mino. vbi Bar. inquit cõtractum dolosè factũ non ratificari per superueniẽtem maiorẽ ætatem, etiamsi ratificatio facta fuisset: quoniam præsumptio doli est præsumptio iuris & de iure, contra quã non admittitur probatio in con trarium. Ang. post glo. in l. fi. C. ꝙ met. cau. Cur. Iun.
42 in cons. 5. col. 2. in prin. & † in quacunque dispositio ne semper exceptuatus esse cẽsetur dolus. l. creditor. §. Lucius. ff. mãd. Alex. in cõs. 139. vol. 7. ita respondẽt Rom. in cõs. 54. Barb. in cons. 42. in 1. vol. & in cõs. 70. col. 3. vol. 4. vbi voluit, non esse attendendã ratificationem à maiori expresè factã alienationis tẽpore minoris ætatis celebratæ: si acquirens in dolo versatus fuerit in nõ seruãdo solẽnitates requisitas à iure. Soc. in cõs. 59. nu. 31. vol. 2. Paris. in cõs. 100. n. 69. vol. 1. Rui. in cõs. 170. nu. 26. vol. 1. Ant. Gabr. in suis com. opin. in tit. de mino. concluſ. 4. in 4. limit. Osasc. in decis. 58. nu. 32. Bursa. in consi. 82. num. 18. sed in casu nostro talis venditio facta contra formã iuris & sta-
43 tuti dicitur dolosa, † quoniam contrahentes contra facientes legi & statuto dicũtur versari in dolo. Bar. in l. 1. §. non aũt. si quis testa. lib. esse iuſ. fue. Alexa. in cons. 196. col. 2. vol. 6. Rom. in terminis in consil. 54. Barb. in cõs. 42. col. 7. vol. 1. Cephal. in consi. 115. in fi.
44 post Calcan. vbi per eum citatum & † quando præsumitur à lege vel statuto, nõ est necesse aliter dictũ dolũ probare. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obli. Ang. in l. si duo. ff. de acqu. hæred. Alex. in cons. 118. nu. 4. vol. 7. Paris. in cõs. 100. nu. 67. cũ seq. vol. 1. Ruin. in citato cons. 170. nu. 29. & Bursat. vbi supra Menoch. in tract. de recup. pos. in 15. remedio. nu. 132. & 177.

45 ¶ Vltimò nõ obstat, ꝙ † hic venditor nõ reclamauit infra quinquennium post maiorẽ ætatẽ, quo casu videtur perinde ac si de nouo ipsam venditionẽ feciſſet, vt est tex. in l. fi. C. si maior. fac. li. 5. Dec. in cõ si. 209. col. 1. 232. col. 3. in prin. & in cõs. 254. col. 3. in fi. Paris. in cons. 33.. n. 29. vol. 1. Quia respondetur, ꝙ dicta lex debet intelligi, dũmodo in contractu non interuenerit dolus, vt in casu nostro per regulã quę habet, ꝙ in quacunque dispositione legis dolus cẽsetur reseruatus. l. Lucius. ff. mand. vbi in generali mãdato facto alicui semper intelligitur reseruatus dolus. ita Curt. Iun. in cons. 50. col. pen. & fi. & in cons. seq. Ant. Gabr. in suis com. opi. in tit. de mino. in 4. con-
46 clus. in 4 limit. vbi dicit, ꝙ † si contractus minoris, qui habet dolũ annexum, non põt ratificari expresè per maiorẽ ætatẽ superuenientẽ, minùs poterit ratificari post ætatem maiorẽ per cursum temporis. Menoch. vbi suprà nu. 177. & sequ. vnde ex his sequitur vera, solda & irrefragabilis conclusio, ꝙ dictus contractus venditionis tanquã factus contra formã le-
47 gis & statuti pronũtiari & declari debet nullus † emptorẽq; teneri & obligatũ esse ad remissionẽ rei venditæ vnà cũ omnibus fructibus perceptis: & qui veri similiter poterãt percipi, cũ fuerit in mala fide: quia mercatus cõtra iura omissa solennitate iuris & statuti. Bart. in l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. lib. 10. vbi etiã Ioan. de Plat. col. fi. & Luc. de pen. in fi. Balb. in tract. de præscrip. in 3. par. principali. in verb. nũc declarata materia. in 1. q. Tiraquel. in trac. de retrac. fol. 769. n. 42. in fi. vbi dicit, id perpetuũ esse, & quòd hanc glossam vt ordinariã & omnib. uotã sequũtur Doctores ibi per eũ citati. Fel. in c. si diligenti. col. 4. in prin. de præscrip. Soci. in c. si diligenti. nu. 26. eod. tit. Ias. in §. itẽ si quis in fraudẽ, nu. 42. de actio. Rom. in cõs. 54. nu. 5. Caue. in cõs. 142. nu. 12. & in cõs. 134. num. 16. & in tract. de antiquit. temp. in 4. parte in §. materia. num. 5. dixi in cons. 18. num. 85. volu. 2. Alexand. in cons. 151. nu. 3. volum. 7. Menoch. de recup. posses. in 15. remedio, num. 179. Nam generale est, vt omnes malę fidei possessores teneantur ad fructus rei perceptos & percipiendos, seu qui percipi potuerunt. l. sed & partus. in prin. ff. ꝙ met. cau. vbi glos. l. ait prætor. §. per hanc. ff. quæ in fraud. cred. Menoc. in dicto 15 remedio. num. 606. cum sequenti.

¶ Verùm quia sumus in casu in quo Ioãnes Agnesius primus emptor non habet ampliùs dictum prędium penès se, sed illud vendidit Ioanni Bergano, videndum erit, an Ioannes Franciscus frater Ioannis Baptistæ primi venditoris & hæres eius ab intestato potuerit agere contra Sebastianum, Lazarum & Dominicum filios & hæredes d. q. Ioannis Bergani ad recuperationem ipsius prædij, tã nomine proprio, cùm pars dimidia eiusdem prædij fuerit ipsius Ioannis Francisci, quàm hæreditario prædicti Ioannis Baptistæ. Primo namque aspectu videretur dicendũ
48 quòd non † arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod argumentum in concusse ab omnib. admittitur. l. patre furioso. vbi Ias. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Soc. Iun. in consi. 1. nu. 47. vol. 4. & in cons. 74. nu. 8. vol. eod. Bero. in cons. 77. nu. 52. vol. 1. 76. nume. 2. vol. 2. & 202. nu. 9. vol. 3. Nam aut dictus Franciscus hæreditario iure agere voluit contra dictos hæredes Ioannis Bergani, occasione venditiõis factæ per Ioannem Baptistam eius fratrem, quæ (vt dictum fuit) nullius momenti fuit ob non seruata solennia & non potest: quoniam cõmuni calculo re-
49 ceptũ est, ꝙ † actio personalis nõ datur cõtra tertiũ possidentẽ. l. fi. §. fi. ff. de cõtrah. empt. per quã regulã ita dixerunt Petr. & Cyn. in l. 2. quæst. 11. C. de rescind. vend. vbi dicunt, ꝙ si tibi vendidi fundum minùs dimidia iusti pretij, & tu eũ vendidisti tertio, si postea volo agere pro rescindenda venditione, & cõsequi restitutionẽ rei meæ, vel mihi suppleri iustum pretiũ cõtra secundũ emptorẽ, nõ possum, sequitur Alex. in cons. 92. nu. 8. vol. 1. Bal. in d. l. 2. q. 13. Saly. colum. 6. vers. sed iuxta. Cagnol. q. 30. Ias. in l. 1. §. si hæres percepto. ff. ad Treb. Ruin. in cons. 32. col. 5. vol. 1. Caue. in cõsi. 7. col. fi. Tiraq. in tract. de retract. §. 1. glo. 7. vers. 12. Boer. in decis. 182. nu. 50. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de empt. & vend. concluſ. 1. nu. 24. in 1. limit. & num. 34. in 16. ampliat. D. Osas. in decis. Pedemon. 65. nu. 16. Nam si non liceret d. q. Ioanni Baptistæ, si viueret, minùs debet licere suo hæ-
50 redi, in † quẽ non potuit plus iuris trãsferre quã habe ret. l. si vniuersæ. C. de leg. l. nemo põt. de regu. iur. & eo magis id suadetur, cũ hæres ipse cesserit Petro Antonio & Nicolao filijs & hæredibus præd. q. Ioãnis Agnesij primi emptoris omnia iura, quæ habebat cõtra ipsum primũ emptorẽ, p pretio dicti prędij vẽditi nondũ sibi soluti; & postea vti procurator dictorũ

cessio-

tionariorum fecit liberationem & quitationem debitori cesso ob solutionem sibi dicto procuratorio nomine factam de dicto pretio prædij venditi. Nã ex istis actibus infertur approbatio venditionis præcedentis. vt per Tiraquel. in tract. de const. pos. in 3. par. limit. 30. numero 12. versi. nam & per solutionem. Menoch. in tract. de recup. possess. in 15. remedio numero 118. & tollitur nullitas contractus præcedentis. l. fin. C. ad Maced. l. licet. ff. de iud. Bero. in cons. 187. num. 3. post Bal. ibi per eum citatum. volumine 1. vbi per receptionem census ratificatio inducitur. ¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd dicta cessio fuerit nulla, quia facta per d. Franciscum tunc
51 existentem minorem, quo casu † sicut minor non potest alienare sine solennitate ordinata à lege, ita nec iura cedere, cũ instar venditionis obtineat. Port.
52 in consilio 198. numero 4. item † quia in approbatione & ratificatione rerum minoris eadem solennitas requiritur, quæ in alienatione. l. 2. in fi. ff. de reb. eor. Bero. in consilio 134. nume. 6. volumine 1. Quia
53 respondetur, dictam † approbationem, quamuis facta à minore, validã fuisse ratione iuramenti præstiti in dicta cessione & ratificatione. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vẽd. Dd. in l. 2. C. de rescin. vendit. Vlteriùs dicitur, quòd dictus Franciscus factus maior ratificauit huiusmodi alienationem, quã facere potuit. l. 1. & 2. C. si maior fact. in lib. vbi expressè traditur, ratificationem minoris effecti maioris confirmare contractum celebratum in maiori ætate: quoniam illum reddit efficacem & inexpugnabilem, licèt ab initio fuisset nullus & inualidus, quod & probatur in l. 1. & 2. C. si ma. fact. lib. 3. Hinc dixit Bal. in consilio 184. vers. nunc venio. in 2. vol. q minor factus maior intelligitur ratificare re ipsa & facto contractum nullum factum in minori ætate, percipiendo censum, affictum & reditus, & magis in terminis. Aret. in consilio 127. col. 1. & 2. versi. sed quando, vbi vult, q nedum verbo sed facto, putà recipiendo solutionem, dicitur quis ratificare, etiam in terminis tituli si maior fact. Osas. decis. 58. nume. 11. Ratio etenim huius cõclusionis esse videtur, quoniam sumus in ratificatione actus gesti à minore, qui fuit nullus, & modò agitur de cõfirmando actũ ab ipso minore gestum iam facto maiore, in qua cõfirmatione cessat illa qualitas minoris ætatis, quæ produxerat illam nullitatem, & ideo ista confirmatio & ratificatio non trahitur retro. Alexan. in consil. 117. col. 2. vol. 5. sed valet & confirmat, vt nunc & idem operetur, q nouus contractus operaretur. Bartol. in l. ab emptione. col. fin. ff. de pact. & in casu per Cast. in d. l. 1. C. si ma. fact. nam iste actus gestus, celebratus & secutus post minorem ætatem declarat animum ratificantis qualis fuerit in actu præcedenti & consequenter, q verè voluerit venditionem facere, vt in simili habetur in l. sed Iulianus. §. sed si ab initio. ff. ad Maced. §. pauonũ. Inst. de rer. diuis. Parisi. in cõs. 49. nu. 14. cũ sequenti vol. 1. Aut vult venire ad rescissionem dictæ venditionis factæ per Ioannẽ Baptistam contra hæredes secundi emptoris, & tunc
54 dicitur, q † licèt potuisset intentare actionem cõtra eos tanquam hæredes d. secũdi emptoris, per ea quę notant Bal. Saly. & alij in d. l. 2. C. de rescind. vendit. quæst. 13. vbi voluerunt, q quando secunda emptio laborat eodem morbo cum prima vltra dimidiam iusti pretij, tunc extenditur contra secundũ emptorem actio: à qua sententia nullus discrepat: tamẽ hoc locum non habet nisi in subsidium ex quadam æquitate, vt in specie hoc annotauit Emanuel Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum. in 2. par. numero 68. de lib. & posthum. vbi dicit, hoc accipiendum esse, vbi primus emptor soluendo non est, nec potest à vendi-

tore conueniri. Didac. in lib. var. resul. c. 3. nume. 10. vers. 1. conclusio. Crimen. in l. 2. numero 188. versic. istud tamen. vbi etiam Cagnol. numero 144. versic. nisi. dicens ita copulatiuè intelligere Dd. Fede. Suarez. in sua allegatione 21. in fi.

¶ Aut vltimo loco voluit venire cessionario nomine Petri & Nicolai vti filiorum & hæredum quõ. Ioannis Agnesij, secundi venditoris contra prædictos hæredes Ioannis Bergani, & non potuit quia nõ potuerunt in eum transferre ius quod nõ habebãt, cùm pater dictorum cedentium vendiderit dictũ prædium Ioanni Bergano cum translatione dominij & possessionis. l. si vniuersæ. C. de lega. & eò maximè cùm contractus dictæ venditionis fuerit iuramento firmatus, ratione cuius iuramenti non competeret ipsis cedentibus remedium d. l. 2. ergo multò minùs ipsi Francisco cessionario.

¶ Sed præmissis non obstantibus contrariã sentẽtiam in casu præsenti veriorẽ esse arbitror ex sequẽtibus. Et in primis dicimus, q dictus Franciscus iure proprio potuit agere ad consecutionem medietatis prædij, quod commune habebat cum fratre Ioanne Baptista, vt cõstat de dicta communione per instrumentum venditionis, cui, cùm habeat omnia solennia, standum venit c. 1. vbi omnes Doctores de fide
55 instrum. Nam † instrumentum publicum & solẽne facit probationem probatam, manifestam euidentem, quæ non indiget disceptatione Fori. Tiraquel. latè in tract. de retract. folio mihi 382. nume. 20. dixi in consilio 57. nume. 2. volum. 3. Nam nulli dubium
56 est, q † licèt res aliena vendi possit. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. glos. in l. si qua alienam. ff. de actio. emp. Alex. in consil. 69. in prin. vol. 4. Afflic. in decis. 40. nume. 5. illud tamen intelligitur verum in præiudicium vendentis, qui tenetur ad interesse nõ
57 autem ad præiudicium eius, cuius est res: quia † alienatio non valet. l. si alienam. C. de fur. vbi Bal. nec per eam transfertur dominium. gl. in l. exempto. in prin. ff. de act. empt. Afflict. vbi suprà num. 2. & ratio
58 est: quia † nobis inuitis non debet, quis retinere res nostras l. si filio. §. 1. ff. solut. matr. dixi in consilio 57. nu. 20. vol. 3. Vnde cùm non poterit vendi hæc pars
59 per d. Ioannem Baptistam minorem: quia † prohibitio, quæ fit de re minoris. vt non possit alienari, vel locari vel aliter obligari, locum habet etiam in re cõmuni, quam minor cum alio communem haberet. l. qui neque, in fine. ff. de rebus eo. Bero. in consi. 134. num. 4. vol. 1.

¶ Secundò dicitur, q etiam nomine suo & hæreditario fratris potuit agere ad recuperationem dicti prædij contra hæredes secundi emptoris, quoniam
60 ambigui iuris non est, q † rei vindicatio datur etiã contra tantum detinentem rem. Bart. in l. Pomponius. §. si is, qui. ff. de acqui. pos. Bald. in l. 2. in 2. q. C.
61 vbi in rem actio. vbi dicit † tria esse, quæ in rem actionem pariunt aduersario, ciuilis possessio, naturalis & detentatio, & de hoc est tex. clarus in l. officium. in fin. ff. de rei vind. qui dicit, ab eo, apud quem res deposita est, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum seruandorum causa, vel dotis vel vẽtris nomine in possessionem esset, vel cui damni infecti nomine non cauebatur, ab his omnibus, & si non possideant, cùm tamen teneant & restituendi, rei facultatem habẽt, vindicari posse Claud. Mor. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 30. & sequ. ff. ad acqui. poss. vbi etiam Rubeus Alexand. nu. 195. & quam communem ibi firmant Are. Bolog. nume. 60. & Coras. num. 47. sed hæredes dicti quon. Ioannis Bergani secundi emptoris tantùm detinent dictum prædium, cùm in eum nõ potuerit transferri dominium dictæ rei venditæ, nec possessio, sed sem-

per re-

per remanserit in d.Ioanne Baptista minore, qui illud vendidit sine solennitate ordinata à lege vel statuto Vneliæ Ioanni Agnesio: nam si non potuit trãsferri in eũ (vt suprà dictum fuit) minùs potuit per ipsum transferri in secundum emptorem: nam nõ entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. Vnde his stantibus sequitur, quòd per dictum Franciscum potuit proponi rei vindicatio contra iam dictos hæredes Ioannis Bergani secundi emptoris pro consecutione ipsius prædij.

62 ¶ Tertiò dicitur. q. † etiam potuit cõtra dictos hæredes agere remedio l. 2. C. de rescind. vend. ratione enormissimæ læsionis resultantis tam ex prima venditione, quàm ex secunda, vt notant ibi omnes Scribentes Bero. in consilio 90. nume. 23. volum. 2. 212. numero 10. volum. 3. Craue. in consilio 114. nu. 16. 188. nu. 4. Bertran. in consil. 32. col. 2. vol. 2. vbi di-
63 cit, q. † pro demonstranda ipsa læsione debent eligi æstimatores, qui sint informati de valore, qui curre bat tempore contractus, sequitur Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de empt. & vend. conclus. 1. nu.
64 48. q. † ampliatur procedere, etiã si contractus fuerit iuratus. Paul. de Cast. in consilio 155. in fin. vol. 1.
65 vbi † si minor vendidit rem, & iurauit non venire contrà ratione minoris ætatis vel alia quacũque ratione enormis læsionis, nihilominus poterit venire contrà, si læsio est nimis excessiua. Corne. in consilio 238. colum. 5. vol. 4. Craue. in consilio 7. nume. 5. vbi inquit, rationem esse: quia quando læsio vltra dimidiam est nimis excessiua, tunc subuenitur etiam maiori non obstante iuramento, quod relaxari debet,
66 quia ex tanta tanquam excessiua læsione † præsumitur dolus ex proposito, cùm non sit verisimile, passum quem fuisse se lædi adeò enormissimè, quin interuenerit dolus. Et hanc esse magis communẽ Dd. sententiam firmant Cur. Iun. in consilio 53. numero 10. Craue. in consi. 11. num. 11. in fin. Bero. in consilio 177. num. 47. vol. 1. Rub. Alex. in consil. 103. nume. 2. Cephal. in consil. 157. num. 61. ex enormissima enim læsione dolus arguitur, nedum re ipsa sed etiam ex proposito. l. si superstite. in fin. C. de dolo. Corne. in cons. 140. num. 5. vol. 3. Ruin. in cons. 135. numero 13. volu. 1 Soc. Iun. in consil. 148. num. 47. vol. 1. Alba in cons. 81. nu. 49. Nam iste casus videtur exceptus, ne
67 † iuramentum sit iniquitatis vinculum. Dec. in cõs. 180. num. 5. & in cons. seq. num. 2. Soc. Iun. in consilio 20. nume. 34. vol. 4. consi. 24. nu. 21. 47. nu. 17. volum. eo. Bero. in consi. 50. num. 9. vol. 1. Rub. Alex. in cons.
68 139. num. 1. Debet † enim habere tres comites iuramentum, videlicet, veritatem, iudicium & iustitiã. Soc. in consi. 20. num. 35. volum. 4. 24. num. 21. volu. eo. Bero. in consi. 50. num. 9. vol. 1. Rub. Alex. in cons. 12. num. 7. adeò q. vno deficiente nõ est obligatorium. Port. in consil. 22. num. 32. vbi quodlibet iuramentũ tres comites habere oportet. c. animaduertendum. 22. quæst. 2. vbi Arch. Gem. & Egid. aduertunt, alioquin periurium existimatur, quod D. Augustinus docuit, matrem non exhibere aduersus angelicam, ac naturalem pietatem c. inter cætera. 22. q. 4. quocirca in vniuersum Pontifices summi statuerunt, tunc quidem iuramentum non esse custodiendum, cùm peccatum faueret & iniquitatis ipsius vinculũ injceret c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. cũ absque salutis æternæ interitu custodiri nequeat, illius vinculum canon dissoluit. c. cùm contingat. de iureiur. Et ideo siue ex proposito siue obiter ex enormi lęsione præsumptus dolus in aliqua dispositione interuenerit, iuramenti virtutem, etiam nulla præcedente absolutione, dissolui veteres receptiùs concluisse videntur, vt per multas auctoritates demõstrat Port. in consil. 19. nu. 44. 22. nu. 34. & 10. nu. 232.

Si igitur data enormissima lęsione iuramentum nõ obstat maiori. vt etiam per Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de empt. & vend. conclus. 1. num. 86. vers. 2. limita. ergo multò minùs non debet officere minori. Rub. Alex. in consil. 103. num. 2. & maximè in casu præsenti, vbi est tantùm simplex iuramentum, per ea quæ scribit Bero. in consilio 22. num. 55. vol. 2. vbi inquit. q. licèt quando minor expressè iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, nec aliqua alia ratione vel causa, procedat dictum Bart. in l. 2. C. de rescind. vend. qui voluit, q. minor, qui sic iurauit nõ
69 possit contrauenire, tamen † si minor simpliciter iurauit non contrauenire aliqua ratione vel causa non exprimendo ratione minoris ætatis, tunc per, iuramentum, solũ dicetur sublatum impedimentũ minoris ætatis, cũ de eo pręcisè non fuerit expressũ, nõ aũt dicetur sublatum remedium enormis læsionis vel aliud, ex quo actus annullari poterat, quoniã per hoc iuramentum generaliter prędstitum nõ censetur cogitatum de enormi læsione, sed solũ de ætate, vt notabiliter declarat Abb. in c. cùm contingat in vers. nonus casus. de iureiur. Soci. in consilio 48. in fi. vol. 4. Rui. in consi. 159. col. pen. in fin. vol. 5. Ergo multò fortiùs hoc dicendum venit, quando minor, qui iurauit, est enormissimè læsus, ex quo resultat dolus, cui iura magis subueniunt propter eius imbecillitatem. Alex. in consi. 42. in fi. vol. 1. Ruin. in
70 cons. 16. nu. 8. vol. 4. Nam † nulla dispositio quamuis generalis casum includit, in quo dolus interueniat. Cephal. in cons. 137. num. 59. de enormissima læsione perpulcre demonstrauit D. Consultor respondẽdo dictis testium examinatorum à parte aduersariorum, qui nequaquam elidere possunt dicta & depo-
71 sitiones testium dicti Francisci: & † cùm rei satis demonstratæ frustra ad datur demõstratio, iuxtà tex. in l. 1. ff. de dot. præleg. in fi. Et quamuis ex præmissis videantur sublata ferme omnia, quę suprà in cõtrarium adducta fuerunt, tamen, vt veritas præsentis consultationis eluceścat, singulariter omnibus accomodabo responsum, & in primis non obstat, q. d. Franciscus hæreditario nomine non potuit agere contra hæredes secundum emptoris: quia actio personalis non datur contra tertium possessorem, d. l. fi. §. fi. de contrahen. empt. Quia respondetur, q. hic actum nõ fuit actione personali per Franciscũ contra hæredes supradictos, sed rei vendicatione, vt supradictum fuit in vers. 2.

72 ¶ Secũdò dicitur, quòd † etiam potuit agere cõtra dictos hæredes: quoniam apud Scribentes admittitur, quòd quando secunda emptio laborat eõdem morbo cum prima, quia vltra dimidiam iusti pretij, tunc actio extendit contra secundum emptorem. Bal. in d. l. 2. q. 13. vbi etiã alij. C. de rescin. vend. ergo multò fortiùs, quando laborat enormissima læsione: per ea quæ suprà dicta fuerunt.

¶ Nec obstare videtur cessio ex aduerso allegata, & facta per Franciscum filijs & hæredib. primi emptoris. Quia illa non valet, nec in dicta approbatione fundamentum fieri potest. Primò, quia dicta cessio non complectitur caput dicti prædij; imò in eà excluśum est, vt magis est videre, quàm referre. ideo, &c.

¶ Secundò dicitur, q. quamuis dicta cessio fuerit iuramento firmata, tamen ex præiudicare nõ potest d. Francisco ratione enormissimæ læsionis resultantis ex ea: nam (vt dictum fuit) generalis dispositio nunquam includit casum, in quo dolus interueniat. Cephal. in consilio 137. nume. 59. Item & quia
73 † vbi contractus est nullus ipso iure, iuramentum non potest illum firmare. Bulg. in auth. sacramenta puberũ. seu in l. 2. C. si aduers. vẽdit. quem sequũtur

ibi

ibi Cy. & Vltramontani. Franc. in c. quãuis. de pact. in 6. Marſ. in l. pen. colum. antep. ff. de quæſt. vbi dicit, ꝙ iuramentum metu extortum obligat, quando actus ſuper quo interponitur iuramentum per metum non eſt nullus. ſecus ſi nullus de ſe & ſui natura: quia tunc non valet. & ideo concludit, quòd
74 † ſicut cõfeſsio facta ſine indicijs per metũ eſt nulla & inualida, ita & iuramentum ſuperueniens, ꝙ præſumitur meticuloſum, erit nullũ & inualidũ Ang.
75 in conſ. 160. col. 2. vbi tradit, quòd † quando cõtractus eſt nullus ipſo iure, non poteſt firmari iuramento: quia dicitur impoſsibilis confirmatio, niſi præſupponatur aliquid ſubiectum cõfirmabile, vt probatur in c. auditis. de elect. in c. prudentiam. vbi ita ait Inno. de offi. deleg. Bero. in conſ. 175. num. 57. volum. 2. Cephal. in conſi. 207. num. 59. Ruin. in conſil. 60. nu. 4. vol. 4. Soc. Iun. in conſ. 44. num. 17. volu. 2. dicens, ꝙ licèt in practica iſta opinio non ſit multum tuta, quia multi tenent oppoſitum: tamen reſtringendo eum, quando contractus eſſet omnino inualidus de iure communi, videtur ꝙ de iure procedat, ſubdens hanc eſſe magis communem. dixi in conſi. 7. nu. 39. vol. 3. vbi vltra has auctoritates multas alias citaui, quibus etiã addo Port. ita tenentem in cõſ. 80. nume. 14. & 101. num. 5. ſed hic alienationis cõtractus eſt nullus tanquam factus omiſsis ſolennitatibus requiſitis tam à iure cõmuni, quàm à municipali, vt ſuprà dictum fuit. ergo, &c.

¶ Secundò dicitur, dictum iuramentũ nõ obſtare, cùm contineat leſionẽ vltra dimidiam nimis exceſsiuam. vt probatur ex notatis per Paul. de Caſt. in conſ. 155. ad fin. vol. 1. vbi inquit, ꝙ ſi minor vendidit rem & iurauit non venire contrà ratione minoris ætatis, vel alia quacũque ratione enormis læſionis, nihilominus poterit venire cõtrà, ſi læſio eſt nimis enormis. Cro. in conſ. 258. col. 5. volu. 4. Crau. in conſ. 7. num. 5.

¶ Nec refragari videtur, ꝙ cùm Franciſcus non reclamauerit infra etiam quinquennium poſt maiorem ætatem, videtur perinde ac ſi de nouo venditio facta fuiſſet. l. fi. C. ſi maior fact. lib. 5. Dec. in cõſi. 209. col. 1. 232. col. 3. in princ. & in conſ. 254. col. 3. in fin. Pariſ. in conſi. 33. num. 29. vol. 1.

¶ Quia reſpondetur, ꝙ dicta lex debet intelligi, dummodo in venditione non interueniſſet dolus, & quidem enormiſsimus, vt in caſu noſtro, per regulam d. l. creditor. §. Lucius. vbi in generali mandato facto alicui, ſemper intelligitur reſeruatus dolus. ita Curt. Iun. in conſ. 50. col. pen. & fin. & in cõſ. ſeq. Anton. Gabr. in ſuis com. opin. in tit. de mino. conclu. 4. in 4. limit. vbi dicit, ꝙ ſi contractus minoris, qui factus eſt maior, non ratificatur per ſuperuenientem ætatem, quando interuenit dolus, minùs poterit ratificari poſt ætatem maiorem per curſum temporis. Menoch. vbi ſuprà. num. 177. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Clerici & eccleſiæ non tenentur ad ſolutionem gabellarum.*
2 *Priuilegia venditoris tranſeunt in emptorem.*
3 *Fiſco ſicut reus tenetur edere inſtrumenta ad cauſam facientia, ita & emptori fiſcalium gabellarum, ſed contrà num. 16.*
4 *Coloni eccleſiæ ſunt exempti & immunes à gabellis ſicut eccleſia.*
5 *Priuilegium mutatur mutatione perſonæ.*
6 *Intellectus imponendis mutata perſona mutatur ſtatus rei, & conſideratur qualitas noui poſſeſſoris.*
7 *Res profana ſolita ſoluere collectas ſi deuenit ad eccleſiam, efficitur libera ſolutione gabella.*
8 *Nobiles tã de iure quàm de cõſuetudine nõ tenẽtur ad ſolutionem collectarum, etiam pro prædijs acquiſitis & regiſtratis à plebeis.*
9 *Capellanus ſi moritur relicto hærede laico, inuentarium confiſci debet per curiam ſecularem.*
10 *Priuilegium perſonale non egreditur perſonam priuilegiati.*
11 *Priuilegium quando eſt reale tranſit ad colonos emptorum, ſecus ſi perſonale.*
12 *Priuilegium immunitatis conceſſum patri non extẽditur ad filios, ſingularem ſucceſſorem, nec hæredes vniuerſales.*
13 *Priuilegium conceſſum à iure clericis & eccleſiaſticis perſonis, ne teneantur ſubire munera, eſt perſonale: quia conceſſum vt ſummi Dei cultu frequentiores ſint.*
14 *Colonus partiarius eccleſiæ ſoluit decimas de ſua parte, licèt monaſterium à quo conduxit eas non ſoluat.*
15 *Coloni eccleſiarum tenẽtur ſoluere gabellam pro rebus & portionibus fructuum ad eos ſpectantibus.*
16 *Immunitas conceſſa fiſco à ſolutione vectigaliam, non tranſit ad ſingulares ſucceſſores cãm habentes ab eo.*
17 *Priuilegium quod rei cohæret, tranſit ad emptorem, ſecus ſi perſonæ, quando tamen onus eſt ordinarium.*
18 *Onus gabelle ſi eſt annexum contractui, trũſit ad emptorem, ſecus ſi ſeparatum.*
19 *Res libera pluris venditur quam oneroſa.*
20 *Cautela pro emptore emente frumentum ab eccleſia.*
21 *Emens rem à fiſco, licèt pleno iure acquirat, tamen ſi ſcalia munera publica ſubire tenetur.*
22 *Statutum ſi diſponat, quòd portans vinum extra territoriũ cadat in talem pœnam, ſi ciuis portat vinum emptum à clericis incidit in pœnam ſtatuti.*
23 *Fiſcus & etiam clerici ſi aliquid abduci faciunt gratia negotiandi, gabellam ſoluere tenentur.*

CONSILIVM LXI.

MAGNIFICVS Dn Henricus de Troiuate emit mille modia frumenti ab eccleſia Nolana, quæ cùm conduceret ad Heluetios fuit à gabellarijs ſuis amicis admonitus, ꝙ de ipſo frumento erat ſoluenda gabella. Ex aduerſo autem præſupponit ipſe Dn. Henricus ſe non teneri ad ſolutionẽ huiuſmodi gabellæ ſub eo prætextu. ꝙ frumentũ iam dictũ emerit ab eccleſia, quæ immunis & exempta eſt à ſolutione gabellæ. Quæritur quid iuris. Prima quidẽ facie videtur dicẽdum.
1 ꝙ † ſi clerici & eccleſiæ nõ tenentur ad gabellas, vt cõcludunt Petr. Cy. & Bal. in l. omnis. C. de epiſ. & cler. per l. placet. C. de ſacroſ. eccl. auth. Itẽ nulla cõmunitas. eo. tit. vbi cõmuniter Dd. ita nec teneantur emptores fructuũ eccleſiarum ad talem ſolutionem:
2 quia † priuilegia venditoris tranſeunt in emptorẽ. l. Rutilia Polla. vbi Bart. & cæteri. ff. de cõtrah. empt.
3 ¶ Secundò facit. Nã † ſicut fiſco reus tenetur edere inſtrumenta ad cauſam faciẽtial. l. nec quiſquã. ff. de eden. l. ſenatus cenſuit. eod. tit. l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſci. Rip. in l. 1. nu. 11. verſ. quarta cauſa eſt. C. de eden. ita & emptori gabellarũ fiſcalium, Bal. in d. l. nec quicquam.

¶ Tertiò accedit. Nam ſi iſte emptor pro extracti one dicti frumenti empti ab eccleſia teneretur ad gabellã, hoc onus in effectu redundaret in eccleſiã, quæ illud vendidit: quia tantò minùs emptores emerent ratione oneris gabellæ. & ita euacuaretur exemptio venditionis & fraudatus remaneret bene ficio exemptionis, qui in effectu pro tali extractione haberet onus gabellæ, ex quo ab emptore minus recuperaret, ita Dec. in conſi. 48. col. 3. verſ. quarto.
4 ¶ Quartò videmus, ꝙ † coloni eccleſiæ ſunt exempti &

pti & immunes à gabellis, sicut est ecclesia. l. dominicos. C. de ag. & mancip. Dom. fisca. lib. 11. ergo & emptores bonorum & fructuum ecclesiasticorum.

¶ Præmissis tamen non obstantibus, puto veritatem esse in contrariũ, & ius ac iustitiam militare pro dictis gabellarijs ex infrascriptis fundamentis, ex quib. apparebunt responsiones ad ea, quæ superiùs in oppositũ adducta fuerunt. Et in primis moueor ex conclusione, quæ habet, ℣ † mutatione per-
5 sonę mutatur priuilegiũ. Bar. post Dy. in l. Paulus. in fi. ff. de acqui. hære. vbi etiam inquit, ℣ si Respublica vel ecclesia transit ad priuatum, perditur priuilegiũ, & efficitur vsucapibilis. Alex. in cons. 35. nu. 18. volu. 4. vbi post Arch. & Io. And. in c. 1. de immu. ec-
6 cle. ait, ℣ † in collectis imponendis mutata persona mutatur status rei, & cõsideratur qualitas noui possessoris. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 11. vbi notatur, quòd si res, quæ veniunt ad aliquem titulo lucrativo, ex hoc sunt obligatę ad onera, si postea alienentur, & demum ad eundem titulo oneroso redeant, non erunt ampliùs obligatæ ad onera. Brun. in
7 cons. 91. in prin. vbi dicit, quòd † si res profana solita soluere collectas deuenit ad ecclesiam, efficitur libera à solutione collectæ: quia mutatione personę mutatur onus vel priuilegium. in cons. 94. & in cõs. 103.
8 col. 2. vbi cõcludit, ℣ † Nobiles tã de iure quàm de consuetudine non tenentur ad solutionem collectarum, etiam pro prædijs acquisitis & registratis à plebeis, per dictam conclusionem. Guid. Pap. in decis.
9 261. vbi dicit, ℣ † si capellanus moritur relicto hęrede laico, ℣ inuentarium confici debet per curiã secularem: quia mutatione personæ bona, quæ erant affecta priuilegio clericali, desierũt esse ecclesiastica, & conditionem hæredum sequuntur. Cepha. in cons. 57. nume 52. sed in casu præsenti ex mutatione personarum mutata fuit conditio rei venditæ emptori, ergo consideratur qualitas ipsius emptoris, qui ad dictam gabellã regulariter tenetur. Do. Franciscus Bursat. in cons. 56. nu. 16.

10 ¶ Secundò facit. Nã † nulli dubium est, ℣ priuilegium personale non egreditur personam illius, cui concessum fuit priuilegium. l. quia personale. vbi notant oẽs. ff. solut. matr. & ideo dicit Rui. in cõs.
11 157. col. fin. vol. 3. ℣ † quando priuilegium est reale transit ad colonos exemptorum, secus si personale. glos. in c. tua. in glo. fin. de his quæ fiunt à præla. quæ dicit, ℣ vbi priuilegiũ conceditur personæ sine præfinitione temporis, dicitur durare tale priuilegium vsque ad vitam ipsius personæ, per ea quæ possessiones. 26. quæst. 4. Alex. in cons. 86. col. 1. vol. 1. & in consilio 101. colum. fi. vol. eo. Natta in cõs. 139. in 3. dubio. vbi cõsuluit, ℣ priuilegium immunitatis cõcessum hominibus Montatæ, ℣ non teneantur aliquid soluere pro victualibus, quæ extra dictum locũ cõducunt, imò sint & intelligantur liberi & immunes ab omni pedagio & gabella pro ipsis victualibus nõ extenditur ad fœminas originarias dicti loci alibi maritatas, quarum mariti percipiunt fructus ex earũ bonis in finibus dicti loci situatis. nec munera subeũt: quia illa exemptio est personalis, quæ non extendi-
12 tur ad alienigenas. & ideo videmus, ℣ † priuilegiũ immunitatis concessum patri non extenditur ad filios. l. 1. §. fin. ff. de iure immuni. nec ad hæredes vniuersales. Ias. in cons. 20. colum. 4. lib. 4. Alex. in cons. 35. numero 17. volu. 4. Natta in cons. 163. col. 1. Bero. in cons. 133. nume. 4. vol. 1. 172. col. fi. vol. eod. nec in singularem successorem. Io. de Plat. in l. qui immunitatem. ff. de mune. patr. lib. 10. Alex. in l. quià. colu. 3. ff. solut. matr. Bero. in cons. 172. num. 61. volum. 1.
13 in cons. 153. numero 7. volumine 3. Quòd † autem tale priuilegium concessum à iure clericis & ecclesiasticis personis sit personale, patet, quia cõcessum, vt in summi Dei cultu frequentiores sint. c. nõ minùs. de immu. eccles. vbi Card. & Anch. Abb. in c. cũ secundùm. de censib. Igitur consequens est, vt eorũ personas egredi non debeat. l. cùm patronus. in fin. de lega. 2. l. quædã, de iure immu. l. in omnib. l. priuilegia quædam. de reg. iur. Port. in cõs. 184. numero quarto. Nam ℣ ob reuerentiam ecclesiæ vel clericorum conceditur, eos nõ egreditur. l. alias. §. elegan-
14 ter. ff. solut. mat. Hinc videmus, ℣ † colonus partiarius ecclesiæ soluit decimas de sua parte, licèt monasterium à quo conduxit, non solueret decimam de sua portione: quia diuersitates personarum separationem recipiunt. Bal. in cons. 31. col. 2. volu. 1. per l. 1. C. si vnus ex plur. appel. Io. de Amicis in citato cõs. 18. columna 2. D. Franc Bursat. in cons. 25. numero 3. & 47. num. 14. Feder. de Sen. in cõsi. 111. Item etiam
15 videmus, ℣ † coloni ecclesiarum tenentur soluere gabellã pro rebus, & portionibus fructuum ad eos spectantibus, quamuis sint coloni ecclesiæ. Parpa. in l. placet. nu. 73. C. de sacros. eccles. Ripa in respõso 2. c. 22. in 3. dubio. Capra in reg. 96. nume. 83. Natta in cons. 409. quia cùm fructus sunt separati à solo, non dicuntur ecclesiæ, nec in eius dominio, sed ipsorum colonorum priuatorum & laicalium personarum, propter ℣ de illis ac de reb. prophanis exigi vectigalia solent. Anchar. in c. quamquã. de censib. in 6. Barba. in cõs. 28. in 4. vol. Bursat. in d. cons. 25. nu. 3. licèt in hoc contrarium teneat Port. sed malè in cõs. 184. ergo idem dicendum venit de emptorib. frumenti ecclesiæ, ℣ cùm fuerit ipsis traditum, vt non sit ampliùs in dominio ecclesiæ, sed ipsorum ℣ de frumẽto ipso solui debet gabella, prout de alijs rebus prophanis. Hinc ẽt dixit Bero. in consil. 172. col. fi. vol. 1. ℣ immunitas concessa ciuibus Regiensibus super fructuum extractione ad colonos partiarios nõ extenditur, tum quia exemptiones sunt stricti iuris & odiosæ, & ideo nõ extenduntur ad alios. l. semper. §. immunitati. ff. de iure immun. & etiam quia in dubio censetur personalis, nisi sit concessa rei vel alicui personæ pro se & hæredibus suis seu posteris.

¶ Tertiò comprobatur hæc opinio ex notatis per Alex. in d. l. nec quicquam. vbi etiam Ias. ff. de eden. vbi dicunt, ℣ licèt fisco quis teneatur edere instrumenta ad fundandam eius intentionem, non tamẽ eius emptori: quia cũ istud priuilegiũ sit concessum fisco, nõ potest transire in singularem successorem: argumento l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. l. fin. §. fin. ff. de cõtrah. emp. Moder. in tract. de gabel. in 7. par. q. 13.

¶ Quartò, accedendo magis ad proxima adduci-
16 tur tex. in l. licitatio. in §. fin. ff. de publica. vbi † licèt fiscus sit immunis à solutione vectigaliũ, tamẽ immunitas nõ trãsit ad singulares successores habẽtes cãm à fisco, & ideo inquit ibi Bart. quem sequuntur Albe. & alij, ℣ si ecclesia Romana habens Salinas in terra Romandiolæ, vendidit nonnullas salinas salis, vt portarent Romam, & in ciuitatem Fauentinã subditam Ecclesiæ Romanæ, per quam transibant emptores, petebatur ab eis pedagiũ, quod emptores soluere renuebant, tanquam ℣ emerint ab ecclesia,
17 quod fuit decisum, si † iura transibant ad emptores, quia cohærebant rei. per l. dolia. §. 1. de contrahen. empt. l. inuitus. §. plerunque, de reg. iur. quod nõ tenebantur soluere gabellam, secus si iura cohæreant personæ: quia non transeunt ad emptores, quod tamen inquit intelligendum, quãdo vectigal est ordinarium, vt est quãdo impositum fuit lege, senatusconsulto vel cõstitutione Principis, secus si esset extraordinarium, per l. 1. C. de priuileg. dom. Aug. lib. 11. & Bar. sequuntur Dec. in cons. 48. columna 1. & in consi. 51. col. 1. Socin. in cons. 72. col. 1. vol. 4. Alexan.

in l.

in l.quia.col.3.vers.ex prædictis.ff.solut.matr.Saly. in l.vniuersi.C.de vectig.& com. Abb.in c.ex parte. il primo,de decim.Mod.in tract. de gabel.in part. 7. q.13.Ias.in auth.quas actiones.col.pen.ver.& per illum tex.C.de sacrosanct.Eccles. & plenè in cons.20.in 1. vol.Io.de Amicis,in cons.18.Natta in cons.139.num. 19.Rui.in cons.143.num.19.vol.5.Port.in cons.184. col.1.Bar.in l.1.C.de nauicula.lib.11.Arch.in c.quanquam,de censib.in 6. Luc. de pen. in l. sordidorum. C.de excus.mun.lib.10.& in l.1.C.de impo.lucra.de script.lib.11.Spec.& Io. Andr.in tit.de immu.Eccles. vbi etiam Bal. in addit.sed onus gabellæ est ordinarium, vt etiam inquit Roma.in cons. 188. quem sequitur Natta in citato cons.139. nu. 13. ergo soluendum per dictum emptorem.

¶ Quintò moueor ex his, quæ scribit Bal.in consil.31.vol.1.quærit enim ibi Bald. quid si statutũ disponit, quòd quilibet emptor venditor in solidum teneatur soluere gabellam,si dubitetur,an subditus statuentium,qui emit ab Ecclesia, teneatur soluere gabellam,quid dicendum? & dicit considerandum
18 esse,si † istud onus gabellæ est annexum contractui, aut si contingat ex actu separato, putà emi frumentum ab Ecclesia,& illud exporto per loca,in quibus gabella colligitur, quia primo casu statutũ non videtur loqui de contractibus celebratis cum Ecclesia: quia per indirectum esset contra libertatem Ecclesiæ. Nam tantò minùs Ecclesia venderet rem
19 suam,quantum est illud onus: pluris † enim venditur res libera quàm onerata.l.si venditor. ff.de seru. expor. si autem istud onus contingit ex facto separato,quod nihil habet commune cum origine contractus: quia pro venditione, emptione vel recollectione fructuum, tunc enim emptor tenetur soluere,licèt Ecclesia non teneatur: quia factum emptoris nihil habet commune cum facto Ecclesiæ, per d.l.licitatio.§.fi.& subdit Bald.vnũ verbũ valde notandum in practica pro cautela emptoris,videlicet,
20 quòd † vno casu posset saluari: quòd vbi Ecclesia non soluit pedagiũ, nec emptor, videlicet,quando emptor ex pacto transportaret merces expensis Ecclesiæ.argumento l.pen.§.nauem.ff.loca. At in casu præsenti onus dictæ gabellæ causatur ex facto separato à contractu,ergo &c.Bald.sequitur Io. de Amicis in d. consil.18.

¶ Sextò comprobatur hæc sententia per Bald. in
21 cons.312.col.2.vol.4.vbi dicit, quòd † qui emit à fisco rem,licèt acquirat pleno iure.l.bene à Zenone. C.de quadri.præscrip.tamen fiscalia munera publica subire tenetur,cùm per dictam emptionem non efficiatur immunis & exemptus, sequitur Cephal. in cons.58.nu.73.rursus idem Bal.in cons. incip. sta-
22 tuto ciuitatis.in 1.vol. vbi concludit, quòd † si statuto caueatur,quòd nemo portet vinum sub certa pœna extra territoriũ ad talem locum,si ciuis portet vinum clericorũ nihilominus tenetur ad pœnam,& tamen si clericus portaret,non incideret in pœnam,& cum Bal.pertransit Io. de Amicis in consil.18.in fin.

¶ Septimò accedit,quod voluit Ioan. de Pla.in l. qui immunitatem.C.de mu.pat.vbi quærit, an immunitas cõcessa clericis vel Ecclesijs porrigatur ad vasallos Ecclesiarum,& distinguit dicens, quòd aut immunitas fuit cõcessa clericis propter dignitatem clericatus,& tunc non porrigitur ad vasallos: quia si non porrigitur ad extraneum successorem vniuersalem,multò minùs ad extraneum nõ successorem. aut fuit concessa rebus clericorum vel Ecclesiarum, & tunc ad quemcunq; vadant res, transibunt cum sua immunitate, & sic hoc casu transibit immunitas ad vasallos,ad quos transeunt res, rursus in l. se-
natorum.C.de dignit.lib.12. at in casu præsenti sumus in primo capite,ergo,&c.

¶ Vltimò facit: Nam fiscus item & clerici ideò sunt immunes,vt non teneãtur soluere dacia,& gabellas,eò quia non possunt grauari in rebus,quæ ad eos spectant gratia proprij vsus vel vsus suæ curiæ. emptor autem & venditor in talibus rebus accedit gratia negotiandi vel lucrandi, ergo emptor in rebus fiscalibus non debet habere immunitatẽ à da-
23 cijs: quia † etiam ipsemet fiscus & etiam clerici, si aliquid adduci faciunt gratia negotiandi, tenentur soluere gabellam.l.vniuersi.C.de vectig. & com. gl. in verbo negotiandum.in clem.præsenti.de censib. Parp.in l.placet.num.111.vers.1.fallit.C.de sacrosanct. Eccle.Natta in cons.159.num.4. Vnde ex his appareret,rationem diuersitatis inter fiscum,Ecclesiam & emptorem prætendentem causam à fisco vel Ecclesia.Ita Ias.in cons.20.colum.3.vers.quintò facit.

¶ Non obstant modò,quę in contrarium allegata fuerunt: quia etsi ex fundamẽtis suprà factis clarè pateant responsiones, tamen specialiter illis respondetur: & ad primum argumentũ dicitur, quòd quando priuilegia sunt realia,verũ est, quòd transeunt in emptorem,secùs tamen quando priuilegiũ est personale: quia tunc nõ egreditur personas, vt satis constat ex dictis suprà in secundo fundamento.

¶ Similiter non obstat secundum. Quia respondetur,contra Bal.fore communem Dd.sententiam vt per Alex.& Ias.in d.l.nec quisquam. & Mod. vbi suprà.

¶ Non obstat & tertium, quòd illud quod non potest fieri directò, non potest etiam fieri per obliquum: sed Ecclesia non potest cogi directò ad soluendum gabellam. ergo nec per indirectum debet posse cogi,causam habens ab Ecclesia. Quia respondetur,diuersam esse rationem inter Ecclesiã & emptorem: quia Ecclesia facit vsus sui causa, sed emptor causa negotiandi & lucrandi, ideo in eo cessat ratio, propter quam Ecclesia redditur immunis à gabella & dacijs. Propterea ista ratio in priuilegijs personalibus non attenditur: quia habentes causam à clericis, vel Ecclesiasticis personis, non sunt immunes à gabella & dacijs,vt suprà ostẽsum fuit, ergo &c. ita respondet Ias.in citato cons. 20. colum. pen.in fin.cum principio seq.

¶ Ad vltimũ quoq; respondetur, quòd imò coloni Ecclesiæ non sunt exempti à gabellis & dacijs pro rebus & portionibus fructuum ad dictos colonos spectantibus,vt per Feder.de Senis in d. consil. 111. & alios suprà citatos.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua lata,non est tractandum de expensis,nisi iudex in sententia hoc reseruauerit.*
2 *Iudicis officium expirat lata sententia.*
3 *Iudex potest supplere eadem die qua tulit sententiã.*
4 *Iudex appellationis non potest se intromittere de expensis, super quibus non fuit iudicatum in prima instantia.*
5 *Actor si petit plus debito & reus totum negauit, in expensis condemnari non debet.*
6 *Sententia lata possunt peti expensæ debitæ iure conuentionis, à quibus nulla iusta causa excusat.*
7 *Causa iusta litigandi licèt excuset à pœna expensarum,non tamen ab expensis debitis ex dispositione hominis.*
8 *Iusta causa licèt excuset à pœnis legalibus,non tamen à pœna conuentionali.*
9 *Absentia iusta,etsi quem à pœnis legalibus excuset, non tamen à conuentionalibus.*

10 *Difficultas quamuis excuset quem à pœna, non tamen à pœna conuentionali.*

11 *Tempus legale licèt non currat impedito, tamen secus est in tempore conuentionali.*

12 *Iudicari etsi possit de expensis venientibus officio iudicis mercenario post latã sententiã in causa principali, tamen hoc fallit, si statutũ disponit, quòd victus victori condemnetur in expensis.*

13 *Quod amplia procedere, etiamsi quis habuisset iustã causam litigandi.*

14 *Stante statuto, quòd victus victori debeat condemnari in expensis, ab eis non potest absoluere iudex succumbentem, etiamsi vellet: imò si absolueret, talis absolutoria tanquam contraria primæ sententiæ statuti non valeret.*

15 *Iudex qui pronunciauit appellationem desertam, si omisit partem condemnare in expensis, non poterit postea eum condemnare.*

16 *Declaratio ad l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.*

17 *Actor petens à debitore creditum, cum clausula, paratus deducere quicquid legitimè persolutũ apparebit, reus constituitur in mora, si non offert quod prætendit dare.*

18 *Conuentio de standō dicto creditoris respectu expensarum valet.*

CONSILIVM LXII.

DVBIVM oritur, an Dom. Agamenon de Petra, qui reportauit sententiam in sui fauorem contra Dn. Angelum Richetum, in qua nulla facta fuit mentio expensarum, possit vigore instrumenti inter ipsas partes celebrati, in quo dictus Dn. Angelus promisit omnia & singula in eo contenta obseruare sub hypotheca omnium bonorum suorum ac refectione damnorum & expensarum, agere ad consecutionẽ expensarum factarum in lite inter eos agitata. Et primo aspectu videretur dicendum quòd non, per text. in
1 l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. vbi † lata sententia diffinitiua non est tractandũ de expensis, nisi
2 iudex in sententia hoc reseruauerit, & hoc quia † lata sententia expirat iudicis officiũ, & amodo de expensis vlteriùs quæri non potest. l. 4. C. depos. Nam
3 † solùm iudex potest supplere eadem die. l. Paulus. de re iud. Præpo. in c. ex ratione. col. 18. ver. sed quæritur. 1. de appell. & in c. sæpe. col. 7. vers. 3. quærit. & in vers. 7. quæritur. eo. tit. notant omnes in d. l. terminato. Maran. in suo tract. de ord. iud. part. 6. in §. expedita. num. 38. Paul. de Cast. in l. sancimus. col. 2. C. de iud. ne lis ex lite oriatur, vt in d. l. terminato. Bartol. in l. à Diuo Pio. §. sententia. col. 2. ff. de re iud. Oria. in c. quoniam contra. in vers. expensæ. n. 15. de proba. Ias. in cons. 2. col. 3. vol. 1. Iac. Emilia. in consil. 99. num. 3. & in tantum vera est huiusmodi conclu-
4 sio, quòd † Iudex appellationis non potest in talibus expensis, super quibus iudicatũ non fuit, se intromittere, vt notabiliter probat Ang. in l. cùm in vna. col. fin. de appella. quem sequitur Dec. in c. reprehensibilis. num. 9. de appel.

5 ¶ Secundò, quòd non possint, facit: quia † Dn. Agamenon petijt plus debito, & ideo si D. Angelus totum negauit, non debet in expensis condemnari, vt voluit Spec. in tit. depositi. in §. 7. vers. 11. considerandum. gl. in c. præsentiũ. de testibus. in 6. Bart. in l. qui solidum. de leg. 2. vbi etiam Castr. Ang. in §. si quis agens. col. 6. versic. quid si actor. de actio. Dec. in l. non potest videri, de reg. iur. Alex. in cons. 183. col. 5. vers. præterea. vol. 5. Alber. in l. quòd sæpe. in §. veneni. ff. de contrahen. empt. vbi dicit ita obtinuisse. Crot. in l. 1. §. si stipulanti. vbi etiam Alci. nu. 48. ff. de ver. obl. Ratio etenim est: qa sup toto iustã habet causam litigandi. Bar. in d. l. qui solidũ, in prin.

¶ His tamen non obstantibus in casu præsenti contrarium de iure verius esse arbitror, videlicet, quòd Dom. Angel. veniat in expensis petitis condemnandus: quoniã, etsi vera sit conclusio, de qua per Dd. in l. terminato. & alios in locis suprà citatis, tamen alia est etiam vera & communis scribentium theoria, quòd † quando expensæ debẽtur iure con-
6 uentionis, nulla iusta causa excusat, quin lata etiam sententia, in qua nulla facta fuerit mentio expensarum peti possint. gl. in §. oportet. vbi etiã Scribentes in auth. de iud. in l. qui solidũ. de leg. 2. gl. in l. si mulier. §. si rẽ. de leg. 3. quæ vult, quòd † licèt iusta causa
7 litigandi excuset à pœna expensarũ, tamen fallit in expensis debitis ex expressa dispositione hominis, putà ex dispositione testatoris vel cõtrahẽtis, quod reputat Bal. not. dignũ in l. non solum. ff. de rei vin. Ang. in l. properandum. §. fin autem alterutra. C. de iud. Alex. in cons. 119. num. 21. volu. 2. duplicato in cons. 43. vol. 6. & in con. 135. vol. eod. & hoc quia mitiùs agitur cum lege quàm cum homine. l. Celsus. ff. de arbitr. rursus in cons. 34. col. fin. volum. 4. & in cons. 37. col. fi. circa fi. vol. 2. Mars. in sing. 537. Iaso in cons. 134. nu. 6. vol. 4. Natta in cons. 108. num. 10. & in cons. 113. in fi. Alc. in cons. 127. in fi. Rim. in cons. 274. nu. 5. & ibi Hyppol. Rimin. in addit. Sadol. in l. quod te. num. 123. si cert pet. Rom. in Rubr. de arbitr. numero 83. & hanc esse communem Dd. sententiam, firmant Adden. ad sing. 121. Cremen.

8 ¶ Nec mirum: quia etiam videmus, quòd † licèt iusta causa excuset à pœnis legalibus, non tamen à pœna conuentionali. Bal. in l. eos. §. fi. col. 2. de appel. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. col. de verb. oblig. & in cons. 119. col. pen. in fin. vol. 2. Sadolet. in d. l. quod te. num. 112. Et ideo dixit gl. quæ ibi reputatur singularis, secundùm Bald. in l. sicut militaribus. C. de resti. milit. quòd
9 † licet iusta causa absentia excuset, quem à pœnis legalibus, non tamen à conuentionalibus. sequitur Roma. in Rub. de arbit.
10 nu. 83. Item videmus, quòd † licèt difficultas excuset à pœna. l. quòd te. ff. si cert. pet. attamen non excusat à pœna conuentionali. l. cõtinuus. §. illud. vbi Dd. de verb. oblig. gl. in c. breui. de iureiur. Plus di-
11 citur, quòd † etsi tempus legale non currat impedito tamen secus est in tempore conuentionali. Zabo. in c. exceptionem. vers. ego. de elect. Felyn. in c. cùm inter. num. 20. de excep.

12 ¶ Vlteriùs dicitur, quòd † licèt de expensis venientibus officio iudicis mercenario non possit iudicari post sententiam latam in principali, per d. l. terminato. tamẽ hoc fallit, si statutum disponit, quòd victus victori condẽnetur in expensis: qa tunc sequi potest condemnatio, cùm illæ veniant conditione ex statuto. Bar. in l. 1. ff. de leg. 3. in l. non solũ. ff. de rei
13 vind. etiã † si habuisset iustam causam litigandi. gl. sing. in §. sancimus. in auth. de exhi. reis. vbi summè notat Ang. Crem. in sing. 120. Alex. in cons. 183. in fin. vol. 5. Mars. in cons. 19. col. 2. cons. 37. n. 9. & 44. n. 27. in §. opportunè. nu. 43. vbi dicit, gl. in d. §. sancimus. communiter approbatã. & hanc esse magis communem inquit Ant. Gab. in suis com. opin. in tit. de expen. concluſ. 1. vbi multos alios citat; Fel. in c. aduersario. col. 5. de excep. & hoc adeò verũ est, quòd
14 † iudex isto casu non posset absoluere succumbentem ab expensis, etiam si vellet, imò si eum absolueret, non valeret talis absolutoria tanquam sententia contraria primæ sententiæ statuti, ita singulariter Sal. in l. 1. col. 3. C. quando prouoc. non est necess. sequitur Mars. in sing. 207. & in l. patre vel marito. de quæstio. & in consilijs suprà citatis.

¶ Pro

¶ Pro ista etiã sententia facit, quòd notat Franc. in c.ex ratione.col.18.vers.sed quæritur 1. de appell. 15 vbi quęrit,quòd † si iudex,qui pronunciauit appellationem desertam, omisit partem condemnare in expensis, an hoc postea poterit facere ex interuallo,& inquit videri quòd non: quia lata sentẽtia expirat iudicis officium, adeò quòd ampliùs non potest quæri de expensis.l.4.depo.d.l.terminato.subdit tamen,quòd Gofred. posuit singularem limita- 16 tionẽ ad prædicta, & dicit,quòd † temeritas & negligentia appellãtis punitur quoad expensas ex dispositione capituli reprehensibilis.de appel.& quod d.l.4.& l.terminato.habet locũ, quãdo expensæ petuntur officio iudicis,secus quando petuntur condictione d.c.reprehensibilis.& sic iure actionis,quo casu expensæ possunt peti quandocunq;, etiam post sententiam.Ioan.And. & Ant.de Butr.in c.ex parte. de rescrip. vbi Imol.dicit hoc mente tenendũ.idem tenuit ipse Franc.in c.sæpe.col.9.vers.quæritur. de appella.

¶ Non obstat secundum argum. quia respondetur,quòd multi sunt qui tenẽt, quòd imò reus non posit totũ negare,vt latè per Ant. Gab.in suis com. opin.in titu.de expen. concluſ.2. vbi refert Alex.dicentem,hanc esse communem. Verùm,quia multi etiam sunt, qui oppositum senserũt, adeò quòd vix discerni possit, quæ sit magis communis, vt inquit Ant.Gab.in princ.d.2.conclusionis,ideo transeo ad aliam responsionem, & dico, quòd prædicta cõclu- 17 sio locum non habet,quotiescũq; † actor petijt creditum à debitore cum clausula, paratus deducere quicquid legitimè persolutum appareret,quę clausula tanquam salutaris operatur, vt debitor,& sic reus,in mora constituatur,si non offert, quod prætendit dare,quoniam non faciendo huiusmodi oblationem,dignoscitur quòd animus ipsius erat velle litigare respectu partis,etiam verè debitæ. Castr. Saly.Alex.Ias.& cæteri.in l.properandum. §.sin autem alterutra.C.de iud.Paris.in con.125.nu.8.vol.1. Cagnol.in l.non potest videri improbus.num.6.de reg.iur.dixi in cons.71.in fi. vol.1. Crot.Ias.Galiaul. Seysel.Rui.Socin.& Alciat.in l.1.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig.Neuiz.in cons.94.num.12.& Purpura.in l.edita.nu.298.C.de eden.sed in casu præsenti huiusmodi clausula apposita fuit in petitione. ergo cessat obiectum. Et ideo ex his concludendum videtur, quòd legitimè fuerunt petitæ huiusmodi expensæ, licèt ex interuallo post sententiam diffinitiuã, cùm debeantur vigore conuentionis, & hoc in tantum 18 recipitur,quòd † de dictis expensis standum est dicto d. Dom. Agamenonis virtute conuentionis, de qua in instrumento inter ipsas partes celebrato,vbi debitor promisit stare de expensis dicto creditoris, vel eius iuramento, quæ quidem conuentio secundùm Bart.l.fin.ff.de prætor.stip.valet.Anan.in consil.31.in 2.dubio, & ibi Bolog.in additione.Socin.in cons.90.col.3.versic.sed his non obstantibus.vol.4. vbi inquit,hanc esse magis receptam Doctorũ sententiã,quòd valet talis conuentio, & si creditor bene arbitratur, stabitur dicto suo: si malè,debet petere reductionem ad arbitriũ boni viri. argumento.l.hæc venditio.ff.de contrah.empt. & l.in seruũ. §.generaliter. de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento redacto in publicam formam standum est.*

2 *Instrumentum facit plenam & indubitatam fidem, ac intentionem partis probat.*

3 *Instrumentum inducit probationem probatam, manifestam veritatem apparentem, ita quòd non indiget discussione fori.*

4 *Item facit rem liquidam & euidentissimam probationem.declara vt in num.46.*

5 *Iuris præsumptio est pro instrumento, nisi apertissimis plenis & concludentibus probationibus contrarium appareat.*

6 *Præsumptiones tres oriũtur ex instrumento, quòd sit verum, solenne, & quòd omnia descripta sint prolata à partibus.*

7 *Conditione pendente, non licet recedere à contractu.*

8 *Contractus venditionis factus sub conditione, si consensus domini accesserit, deficere non dicitur, donec dominus directus requisitus fuerit ad præstandum consensum.declara vt in num.50.*

9 *Iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ seruandum est.*

10 *Iuramentum etiam astringit infideles.*

11 *Contractus initus sub conditione non extinguitur, si pendente conditione contrahentes moriantur, cùm obligatio transeat actiuè & passiuè ad hæredes. declara vt in num.53.*

12 *Expressio tacitæ conditionis nihil operatur.*

13 *Inesse illud dicitur, sine quo dispositio effectum sortiri non posset.*

14 *Opponere de iure tertij quis non potest, quando non est exclusiuum iuris ipso iure, sed domino volente.*

15 *Conditio respiciens fauorem Domini directi potest quandocunq; per eum impleri.*

16 *Contractus conditionalis rei Emphyteuticæ non purificata conditione perinde habetur, ac si contractus factus non fuisset.*

17 *Paria sunt aliquid non fieri, vel sub conditione fieri, quæ non purificetur.*

18 *Collatio facta sub conditione, ea deficiente redditur nulla.*

19 *Conditionale vbi aliquid deducitur in iudicio, illud effectũ sortiri non potest, nisi priùs liquidetur, conditionem esse impletam.*

20 *Conditionis natura est, vt priùs impleatur, quàm emolumentum consequatur.*

21 *Mentita data sub conditione ea non verificata, redditur nulla.*

22 *Promissio de soluendo facta sub conditione, si talis fecerit cessionem, effectum non operatur ante conditionis euentum.*

23 *Actus gestus per canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à sede Apostolica, ruit conditione non impleta.*

24 *Vasallus si alienat feudum, si dominus consenserit, ea deficiente non dicitur alienatio neq; re neq; nomine.*

25 *Vasallus alienans feudũ irrequisito domino sub conditione, si nauis ex Asia venerit, ea non purificata non perdit feudum.*

26 *Emphyteuta si vendit rem emphyteuticam sub conditione, si domini consensus interuenerit, conditione non adimpleta, non cadit à iure suo.*

27 *Contractus initus sub conditione, censetur sub contraria conditione aliter dispositus.*

28 *Causa nulla non transfert dominium.*

29 *Verba & non aliter nec alio modo, important formã.*

30 *Forma non seruata non corruit actus.*

31 *Verba & non aliter nec alio modo, habent vim conditionis, important q; formam specificam: & non recipiunt alium intellectum & modificationẽ separatam à verbis.*

32 *Verba & non aliter nec alio modo, adeò sunt præcisa & prægnantia, quòd non patiuntur dispositionem cui adyciantur, recipere alium sensum quàm verba sonant.*

33 *Verba, & non aliter nec alio modo, sunt tantæ efficaciæ & virtutis, vt faciant deficere cõsensum partium, ita vt nihil egisse videatur, si Principis consensus non accesserit.*

34 *Verba, & non aliter nec alio modo, sunt annullatiua dispositionis, in qua proferuntur, si in actu non concurrunt omnes qualitates præcedentes.*

35 *Verba, & non aliter nec alio modo, abnegant actum aliter posse sortiri effectum quàm expressum est.*

36 *Verba geminata magis demonstrant intentionẽ contrahentium.*

37 *Verba ablatiua important conditionem.*

38 *Conditio importat formam.*

39 *Formæ nihil addi vel detrahi potest.*

40 *Omissio formæ in qualibet minima qualitate reddit actum nullum.*

41 *Forma est indiuidua.*

42 *Diuisio formam corrumpit.*

43 *Nullum quod est, non meretur executionem.*

44 *Verba vbi sunt apertissima, ibi non cedit disputatio.*

45 *Recedendum non est à verbis, nisi de proferentis voluntate contraria appareat.*

46 *Acta faciũt rem notoriam, si eis non opponatur, aliàs secus.*

47 *Iuramentum non validat actum, donec de virtute & validitate ipsius iuramenti disputatur.*

48 *Sententia reddit rem notoriam, quando eius validitas in dubium non reuocatur: aliàs secus.*

49 *Negligentibus non subuenitur, sed rerum necessitate impeditis.*

50 *Imputare sibi debet qui sua culpa se excludit.*

51 *Donatio postquam est nulla ex defectu insinuationis, non potest ampliùs insinuari: non obstante quòd insinuatio quandocunq; fieri possit.*

52 *Titius si alienat feudum & ante Regium assensum moriatur superstite filio, cui statim post mortem patris apertum est, si postea impetratur Regius assensus: ille non præiudicat filio & hæredi, ponuntur plura exempla.*

53 *Ratificatio nunquam potest operari in præiudicium tertij, cui medio tempore ius fuit quæsitum.*

54 *Ratificatio tunc demùm trahitur retrò, quando res est integra, & in eo statu in quo erat quando ab initio fuit gestus actus qui ratificatur, aliàs non valet.*

55 *Inuentarij beneficium conseruat hæredi omnia iura, ac si hæreditatem non adiuisset.*

56 *Inuentarij confectio censeri facit hæreditatem iacentem.*

CONSILIVM LXIII.

VIso instrumento venditionis bonorum Emphyteuticorum Ecclesiæ Cathedralis Senogalien. factæ per quondã illustrem Dn. Stephanum Vigerium, illustriss. & excellentiss. Dn. Guidoni Vbaldo, Vrbini Duci mediante persona Magnifici Dom. Nicolai Salanij eius Secretarij & Procuratoris. Primo aspectu dicendum videtur, quòd † dicto instrumẽto vti
1 in publicam formam redacto standum sit omnino,
2 cùm plenam † & indubitatam fidem faciat, ac intentionem ipsius illustriss. & excellentiss. Ducis fundatam reddat. Alexan. in cons. 37. num. 16. vol. 2. Dec. in cons. 439. col. 1. & Paris. in cons. 109. nume. 39. vol. 3. Cephal. in cons. 180. num. 14. & in consil. 225.
3 num. 20. 289. num. 10. Nam † instrumentum inducit probationem, pbatam & manifestã. Bal. in l. 2. C. quando fisc. vel priua. l. Imperator. la prima. col. 2. ff. de stat. hom. vbi continet veritatem apparentem, ita quòd non indiget discussione fori. Paris. in cons. 54. in princ. volum. 1. & 104. num. 64. vol. eod. Dom. Osasc. decis. Pedemont. 72. nu. 4. & 117. num. 1. item
4 † facit rem liquidam & videntem. Paris. in cons. 77. colum. 1. volum. 3. & in cons. 101. num. 95. volum. 1. Dd. in c. licèt causam. per illum text. de probat. vbi
5 inducit euidentissimam probationem. Nam † pro instrumento est iuris præsumptio, nisi apertissimis, plenis & concludentibus probationibus contrarium appareat. l. cum precibus. vbi gl. C. de probatio. Beros. in cons. 147. num. 34. vol. 2. & in consil. 151. in fin. volum. 1. Port. in cons. 136. nu. 6. & de his ad plenum per Tiraq. in tract. de retract. folio mihi.
6 391. num. 20. cum pluribus seq. Nam † ex eo tres oriuntur præsumptiones, quòd sit verum, solenne, & quòd omnia in eo descripta fuerint facta & prolata à partibus. Iason l. admonendi. chart. 15. col. 4. versi. successiuè. Bar. ff. de iureiur. Curt. Sen. in consil. 49. chart. 21. col. 2. circa princ. Bero. in consil. 1. num. 18. vol. 2. Paris. in cons. 104. num. 68. vol. 1.

¶ Nec habet obstare, quòd dictus contractus sit conditionalis, quatenus obtineretur licentia ab illustriss. & reuerendiss. Cardinale Rusticautio Episcopo Senogaliæ, quæ cùm non fuerit purificata: ga non obtenta, operatur perinde ac si dicta venditio facta non fuisset. l. pecuniam. ff. si cert. pet. Quia dicitur, quòd licèt sit conditionalis, tamẽ quòd non
7 licet † pendente ipsa conditione ab eo recedere. l. fi. §. sin autem auaritiæ. cum auth. ibi posita. C. cõmunia de lega. Alex. in cons. 40. in princip. vol. 5. vbi ait, quòd etsi contractus sit conditionalis, tamen non potest aliquis ex contrahentibus pendente conditione à contractu recedere, quando contractus est celebratus gratia vtriusq; l. hæc venditio. in prin. ff. de contrah. empt. Paris. in cons. 1. nu. 130. volu. 1. Afflict. in c. 1. num. 31. de vasal. qui contra constit. Loth.
8 & † quòd dicta conditio non dicitur defecisse, donec directus dominus fuerit requisitus, vt velit præstare consensum. Luc. de pen. in l. nulli. C. de fund. patr. lib. 11. vbi concludit, quòd alienatio feudi facta saluo assensu Regio, reuocari nõ potest virtute constitutionis Regni, nisi priùs Rex fuerit requisitus, vt vellet consensum præstare, sequitur Alflict. in c. imperialem. in 16. notabil. num. 37. de prohib. feud. alien. per Fede. & ibidem in 24. notab. num. 54. & in d. c. 1. num. 31. de vasallo, qui contra constit. Lothar. At in casu præsenti non apparet, quòd illustriss. & reuerendiss. Cardinalis Rusticautius Episcopus Senogaliæ fuerit requisitus ad dictam præstationem cõsensus, ergo dicendum venit, quòd adhuc dictus contractus venditionis dicatur esse in suspenso & pendenti: iuxta l. iudices. de re iud. & tantò magis id dicendum venit, cùm dictus cõtractus fuerit iuratus, contra quem contrahentes non possunt ve-
9 nire, cũ † seruari possit sine interitu salutis æternæ. c. si verò. c. fi debitores. de iureiur. c. cùm contingat. de iureiur. c. quamuis. de pact. in 6. Dec. in consil. 31.
10 num. 11. ad † quod etiã infideles astringuntur: quoniam est affirmatio religiosa, quæ seruanda est, quasi Deo teste promissum sit, inquit Tullius in libro Officiorum, relatus per Cephal in cons. 142. col. 2. in princ. Nec refragari videtur, quòd venditor mortuus sit, & sic dictus quondam illustris Dn. Stephanus ante impletam conditionem. Quia respondetur, quòd † contractus initus sub conditione non
11 extinguitur, si pendente conditione contrahentes moriantur, cùm actiuè & passiuè obligatio transeat ad hæredes. l. necessariò. §. si pendente. ff. de peric. & con. rei venditæ.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd † expressio dictæ con-
12 ditionis nihil operatur: quia tacitè inest, quòd non

valeat

valeat contractus rerum emphyteuticarum, nisi
13 cum licentia. l.fin. C. de iure emphyt. Nam † illud dicitur inesse, sine quo dispositio effectũ sortiri non posset. Bart. in l.3. colum. fin. de legat. primo. igitur expressio per viam cõditionis eius quod tacitè inest operatur. Cuma. Castr. Aret. & Iason in l. liber homo. §. decem. il primo. ff. de verb. oblig. quòd vbi in contractibus exprimuntur aliqua verba per viam cõditionis, expressiua eius quod tacitè inerat quòd nihilominùs cõtractus remanet purus, nec suspenditur vel cõditionalis redditur. l. si decem cùm petiero. eod. titul. & quòd ista expressio potiùs debet iudicari superflua, vel expressa ad abundatiorẽ cautelam, quàm quòd suspensionem inducat. Cephal. in cons. 158. nu. 37. Nam dicta clausula censetur apposita ad abundantiorem cautelam: quia est solita & consueta apponi, ne videantur contempti domini, vel vt euitetur caducitas, iuxta cautelam communiter approbatam, de qua loquimur, tradit Iason in l. fin. col. pen. C. de iure emphy. Viuius com. opi. in verbo emphyteuta. nu. 69. vbi de communi. Vnde ex his sequitur, quòd dictus contractus venditionis remaneat purus, ac si conditio non fuisset expressa, qua omissa & non expressa, illustris Domina Nicoletta filia & hæres d.q. illustris Dom. Stephani non potest se fundare in defectu licentiæ vel consensus: quia quamuis ea habita non fuerit, ipsa non potest opponere de eius defectu vel declaratione
14 domini: quia † esset opponere de iure tertij, quod non est exclusiuum iuris ipso iure, sed demùm eo volente, quod non licet, Bald. in l. fi. C. de reuocan. dona. Iason in l.2. in 5. notabili. C. de iure emphyt. post Bar. & alios ibi, vbi priuatio emphyteusis ob canonem non solutum non est in facto, in potentia fieri domino volente. Abb. in cons. 87. col. 2. vol. 2. dixi in
15 cons. 57. num. 9. volum. 3. tum etiam: quia † talis conditio respicit fauorẽ domini directi duntaxat, qui potest quandocunq; renunciare fauori suo. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & quandocunque consentire ipsi venditioni, cùm de suo tantùm præiudicio agatur. Socin. Iun. in cons. 97. num. 7. vol. 2. Paris de Puteo, de feud. reintegr. fol. 148. nume. 2. Curt. Iun. in cons. 1. num. 15. Paris. in cons. 1. col. final. volum. 2.

¶ Verùm maturiùs & diligenter considerando, puto manifestam veritatem in casu præsenti esse in contrarium, quòd imò dictus cõtractus venditionis sit nullus ex infrascriptis. & primò, quia clarum
16 est, quòd vbi † fit cõtractus venditionis rei emphyteuticæ Ecclesiæ habita licentia à directo domino, ille dicitur conditionalis, adeò quòd non purificata conditione perinde est, ac si contractus factus non fuisset d.l. pecuniam quam. si cert. petat. Soc. Iun. in cons. 4. num. 16. volum. 2. & 186. num. 48. vol. eod.
17 Paria † enim sunt aliquid non fieri, vel sub conditione, quæ non purificetur. Ripa in lib. 1. responsorum 9. num. 23. Crauet. in cons. 15. num. 3. & 170. nu-
18 mero 8. & in cons. 93. num. 3. vbi † conditione deficiente nulla redditur collatio sub ipsa conditione facta. l. item quia. ibi. nuptijs non secutis. ff. de pact.
19 Cephal. in cons. 183. num. 49. vbicunq; † enim quid conditionale deducitur in iudicio, non potest effectum sortiri, nisi priùs liquidetur conditionem esse impletam. Bald. per illum text. in l. si quidem. col. fi.
20 C. de excep. Dec. in cons. 585. num. 1. Natura † enim conditionis est, vt priùs impleatur quàm emolumentum consequatur. l. Thais. §. Stichus. ff. de fideicom. libert. Cephal. in cons. 269. nu. 22. cum seq. & in cons. 17. num. 16. vbi ait, generalem esse conclusionem in quacunq; substitutione, & in quacunque alia dispositione, vt deficiente conditione, perinde habeatur ac si facta non fuisset. l. necessariò. §. quòd si pendente. ff. de peric. & co. rei vendic. & ideo dicit Soc. Iun. in cons. 122. num. 32. vol. 2. quòd
21 † mentita data sub conditione non verificata redditur nulla: quia quæ sunt conditionalia pendent à veritate conditionis, & ea non verificata nullius sunt momenti. Beros. in consilio 178. numero 78.
22 vol. 1. vbi concludit, quòd † promissio de soluendo facta sub conditione, si talis fecerit cessionem, non operatur effectum ante euentum conditionis, antè quem non cedit neq; venit, nec oritur obligatio & actio. l. cedere diem. ff. de verb. sign. §. sub conditione. Instit. eod. tit. Paris. in cons. 31. num. 17. vol. 4. vbi
23 tradit, quòd † actus gestus per canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à Sede Apostolica, ruit conditione non adimpleta. Et accedendo ad terminos quæstionis nostræ adduco decisiones infrascriptas. Primò Bald. in cons. 188. vol. 3. vbi di-
24 cit, quòd † si vasallus alienat feudum sub conditione, si dominus consenserit, si non adest, non dicitur alienatio, neq; re, neq; nomine: quia vbi apponitur conditio de futuro, quæ propriè est conditio, donec ea consistat, consensus nullus est. l. non solum. ff. de
25 actio. & oblig. item † si vasallus alienat feudum irrequisito domino sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & nauis non venerit, non perdit feudum: quia nihil est contractum, argum. l. omnia. ff. si certum petat. & subdit Bald. quòd nulla est differentia dicere, si nauis ex Asia venerit, vel si dominus consenserit: quia vtrobiq; verba & mens contractus deficiunt deficiente conditione. dict. §. quòd si pendente. iterum in cons. 95. in prin. vol. eod. vbi post Dyn. & Jacob. Ardizo. ait, quòd si vasallus vendit & tradit feudum sub conditione, si domino placuerit, quòd feudum non reuertitur ad dominium: quia domino non consentiente, nec naturalis possessio transit, nec aliqua commoditas: quia nihil in fraudẽ factum videtur, cùm talis cõditio apponitur. l. si quis locuples. ff. de manumis. test. nisi constaret de fraude. rursus in c. 1. §. hoc quoq;. col. pen. versic. sed hîc quæro. de succes. feud.

¶ Secundò, in medium affero. Curt. Sen. in consil. 8. col. fi. vbi in terminis emphyteutæ dicit, quòd
26 † si emphyteuta vendidit rem emphyteuticã sub conditione, si cũsensus domini interuenerit; si conditio non fuit adimpleta, non cadit à iure suo: quia deficiente conditione perinde est ac si venditio & dispositio facta non fuisset, per d.l. pecuniam quam.
27 subdens, quòd † cùm contractus initus sub conditione censeatur sub contraria conditione aliter dispositus, quòd venditio facta sub dicta conditione, si dominus consenserit: quia videtur actũ, quòd dominium non transeat in emptorem in defectũ conditionis, non dicitur propriè venditio. l. cum manu fata. §. fin. ff. de contrahen. empt.

¶ Tertiò, Socin Iun. in consil. 94. num. 17. vol. 2. vbi consuluit, quòd quando concessio Principis statim non debebat sortiri effectum, sed pendebat ex euentu conditionis consensus Imolensium, non potest dici, quòd lex à principio translationem inducat dominij: quia id esset contra Principis intentionem, imò plus subijcit, quòd etiamsi translatio interuenisset pendente conditione non posset dici dominium translatum, quia per conditionis pendentiam dispositio adhuc non dicebatur valida seu perfecta, c. super eo. de cond. appo. & traditio sine
28 causa, & † nulla non transfert dominium. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Quartò, Cephal. in consil. 118. col. 2. vers. quibus tamen non obstantibus. vbi determinat, contractum venditionis reddi nullum, & pro infecto

haberi ex defectu conditionis in eo appositę, si consensus domini accesserit: quia domino non consentiente venditor non censetur vendidisse. per dict. §. quòd si pendente.

¶ Quintò, idem dixerunt Guid. Pap. in cons. 58. vers. aut talis contractus. Lofred. in cons. 17. nu. 56. Bursat. in cons. 45. num. 7. vbi inquit, quòd contractus vel obligationes super rebus obnoxijs, ab habita licentia ante ipsam, dicuntur & sunt nullæ ex dispositione iuris cõmunis, adeò quòd Dn. consentientes dicuntur donare, iterum in cons. 44. nu. 27. cum seq. Isern. in c. 1. num. 13. versic. dicunt quidam. de prohib. feud. alien. per Feder.

¶ Stante igitur hac cõmuni & irrefragabili conclusione de qua suprà, sequitur, quòd dicta venditio redditur nulla, cùm nõ appareat de aliquo consensu illustriss. & reuerendiss. directi domini, & eò magis id procedere debet, quando in instrumento esset dictum, quòd omnia & singula contenta in eo voluit non procedere, nisi consensu domini interueniente. vt per Curt. Sen. vbi suprà & Cephal. in cons. 118. nu. 14. quæ verba sunt in præsenti contractu venditionis. ibi. Quæ reseruatio licentiæ prædictæ intelligatur posita & repetita in singulis capitulis prædicti instrumẽti, inter quæ adest illud, quæ omnia & singula. & tantò fortiùs dicendum venit, d. venditionem conditionalem nullam fuisse propter verba in ipso instrumento venditionis apposita. ibi in 1. pag. dum dicitur. Et sãlua licentia disponendi & renouandi obtinenda ab illustriss. & reuerendiss. Cardinale Rusticutio Episcopo Senogal. & eiusdem directi domini auctoritate & consensu,
29 & non aliter, nec alio modo. Quæ † vltima verba, & non aliter &c. important formam. Bartol. in l. de his. ff. de transact. Fel. in c. cùm dilecta. col. 8. vers. septimum signum. de rescript. Dec. in cons. 528. col. fi. Ruin. in cons. 92. num. 25. volum. 3. Paris. in cons. 19. num. 18. volum. 2. Cagnol. in l. si quis maior. col. fi. C. de transact. Cephal. in d. consil. 118. nume. 13. qua
30 † non seruata corruit actus. Bal. in humanam. col.
31 2. C. de legib. Dec. in d. cons. 528. in fi. habent † enim dicta verba vim conditionis, importantq; formam specificam & non recipiunt alium intellectum & modificationem separatam à verbis. Alex. in consil. 3. colum. 1. volum. 1. per notata. per glo. in l. si quidem. vbi Bald. C. de excep. & in cons. 110. in fin. vol. 6. Dec. in cons. 61. colum. 2. 281. num. 4. Soc. in consilio 251. colum. 4. vers. postremo. volum. 2. vbi dicit,
32 † talia verba præcisa & prægnantia esse, adeò quòd non patiuntur dispositionem, cui adijciuntur, recipere alium sensum quàm verba sonant. Gozad. in cons. 3. num. 23. Berosi. in cons. 31. num. 3. vol. 3. dixi in cons. 58. num. 48. vol. 3. & in cons. seq. nu. 11. item
33 † dicta verba sunt tantæ efficaciæ & virtutis, vt faciant deficere consensum partium, ita vt nihil egisse videantur, si Principis consensus non accesserit. Cephal. in citato cons. 118. num. 14. & in cons. 296. nu. 11.
34 plus dicit, quòd † dicta verba sunt annullatiua dispositionis, in qua proferuntur, si non concurrunt in actu omnes qualitates præcedentes. Tiraquel. in tract. de retract. charta mihi. 446. glos. sexta, & 934.
35 num. 14. Paris. in cons. 19. nu. 10. volum. 2. vbi † dicta verba abnegant actum aliter posse sortiri effectũ quàm expressum est, & maximè id admittendum venit, cùm dicta verba sint geminatè posita: quia etiam in ipso instrumento dicitur in 2. pag. habita & obtenta licentia & consensu dicti illustriss. & reuerendiss. Dn. Cardinalis & Episcopi, & non aliter,
36 nec alio modo, quæ † verba geminata magis demonstrant intentionem contrahentium fuisse, vt contractus sit nullus, si cõsensus domini directi non interuenerit, iuxta notata in l. Balista. ff. ad Treb. & Bar. in l. cùm scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. Ceph. in cons. 158. nu. 42. & 296. num. 13.

¶ Fortificatur quoq; prædicta conclusio ex alijs verbis positis in 2. pag. ibi. habita & obtenta licen-
37 tia & consensu &c. quæ † sunt ablatiua, & importãt conditionem. l. à testatore. ff. de cond. & dem. Iaſ. in l. qui ante calendas. col. pen. de verb. oblig. Alex. in cons. 110. vol. 5. Dec. in cons. 466. num. 18. Iaſ. in Rubrica. ff. solut. matr. in 2. lect. nu. 17. vbi dicit, durum esse ab hac communi regula recedere. Bero. in consil. 41. num. 3. vol. 2. & 31. num. 3. vol. 3. Osasc. decis.
38 Pedemont. 165. nu. 12. quæ † conditio importat formam. Bald. in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tutel. offi. fungi potest. Dd. in l. 2. §. quòd si in patris. ff. solut. matr. Dec. in cons. 77. in princip. & in cons. 466. colum. pen. in fin. Gozad. in cons. 72. col. 2. qua non seruata corruit actus. l. non dubium. C. de legi-
39 bus. cui † nihil addi vel detrahi potest. Bald. in l. fin. col. 2. C. de legit. hæred. Paris. in consil. 19. num. 188.
40 vol. 2. & 61. nu. 15. volum. 3. adeò quòd † eius omissio in qualibet qualitate minima reddit actum nullum. Butr. in c. fin. in 7. notabili, in fi. de restitu. spol.
41 quia † forma est individua. l. hæredes palàm. §. fina. ff. de testa. l. fiis cui. vbi Bald. in primo notabili. eod.
42 tit. Nam † diuisio formam corrumpit. Bald. in l. si seruus. ff. si quis cautio. dixi in con. 30. col. 2. in princip. volum. 3. ex his igitur resultat approbata Dd. sententia, quòd ipsa cõditio ex causis pręmissis non fuit purificata, quia non fuit habita licentia, nec reportatus dictus consensus ab illustriss. & reueren-
43 diss. Episcopo Senogalienſe, & quòd † contractus ipse venditionis fuit nullus, ac nullum potest producere effectum. iuxta notata in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & nullam meretur executionem. Dec. in cons. 401. num. 1. Cephal. in cons. 118. nu. 11. faciunt scripta per Bart. in l. diuus Traianus. ff. de testa. milita. Iaſ. in l. 1. col. 3. C. de iur. & fact. ignor.

¶ Vltimò, quòd dictus cõtractus sit nullus, non habito consensu vel obtenta dicta licentia, clarè demonstrat intentio contrahentium ex verbis ipsius instrumenti in 1. pagin. ibi, qua vel quo non habito, neque sequuto hoc instrumentum venditionis pro
44 infecto habeatur. de quib. verbis, † cùm sint apertissima, non est facienda aliqua disputatio. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. de legat. 3. Socin. Iun. in cons. 3. num. 36. volum. 1. & 65. num. 56. volum. eodem. ver-
45 ba enim semper attendi debent, nec † ab eis est recedendum, nisi de proferentis voluntate contraria appareat. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. l. non aliter. de legat. tertio. Socin. Iun. in cons. 10. num. 7. volum. 1.

¶ Superest modò, vt diluantur, quæ ex aduerso allegata fuerunt. & deueniendo ad primum argumentum dicitur, quòd licèt instrumentum faciat plenam fidem, & probet intentionem partis, & sic probatio probata, &c. tamen illud est verum, quando nihil ei opponitur, & ita proceduntiura in contrarium allegata, secus quando opponitur contra illud de nullitate, vt in casu præsenti, ex defectu licentiæ non habitæ à directo domino. Butrig. in cap. cùm contingat. de rescript. Dec. in cons. 474. num. 3. Berosi. in cons. 90. num. 5. vol. 3. Cephal. in cons. 241. num. 31. vbi dicit, quòd donec disputatur de fide ac validitate instrumenti, illud non potest habere aliquam virtutem vel effectum, sed oportet priùs esse decisum, vel validitatem continere, & deinde virtutem efficacem patere poterit. Rursus in cons. 287. num. 41. vbi inquit, oportere quòd nihil opponatur instrumento ad hoc vt probet. Nam priusquam de eius viribus sit decisum, non probat secundũ Imol.

in

in l.1.in princ.nu.8.vbi etiam Ias.col.6.in fi.de oper.
46 nou.nun. vt de actis etiam dicitur, † quæ faciunt rem notoriam,si eis non opponatur,aliàs secus. fa-
47 cit etiam,quod dicitur de iuramento, † quòd non validat actum, donec de virtute iuramenti ac eius validitate disputatur.Soc.in cons.97.in fin.vol.1. &
48 quod etiam dicitur de sententia, † quæ reddit rem notoriam, quando eius validitas in dubium non reuocatur,aliàs secus. Ceph.in cons.180. nu.17.

¶ Ad secundum, quòd non constat Episcopum fuisse requisitum,& sic noluisse consentire,respondetur,quòd illa opinio posset procedere, nisi ille, qui debebat requirere directum dominum fuisset negligens in impetratione ipsius cõsensus : quoniam clari iuris est,quòd quando conditio consistit in faciendo, statim censetur deficere, quando tantum temporis spacium præterierit,in quo obligatus poterat factum expedire.l.si ita stipulatus essem abste. l.ita stipulatus.vers.Sabinus.l.cõtinuus.§. cùm ita. ff.de verb.oblig.Corn.in consil.207.vol.4. Ruin.in cons.131.num.11.volum.1.Cephal.in consil.118.numero 16.Dom. Franc.Bursat.in consil.45. num.15. vbi inquit,quòd contractus sub conditione initus, & deficiente ipso iure nullus dicitur,& quòd vbi conditio stat in faciendo, prout in Principis assensus impetratione,vt in casu nostro,argu.l. consilio. in fi.ff.de curat.furio.censetur statim deficere, cùm præterierit tantum tempus, quo obligatus poterat actum expedire. At in terminis nostris à die contractus dictæ venditionis, fluxa fuerunt plura tempora : in quibus poterat obligatus impetrare dictum cõsensum, quẽ non impetrauit, nec impetrare tentauit (quod constet) ergo pro deficiente haberi debet, & si defecit : nulla est venditio: quæ ampliùs conualidari non potest. Nam si aliter diceremus,sequeretur, quòd negligentia negligenti non noce-
49 ret, quod vtiq; dicendum non venit. cùm † negligentibus non subueniatur,sed rerũ necessitate im-
50 peditis.l.non enim,ex quib.caus.maior. & † debet sibi imputare, quia sua culpa se excludit.l.veteres. in fin.ff.de itin.actuq; priua. Alex.in cons.105. col.2. vol.5. & in tantum sententia huiusmodi recipitur à Scribentibus, quòd nec interpellatio in casu præsenti fuit necessaria,secundùm Alexan.& alios in l. quod te.ff.si cert.peta.& in cons.157.colum.2. vol.6. Cephal.in iam sæpiùs allegato cons.118.num.17.vbi dicit,hanc esse magis communem.

¶ Similiter non obstat, quòd contractus conditionalis pendente conditione non potest reuocari, quia admittitur conclusio ipsa: sed dicitur illã non quadrare ad propositum nostrum: quia nos sumus in casu,in quo deficit conditio & nõ pendet, vt iam dictum fuit Cephal.in cons. 181.col.6.vers. ad illud. & alij suprà citati.

¶ Nec vis facienda est,quòd ex contractu conditionali obligatio actiua & passiua transeat ad hæredes.Quia respondetur,sententiam ipsam procedere in conditione casuali.§.ex conditionali.Institut. de verb.obl.secus in potestatiua,vt est præsens, de qua agitur,teste Burs.in cons.45.col.4.ver.non obstant. vel mixta : quia tunc non transit ad hæredes.Bar.in l.si decem,cùm petiero.in fin.ff.de verb.oblig. Rui. in cons.26.num.12.vol.2.Ceph.in d. cons. 118. num. 24. & n.33. vers.ad illud verò.

¶ Ad vltimum facilis est responsio, contractum ipsum venditionis fore conditionalem, vt constat ex auctoritatibus suprà citatis, ex quibus apparet hanc esse communem.

¶ Circa secundum,in quo quæritur,an illustriss. & excellentiss. Duci nunc competat ius post mortem prædicti quondam illustriss. Dn. Stephani pe-
53 tendi dictum assensum ab illustriss. & reuerendiss. Cardinale Rusticutio Episcopo Senogalien se. Videtur dicendum , quòd non inuita illustr. Domina Nicoletta filia & hærede d. quondam illustris Dn. Stephani : quia (vt iam dictum fuit) dicta facultas adimplendi conditionem non transit ad hæredes, vt in terminis voluit Cephal.in consil. 118. num.22. & 26. vbi dicit,quòd cùm iam dictus contractus sit nullus,ex defectu cõsensus prædicti,& res ampliùs non est integra,idem cõsensus non potest ampliùs interuenire: sicut in simili videmus contractu do-
51 nationis, † qui postquam est nullus ex defectu insinuationis, non potest ampliùs insinuari, non obstante quòd insinuatio quandocunque fieri possit. Cornel.consil.221. num.2.volum.1. Alexan. in consil.237. in fin.volum.6. Idem tenuit Bursat.in cons. 40.num.16.

¶ Vlteriùs dicit , quòd etiam dato, quòd posset impetrare dictum assensum , tamen ille non posset afferre præiudicium, nisi ipso domino directo , non autem ipsi illustri Dom. Nicolettæ, tanquam comprehensæ in concessione emphyteutica , facta prædicto q.illustr. Domino Stephano per q.reuerendiss. Dn.Marcum Vigerium,Episcopum Senogalien sem vigore facultatis sibi attributæ per q.S. D. N.fel. record.Paulum III. quod probatur ex infrascriptis. & primò ex dictis per Afflict. in const.Regni in con-
52 stitutione memoriæ.num.79. vbi ait, quòd † si Titius alienauit feudũ,& ante Regium assensum mortuus est,superstite filio,cui statim post mortem patris apertum est, non obstante alienatione feudi, quæ nulliter facta fuit sine Regio assensu , quam statim reuocauit ex vi constitutionis Regni , si postea impetretur regius assensus,ille non præiudicat filio & hæredi, quia ratihabitio Regis vel eius assensus non potest tertio præiudicare.Bartol.in l. instar. C. de iure fisci.libro 10. idem Afflict. in decis. 286. post Isern.in cap. imperialem.in fin.de prohib.feud.alie. per Federic.quem ibi sequuntur Aluar. & Præpos. & ratio est, quia eo tempore consensit, quo res est aliena,& non ipsius alienantis, & in decis. 335. in fine, vbi dicit, quòd si post alienationem bonorum feudalium sine Regio assensu factam reuocatio facta fuit dictæ obligationis virtute constitutionis Regni, si postea Rex assentitur dictæ obligationi, quæ erat annullata per reuocationem assensus, nihil est: quia non habet materia supra quam formæ assensus possit fundari. Bald. in l. cum sententia C. quando prouoc. non est necesse. item quia quando Rex post reuocationem præstat assensum, reperit rem non esse integram,sed reuocatam legis permissione, & sic post ius quæsitum reuocanti. Vnde dictus assensus nihil valet,sequitur Paris.in consil.14. colum.1. & 2. volum.1. Dn. Aliprand. inter consilia status Montis ferrati in cons. 19.num. 88. vbi ait, ita pluries iudicasse,& quòd eius sententiæ fuerunt confirmatæ. Socin. Iun. consil.20. nume. 163. inter dicta cons. Dec.in consil.144. colum.1. & seq. idem voluit alibi ipse Afflict.in c.imperialem. in princip. versic.24.quæro.num.30.vbi dicit, quòd cancellaria Regia non solet concedere assensum post mortem alienatoris , cum qua sententia etiam concurrit Paris de Puteo in tract.de reintegrat. feudi.folio mihi 146. in versic. an si. pro qua sententia accedit, quod scribit Decius in consilio 583. in vltima columna , vbi si Imperator concessit priuilegium vasallo testandi de bonis feudalibus, & vasallus testatus sit, non valet derogatio post institutionem facta : quia cùm res non sit integra , non debuit nec potuit priuilegium reuocare salua eius Maie-
53 state, pro quo accedit quod dici solet, quòd † ra-

tificatio nunquam operari poteſt in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum. Dec. in l. contractus. de reg. iur. & in conſil. 247. col. penult. Soc. in conſ. 126. in princip. & 77. num. 14. volum. 1. Alexand. in conſ. 78. num. 10. volum. 5. vbi concludit, quòd † tunc demùm trahitur retrò, quando res eſt integra, vt in eo ſtatu, in quo erat, quando ab initio fuit geſtus ille actus, qui ratificatur, aliàs non valet. Dec. in conſ. 226 num. 61.

¶ Nec obſtat, quòd ſit hæres dicta illuſtris Domina Nicoletta, quæ non poteſt contrauenire contractui defuncti, cuius eſt hæres. Quia vltra reſponſionem vt ſuprà datam, dicitur, quòd argumentum poſſet militare: quando aliùd non obſtaret, videlicet, quando fuiſſet hæres ſine beneficio inuentarij, aliàs ſecus, vt in caſu præſenti. Nam † beneficium inuentarij conſeruat hæredi omnia iura, ac ſi hæreditatem non adiuiſſet. glo. & Dd. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Gozad. in conſ. 46. col. 3. in princ. & in conſ. 94. num. 19. Iaſ. in conſ. 56. col. 2. & 6. col. 4. quia † confectio inuentarij facit cenſeri hæreditatem iacentem. Bald. in d. §. in computatione. in l. oppoſ. in l. debitori. C. de pact. dixi in tract. de confect. inuent. chart. 148. verſ. nunquid hæres. quod maximè ſibi locum vindicare debet, cùm ſit conceſſa ex pacto & prouidentia, vt videri poteſt ex inſpectione ipſius conceſſionis emphyteuticæ, per ea quæ notat Soc. Iun. in conſ. 42. num. 3. vol. 3. Cla. in §. feudum. quæſt. 32. verſ. ſucceſsiuè. & in quæſt. ſeq. ex his igitur, quæ ſuprà dicta ſunt, concludendum eſſe arbitror (ſaluo ſemper ſaniori conſilio) contractum ipſum venditionis nullum eſſe ex defectu dictæ conditionis, & quòd ampliùs impetrari non poteſt conſenſus prædicti illuſtriſs. & reuerendiſs. Epiſcopi Senogal. directi domini in præiudicium d. illuſtris Dom. Nicolette.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cenſetur habere mandatum generale ab vxore.*

2 *Æſtimatio non facit emptionem, quando ſolùm fit ad finem cognoſcendi valorem rei, vt in futurũ probari poſsit, ſi eſſet deteriorata. declara vt in numero 19.*

3 *Æſtimatio non facit emptionem, quando non correſpondet valori rei. declara vt in num. 20.*

4 *Æſtimatio facit emptionem.*

5 *Promiſsio dotis, quando fuit promiſſa à principio in quantitate, & demùm pro eius ſolutione res aliqua immobilis fuit promiſſa, vel in ſolutum data, illa res non dicitur dotalis, ſed propria mariti & ſuorum hæredum, quod amplia procedere, vt in num. 9.*

6 *Datio rei in ſolutum pro quantitate debita vel promiſſa, venditionem in ſe continere dicitur.*

7 *Prædium æſtimatum datum in dotem liberè efficitur mariti, adeò quòd per eius hæredes retineri poterit.*

8 *Res æſtimata ſi ſimpliciter datur in dotem, ſola æſtimatio reddi debet: quia in dubio facit emptionem.*

9 *Bona data in dotem æſtimata iure proprio & in perpetuum proſe & hæredibus faciunt emptionem.*

10 *Bona æſtimata data in dotem cum clauſula, ad habendum, tenendum, vendendum, &c. faciũt emptionem.*

11 *Clauſula ad habendum, tenendum, & poſsidendum, & quicquid perpetuò placuerit faciendum, poſita in inſtrumento diuiſionis operatur remiſsionem fidecommiſsi inter ſcientes.*

12 *Clauſula ad habendum, &c. æquipollet verbis, quibus prædicta bona concedere voluerit, & clauſulæ quibus dederit.*

13 *Clauſula ad habendum, tenendum & poſsidendum, &c. importat facultatem alienandi.*

14 *Verbum Quodlibet ſic intelligi debet, ne fruſtrà prolatum eſſe dicatur, & ne vitioſum remaneat.*

15 *Verba quælibet, dictiones ac ſyllabæ debent intelligi poſita vt aliquid operentur & otioſa non ſint.*

16 *Retrouenditio præſupponit venditionem priùs factã fuiſſe.*

17 *Maritus eſt dominus rerum dotalium.*

18 *Pretium inter partes conuentum præſumitur iuſtum.*

19 *Venditor non præſumitur calumniari, ſed lites execrari.*

20 *Agens ad reſciſsionem contractus venditionis ex vi. l. 2. C. de reſcin. vend. debet probare ſe læſum vltra dimidiam iuſti pretij tempore contractus.*

CONSILIVM LXIIII.

EX ſequentibus prima facie dicendum videtur, quòd hæredes q. Magnifici Dn. Alexandri Nani mariti Magnificæ Dominæ Helenæ Iouitæ teneantur eidẽ reddere prædia, quæ recepit d. q. Dn. Alexander in dotem, & ſi æſtimata à Magnifico Altobello Iouito patre ipſius Dominæ Helenæ & non æſtimationem ipſorum prædiorum: quoniam illa recepit maritus nomine vxoris, † à qua cenſetur habere mandatum generale. l. maritus. C. de procu. & ſic tanquam procurator ipſius, ita quòd quamuis illa æſtimatio cenſeatur facere emptionem. l. plerunque. ff. de iure dot. nihilominùs illa emptio dicitur facta nomine vxoris, adeò quòd prædia ſibi debentur & non pretium. 1

2 ¶ Secundò dicitur, quòd † quando æſtimatio ſit ſolùm ad finem cognoſcendi valorem rei, vt in futurum probari poſsit, ſi eſſet deteriorata, tunc æſtimatio non facit emptionem. l. ſi æſtimatis. vbi Dd. ff. ſolut. matr. Iaſ. Cur. Sen. & alij in l. ex conuentione. C. de pact. Pariſ. in conſ. 81. nu. 42. vol. 2. Soc. conſil. 93. col. 2. ver. præterea. vol. 1. Adducitur alia communis concluſio, quæ habet, quòd † æſtimatio non facit emptionem, quando non correſpondet valori 3 rei, Bal. Saly. Iaſ. & cæteri in d. l. ex conuentione. Iaſ. in l. 1. in 7. col. C. de iure emphy. & in conſ. 45. vol. 1. Marſ. in ſing 105. Soc. Iun. in conſ. 141. col. pen. in fin. vol. 2. vbi aſſerit hanc eſſe communem. & in conſil. 118. num. 10. vol. 3. Didac. pract. quæſt. c. 28. Aret. in conſ. 84. colum. 2. Ioan. Lup. in cap. per veſtras. §. 21. num. 4. de dona. inter vir. & vxor. Barba. in conſ. 19. col. 4. vol. 4. Beroſ. in conſ. 63. num. 15. volum. 1. dixi in conſ. 92. num. 4. volum. 3. At in caſu præſenti præſupponitur æſtimationem non correſpondere valori rei. ergo &c.

¶ Præmiſsis tamen non obſtantibus contrariam ſententiam & probabiliorem & veriorem eſſe arbitror, quòd † res datæ d. Dn. Alexandro ſub æſtima- 4 tione mille & centum ſcutorum faciat emptionem. l. quoties. C. de iure dot. l. ſi inter. ff. eod. tit. Alex. in conſ. 76. col. 2. vol. 5. dixi in allegato conſ. 92. num. 9. quibus addo Beroſ. in conſ. 204. num. 15. vol. 1. & in conſ. 63. num. 5. verſ. quintus caſus. volum. 3. vbi in- 5 quit, quòd † quando dos ab initio fuit promiſſa in quantitate, & deinde pro ſolutione & ſatisfactione dotis promiſſę fuit res aliqua immobilis vel mobilis in ſolutũ aſsignata pro tota dote vel eius parte, illa res non dicitur eſſe dotalis, ſed propria ipſius mariti ac hæredum ſuorum: quia cenſetur venditamarito, quoniam † datio rei in ſolutum pro 6

quanti-

quantitate debita vel promissa dicitur in se venditionem continere. l. si prædium. C. de euictio. & hic casus est noster, vt constat ex instrumento dationis in solutum, in quo dicitur, quòd res descriptæ in eo dantur pro æstimatione mille centum scutorũ pro parte dotis promissæ d. Dn. Alexandro. Rursus in cons. 156. in 3. dubio. vol. 2. vbi inquit, quòd quando marito debetur certa quantitas pro dote, & ei fuerunt adiudicata bona immobilia & assignata in solutum, & æstimata pro certa quantitate, quòd maritus est debitor quantitatis, & sic pecuniæ, & non bonorum prædictorum, adeò quòd in casu restitutionis dotis non poterit agi contra maritũ, vel eius hæredes ad bona æstimata, sed ad quantitatem pecuniæ. l. quoties. C. de iure dot. quia videtur maritus emisse seu habuisse illa bona ex causa emptionis & non dotis, iuxta notata per gl. in l. si inter virum. ff. de iure dot. idem voluerunt Socin. Iun. in cons. 6. nu. 4. vol. 2. vbi † prædium æstimatũ datum in dotem liberè efficitur mariti, adeò quòd per eius hæredes retineri poterit. & in cons. 118. nu. 10. vol. 3. & nu. 16. Rui. in cons. 134. nu. 2. vol. 4. vbi † si simpliciter, res æstmata datur in dotem, sola æstimatio debet reddi: quia in dubio facit emptionem. gl. in l. si inter virum. ff. de iure dot. vbi dicit Bal. quòd d. casu vnus contractus occultatur, scilicet emptionis, & alius exprimitur dotis, & celeri manu de vno. transit in alterum. vt aliàs habetur in l. singularia. ff. si cert. pet. & Bal. sequitur Socin. in cons. 56. col. 2. vers. septimus casus. vol. 1. Rub. Alex. in cons. 5. Bald. de Bart. in l. 1. num. 475. ff. solu. matr. Emilia. in cons. 90. num. 8. vbi ait post Cyn. quòd isto casu mulier censetur venditrix feudi æstimati dati in dotem, & intelligitur illud pretium reliquisse apud maritum ex causa dotis. ideo maritus remanet obligatus ad pretium ex causa dotis, non autem ex vendito, vnde sola quantitas est in restitutione, quia ad eam sola est formata obligatio. Curt. Sen. in l. ex conuentione. nu. 10. C. de pact. vbi dicit nota. ad quod quotidie recurritur in practica, & allegatur, quòd in dubio æstimatio fundi dati in dotem facit censeri emptionem celebratam, id est, quòd mulier venderit marito, & ex ea venditione dominium fundi transtulerit in maritum. gl. magistralis. & communiter approbata in l. si inter virum. ff. de iure dot. Quam conclusionẽ amplia procedere, etiamsi maritus in instrumento dixisset, quam dotẽ restituere promisit. Bald. in d. l. quoties. vbi inquit, quòd pluries super hoc puncto interrogãtus dixit, quòd hæc verba intelliguntur de vera dote, quæ vera dos est pretiũ, quo res æstimata est, & ideo præcisè pretium debetur, quod Barb. ibi in additionib⁹ aduertendum affirmat. Port. in cons. 68. num. 28. Socin. in cons. 56. col. fi. vol. 1. Rub. Alex. etiam in fortioribus terminis. in cons. 5. quem sequitur Cephal. in cons. 78. per totum. dixi in citato cons. 92. num. 1. Emilia. in cons. 90. col. 3. vers. efficacius ista comprobantur. Quòd autem dicta bona stabilia æstimata & data in dotem faciant etiam emptionem, probatur & alio medio: quoniam † illa bona data fuerunt d. Dn. Alexandro iure proprio, & in perpetuum pro se & hæredibus suis, quo casu cùm facta etiam fuerit mentio de hæredibus, satis clarè colligitur, quòd voluerit dictam æstimationẽ facere emptionem, si enim dotalis fuisset, non posset dici, quòd iure proprio & in perpetuũ fuisset d. Dn. Alexandro data, cùm soluto matrimonio seu eueniente casu restitutionis illa fuissent vxori vel hæredibus suis restituenda, & sic reuocabiliter & non perpetuò data fuissent. Vnde stantibus his verbis sequitur, quòd data fuerunt irreuocabiliter, & tanquam vendita. vt voluit Bald. in d. l. quoties. ita in terminis respondet Bero. in cons. 63. nu. 9 cum seq. vol. 1. & eò magis id dicendum venit, cùm Dn. Alexander receperit dicta bona stabilia æstimata pro se & suis hæredibus, quæ verba satis clarè ostendũt, quòd illa recipiebat nomine suo & non vxoris, & ex quo ea recipiebat pro se, & suis hæredibus, sequitur, quòd non recipiebat pro vxore & suis hæredibus, vt per Corn. in consil. 172. colum. 3. vers. tamen his. volum. 1. de quo dicto feci mentionem in citato cons. 92. num. 16. Vlteriùs consideranda est, quòd † dicta bona præfato Dn. Alexandro data fuerũt cum clausula ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum & alienandum, &c. quæ clausula clarè demonstrat, quòd dictæ res pleno iure & irreuocabiliter dicantur datæ: vt constat ex dictis per Dec. in con. 68o. col. 1. vbi dicit, quòd si in concessione feudali sunt appositæ hęc verba, ad dandum, intelligũtur, quòd alienatio rei feudalis possit fieri sine consensu Domini, & sic liberè. Brun. in cons. 38. Grat. in cons. 9. num. 140. volum. 1. & ideo dixit Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 133. ff. de verb. obli. quòd † quando in instrumento diuisionis dicitur ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid perpetuò placuerit faciendum: quòd ipse in ardua quæstione consuluit, quòd per dicta verba censetur remissum fideicõmissum inter fratres, constito quòd notitiam testamenti habuerint, quia † dicta verba æquipollent illis verbis, quibus prædicta bona concedere voluerit, & clausulæ, & quibus dederit, quæ † clausulæ important facultatem alienandi, & liberam voluntatem. vt latè dixi in cons. 55. nu. 37. cum pluribus seq. vol. 3. Socin Iun. in cons. 116. num. 60. volum. 1. Nam si aliter diceremus, sequitur, quòd si bona prædicta tradita in dotem æstimata non continerent emptionem, & liberam ipsorum dispositionem, frustratoriè appositæ fuissent, contra l. si quando. ff. de legat. 1. Bald. in Rubrica. C. de contrahend. empt. in 9. quæst. Soc. Iun. in cons. 93. num. 23. vol. 3. quod non est dicendũ, cùm † quodlibet verbum debeat sic intelligi, ne frustrà prolatum dicatur, & ne ociosum remaneat. c. si Papa. de priuil. in 6. Soc. Iun. in cons. 119. num. 19. vol. 3. & 89. num. 15. volum. eod. vbi † quælibet verba, dictiones ac syllabæ debent intelligi posita, vt aliquid operẽtur & ociosa non sint, rursus in cons. 74. nu. 7. volum. 4. & in terminis nostris ponderando dicta verba, ad habendum, &c. ita dixit Beros. in citato cons. 63. nu. 11. vol. 3. Quod suadetur ex pacto appositio in d. instrumento dationis in solutum, quòd liceret d. Dn. Altobello redimere dicta bona & recattare infra duos annos, ad cuius re venditionem teneatur Dn. Alexander. Nam si ipse Dn. Alexander, cui res datæ fuerunt in solutum obligauit se per pactum reuendere Dn. Altobello, sequi videtur, quòd per hanc dationem & assignationem factam, Dn. Alexandro facta fuerat venditio: quoniam † retrouenditio præsupponit, venditionem priùs fuisse factam. l. 2. vbi Dd. C. de pact. inter empt. & vendit. Beros. vbi suprà num. 12. vers. hoc etiam. Ex his igitur concludendum venit, quòd res æstimatæ datæ in dotem per d. Dn. Altobellum, Dn. Alexandro eius genero, censentur datæ tali æstimatione, quæ faciant emptionem, & per consequens, quòd Dn. Alexander factus fuit illarum rerum dominus inconuincibiliter, vt dicit Bald. in d. l. quoties. & si vxor vult consequi dotes ab hæredibus mariti, quòd agere debet ad pretium bonorum æstimatorum, quod dicitur vera dos secundùm Bald. in dict. l. quoties. in fine.

¶ Nunc superest respondere contrarijs suprà allegatis.

legatis. & ad primum respondetur, quòd licèt vir vt maritus receperit dicta bona æstimata, non tamen vti procurator vxoris: quia ex quo dos pertinet ad maritum, ideo illa bona æstimata recipiebat
17 pro se tantùm, quia † maritus quærit dominiũ rerum dotalium. l. doce ancillam. C. de rei vindica. & censetur recepisse æstimationem prædiorũ, in qua consistebat dos sibi promissa in quantitate, & ea recepisse videtur pro se & hæredibus suis, quasi ipse emerit dicta prædia ex pecunia dotali, quæ res emptæ de tali pecunia quęrũtur ipsi marito & nõ vxori, nec ipsi restituendæ sunt soluto matrimonio, sed ipsa pecunia. l. ex pecunia. C. de iure dot. l. fina. C. de ser. pig. dat. manu. ita Corn. in cons. 172. col. 3. vol. 1.

¶ Secundò respondetur, quòd etsi vera sit conclusio facta, quòd æstimatio non facit emptionem, quando fit solùm ad finem cognoscendi verum valorem rei, vt in futurum ꝓbari possit, an bona stabilia fuerint deteriorata, tamẽ hoc procedit, quando constaret, quòd æstimatio facta fuerit ad illũ finem: aliàs secus, cùm in dubio æstimatio faciat emptionem. d. l. quoties. & in alijs locis suprà citatis. Curt. Sen. in d. l. ex conuentione. col. 2. in fi. vers. 4. limitabitis. vbi dicit, æstimationẽ non facere emptionem, quando probaretur fuisse factã ad finem cognoscendi valorem. & ibi Ias. in 1. limita. vlteriùs dicitur, quòd æstimatio tunc dicitur facta ad hunc effectum, quando species ex pacto venit restituenda. l. si cùm inter. & ibi Saly. in princip. vers. quæro quomodo scitur. Socin. in iam d. cons. 56. col. 2. quod factum non reperitur in casu præsenti.

¶ Non obstat & vltimum. Quia respondetur, quòd conclusio ipsa non ita supinè intelligi debet, sed cũ grano (vt solet dici) salis, videlicet, cùm æstimatio facta fuerit pretio minùs iusto, ex deceptione vltra dimidiam. etenim in hoc casu propter maximam pretij iusti diminutionem vel augmentum præsumitur ad alium effectum factã fuisse æstimationem, non ad constituendam nec efficiendã emptionem. ita Didac. pract. quæst. c. 28. vers. nonò ergo. colum. 2. vers. ego verò. vbi dicit, hoc probari ex verbis Saly. in d. l. ex conuentione, qui scribit, æstimationem constituere & efficere emptionem, vbi facta sit pro pretio iusto vel ferè iusto, alioquin si indistinctè contrarium admitteremus, cùm varia contingãt de iusto pretio sæpissimè testimonia, nec pretium iustum consistat in indiuidua certitudine, maximus esset locus litibus hac de re & controuersijs, nec posset frequenter ad proxima induci illa communis regula, æstimationem rerum dotalium in dubio emptionem efficere.

18 ¶ Vlteriùs dicitur, quòd † pretium inter partes conuentum præsumitur iustum. Bal. in l. per diuersas, in 4. quæst. C. mand. per text. in l. in minoribus.
19 & in l. hæreditatem. ff. de mino. quia † venditor non præsumitur calumniari, sed lites execrari. Modern. in tract. de empt. & vend. in 8. quæst. principali. col. fin. vers. nonò quæro, quos sequitur Pantha. Crem. in repet. l. 2. nu. 18. 145. & 260. C. de rescin. vend. & de
20 hoc est tex. in d. l. 2. vbi † qui agit ad rescissionem contractus venditionis, vel ad supplementum pretij vigore d. l. debet ꝓbare se læsum vltra dimidiam iusti pretij tempore contractus secundùm Dd. ibi. Cùm igitur in casu præsenti minùs probatũ comperiatur, pretiũ non correspondere valori rei, vtiq; dicendum venit, firmam remanere debere conclusionem de qua suprà, & communem, quòd res data in dotem æstimata facit emptionem, & quòd prædicta Domina Helena ex rationibus & auctoritatibus suprà citatis, non potest agere, nisi ad æstimationem & valorem dictorum prædiorum.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ siue alimenta pro dote non soluta viro debentur, post biennium à die ductionis mulieris ad domum mariti.*
2 *Moram regularem inducit lapsus diei.*
3 *Alimenta seu vsuræ simpliciter promissæ, pro dote non currunt, nisi à die interpellationis.*
4 *Vsuræ dotis, quas vulgus alimenta appellat, sunt fauorabiles, adeò quòd illas tolerat & fouet ius canonicum.*
5 *Vsuræ pretij soluti ab emptore licitè petuntur à venditore, qui rem non tradidit.*
6 *Vsuræ dotis seu alimenta lapsu decennij non possunt peti per generum à socero, sed contrà, num. 10.*
7 *Vir diu tacendo videtur remittere fideicommissum.*
8 *Vir viuens, si dotes vxoris non petijt, donasse videtur.*
9 *Pater qui tenetur dotare filiam, & eam alimentare, si releuatur à marito, qui sustinet onera matrimonij, vsuras pecuniæ dotalis præstare tenetur.*
10 *Alimenta libertis relicta peti possunt, tam pro tempore præterito quàm futuro, quamuis spacio longi temporis hæredes ad eorum solutionem interpellati non fuerint.*
11 *Remissio vim donationis habet.*
12 *Donatio in dubio non præsumitur, nisi probetur.*
13 *Error potiùs præsumitur quàm donatio.*
14 *Præsumendus est magis actus inualidus quàm donatio.*
15 *Actionibus personalib. non præscribitur minori spacio triginta annorum.*
16 *Vsuræ dotis non solutæ officio iudicis petuntur.*
17 *Officio iudicis præscribitur spacio triginta annorum.*
18 *Declaratio ad l. Procula. ff. de probatio.*
19 *Declaratio ad l. cùm quidam. §. diuus. de vsur.*
20 *Declaratio ad l. vir vsuras. ff. de donatio. inter vir. & vxor.*
21 *Verba non censentur appositа nisi ministerio aliquid operandi.*
22 *Argumentum à contrario sensu est in iure validissimum.*

CONSILIVM LXV.

MAGNIFICVS Dominus Ioannes de Albertinis matrimonio copulauit D. Elisabet eius filiam, M. Dn. Gabrieli de Pastoribus, dotemq; genero promisit scutorum 3000. de quibus soluit tempore nuptiarum 1000, alios verò 2000. ꝓmisit soluere in certo tempore conuento, sed iam diu lapso. Modò quæritur, ex quo transacti sunt decem anni, quòd cessatum fuit à solutione dictarum dotium, an possit maritus petere vsuras siue alimenta pro dote non soluta.

¶ Antequam veniam ad discussionem huius articuli duo præmittenda esse duxi. & primò, quòd † post biennium à die ductionis mulieris ad domum mariti, & nõ antè vsuræ siue alimenta pro dote non soluta iure debentur, quoniam per lapsum biennij contrahitur mora irregularis. l. fi. §. præterea. C. de iure dot. Rui. in cons. 81. num. 5. vers. sed his. vol. 4. Bald. in cons. 474. volum. 3. Corn. in cons. 250. col. 2. in princip. vol. 2. nisi fuerit promissa dos ad certam
2 diem: quia † lapsus diei induceret moram irregularem, argum. l. magnam. C. de contrahend. & com. stipu. vel si fuerit simpliciter promissa, vir interpellauerit socerum, iuxta l. si ex legati causa. ff. de verbor. obligat. quia † tunc à dicto diei lapsu, vel à die
3 dictæ interpellationis incipiunt currere vsuræ, si mari-

maritus interim sustinuit onera matrimonij. l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. coniuncta. l. final. in princ. ff. de dol except. nec isto casu est opus expectare triennium, & sic morâ irregularem, cùm habeamus regularẽ, argum. not. in l. in prouincia. §. 1. vbi Dyn. & Bart. ff. de oper. noui nunc. Ang. in §. fuerat. colum. 4. in fin. vers. vnum tamen. ff. de actio. & ibi. Ias. col. 5. vers. & quamuis.

4 ¶ Secundò præmittendum est, quòd † istæ vsurę dotis quas alimẽta vulgus appellat, Alex. in cons. 63. nu. 3. vol. 4. Corn. in con. 250. col. 2. in prin. vol. 2. sunt fauorabiles, illasq; tollerat, & fouet ius canonicum. c. salubriter. de vsur. Bar. in l. atqui natura. §. non tantùm. ff. de neg. gest. Aret. in d. §. fuerat. col. 5. in prin. Bero. in cons. 52. num. 24. vol. 2. Alex. in dict. cons. 63. col. 2. duplicato in cons. 39. in 9. vol. Rom. in cons. 517. col. 3. vers. 2. probatur. Cornel. in cons. 250. col. 2. in princ. vol. 2. vbi ait, ita seruare communem practicam. Rui. in cons. 61. col. pen. vers. sed his. vol. 4. Dn. Osasc. in decis. Pedemont. 132. in princ. vbi asserit hanc esse cõmunem. & Grat. in cons. 57. col. 2. vol. 1. vbi asserit istam etiam communem post Alex. in l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. sicut in simili
5 videmus in venditore, à quo † licitè petuntur vsuræ pretij sibi soluti ab emptore, cui rem non tradidit venditor, sed eam apud se retinuit, & fructus ex ea percipit. vt notatur in c. conquestus. & in l. curabit. C. de actio. empt. Ang. in §. fuerat. col. 5. Alex. in cons. 64. num. 4. vol. 4. vbi attestatur hanc esse communem. Quibus sic præmissis, deueniendo ad casum, de quo agitur, prima facie dicendum videretur,
6 quòd † attento lapsu decem annorum Dn. Gabriel ampliùs petere nõ possit dictas vsuras vel alimenta. Et primò, per text. in procula. ff. de probat.
7 vbi † vir diu tacendo videtur remittere fideicommissum. Secundò, per l. cùm quidam. §. diuus. ff. de vsur. vbi cursu temporis videntur vsuræ remissæ, vt ibi. Quas omisisse te, longi temporis interuallũ indicat, quod gl. ibi interpretatur triennij vel quinquẽnij, ergo multò fortiùs vbi interuenit tempus decennij. auth. multò magis. C. de sacrosan. Eccles. Tertiò, per tex. in l. vir vsuras. ff. de don. inter vir. &
8 vxor. vbi † si vir viuens vxoris dotes non petit donare videtur. Quartò, hoc probatur auctoritate Bald. in cons. 474. vol. 3. vbi inquit, quòd si dicta alimenta seu vsuræ petitæ non fuerunt longo tempore: remissæ censentur, per text. in d. §. diuus. quod inquit notandum & quotidianum. Ang. in §. fuerat. col. 4. in fin. vers. vnum tamen. Alex. in cons. 72. colum. 2. vol. 5. & in l. quæ dotis. solut. matr. Cec. in cons. 571. colum. fina. versic. secundò respondetur. Alciat. in tracta. de præsumpt. in 1. regul. præsumptio. 32. Dn. Dionysius de Perusio, vt refert Roma. in cons. 517. Neuiza. in cons. 57. nu. 8. Camp. in tract. dot. part. 2. quæst. 6.

¶ Maturiùs tamen cogitanti, in contrarium est veritas, quæ probatur ex infrascriptis. & primò, qa
9 certi est iuris, quòd † pater qui tenetur dotare filiã. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot. promis. & eam alimentare. l. si quis à liberis. ff. de libe. agno. releuatur à marito, qui sustinet onera matrimonij, & sic alimentat vxorem suam. ideo cùm sibi ex implemento mariti adsit releuatio ab illo onere, alimentandi, decet quòd & marito, qui sentit illud onus propter dotis fructus. l. pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. eodem tit. præstentur pecuniæ dotalis vsuræ. argum. l. curabit. C. de actio. emptio. Corn. in cons. 250. col. 2. in princ. vol. 2. & litera D.

¶ Secundò moueor ex tex. in l. libertis. §. 1. de alimen. & alimen. & ciba. l. vbi † alimenta libertis relicta, tàm præterita, quàm futura peti possunt, quam-
10 uis spacio longi temporis ad earum solutionem hęredes interpellati non fuerint, cuius legis ratio esse potest, quia remissio alimentorum, quorum causa fauorabilis est. l. cùm hi. in princ. ff. de transact. Bart. in l. in illa. ff. de alim. & ciba. legat. Pract. Pap. in forma libel. quo agitur pro legat. partic. vel sing. glos. 1. col. 13. Bald. Nouel. in tract. dotis in nona par. priuil. 12. non inducitur ex taciturnitate sola longi temporis, nisi & alia requisita interueniant, de quibus in l. Procula. ff. de probatio. vt infrà dicetur. Roma. in cons. 517. colum. 5.

11 ¶ Item ex eo, quòd † remissio donationis vim habeat. l. si quis delegauerit. ff. de noua. Dec. in l. si qs obligatione. ff. de regul. iur. l. si mulier. ff. de condi-
12 tio. ob cau. quæ † donatio in dubio non præsumitur, nisi probetur. l. si cùm aurum. de solut. l. Campanus. ff. de oper. libert. adeò quòd † potiùs præsu-
13 mitur facta per errorem quàm aliter. glos. in verbo causam. in l. generaliter. C. de nõ num. pec. vbi Ang. in 3. oppos. & in 2. vbi dicit ita consuluisse. Decius in cons. 350. col. 2. in fin. 571. num. 3. & 644. col. 1. in fine. Crauet. in cons. 74. num. 14. 142. nu. 26. & 192. nu. 7. latè per Tiraq. in repet. l. si vnquam. in verbo donatione largitus. num. 206. Dec. in cons. 402. nu. 6. vbi
14 dicit: potiùs † esse præsumendũ actum inualidum quàm donationem. sed si nos diceremus, quòd per dictũ lapsum temporis esset inducta remissio vsurarum, id est, alimentorũ, sequeretur donatio, quæ non est præsumenda. l. cùm de indebito. ff. de probatio. vbi inquit tex. quòd nemo ita resupinus est, vt facilè iactet rem suam & effundat. Vnde vt euitetur ista præsumptio inimica legi, dicendum venit, quòd ex lapsu dicti temporis decem annorum non censeatur facta remissio dictarum vsurarũ per generum socero.

15 ¶ Tertiò nulli dubium est, quòd † actionibus personalibus non præscribitur minori spacio 30. annorum. l. si quis emptionis. l. sicut. l. omnes. C. de præscript. 30. anno. vel 40. Corn. in consil. 145. colum. 4. volum. 2. Vnde siue dicamus tales vsuras petendas esse à marito iure actionis, siue etiam dica-
16 mus, quòd † peti nequeant iure actionis, sed officio iudicis, vt per Imol. in l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. quem sequitur Angel. in §. fuerat. col 5. de actio. vbi dicit hoc esse notandum ad practicam: quia in hoc frequenter erratur in actu practico, vbi etiam Ias. colum. 6. Gram. decis. 70. col. 3. in princip. Osasc. decis. Pedemont. 132. col. 5. clarum est quòd
17 † dicto officio iudicis non præscribitur minori spacio 30. annorum. gloss. est singul. quam Bald. ibi dicit alibi non reperiri, in l. sicut. in verbo persecutione. C. de præscript. 30. annorum, & quam dicit etiam singularem. idem Bald. in l. 2. colum. 3. C. de execut. rei iud. Natte in cons. 22. & Balb. in tracta. de præscript. in 4 part. princip. in versic. 30. principaliter quæro. si ergo non præscribitur dicto officio, nisi per lapsum tanti temporis, vtiq; dicere non possumus, quòd per non petitionem decem annorum alimenta ipsa seu vsuræ censeantur remissæ & illis præscriptum sit.

¶ Quartò & vltimò, ne sine auctoritatibus pertranseamus, hanc partem tenuerunt Ang. Aret. in §. fuerat. in 5. col. vers. secundò aduertas. vbi inquit, quòd licèt non reperiatur in iure cautum, quòd per lapsum decem annorum inducatur remissio vsurarum, tamen credit oppositum, & contrarium consuluit: quia hoc nõ reperitur scriptum in iure, cùm de iure nostro iura & facultates inducẽtes iura præscribãtur tantummodò annis 30. vt l. licet. C. de iure delibe. & l. omnes. C. de præscript. 30. annorum. Roman. Alexand. & Ias. in l. quæ dotis. numero 25. ff.

solut.

solut.matr.Roman.in conſ.517.col.4. & in l.in inſulam.§.vſuras.ſolut.mat.Corn.in conſ.145.litera M. verſ.nec obſtant.vol.2.vbi refert Lauden. ita conſuluiſſe.& in conſ.164.colum.4.vol.3.vbi inquit, ita etiam tenuiſſe Dn.Bal.de Bartolinis. & in conſ.250. colum.pen.volum.2.Ruin.in conſil.224.col.pen.in fin.vol.1.Alex.in conſ.56.num.14.vol.4.& 63.nu.13. vol.eod.& in conſ.208.num.10.volu.7.Grat.in reſponſo 57.in 1.part.Iaſ.in d.§. fuerat.col.6.vbi inquit,quòd ſi caſus in facto ſibi contigiſſet, tenuiſſet legendo & conſulendo contra Bald.Alex.in conſil. 74.vol.5.Lupus in repet.c.per veſtras.de donat.inter vir.& vxo.quem ſequitur Grammat.in dec.70. per totum.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.4.§.23. num.17.limita.4.verſ.ſed hæc limitatio.Modern.in addit.ad Alex.conſ.63.vol.4.Dn.Oſaſc.in deciſ.Pedemont.132.nu.19.Iacob.de S.Georgio in l.Procula.de probatio.Balb.in tract.de præſcript.in 3.part. princ.in 10.quæſt.col.6.verſicu. & intellectus d.§. diuus.Bero.in conſ.52.num.23.vol.2.ex quibus auctoritatibus patet hanc eſſe communem.

¶ Non obſtant modò, quæ in contrarium adduc-
18 ta fuerunt, & † in primis tex.in l.Procula: Quia reſpondetur ſecundùm Alex.in conſ.56.col.fin.vol.4. quòd ſolus curſus temporis ibi non inducit tacitã remiſsionem,ſed charitas conſanguinitatis & redditio rationis ſæpiùs facta.glo.not.in l.liberis quos. §.1.de alim.l.in ſolutione illius.§.ad l.Procula. vbi etiam Bart.Idem Alex.in l.quæ dotis.col.4.ff.ſolut. mat.Rui.in conſ.162.num.10.vol.2. vbi dicit, quòd non procedit quod dicitur in d. l. Procula. niſi ea omnia ſimul concurrant. rurſus Alex. in conſil.48. num.19.vol.6.88.col.2. vol.2.Bar.Bald.& Floria.in d.l.Procula.Dec.in conſ.79.col.fin. in princip. & in conſ.267.col.2 verſ.nec obſtat.Ripa in l.qui Rom æ. §.duo fratres.num.40.de verb.obl.Calcan.in conſ. 3.col.14.& 23.col.fin.Iaſ.in conſ.193.col.2.vol.2.& ſic diſpoſitio d.legis non habet locum, niſi plura concurrant, vt etiam dixit Grat.in deciſ.103. nume.29. Bero.in conſ.52.num.33.vol.2.

¶ Secundò non obſtat d.§.diuus.quia dicitur illum tex.procedere in vſuris, quæ capiũtur ex titulo lucratiuo,ſecùs vbi interuſuria debentur ratione damni emergentis.Ang.in d.§.fuerat.col.5. Dec.in conſ.571.col.fin.Roma.in conſ.517.col.4.Alexan.in conſ.56.nu.14.verſ.præterea.vol.4.& in conſ.63.nu. 13.verſ.non obſtat etiam.vol.eod.& in conſ.208.colum.fin vol.7.Corn.in conſil.145.litera M.vol.2.& in conſ.250.col.pen.vol.eod.Roma.in l.in inſulam. §.vſuras.ff.ſolut.mat.Corn.in conſ.164.col.3.vol.3. Bero.in conſ.52.nu.23.vol.2. At in caſu noſtro non ſumus in vſuris, quæ capiuntur titulo lucratiuo, ſed in terminis, in quibus alimenta dotis ſunt debita marito propter onera & damna matrimonij, quæ ipſe ſuſtinet,& ſic pro ſuo intereſſe.& iam tales vſuræ non ita de facili tolluntur.

¶ Secundò reſpondetur, quòd ille text. non loquitur in ſimpliciter tacente,ſed in eo, qui tacuit & vſuras nõ petijt,vt gratior eſſet,vt ibi exprimit tex.
19 dicens,quòd † longi temporis interuallum indicat remiſiſſe vſuras præteritas, vt patet ibi in text. iuncta gl.quæ ſupplet: quia dignitatem per eum habere ſperabas. Fundatur ergo illa exorbitans diſpoſitio non in lapſu temporis, ſed etiã in ratione: quia non petijt, vt gratior eſſet apud debitorem. Vnde iſta cauſa,quæ aſſignatur pro ratione,eſt probanda, aliàs diſpoſitio ipſa non videretur procedere, & ita firmat Rapha.in d.§.diuus.Roma.in l.de diuiſione. ff.ſolut.matr.Corn.in conſil.164.col.4.volu 3. & in conſ.145.litera O.verſ. item ſecundò reſpondetur. volum.2.necnon in dicto conſilio 250.columna penultima,in fin.Beroſ.in conſilio 52. num.24. vol. 2.

20 ¶ Similiter & tertiò non obſtat l. vir vſuras.† quã vſuræ dotis ibi dicuntur remiſſæ: quia vltra quòd maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, interuenit etiam donatio facta per maritum vxori, quæ donatio poſtea,morte confirmatur,ita intelligit gloſ. ibi, quam ſequitur Saly.Ang.in §.fuerat. col.5.Beroſ.in conſ.52.nu.25.vol.2. Corn.in conſ.145.col.antepen. vbi inducit illum text.in contrarium: quia ibi præſupponitur donationes vſurarũ confirmatas, ergo à contrario ſenſu,ſi non fuiſſent confirmatæ mediante fideicommiſſo,non cenſerentur dictæ vſurę
21 per donationem remiſſæ,aliàs † illa verba fuiſſent in tex. illo poſita ſine miniſterio aliquid operandi, quòd minimè dicendum eſt. l. ſi quando. de legat.1.
22 c.ſi Papa.de priuil.in 6. cõſtat † enim argumentum à contrario ſenſu eſſe validiſsimum in iure.l.1.§.huius rei.ff.de off.eius cui mand. eſt iuriſd. vnde rectè intuenti ibi videtur tex.pro hac parte, non contra, ſequitur Dec.in con.571.in fi.Alex.in conſ.64.nu.13. in verſ.ſimiliter.vol.4. & in conſ.208.nu.10.vol.7.

¶ Secundò reſpondetur,quòd ille tex.loquitur, quando mulier erat obligata viro: quia ei promiſerat vſuras,cùm inter virum & vxorem, inter quos iuris præſumptione cenſetur eſſe mutuus amor, de facili præſumitur donatio.l.1.ff.de don.inter vir.& vxor.nos autẽ loquimur in caſu, in quo mulier ad alimenta non tenebatur:quia ipſa dotem non dedit neq; promiſerat.vnde ceſſat ratio dictæ præſumptæ donationis.Item negari non poteſt,quin d.l.vſuras. ſit exorbitans à iure cõmuni & contra regulas, quæ habet,quòd nullus in dubio præſumitur donare. l. cùm de indebito. ff. de probatio. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. Ideo ad alium caſum extendi non debet.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.mat. Ita Alex.in conſ.63.nu.14.vol.4. quẽ ſequitur Beroſ.in conſ.52.num.25. vol.2.& in conſ.208. col.fin.vol.7.

¶ Tertiò reſpondetur, quòd illa donatio fuit inter virum & vxorem: quam morte donantis præcedentis confirmari oportet.l.antep.§. cùm vulgare.de don.inter vir.& vxo. ſed vbi non eſt probatũ: quòd maritus donans prædeceſſerit, talis donatio non poteſt dici confirmata, nec tenet. l. ſi inter virum.ff.de reb.dub.l.à marito.C.de don.inter vir.& vxor.At in caſu præſenti Mag. Do.Gabriel.vivit, & hic non prædeceſsit vxori, ergo &c. Ita reſpondet Alex.in conſ.208.col.fi.verſ.item reſpondeo.vol.7.

¶ Vltimò non obſtant auctoritates in contrariũ adductę.Quia dicitur,communem Dd.ſententiam extare contra dictos Dd.vt abundè apparet ex deciſionibus Dd. ſuprà citatis, à quibus nullatenus recedendum eſt, niſi quis vellet litem ſuam facere, & in ſyndicatu ad intereſſe tenere parti,iuxta doctr. Bart.in l.fi.C.de pœn. iud. qui mal.iudica.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia facti alterius præſumitur.*
2 *Alleganti ſcientiam incumbit onus probandi.*
3 *Ignorantia eſt actus priuatiuus habens negatiuã annexam, quæ de iure eſt improbabilis, ſed ſcientia ponit & firmat.*
4 *Ignorantia proponi debet & allegari.*
5 *Hæres ſuus ſiue extraneus præſumitur habuiſſe ignorantiam contentorum in codicillis ſeparatis à teſtamento.*
6 *Tranſactio facta ſuper dependentibus à teſtamento non extenditur ad codicillos poſtea repertos.*
7 *Ignorantia allegari non poteſt per hæredem hæredis extranei.*
8 *Hæres hæredis extranei non poteſt declarare eã, quæ conſi-*

quæ consistunt in animo hæredis: quia animus est facti.

9 *Hæredi licèt concedantur quæ permittuntur principali, tamen hoc fallit in his quæ sunt facti.*

10 *Declaratio animi regulariter non transit ad hæredes.*

11 *Tacita conditio vbi in aliquo contractu subest, nisi contrahens pœniteat, pœnitentia non transit ad hæredes.*

12 *Hæres secundùm communem non potest declarare libellum porrectum per defunctum.*

13 *Voluntatis suæ quis debet esse declarator, & non alius.*

14 *Notarius, cui sunt commissæ rogationes notarij defuncti non potest extendere dictionẽ, & cætera: sed debet instrumentum ita abbreuiatum auctenticare: quia talis notarius non est informatus, quid partes vel notarius voluerit sub illa dictione continere.*

15 *Ignorantiam allegare potest ita hæres hæredis sicut ipse hæres, cùm illa resultet ex præsumptione iuris, quod statuit ignorantiam præsumendam in hærede, siue suo siue extraneo, contentorum in codicillis separatis à testamento.*

16 *Exceptiones competentes defuncto competunt & hæredi.*

17 *Hæres repræsentat defunctum.*

18 *Sermo hæredis censetur sermo defuncti.*

19 *Hæres hæredis informatus de mẽte defuncti potest eius animum declarare.*

20 *Hæres potest declarare libellum ambiguum defuncti.*

21 *Iuramentum suppletiuum potest deferri hæredi informato de mente defuncti.*

22 *Possidere vbi quis potuisset nomine suo duplici ex causa putà vt hæres, item & quia bona essent sibi oblgata si dubitatur ex qua causa, stari debet dicto possidentis si viuit sin autem dicto hæredis.*

23 *Ignorantia licèt in dubio præsumatur, tamen regula ipsa limitatur locum habere, vbicunq; sumus in his quæ communiter fieri solent: quia tunc scientia præsumitur.*

24 *Hæres extraneus hodie præsumitur habere scientiam testamentorum, cùm nuncupatiua sunt, cum statim post mortem defuncti consueta sunt manifestari ex communi stylo & obseruantia notariorum rogatorum de testamentis.*

25 *Executor deputatus in testamento nuncupatiuo præsumitur habere scientiam deputationis suæ.*

26 *Quod ampliatur procedere etiam respectu codicillorum.*

27 *Argumentum à communiter contingentibus est validum.*

29 *Scientia præsumitur ex continua habitatione hæredis cum defuncto.*

29 *Vxor præsumitur scire qualitatem bonorum mariti, an sint libera vel emphyteutica ex communi cõuersatione & habitatione.*

30 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti si familiariter simul habitant.*

31 *Pater & filius si simul habitant, ex tali habitatione præsumitur scientia gestorum ab altero.*

CONSILIVM LXVI.

IN hac quæstione, an Dn. Ioannes præsumatur habuisse ignorantiam codicilli gesti per Dn. Franciscum Albrigium eius patruum, prima facie dicendũ videtur quòd sic, quoniam † ignorantia facti alieni præsu
1 mitur. l. verius. ff. de probatio. l. fi. ff. pro suo. & † qui
2 vult dicere, eum sciuisse, debet hoc probare. Socin. Iun. in cons. 82. nume. 22. volu. 1. consi. 118. nume. 29. & 128. num. 324. vol. eo. vbi ignorantia præsumitur nisi scientia probetur. in cons. 36. num. 17. vol. Fely. in c. quosdam. de præsump. Maran. in l. is potest. nu.
3 224. ff. de acqui. hæred. & ratio est: quia † ignorantia est actus priuatiuus, habens negatiuam annexam, quæ iure est improbilis. l. actor. C. de probation. sed scientia ponit & firmat, meritò probari debet. l. ei qui. ff. de probatio. Maran. vbi suprà. n. 226. Cùm igitur in casu, de quo agitur, ignorantia ipsa fuerit proposita & allegata per hæredes d. q. Dn. Ioannis.
4 prout † per eos proponi & allegari debet, si volunt, quòd sibi prodesse debeat dictæ ignorantiæ præsumptio. Bal. in l. quicunq; col. 1. C. de seru. fugit. Iaf. in l. cùm quid. col. pen. ff. si cert. petat. per. text. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Polioni. ff. de adul. Bal. in l. 1. col. fi. ff. de legib. Alex. in l qui bona. §. de illo. ff. de dam. infect. Claud. de Seisel. in l. Celsus. nume. 34. ff. de vsucap. vbi inquit istud esse generale, vbicunq; quis se fundat ex præsumptione iuris. Meritò sequitur, quòd dominis Bartholomæo & Catelano fratrib. de Trotis, allegantib. d. q. Dn. Ioannem scientiã habuisse de dictis codicillis, incũbit onus
5 pbandi, cùm cõclusio sit trita, quòd † tàm suus hæres, quàm extraneus præsumat ignorare cõtenta in codicillis separatis à testamento. l. non est ferendus.
6 ff. de transact. vbi † transactio facta super dependentibus à testamento, non extenditur ad codicillos postea repertos. Iaf. ibi in 2. notab. vbi inquit, quòd probabilis est ignorantia contentorem in codicillis, qui separati reperiuntur à testamento. Bart. in l. cætera. §. fi. de leg. 1. Maran. in l. is. potest. num. 244. ff. de acqui. hæred.

¶ Nec habet obstare, quòd dicta ignorantia potuisset allegari & probari per d. q. Dn. Ioannem si vi-
7 ueret, † non autem per hæredes ipsius, cùm † ipsi
8 non possint declarare ea, quæ consistunt in animo d. q. Dn. Ioannis, qui animus est facti. vt per Alcia. in l. 2. §. ex his. in princi. ff. de verborum obligatio. vbi
9 dicit, quòd † licèt quæ permittuntur principali, concedantur etiam hæredi. l. hæredem. ff. de regu. iur. fallit hoc tamen in his, quæ sunt facti. l. idem Iulianus. §. si quis, de legat. 1. l. cùm hæredes. ff. de acqui-
10 ren. poss. & ideo ex hoc infert, quòd † declaratio animi regulariter non transit ad hæredes. Bart. in l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verbor. oblig. quia animus est facti. l. pro hærede. ff. de acquiren. hæred.
11 Vnde † quando in aliquo cõtractu subest tacita conditio, nisi contrahens pœniteat, pœnitentia non transit ad hæredes. l. 3. ff. de seru. exportan. & ideo inquit gloss. in l. Pomponius scribit, si frumentum.
12 §. fin. ff. de rei vindicat. quòd † hæres non potest declarare libellum porrectum per defunctum, & hanc esse communem opinionem attestantur Alexan. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. vbi etiam Fabius Arcorombo. num. 90. & Marmor. num. 139. & seq. Iaf. in l. inter stipulantem. §. 1. colu. 4. in fi. ff. de verborum obligatio. quia ius declarandi, quod est ambiguum est personalissimum. Antonius Gabr. in suis commun. opin. in titul. de reg. iur. conclus. 3. num. 74. vbi dicit hanc esse communem, & maximè quando illa declaratio cederet in
13 alterius præiudicium. Nam † suæ voluntatis quis esse debet declarator, & non alius. vt per Marmor. vbi suprà. Cornel. in l. edita. numero vigesimo, C. de eedend. Galiau. in l. Gallus, in §. idem credendum.
14 ff. de liber. & posthum. vbi concludit, quòd † notarius, cui sunt commissæ rogationes notarij defuncti, non potest extendere dictionem & cætera. sed debet ita abbreuiatum instrumentum auctenti-

care: quia talis notarius non est informatus, quid partes vel notarius voluerint sub illa dictione continere. Sicut hæres non potest declarare libellum porrectum per defunctum, tanquàm non informatus de intentione defuncti libellantis. Quia responderi potest, quòd sicut Dn. Ioannes potuisset tempore vitæ suæ proponere & allegare ignorantiam dicti codicilli, quæ in dubio præsumitur, vt dictum fuit, ita & ipsam allegare & proponere hæredes possunt,
25 cùm illa resultet ex dispositione iuris, quod † ius statuit, ignorantiam præsumendam in hærede, siue suo siue extraneo, contentorum in codicillis separatis à testamento. vt per Maran. in d. l. is potest. numero 244. ff. de acquirend. hæred. Nam nulli dubium est,
26 quòd † exceptiones competentes defuncto competunt & hæredibus. d. l. 2. §. ex his, vbi Dd. ff. de ver-
27 borum oblig. cum † in omnibus repræsentant defunctum, cum quo finguntur esse eædem personæ.
28 §. 1. in auth. de iureiur. à morien. præst. Nam † sermo hæredis censetur sermo defuncti. Cagnol. in l. hæredem. in princ. ff. de reg. iur. Cùm igitur dicti hæredes non intendant declarare animum d. q. Dn. Ioannis, sed tantùm inniti in exceptione ignorantiæ, competente defuncto, quæ in dubio præsumebatur in eo ex dispositione iuris communis, necessariò dicendum videtur, quòd huiusmodi obiectum cessat. Et si domini Bartholomæus & Catellanus volunt se fundare in scientia quondam domini Ioannis de notitia dictorum codicillorum, quòd ad eos spectat onus probandi prędictam scientiam, per ea quæ suprà allegata fuerunt.

¶ Secundò respondetur, quòd etiam dato (sed non concesso) quòd opus fuisset aliqua declaratione animi d. q. Dn. Ioannis, quòd hæredes ipsius tanquàm informati de mente ipsius potuissent illam facere, vt colligitur ex his, quæ scribit Corn. in l. edicta. num. 20. C. de eden. vbi ait. quòd hæres nō potest declarare libellum ambiguum defuncti, quatenus mens defuncti non est sibi nota, prout erat libellan-
29 ti, ergo præsupponit, quòd † si hæredi erat nota męs defuncti q; potest hæs illā declarare, & clariùs ibi
30 Purpu. nu. 81. vbi formaliter dicit, libellum † autem à defuncto conceptum videtur hęres posse declarare, cùm eadem persona censeatur. §. 1. in auth. de iureiu. à mor. præst. maximè quando tale quid continetur, quòd in notitiam hæredis potuisset transire,
31 p id † quod in simili dicitur de iuramēto suppletiuo vt tali casu hæredi deferatur. Bal. & alij in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Modernio. in l. admonendi. ff. de iureiur. quòd & præsupponit Galiaul in d. l. Gallus. §. idem credendum. quod & confirmatur ex his quæ voluit Bar. in l. gerit. col. 6. ff. de acqui. hær. vbi
32 dicit, quòd † vbi quis potuisset possidere nomine suo duplici ex causa, putà vt hæres, & ex alia causa: quia esset sibi obligata, & dubitaretur ex qua causa: quòd stari debet dicto possidētis, si viuit, sin autem est mortuus, qui possidebat dicto hæredis. Alex. in cons. 126. col. 1. vol. 7. Bero. in cons. 57. n. 54. vol. 3. Rubeus in l. non solum. §. morte. num. 14. de nou. oper. nunt. Et ideo videtur dicendum, q; si dicti hæredes cum iuramento suo declarauerint, tanquàm informati de mente defuncti, ipsum habuisse ignorantiam de tali codicillo, quòd ipsis esset standum & credendum. per not. per Alex. in citato cons. 126.

¶ Maturiùs tamē cogitanti, in casu præsenti contrarium de iure verius esse existimo ex infrascriptis
33 videlicet, q; † licèt vera sit iuris conclusio, de qua supra, q; in dubio ignorantia prę sumatur, tamen id limitatur locum non habere, vbicunq; sumus in his quæ cōmuniter fieri solent: quia tunc præsumitur scientia, vt cōstat ex his, quæ scribit Pau. de Cast. in con. 10. secundùm antiquam impressionem. vbi dicit, q; quia testamēta nuncupatiua, quibus vtimur, statim post mortem consueuerunt manifestari, illorum præsumitur scientia, quia ex his, quæ cōmuniter fieri solent, scientia præsumitur. per notata in l. si tuor petitus. C. de pericul. tuto. sequitur Soci. Iun. in cons. 75. num. 16. vol. 1. in vers. 3. respondetur. vbi
34 ait, q; † cùm hodie de consuetudine non fiant testamenta in scriptis, in quorum apertione magna solęnitas requirebatur, vnde antequā fieret, prę sumebatur ignorantia, sed fiāt nuncupatiua in aperto: & tàm testes quàm notarius sciunt omnia contenta in testamento, & statim post mortē consueuerunt manifestari, ex his, quæ cōmunitar fieri solent, præsumitur scientia. arg. not. in l. 2. ff. de arbitr. Idem voluerunt Dec. in cons. 303. in 2. col. in prin. Menoch. in cons. 87. nu. 59. Paris. in cons. 92. num. 27. & sequenti col. 2. vol. 2 vbi concludit, in hærede extraneo præsumi scientiam contentorū in testamento, consideratō cōmuni stilo & obseruantia notariorum rogatorum de testamentis nuncupatiuis, qui post mortē testatoris soliti & consueti sunt publicare notificare omnia in testamentis contenta, allegat Castrē. & Dec. vbi suprà. rursus in cons. 31. n. 47. & sequenti vol. eo. Craue. in cons. 123. nu. 5. & in cons. 193. nu. 6. in fi. Gozad. in cons. 98. nu. 21. Bero. in cons. 130. nu. 18. vol. 1. Barb. in cons. 8. col. 6. in princ. volu. 1. quem sequitur Boer. decis. 39. nu. 13. vbi concludit, quòd
35 † executor deputatus in testamento non præsumitur ignorare deputationem, ex quo testamentum non erat clausum & sigillatum: & hodie fiunt testamenta nuncupatiua ac aperta, & mortuo testatore habetur notitia, quo casu præsumitur scientia, & ideo quòd si executor vult dicere, quòd ignorauerit se executorem, sibi incumbit onus probandi. si ergo
36 ex hoc præsumitur scientia testamenti, † igitur & codicillorum, propter dictum communem stilum & obseruantiam, quæ ita locum habent in eis, sicut in testamentis nuncupatiuis. Paris. in terminis codicillorum, in cons. 91. num. 47. & sequen. volum. 2. Nam ab obseruantia recedere non debemus. l. minimè. ff. de legibus. Soc. Iun. in con. 2. num. 27. volum. 1. & in cons. 93. num. 52. volum. 3. Cùm igitur communiter ita obseruetur, & experientia, quæ est magistra rerum. c. quàm sit, de elect. in 6. Socin. Iun. in consi. 49. num. 33. vol. 1. Cephal. in cons. 169. num. 11. doceat, quòd modernis temporibus non tantùm notarius sed testes testamentarij factis testamentis: & codicillis soleant statim illos publicare, & manifestare, & non tantùm hæredibus, sed etiam alijs, concludendum venit, quòd non potuit in d. Dn. Ioanne prę sumi ignorantia, imò veriùs scientia, quod etiam comprobatur. Nam à communiter contin-
37 gentibus † quod argumentum est validum. l. neq; natales. C. de probati. Paris. in consil. 22. numer. 36. volum. 1. & in consil. 32. num. 10. volum. 2. Videmus etiam, quòd nedum dubitantes de codicillis, qui confici solent conditis testamentis: & ne aliquid eis detrahatur ex descriptis in testamento solent diligenter perquirere à notario, qui recepit testamentum, an conditi fuerint codicilli, sed etiam notarij auidi lucri solent hoc manifestare hæredibus, quo stante videtur, quòd malè dubitauerit Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. nume. 60. de verborum oblig. dum quærit, an hæres extraneus præsumatur ignorare contenta in codicillis: de quibus fuit rogatus idem notarius, qui fuit rogatus de testamento, sed posita etiam eius opinione pro vera, dicitur, quòd cùm in casu nostro concurrant plures præsumptiones, quòd eius dictum non haberet obstare: quia quæ non prosunt singula, quæque iuuant Dd. in l.

si ita

28 si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. Sumenda † est quoq; dicta præsumptio ex longa & continua habitatione d. Dn. Ioannis cum Dn. Ioanne Francisco eius patruo, vigore cuius continuæ habitationis multa præsumuntur, quæ aliàs non præsumerentur, & sic quòd de dicto codicillo & contentis in eo habuerit notitiam, vt probatur primò ex notatis
29 per Crauet. in consil. 151. num. 24. vbi † vxor præsumitur scire qualitatem bonorum mariti, an sint libera vel emphyteutica, ex communi conuersatione & habitatione. Alexan. in cons. 213. colu. penult.
30 vol. 2. vbi † coniunctus præsumitur scire facta coniunctorum, cùm familiariter simul habitent. Soci.
31 in cons. 264. col. 5. in fin. quòd † quando pater & filius simul habitant ex communi habitatione præsumitur scientia gestorum ab altero. per cap. constitutus de testibus. dixi latè in consilio 19. num. 39. cum sequenti. vol. 1. & in cons. 52. num. 13. vol. eod. Accedit quod scribit Abb. in consil. 19. colum. 2. in princ. volum. 2. vbi dicit, quòd ex quo testamentum factum fuit publicè in domo testatoris in præsentia septem testium & notarij, filio existente in loco testatoris, præsumitur filium habuisse notitiam, quòd & voluit Bald. in consil. 392. in 1. volum. vbi voluit, quòd si testamentum patris sit factum in domo sua in qua filij habitabant, præsumuntur scire tenorem testamenti: quia domestici scire præsumuntur, quæ in domo fiunt. l. consensu. C. de repud. sequitur Gozad. in cons. 98. num. 21. Dn. Franc. Bursat. in consilio 118. num. 10. vers. 5. & nu. 21. dixi in cons. 90. num. 25. Grat. in cons. 49. num. 12. vol. 1. idem voluerunt Aret. & Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 51. de verbo. oblig.

¶ Superest modò vt contrarijs respondeatur, quibus etsi satis ex supradictis responsum esse videatur, tamen deueniendo ad specialem eorum responsionem, dico, primum argumentum de ignorantia
2 non militare in casu præsenti, vt constat ex decisionibus allegatis, quæ communiter receptæ sunt, & quę loquuntur in terminis quęstionis nostræ.

¶ Similiter non obstat secundum: quia respondetur, argumentum ipsum, posito quod esset verũ, non militare in casu nostro, stante præsumptione scientiæ de qua suprà, quæ præsumitur in eo, quod communiter fieri solet.

¶ Non obstat & vltimum: quia hæres hæredis non potest dicere se informatum de animo primi hæredis, in quo datur scientia contentorum & in testamento & in codicillis, vt patet ex decisionibus suprà citatis.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd stante conclusione, quæ habet quòd hæres tanquam informatus de mente defuncti potest declarare animum primi hæredis de ignorantia contentorum in codicillis, tamen
3 quod ea simpliciter procedere non videtur, nisi alio modo constet de informatione quàm ex simplici dicto secundi hæredis, arg. l. ei qui dicit. de probatio. cum alijs vulgaribus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem alienam scienter, & scienti si promittit de euictione, tenetur emptori actualiter re euicta de ipsa euictione, iuxta conuenta & promissa.*

2 *Emptor sciens rem venditam per maritum esse dotalem, maritus tenetur de euictione, si eam expressè promisit.*

3 *Vendens scienter rem alienam emptori scienti cum promissione euictionis, ad illam non tenetur, vbi ex facto & culpa emptoris sequatur euictio.*

4 *Culpa sua qui factus est de possessore petitor, & de victore victus, contra authorem suum non habet regressum de euictione.*

5 *Emptor rei alienæ scienter potest agere de euictione contra vendentem scienter, dato etiam quod euictio sequatur ex culpa & facto emptoris, quando promisit de euictione casu, quo etiam res euincatur culpa & facto emptoris*

6 *Emptor si post contractum venditionis in se suscipiat expresse periculum casus fortuiti, talis susceptio operabitur, vt teneatur de casu fortuito contingente, etiam ex culpa alterius partis.*

7 *Correlatiuorum eadem est dispositio.*

8 *Venditor regulariter ex natura contractus venditionis tenetur emptori de euictione.*

9 *Emptor licèt non possit agere de euictione, nisi interuenientibus octo requisitis: tamen hoc fallit si in instrumento opponuntur pacta vtilia.*

10 *Venditor licèt non teneatur de euictione, etsi promiserit, si per iniustitiam res fuerit euicta, tamen si quis stipulatus sit de euictione, & in instrumento sint apposita hæc verba quoçunque alio modo & qualitercunque, tunc venditor etiam tenetur, si res fuerit euicta per compromissum.*

CONSILIVM LXVII.

QVIA articulus, de quo agitur, an † vẽdens rem alienã scienter emptori scienti, si promittat de euictione, teneatur emptori de euictione re actualiter euicta, satis clarus est & caret omni dubitatione: ideo succinctè loquendo dico, venditorem ipsum teneri de ipsa euictione iuxta consueta & promissa. l. fundum sciens, de euictio. Ioan. Fabr. Institut. quibus mod. 1 alien. lice. in princip. in ver. sed an ipsa. vbi † quando emptor sciebat rem venditam per maritum esse dotalem, maritus tenetur de euictione, si ea expressè promissa est, gloss. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cens. libro 11. Alexand. in cons. 109. num. 5. volum. 4. & 69. col. 2. vol. eod. Bald. in cons. 337. colu. 3. vers. sed quæritur. in fin. volu. 1. gloss. in verbo emptor. in l. 1. ff. de euictio. Bened. Capra. in regul. 87. num. 249. quia potest etiam emptor sciens euictionem stipulari. gloss. in l. si fundum sciens. C. euictionib. Roman. in consi. 396. in 2. col. in fin. vers. & hoc verum. Alex. in consi. 21. col. 2. vers. secundò probari videtur. in fi. vol. 5. & col. penul. in fi. vers. nec etiam obstat id Dd. in l. si familiæ. C. famil. ercis. Alex. in consil. 170. col. fin. vers. 4. vol. 5. Bero. in consi. 156. num. 9. cum seq. vol. 1. Craue. in consi. 221. nume. 6. Menoch. in cons. 87. numero 79. Nec habet obstare, 3 quòd † huiusmodi sententia sibi locum non vindicat, vbi ex culpa & facto emptoris sequatur euictio: quia tunc non obstante tali promissione venditor non tenetur de euictione. Alexan. in consi. 84. nu. 2. volu. 6. Benefacit quod notat Bal. in l. si rem. §. si duplæ. ff. de euictio. vbi † q culpa sua factus est de possessore petitor, & de victore victus, contra auctorem 4 suum non habet regressum de euictione. Duen. in regulis suis in vers. venditor fundi. num. 8. Rub. Alex. in §. morte. num. 111. & 114. Quia respondetur, quòd † prędicta conclusio locum non habet, quando quis 5 etiam promisisset de euictione, casu quo etiam res euincatur culpa & facto emptoris. vt per Alexan. in consil. 67. colum. fin. vers. quantum verò. vol. 2. & in d. cons. 84. num. 6. vbi post Bar. & alios in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Concludit, quòd † quando is qui ex natura actus tenetur suscipere in 6 se periculum casus fortuiti, vt putà emptor post

contractum venditionis si suscipiat in se expressè periculum, talis susceptio operabitur, vt suscipiens teneatur de casu fortuito contingente, etiam ex culpa alterius partis, ita quoque in venditione dicendum venit, vt † correlatiuorum sit eadem dispositio. l. 1. C. de cupress. lib. 12. quòd † si venditor, qui regulariter tenetur de euictione ex natura contractus venditionis. l. emptorem. §. qui autem, iuncta glos. in verbo. omnes. ff de actio. empt. promittat de euictione quocunq; modo & casu res euincatur. operabitur hæc promissio, vt teneatur de euictione, etiam si res vendita euincatur culpa & facto emptoris. & cum Barto. per tranſit etiam Soci. in cons. 70. nume. 3. vol. 3. sed in casu præsenti in instrumento venditionis venditor promisit expressè & cum iuramento emptori de euictione, etiam quòd ea sequeretur culpa & facto emptoris, ergo, &c. & pro hac sententia facit, quod in simili voluit Ioan. Pet. Ferrar. in form. libel. in causa venditionis in verbo promittans de euictione. col. 3. in vers. nam plerunque vbi inquit, quòd † licet ad hoc vt emptor possit agere de euictione requirantur illa octo, de quibus per eum, tamen plerunque, vt cautiùs succurratur emptori, solent notarij in instrumentis apponere huiusmodi pacta & remissiones, quæ in vulgari appellantur pacta vtilia, ad effectum vt venditor teneatur de euictione. Videmus quoque quòd † licàt venditor non teneatur de euictione, etiam quòd promittat, si per iniustitiam res fuerit euicta, si sententia fuerit lata non seruato iuris ordine. vt per Ang. in cons. 26. quia videtur se ad solita obligare. l. fistulas. §. frumenta. de contrahen. emptio. tamen si quis stipulatus sit de euictione, & in instrumento fecit apponi hæc verba, & quocunq; alio modo & qualitercunq; : tunc venditor etiam teneretur, si res fuisset euicta per compromissum. glo. in l. cum pœna. de arbitr. Alexand. in additio. ad Bartol. in l. exceptione, in fin. ff. de fideiusso.

SVMMARIVM.

1 *Veritatem semper præhonorare tenemur.*
2 *Ius oritur ex facto.*
3 *Filiafamiliàs existens in potestate patris cum eius etiam consensu testamentum condere non potest.*
4 *Quod amplia procedere, etiam quod filia esset in quasi possessione existentiæ sui iuris.*
5 *Item & si esset maritata.*
6 *Matrimonium non liberat filiam à paria potestate.*
7 *Filiafamiliàs existens in potestate patris, etiam de dote testari non potest.*
8 *Statutum disponens, quòd filiafamiliàs possit testari, non poterit testari de dote.*
9 *Filia sicut non potest testari, ita nec codicillari.*
10 *Cardinales, qui secundùm consuetudinem Curiæ Romanæ testari non possunt, ita nec codicillari.*
11 *Filius familiàs donationem causa mortis facere non potest sine consensu patris.*
12 *Statutum disponens, quòd mulier maritata eximatur à patria potestate est validum in iure, sicut & consuetudo.*
13 *Filia maritata effecta sui iuris ex dispositione statuti, mortuo marito reincidit in patriam potestatem.*
14 *Vidua, quòd censeatur esse in matrimonio, est improprie.*
15 *Statutum contra ius commune debet intelligi in propria & stricta significatione.*
16 *Generalis statutorum natura est, vt intelligantur secundùm verba in eis contenta, illa propriè accipiendo.*
17 *Statutum debet intelligi vt minus deroget dispositioni iuris communis, & maximè vbi tractatur de præiudicio tertij.*
18 *Verbis statuti tenaciter inhærere debemus, quia consistat in* Sic volo.
19 *Statuta tantum disponunt quantum loquuntur.*
20 *Recedere non debemus à verborum significatione, nisi aliter appareat euidenter de voluntate disponentis.*
21 *Statutum loquens de maritatis, debet intelligi de maritatis primo loco & non secundo.*
22 *Nuptiarum appellatione veniunt primæ & non secundæ*
23 *Viduæ non dicuntur propriè maritatæ.*
24 *Verba disponentis debent intelligi de primis nuptijs.*
25 *Testator si mandat omnia bona sua distribui per Commissarios in maritandis mulieribus pauperibus, non poterunt Commissarij dotare viduas pauperes.*
26 *Statuto si caueatur, quòd in prædys rusticis vel vrbanis finita locatione intelligatur facta reconductio sub eisdem pensionibus, pactis & qualitatibus, intelligitur de prima reconductione, & non de alijs sequentibus.*
27 *Statutum disponens quòd frater teneatur dotare sororem, si semel eam dotauit, & dos casu fortuito sit deperdita, non tenetur ampliùs eam dotare.*
28 *Nuptiæ primæ sunt fauorabiliores, & melioris meriti, quàm secundæ.*
29 *Mulier quando transit ad secunda vota tria dicitur negligere, Deum scilicet, defunctã mariti memoriam, & filiorum charitatem.*
30 *Mariti anima contristatur per secundas nuptias vxoris & similiter eius soboles.*
31 *Mulier transiens ad secunda vota priuatur proprietate bonorum in quibus succesit filio, quæ ad eam peruenerunt ex substantia paterna: & illa acquiruntur filijs qui supersunt ex primo matrimonio.*
32 *Mulier per transitum ad secunda vota perdit legatum sibi factum à marito quoad proprietatem, licèt secus quoæd vsumfructum.*
33 *Substitutio quæ non reperitur scripta in testamento, non dicitur facta, adeò quòd asserenti contrarium incumbit onus probandi.*
34 *Verborum importantæ regulariter est standum.*
35 *Testator quod non loquitur, velle non præsumitur.*
36 *Casus omissus à testatore remanet in dispositione iuris communis.*
37 *Dispositum in mente retentum nihil operatur,*
38 *Mens seu voluntas in corde retenta non accommodatur actui hominum.*
39 *Testatorem ita voluisse non sufficit dicere, nisi eius voluntas transeat in dispositionem.*
40 *Omissum à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso.*
41 *Substitutio exemplaris ad hoc vt fieri possit per matrem filio mente capto, requiritur quod ipsa sibi primfaciat testamentum.*
42 *Paria sunt aliquid non facere, vel facere, sed nulliter.*
43 *Substitutio exemplaris fieri potest à matre filio mente capto.*
44 *Substitutio exemplaris vt fiat, opus est quòd substitutus sit de liberis & in defectum liberorum, quod fiat de fratribus & sororibus.*
45 *Substitutio exemplaris debet fieri ei, cui substituitur.*
46 *Testator si dixerit, si hæres suus decesserit sine liberis bona sua deueniant ad talem, intelligitur de bonis testatoris.*

47 Testa-

47 *Testator instituens aliquem, si in substitutione apponat verbum sibi vel ipsi, intelligitur de ipso testatore.*

48 *Testator si substituit eius hæredes, illud verbum eius, debet referri ad ipsum testatorem,*

49 *Testator faciendo substitutionem sibi & in bonis suis, non censetur facere voluisse puppillarem, per quam succeditur pupillo, sed fideicommissariam per quam succeditur testatori.*

50 *Verba quando sunt clara vlterius non est quærendum.*

51 *Verba semper debent attendi, & ab eis non est recedendum, nisi de contraria voluntate proferentis appareat: quia consideratè & deliberatè præsumuntur prolata.*

52 *Verba ambigua testatoris, quæ referri possunt ad diuersas personas: referenda sunt ad personam testatoris.*

53 *Verba geminata & fortiùs triplicata magis demonstrant enixam voluntatem testatoris.*

54 *Substitutio directa facta per testatorem in bonis suis non refertur ad bona testatoris.*

55 *Testator si te substituit his verbis, substituo & hæredem mihi facio, licèt illa verba vltima directa sint & ciuilia, vt est etiam verbum instituit, non importabunt infra puppillarem ætatem directam propter verba mihi vel sibi relata ad testatorem.*

56 *Generi per speciem derogatur.*

57 *Declaratio de notata per Bar. in l. si ita. §. qui filio. de bon. possess. secundùm tab.*

58 *Mater non potest substituere filio puppillariter, cum filium non habeat in potestate.*

59 *Verbum directum ex præsumpta mente testatoris obliquatur.*

60 *Vulgaris expressa ad tacitam puppillarem non porrigitur, ex tacita & præsumpta voluntate testatoris.*

61 *Verba obliqua quandocunque interpretantur in directam substitutionem si de voluntate testatoris constat.*

62 *Argumentum à verisimili validum est in iure.*

63 *Quælibet persona præsumitur sanæ mentis.*

64 *Fruſtratoria euitanda sunt.*

65 *Argumentum à communiter contingentibus à iure recipitur.*

66 *Matrimonium contrahere non potest mente captus.*

67 *Substituti exemplariter secundùm formam l. humanitatis. C. de impub. & alijs substit. non possunt grauari cum principaliter habeant bona à lege & non à testatore.*

68 *Filia grauari non potest in legitima.*

69 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est validum.*

CONSILIVM LXVIII.

VISA contingentia facti, & eleganti consilio Clariss. I.C. Dn. Ioannis Bottæ, omnibusq; maturè animaduersis, inhærendo † veritati, quàm semper præhonorare tenemur, teste Philosopho 1. Ethicorum. & Socin. Iun. in cons. 76. col. 1. vol. 1. in eius sententiam vti iuridicam cõcurro. Et licèt per eum difficultates quæ oriuntur ex themate transmisso, ex † quo ius oritur. l. si ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. Aquil. Dec. in consilio 637. num. 2. Soci. Iun. in cons. 49. num. 1. & 58. num. 1. volum. 1. subtiliter & copiosè discussæ sint, adeò quòd rei satis demonstratæ fruſtra addenda esset alia demonstratio. iuxta l. 1. ff. de dot. prælegat. Attamen ne impræmediatus & illotis manibus ad rem accessisse videar, & vt consulenti morem geram, veritati simul ac istitiæ satisfaciam, nonnulla adducam pro confirmatione eorum, quæ allegata fuerunt per præfatum Dominum Consulentem, & nonnulla addam, vt clarior præsens consultatio reddatur.

¶ Deueniendo igitur ad primam difficultatem, an quondam Magnifica Domina Caharina Bremana relicta quondam M. Dn. Ioseph Bremani potuerit condere testamentum, in quo institutus reperitur Dn. Nicolaus eius filius. Concurrendo in sententiam præfati Dn. Consultoris, dico testamentum per eam factum nullius fore valoris atque momenti: quia factum ab ea tempore, quo erat in potestate
3 patris. Nam clarissimi iuris est, quòd † filiafamiliàs existens in patria potestate, etiam cum eius consensu testamentum condere non potest. l. filius familiàs. ff. de testam. §. 1. vbi Scriben. Instit. quib. non est permiss. facere testa. Dd. in l. senium. C. qui testa. fac. pos. Alex. in cons. 17. in princ. volum. 2. vbi concludit, mulierem in patria potestate constitutam testari non posse, obstantibus vulgaribus regulis iuris communis. & in consil. 101. nume. 6. volum. 3. Rub. Alex. in cons. 93. num. 3. Ripa in l. sciendum. num. 4. de lega. 1. & in l. 1. §. in filij. num. 4. ad Trebel. Didac. in primo tomo variar. resolut. in rubrica de testam. num. 28. Cephal. in consil. 65. nume. 14. in cons. 105. numero 11. & in consilio 256. numero 10. & 16. vbi
4 etiam inquit, hoc procedere dato † etiam quòd filius esset in quasi possessione existentiæ sui iuris: quia licèt filius familiàs communiter reputetur sui iuris, non tamen valet eius testamentum. Bald. in l. 2. in fin. C. de sentent. Alex. in l. prima, C. de resta. Dec. in l. si emancipati. colum, tertia. C. de collatio. quæ sententia secundùm Dd. etiam sibi locum vindicare videtur, dato quòd † filiafamiliàs esset maritata:
5 6 quia † matrimonium non liberat filiam à patria potestate. Crot. in l. secunda. §. quòd si in patris. in princip. ff. solut. mat. Villalobos in suis com. opin. in verbo filius familiàs. & in tantùm hoc est verum, quòd
7 præmissa conclusio militat, etiam † si vellet testari de dote. Crot. vbi suprà. num. 2. Alexan. in d. consil. 17. quia ea non habet (secundùm eum) priuilegium testandi, quod habet filius familiàs in Castrensi peculio vel quasi, quia hoc iure cautum non reperitur vt inquit Bald. in l. 2. col. penult. C. de hæred actio. Cephal. in consil. 256. nume. 10. & 14. vbi etiam con-
8 cludit, quòd † stante statuto, quòd filius, & filiafamilias possit testari, tamen non poterit testari de dote: quia statutum solum videtur tollere defectũ filiæfamiliàs respectu patriæ potestatis, non autem etiam dispensare, quòd dos sit filiæ: quam sententiam vti communem amplectitur Ioan. Dilec. in tracta. de arte testan. caut. 1.

¶ Nec valet si dicatur, quòd saltem dictum testamentũ sustineri potest ex clausula codicillari. Quia respondetur secundùm Alex. in citato cons. 17. quòd
9 † sicut filia non potest testari, ita nec codicillari. Ripa in l. sciendum. in 2. not. de lega. 1. vbi ponit regulam negatiuam, quòd qui non potest testari non po-
10 test etiam codicillari, ex quo infert, quòd † Cardinales, qui non possunt secundùm consuetudinem Curiæ Romanæ testari secundùm Hostien. in summa de pœnit. & remiss. §. cui confitendum, vers. confiteri. nec etiam poterunt codicillari.

¶ Nec etiam obstat si dicatur, quòd saltem debet valere in vim donationis causa mortis: Quia respon
11 detur, filiam familiàs † donationem causa mortis facere non posse sine consensu patris. l. tam is, §. 1. ff. de donatio. cau. mor. Dd. in d. l. senium. Alexan. in allegato con. 17. Ex his igitur satis apertè demonstratur

testamentum d.Dominæ Catharinæ inspecto iure communi subsistere non posse.

¶Nec habet obstare, quòd in ciuitate Cremonæ
12 vigeat statutum † in quo mulier maritata eximitur à patria potestate, & sui iuris sit & esse intelligitur, quòd statutum valet. vt per Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxo. folio 24. versic. sed quamuis. Boer. in decis. 197. col. 2. vbi dicit statutum, consuetudinem, aut legem hoc facere posse. Affli. in constitut. prosequentes. col. 4. in fi. versic. pridie. Quia ad hoc satis bene responsum fuit per Dn. consulentem, nos non esse in terminis huius statuti, quia tempore quo conditum fuit d. testamentum ampliùs non erat ipsa
13 maritata, sed vidua † propter quam mortem mariti reincidit in patriam potestatem, vt in terminis huius quæstionis demonstrat Gram. in decis. 54. per totam, vbi allegat Neapodanum, Cassaneum ita tenuisse in locis per eum ibi citatis. idem tenet Viuius in suis com. opin. opin. 121. & quamuis Tiraquel. Affl. Mansuer. in locis allegatis per Boe. in decis. 197. quos & ipse sequitur, contrarium teneant, tamen si diligenter & maturè considerentur rationes allegatæ per Gram. ac decisiones per eum citatæ, eneruant & subuertunt adducta per prædictos Tiraq. & alios. Nam ipsi mouentur ex hac ratione: quia vidua censetur esse in matrimonio. per l. fi. C. de bon. quæ lib. & l. filij. §. vidua. vbi Bart. ff. ad municipa.
14 quæ ratio subsistere non potest: quia † quòd vidua censeatur esse in matrimonio, istud est impropriè:
15 vnde cùm † huiusmodi statutum sit contra ius commune, debet intelligi in propria & stricta significatione. Bart. in l. 3. in §. hæc. verba. ff. de neg. gest. in l. 1. in §. hoc interdictum de fonte. idem Bart. & alij in l. omnes populi. 6. quæst. princip. ff. de iust. & iure.
16 Soc. Iun. in consi. 33. nume. 3. vol. 4. vbi dicit † ex generali natura statutorum esse: vt scilicet intelligantur secundùm verba in eis contenta, illa propriè accipiendo. Bero. in cons. 48. num. 25. vol. 3. Alex. in l. 1. in princip. col. 3. in fin. ff. de verbo. oblig. Abb. in cap. cùm dilectus. de cleric. non resid. & sic de propriè
17 maritata, quæ † quidem interpretatio sumenda est, cùm per eam minùs corrigatur dispositio iuris cómunis, de qua in l. qui in potestate. ff. de testa. Socin. Iun. in cons. 3. in princ. volum. 1. cons. 6. num. 1. cons. 11. nu. 12. & 20. num. 9. vol. eod. Bero. in cons. 113. nume. 6. volu. 3. & tantò magis hoc dicendum venit, vbi tractatur de præiudicio tertij. vt in casu nostro, vbi filia eximitur à potestate patris. iuxta notata in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Soc. Iunior in cons. 48. num. 53. vol. 1. Riminal. in cons. 268. nume. 46. Felyn. in rubrica de præscript. in 2. fallen. Bero. in consi. 111. nume. 38. vol. 3. cùm igitur statutum tantùm cantet de maritatis & non de viduis, verbis
18 † ipsius tenaciter inhærere debemus, quia consistunt in *Sic volo*. Bald. in rubrica Episcopum vel Ab-
19 batem. cùm † tantum disponant statuta quantum loquuntur. Bal. in l. testamentum non ideo. C. de te-
20 stam. Curt. Sen. in consilio 11. colum. 1. & † à verborum significatione recedere non debemus, vbi alia euidens voluntas disponentis non ostenditur. l. non aliter. de lega. 3. Socin. Iun. in consi. 1. nume. 16. volum. primo, & 32. nume. 23. volum. 3. quam sententiam Gram. vti communem sequuntur Emanuel Soarez. in suo thesauro recep. sent. in verbo filiafamilias. nume. 304. & Ascan. Clemen. in tractat. de patr. potest. in vlt. cap. in vlt. quæst. vbi concludit quòd cùm filiæ maritatæ ex consuetudine eximantur à patria potestate, mortuo marito in patris redeunt potestatem.

21 ¶Vlteriùs dicitur, quòd † dictum statutum debet intelligi de primo loco maritatis, & nō de secundo loco nuptis, vt in casu nostro, in quo d. Domina Ca-
22 tharina secundo loco nupta fuit, quoniam † appellatione nuptiarum veniunt primæ & non secundæ: quia sunt secundæ nuptiæ & non simpliciter, vt probatur per gloss. rubric. C. de secund. nupt. l. dotis. l. vlt. ff. de iure dot. & ideo consuluit Cardinal. in consilio 49. colum. penult. versicu. ad secundum. quod
23 viduæ † non dicuntur propriè maritatæ, sed secun-
24 dò maritatæ, & etiam † quia verba disponentis debent intelligi de primis. per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. Hinc dixit Bald. in procem. decretalium. in verb. Rex pacificus. in 4. colu. quòd si † testator mandauit omnia bona sua distribui in maritandis mulieribus pauperibus, quamuis indefinitè locutus sit, tamen non potuerunt Commissarij dotare viduas pauperes: qui dispositio sua intelligi debet de primis nuptijs per d. §. hoc sermone. & Bald. sequitur Ias. in l. duobus. in §. 1. colum. 2. in princip. de iureiur. & in l. diuortio. §. quod in anno. colum. 3. versic. nonò facit. ff. solut. matr. vbi inquit, hoc valde notandum, ad practicam, & ideo consuluit Alex.
26 in cons. 16. in 4. volu. quòd † stante statuto, quòd in prædijs rusticis vel vrbanis finita locatione intelligatur facta reconductio sub eisdem pensionibus, pœnis, & qualitatibus, nisi ante per tres menses fuerit renuntiatum, quòd tale statutum intelligitur de prima reconductione, & non de alijs sequentibus, quod (inquit) benè notandum Ias. in d. l. duobus. §. 1. col. penult. versic. 15. quia videtur fortis decisio, ex quo mens & ratio statuentium videtur in omnibus militare. Accedit quoq;, quod decidit notabiliter Bal. in l. fin. in 2. colum. C. de dotis promis. vbi dicit,
27 quòd † statutum disponens, quòd frater teneatur dotare sororem, si semel eam dotauerit, & casu fortuito dos sit deperdita, quòd non tenetur ampliùs eam dotare, quia statutum non loquitur de duplici dote, sed de vnica tantùm, sequitur Ias. in d. l. duobus. §. 1. nume. 13. quæ interpretatio spernenda non est, tum quia primæ nuptiæ sunt fauorabiliores: vt not. in auth. cui relictum. C. de ind. vidui. tol. tamen
28 † quia primæ nuptiæ sunt melioris meriti quàm se-
29 cundæ, capit. nuptiarum 27. quæst. 1. tum † quia tria negligere dicitur mulier, quando transit ad secunda vota, Deum scilicet, defunctam mariti memoriam & filiorum charitatem, vt inquit Imperator in §. fin autem tutelam in auth. de nupt. §. quia verò eod. ti-
30 tul. Hinc dicitur, quòd † per secundas nuptias contristatur anima mariti defuncti, & similiter eius soboles: vt in § soluto. eod. tit. & ideo propter eiusdem iniuriam illatam marito mortuo & filijs multa statuuntur contra viduam ad secundas nuptias transeũtem, & inter cætera disponitur, quòd † illa priua-
31 tur proprietate bonorum: in quib. successerat filio: quę ad eam peruenerant ex substantia paterna, & illa acquiruntur filijs, qui supersunt ex primo matrimonio, vt in auth. ex testemento. C. de secund. nup. Soc. Iun. in cons. 21. num. 8. cum sequenti vol. 2. Item
32 videmus, quòd † etiam mulier per transitum ad secunda vota perdit legatum sibi factũ à marito quo ad proprietatem, & solum sibi debetur quoad vsum fructum. §. si verò expectet. in auth. de nupt. l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt.

¶Venio ad secundum caput dubitationis, in quo quæritur, an q. M. Domina Catharina fecerit vel facere voluerit substitutionem exemplarem in suo testamento? Videtur dicendum quòd non. & primò, quia de ea nulla est facta mentio in testamento. Nam in materia substitutionis communis est regula, quòd illa substitutio, quæ non reperitur in testamento, non dicitur facta, & asserens contrarium
34 illud debet euidenter probare, quia † regulariter

verbo-

verborum importantiæ ſtandum eſt.l.nonaliter.de lega.3.Soc.Iun.in conſ.64.num.14.vol.3.75.n.8.78. nu.4.100.nu.17.& 36.vol.eod.& 176.nu.9.vol.2.Pariſ.in conſ.4.num.24.vol.3.ſed verba dictæ diſpoſitionis non loquuntur de dicta exemplari ſubſtitutione.ergo &c.Dec.in conſ.465.num.15.Pariſ.in conſil.66.num.1.vol.3.Socin.Iun.in conſil.4.nu.16.vol.3.& 102.num.23.vol.1.Neuiza.in conſ.31.nu.2.Bero.in conſ.93.num.41.vol.2.

35 ¶ Secundò, ℘ † teſtator non loquitur, velle non præſumitur.Bald.in l.1.in §. ſin autem ad deficientis. per illum tex.C.de cadu.tollen.quod dictum valde notandum reputat Ale.in l.tertia.in fin.C.de liber. præter.Dec.in conſ.63.numero 2.89.numero 2.186. col.1.205.col.2.& 696.Soc.Iun.in conſ.2.nu.18.vol. 2.97,nu.50.176.n.9.& 187.n.12.vol.eo.Rui.in conſi. 134.in prin.vol.1.ſed in caſu noſtro teſtatrix aliquid non eſt loquuta de exemplari ſubſtitutione,ergo il-
36 lam facere voluiſſe non videtur.Nam † caſus omiſſus à teſtatore remanet in diſpoſitione iuris comu-
37 nis.l.comodiſsimè.ff.de lib.& poſthum.item † propoſitũ in mente retentum nihil operatur.l.ſi repetendi.ff.de cond.ob cauſam.Dec.in conſ.696.nu.18. Soc.Iun.in conſ.4.num.15.vol.3.vbi allegat.Bald.in l.iuris gentium.§.pactorum.in 1.column.ff.de pact.
38 dicentem, quòd † mens ſeu voluntas in corde retenta non accomodatur actui hominum. per l.ſi alij ff. de vſufruct.lega.& in conſ.100.num.58.vol.eod.& in conſ.primo,num.6.& 73.numero 32.volu.eod.&
39 † nõ ſufficit dicere teſtatorem ita voluiſſe, niſi eius voluntas tranſeat in diſpoſitionem.Bald.in l.quidã cùm filium.ff.de hæred.inſtit.Dec.in conſil.61.col. 2.877.in fin.Iaſon.in conſil.228.colum.3.volum.2. Pariſ.in conſ.87.nu.18.vol.2.vbi aſſerit hanc eſſe cõ-
40 omunem.facit quod voluit Bal.in l.cùm proponeba tur in ſecũda appoſitione.de leg.2.vbi † illud, quod omittitur à teſtatore in ſcriptura & probatione verborum diſpoſitiua,habetur pro omiſſo. item in caſu omiſſo per teſtatorem non præſumitur adeſſe tacita voluntas ipſius.Bald.in conſi.167.col.ſecunda, in 5.vol.per tex.in l.militis codicillis.§.veteranus. ff.de milita.teſta.

41 ¶ Tertiò,accedendo magis ad proxima dicitur, ℘ † ad hoc vt ſubſtitutio exemplaris fieri poſsit per matrem filio mente capto requiritur, ℘ ipſa priùs ſibi faciat teſtamentum,& ℘ potuerit teſtari.vt notat Ioan.Fabri in cap.ſi religioſus.de procurato.& in §. liberis.Inſtit.de pupil.ſubſtit.Hieron.Verius in l.ex facto nu.408.cum duobus ſequentibus.ff.de vulga. & pupil.Guiliel.Bened.in repetitione capit. Raynutius.in verbo ſi abſque liberis moreretur.il.2.num. 20.de teſta. vbi inquit, ℘ ſicut in pupillari requirit ℘ pater ſibi priùs faciat teſtamentum & aliquem hęredem inſtituat,idem obſeruatur in exemplari: qa cùm teſtamentum patris ſit principale, hæc ſubſtitutio,quæ eſt teſtamentum filij, dicitur acceſſoria. ideo oportet ℘ confirmetur à ſuo principali.l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupil.Iaſ.in l.humanitatis.colu. 1.C.impub.& alijs ſubſtit.At Domina Catharina licèt condiderit teſtamentum,in quo inſtituerit quo. Dn.Nicolaum eius filium. & fecerit ſubſtitutiones
42 de quibus ibi, tamen illud teſtamentum eſt nullum ac ſi factum non fuiſſet.cùm † paria ſint aliquid facere nulliter vel non facere, vt plenè per Iaſ. in l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.& Scribentes in l.4.in §.cõdemnatum.ff.de re iud. Quòd autem fuerit nullũ patet,quia factum per filiã exiſtentem in patria poteſtate,quæ non poteſt condere teſtamẽtum, etiam cum patris conſenſu, vt in d.l.qui in poteſtate.& in alijs locis ſuprà relatis.in 1.dubit.Stãte igitur quòd allegata ſubſtitutio facta reperiatur nullo præcedente teſtamento valido, & perſona quæ non poterat teſtari,ſequitur concludenter,quòd ſubſtitutio exemplaris fieri non potuit.

43 ¶ Quartò facit,Nam † ad hoc vt ſubſtitutio exemplaris fieri poſsit à matre,& quam facere poteſt filio mente capto,vt eſt text.in dicta l.humanitatis.& in §.qua ratione.vbi Ang.& alij Inſtit. de pup.ſubſtit. Doctores in l.ex facto.ff.de vulga. & pupil.requiri-
44 tur quòd † ſubſtitutus ſit de liberis mente captis.& in defectum liberorum quòd fiat de fratribus & ſororibus.d.l.humanitatis.ibi.Vt ſi filij aut alij deſcendẽtes ex huiuſmodi mente capta perſona ſapientes ſint,ne liceat parenti,qui vel quæ teſtatur,alios quã ex eo deſcendentes vnum vel certos vel omnes ſubſtituere.not.etiam ibi Scriben.Grat.in conſ.34.nu. 16.in 1.parte. Doctores in dicta.l. ex facto.& in d.§. qua ratione.ſed in caſu,de quo agitur,non facta fuit ſubſtitutio dicto domino Nicolao tantùm de filijs ipſius,ſed etiam de eius ſororibus,vt expreſsè patet ex dicto teſtamento, ergo ex hoc datur intelligi, ℘ dicta domina Catharina teſtatrix noluerit facere ſubſtitutionem exemplarem,cùm non fuerit ſeruata forma,de qua in dicta l.humanitatis. Guiliel.Benedict.in repet.d.c.Rayn.in verbo ſi abſque liberis moreretur.il.2.num.29.& 31.

45 ¶ Quintò dicitur, ℘ † ad hoc vt ſubſtitutio exemplaris dicatur facta,requiritur ℘ ei fiat,cui ſubſtituitur, vt notant omnes in dicta.l.humanitatis.& in d. l.ex facto.ſed in caſu præſenti ſubſtitutio non reperitur facta dicto quon.domino Nicolao, ſed in bonis ipſius teſtatricis,vt conſtat ex verbis teſtamenti ipſius dominæ Catharinæ,vbi voluit, quòd quotienſcunque Dominus Nicolaus decederet ſine filijs maſculis,quòd bona & hæreditas ipſius perueniant integraliter in Dominas Margaritam & Catholicam,vel earum filios.Nam dicta verba bona & hæreditas ipſius,nullo pacto poſſunt conuenire exemplari ſubſtitutioni, quæ debent fieri mente capto ergo ſubſtitutio dici debet fideicommiſſaria,& non exemplaris.per doctrinam Bar.in l.cum teſtamento.ff.de aur.& argen.leg. vbi ſi teſtator dixit ℘
46 † ſi hæres ſuus deceſſerit ſine liberis, quòd bona ſua deueniant ad talem: quod intelligitur de bonis teſtatoris, pro qua ſententia alios citat præfatus Dominus Conſulens,quibus addo Alex.in conſ.23.colum.1.vol.2.& in conſ.198.col.prima volum.6.Cur.
47 Iun.in conſ.139.numero 12.vbi tradit, ℘ † ſi teſtator inſtituat aliquem,& in ſubſtitutione apponat verbum ſibi,intelligitur de ipſo teſtatore.Ale.in conſi. 56.col.1.volumine primo, vbi ponderat dictionem ipſius,vt in caſu noſtro,& inquit,quòd ſi teſtator reliquit vxori bona, & poſt mortem illius voluit ea peruenire ad ipſius hæredes & ſucceſſores,dicta verba intelliguntur de ſucceſſoribus teſtatoris & non vxoris.Pariſ.in conſ.51.col. ſi.vol.2.& in conſil.37.
48 num.18.vol.eod.vbi conſuluit, ℘ † ſi teſtator ſubſtituit eius hæredes, illud verbum eius referri debet ad ipſum teſtatorem,vt voluit glo.in l.ſi quis Titio.
49 ff.de vſufruct.ea.rer.& ideo inquit, ℘ † teſtator faciendo ſubſtitutionẽ ſibi & in bonis ſuis,noluit facere pupillarem,per quã ſucceditur pupillo.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.de vulg.& pupil.ſed ſolùm voluit facere fideicommiſſariam,per quam ſucceditur teſtatori in bonis ſuis.Cepha.in conſ.37.nume.49. ergo idem dicendum eſt in terminis noſtris, quòd cùm Domina Catharina diſpoſuerit, ℘ bona & hæreditas ipſius integraliter perueniant in Dominas Margaritam & Catholicam, ℘ noluerit facere ſubſtitutionem exemplarem,per quam ſucceditur mẽte capto.Bart.in l.ex facto.col.ſexta,quem cæteri ſequuntur.de vulg.& pupil.Coraſ.in dicta.l.humanitatis.num.17.Anchar.in conſi.8.in princ.Soc.Iun.in

conſ.103.col.1.volu.1. ſed ſolùm voluit facere fideic. per quam(vt dictũ fuit) ſucceditur ipſi teſtatori,& eo maximè id admittendũ venit in caſu noſtro,vbi d.Domina teſtatrix expreſsè loquuta eſt,ꝙ bona & hæreditas ipſius Domine teſtatricis integraliter &c.

50 quæ † verba ipſius Dominæ teſtatricis clarè demonſtrãt mentẽ ipſius fuiſſe, ſibi facere ſubſtitutionẽ & & non Dn. Nicolao, quo caſu cùm verba ſint clara, vlterius non eſt quærendũ. l. ille aut ille. §. cùm in verbis de leg.3.Soc.Iun.in conſ.65.num.66. volum.

51 primo,& in conſi.2.num.29.vol.eod.verba † enim ſemper attendi debent,& ab eis non aſt recedendũ, niſi de contraria voluntate proferentis appareat.l. 1.§.ſi quis nauem.de exercit.quia conſideratè & deliberatè præſumuntur prolata. l. Labeo. prope finẽ

52 de ſuppellect.lega. Sed vlteriùs dicitur, ꝙ † etiamſi verba teſtatricis fuiſſent ambigua , & potuiſſent referri ad diuerſas perſonas, referenda ſunt ad perſonã teſtatoris , non autem hæredis.Pariſ.in d.conſilio 51.col.fi.vol.2.Ceph. vbi ſuprà Ruin.in conſilio 15.nume.19.vol.3.& in conſ.103.nume.5. volum.eo. & tantò magis in caſu præſenti hoc dicendum venit, videlicet, ꝙ dicta Dom. Catharina voluerit facere ſubſtitutionem ſibi teſtatrici & non domino Nicolao,cùm in pluribus locis dicti teſtamenti hoc expreſsè dicatur, & primò ibi dum dicitur, quòd quotieſcunque ipſe dominus Nicolaus deceſſerit nullis ſuperſtitibus ex eo filius maſculis legitimis& naturalibus,& de vero & legitimo matrimonio procreatis,& non legitimatis,tunc & eo caſu ſi filias familiâs legitimas & naturales & vt ſuprà poſt ſe reliquerit,bona ipſius Dominæ teſtatricis perueniant in filias Dn.Nicolai necnon in Dominas Catholicã & Margaritam.Ponderanda enim ſunt illa verba ipſius Dominæ teſtatricis, *item & ibi.* quos omnes p̃nominatos in caſu prædicto,ſingula & debitè,ac cõgruè ſemper referendo,ſibi hæredes vniuerſales inſtituit & ſubſtituit vulgariter,pupillariter & per fideicommiſſum.Notanda enim ſunt illa verba, ſibi hæredes vniuerſales quæ referuntur ad ipſam teſtatricẽ.Rurſus & ibi,& vbi deceſſerit nullis ſuperſtitibus ex eo filijs nec filiab.tunc & eo caſu hæreditas ipſius dominæ teſtatricis pueniat in Dominas Margaritam & Catholicam,quo caſu, cùm d. verba nedũ geminata demonſtrent enixam voluntatẽ ipſius teſtatricis,ꝙ voluerit facere ſibi ſubſtitutionem & non Dn.Nicolao,iuxta notata in l.baliſta.ff.ad Trebel.& per Bart.in l.cùm ſcimus.C.de agric.& cenſit

53 lib.10.ſed etiã triplicata † quæ magis demonſtrant ipſam voluntatẽ,& plus operãtur,arg. eius ꝙ notat Ang.de tertio matrimonio in auth.quom.opot. Epiſc.in §.hoc de eo.in fi.& per.Dec.in conſ.505.nu.9. & Craue.in conſ.54.col.2.Concludendum venit, d. Dn.teſtatricem noluiſſe facere exemplarem ſubſtitutionem,per quam(vt dictum fuit)ſucceditur mẽte capto & non ipſi teſtatrici.

¶ Nec obſtat quòd ex aduerſo obijcitur, ꝙ licèt quando teſtator ſuſtituit in bonis ſuis, talis ſubſtitutio non iudicetur exemplari: per quam ſucceditur etiam in bonis pupilli,vt per Anchar. in conſilio 8. Dec.in conſ.371.nume.4.Ruin.in conſ.103. numero 15.vol.2.Soc.Iun.in conſ.103.num.44.volu. primo, tamen quòd prædicti Doctores loquuntur,quando ſolùm eſt facta ſubſtitutio compendioſa per verba communia,& non apparet aliter, ꝙ voluerit facere directam ſubſtitutionẽ,aliàs ſecus,vt declarat Dec. in conſ.371.in fin.col.penul.Ruin.in conſ.103. num. 19.volu.2.Soc.Iun.in conſ.103.nume.46. At in caſu de quo agitur,facta fuit ſubſtitutio directa, vulgaris & pupillaris expreſſa, vt cõſtat ex illis verbis vulgariter,pupillariter,ergo non eſt faciendum fundamentum ſuper illis verbis in bonis meis, vt declarat Soc.in l.1.ſub.num.10.verſi.aliquando. de vulg. Ripa in l.centurio.nume.96.in fin.& num.100.verſ. & ſi dixeris.de vulg.& pupil.item & quia etiam facta fuit ſubſtitutio directa,vt ibi.ſibi inſtituit.vt tradit.Soc.in l.prima,num.11.verſ.vnde pro diſcuſsione.vbi dicit quòd iſtud eſt indubitatum.Soc.Iun.in conſ.11.nume.14.volum.primo, quia reſpondetur,

54 ꝙ † quamuis dicta ſubſtitutio poſsit dici directa, tamẽ ex quo ipſa verba in bonis ipſius teſtatricis ſunt relata ad ipſam teſtatricem,non poteſt dici directa, ſi filius adiuit hæreditatem,ex quo voluit facere ſibi hæredem directum, ſi filius decederet ſine filijs, quod bene potuit ante aditam hæreditatem, ſed nõ pòſt & ideo tale verbum inſtituit, ante aditam hæreditatem bene operabitur, vtiure directo valeat ſubſtitutio,pòſt verò operatur eo modo quo valere poteſt,& ſic iure obliquo,vt habetur in l. ex facto in princ.& in l. Sceuola. ff. ad Trebell. & ita concludit Paul.de Caſtro in conſil. 142. in fi. vbi voluit, quòd

55 † ſi teſtator ſubſtituit his verbis , ſubſtituo & hæredes mihi facio, licèt illa verba vltima directa ſint & ciuilia,vt eſt etiam verbum inſtituit, tamen nõ importabunt infra pupillarem ætatem directam, propter verba mihi, vel ſibi, relata ad teſtatorem. Pariſ. in conſ.73.nume.41.volu.2.At in caſu noſtro hæreditas d.Dominæ teſtatricis fuit adita per Dn. Nicolaum inſtitutum mediante miniſterio iudicis,ergo verbum inſtituit non poteſt eſſe directum.

¶ Accedit etiam,quòd voluit Ruin.in conſil.103. nu.14.cum duobus ſequentibus , vol. 2. vbi inquit, ꝙ ſi dictum fuerit in compendioſa , & ſi dictus eius filius quandocunque deceſſerit ſine filijs,vel deſcẽdentibus maſculis,vel fœminis legitimis & naturalibus , tunc & eo caſu ſibi ſubſtituit & ſuas hæredes vniuerſales eſſe voluit,ꝙ dicta verba directa ſuas hæredes vniuerſales eſſe voluit,non cõueniunt exemplari,quia per illam non ſucceditur teſtatori ſed filio impedito,ſicut per pupillarem ſucceditur.Inſtit. de pupil.ſubſtit.in princip. & ideo ſubdit, ꝙ verbũ ſubſtituit,quod eſt commune, importat tantumõdo fideicomiſſariam,iſto caſu,& verbum ſuas hæredes,quod eſt directum,importat ſolùm vulgarem, & hoc ne aliquod verbum ſit ſuperfluum. per doctrinam Bar.in l.centurio.in 4.quæſtione prin. ff.de vulg.& pupil. & in l recuſare §. Titius. ad Trebell. qui ſic vult quando per verbum commune & verbum directum fit ſubſtitutio. quod probatur ratione ſecundùm eum.Nam verbum ſubſtituo,eſt commune aptum ad directũ & ad omnem ſpeciem ſubſtitutionis directæ & ad obliquam ſubſtitutionem. l.iam hoc iure.ff.de vulg & pupil.l.generaliter.§.cũ autem iuncta gloſſ. C.de inſtit.& ſubſtit.& ſic habet ſe tanquam genus ad verbum directum,quod directam tantùm ex ſui natura poteſt importare.& ideo quando dicta ſubſtitutio fit per verbum cõmune & directum genus & ſpecies, cadit inter caſus. & quia diſpoſitio generalis apta ad omnes caſus,& ſpecialis ad vnũ caſum ponitur in eadẽ diſpoſitione, gene

56 ri † per ſpeciem derogatur, adeò ꝙ generalis diſpoſitio non refertur ad caſum ſpecificatum ſecũdùm Bart.in l.quæſitũ.§.ſi quis fundum,in fi.ff.de fund. inſtrum. & ſic ſub verbo communi ſubſtituit ſibi, non poteſt aliqua directa contineri, ex quo de directa eſt diſpoſitum ſpecialiter,& ſub illo verbo directo non continetur etiam exemplari , quia illud ad teſtatorem,ratione illius verbi ſuas, adiuncti & ſic exemplari non conuenit,quia(vt dictum eſt) per illam filio & non teſtatori ſucceditur.

¶ Nec habet obſtare, ꝙ per illa verba non impeditur exemplari, ſicut nec pupillaris, per l. ſi ita §.

qui

57 qui filio ff. de bon. pos. secun. tab. vbi Bart. quia † ille tex. & Bart. loquuntur quando de pupillari ętate est facto mentio & est posita in conditione: quia tunc præsumitur, ꝙ voluerit substituere pupillariter, vt declarant Aret. & Socin. in l. prima, in princip. ff. de vulg. & pupil. Ruin. in cons. 103. nu. 19. vol. 2. Soc. Iu. in cons. 103. num. 43. vol. primo, Dec. in cons. 371. col. pen. in fi.

¶ Nec habet obstare, ꝙ in casu præsenti Domina Catharina testatrix fecerit substitutionem pupillarem expressam, vt legitur in ipso testamento, quia
58 respondetur substitutionem † ipsam fuisse & esse nullam, quia facta per matrem filio & non existenti in eius potestate. Nam clarum est in iure, quòd filio quamuis pupillo in testatoris potestate non existēti, non potest pupillariter substitui. Ideo bastardis. & spurijs, aut simpliciter adoptatis filijs non potest hæc substitutio fieri, cùm non sint in potestate patris. Guiliel. Benedict. in repetitione cap. Raynutius in verbo si absque liberis moreretur. il 2. in tract. pupil. substit. & in specie de matre est text. in §. fœminæ. Inst. de adop. & in l. si mater. ff. de vulg. & pupil. Guiliel. Benedict. vbi suprà num. 33. & sic ex his apparet, ꝙ dicta verba in bonis ipsius testatricis, excludant pupillarem, & pari ratione exemplarem, cū d. substitutio pupillaris expressa nullius fuerit roboris & momenti.

59 ¶ Vlteriùs dicitur, ꝙ † verbum directū ex mente testatoris præsumpta obliquatur. Socin. in consi.
23 tolum. quinta vol. 4. & in consi. primo, n. 10. cum sequenti. vol. eod. Dec. in consil. 317. in princ. & 361. nume. 4 Corne. in consil. 199. litera I, vol. 2. dicens, ꝙ verba directa obliquantur, quando directò stare non possunt, vt menti testatoris deseruiant. So. Iun. in consi. 83. num 2. vol. primo, facit l. quamuis. C. de
60 impub. & alij substit. vbi † expressa vulgaris ad tacitam pupillarem non porrigitur, ex tacita & præsumpta voluntate testatoris. Soc. Iun. in cons. 103. nume.
49 vol. primo, Paris. in cons. 73. numer. 44. vol. 2. facit etiam, quod è contrario dicitur per Bar. in l. quę-
61 rebatur. de milita. testa. vbi † quandoque interpretantur verba obliqua in directam substitutionem, si de voluntate testatoris constat: sed in casu nostro negari non potest (vt iam ostensum fuit) quin appareat de mente dictæ dominæ testatricis, ꝙ noluerit sibi & in bonis suis facere substitutionem exemplarem, sed fideicommissariam, ergo &c.

¶ Similiter non habet obstare, ꝙ dicta domina testatrix in vltimo capite substitutionis disposuerit, ꝙ vbi decesserit Dominus Nicalaus nullis superstitibus ex eo filijs nec filiabus legitimis & naturalibus, & vt suprà, tunc & eo casu hæreditas ipsius dominę testatricis perueniat in Dominas Margeritam & Catholicam æquis portionibus, seu earum filios legitimos & naturales, si tunc ipsæ omnes vel aliqua ex eis essent prædefunctæ in stirpes & non in capita: quos sorores earum filios, & vt suprà in casu prædicto, sibi hæredes instituit, & substituit dicto Nicolao integraliter, & vt suprà, vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, & omni meliori modo vt suprà. Vigore cuius substitutionis factæ dicto Nicolao inducta fuit substitutio exemplaris: Quia respōdetur, ꝙ imò non fuit inducta exemplaris ob nō seruatam formam dictæ l. humanitatis. vt suprà dictū fuit, & etiam infrà dicetur. & propter alia etiam descripta, vt suprà. Item quia, si valet argumentum à
62 verisimili † quod est validum in iure. l. ex facto. & ibi Ripa num. 21. de vulg. & pupil. Iaso. in l. cùm res. in 6. notabili. ff. de lega. primo, Paris. in cons. 9. num. 80 vol. 2. quomodo potest verisimiliter per aliquē cogitari, ꝙ dicta domina testatrix, quæ tempore sui testamenti non habebat, neque tenebat dictum dominum Nicolaum pro mente capto, vt testes depo-
63 nunt, sed pro persona sane mentis, prout † quælibet p̄sumitur esse. l. nec codicillū. C. de codicil. Iaso. in l. sa num. col. 1. C. de transact. noluerit facere substitutionem exemplarē, inanē, frustratoriam & superfluā
64 † quæ euitanda est, iuxta l. si quando de lega. 1. Soc. Iun. in cons. 120. nu. 15. vol. 1. certè apud neminē censatum hoc cadere potest.

¶ Plus dicitur: quòd à communiter contingentibus videmus, ꝙ quando patres vel matres habent filios mente captos, principaliter nō faciunt eis substitutiones vulgares, pupillares & fideicommissarias, sed expressas exemplares, cùm ipsæ sint magis fauorabiles filijs mente captis, & per eas magis aptè succurrator beneficio filiorum & rerum mente captorum constituendo eis curatores, & alias prouisiones faciendo, quæ tendant in beneficium filiorum
65 quo casu cum † dictum argumentum sit in iure solidissimum. l. patre furioso. & ibi per Iaso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Meritò dicendum venit, ꝙ si ipsa testatrix sciuisset Dn. Nicolaum eius filium mente captum, vtique ei expressè prouidisset de substitutione exemplari, tanquam ipsi filio magis fauorabili, quòd cùm factum non fuerit de exemplari, non est tractandum.

¶ Sextò dicitur, ꝙ ex quo testatrix instituit dictum dominum Nicolaum, & si decesserit sine liberis legitimis, vult, ꝙ bona & hæreditas ipsius testatricis perueniāt ad personas in eo nominatas, ꝙ satis clarè comprehenditur, testatricem noluisse facere substitutionem exemplarem, ex quo testatrix prę
66 sipponit dictum dominum Nicolaum potuisse habere filios legitimos, & sic contrahere matrimonium, quod vtiq; in mente capto esse non potest † qui matrimonium contrahere non potest. Ang. in dicta l. humanitatis. vbi etiam Iaso. in fi. Didac. in tit. varia. resolut. tomo primo, carta 183. numero 8. cùm careat intellectu, ac furioso similis est. l. secunda, C. de curat. furio. l. furiosi. C. de nup. Boe. in decis. 23. n. 66

¶ Nec habet obstare, prout ex aduerso obijcitur, quòd imò exemplaris cōprehenditur non obstantibus prædictis verbis prout in simili videmus, ꝙ vigore dictorū verborum non impeditur pupillaris, vt per Bar. & alios in l. centurio. nu. 89. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit, hanc esse communem. Doctores in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. & tamen pupillus filios suscipere non potest, nec contrahere matrimonium. Instit. de nupt. in principi. Quia respondetur, quòd longa est differentia inter vnum casum & alium: quia etiam pupillus vigorosus, & in quo malitia potest supplere ætatem, matrimonium contrahere potest, cap. puberes. cap. tuæ. de despon. impub. quod cessare videtur in mente capto, qui nullo vnquam tempore potest contrahere matrimonium, nec per consequens habere filios, & ideo cùm sit diuersa ratio inter casus prædictos, meritò sequitur, quòd ex diuersis non inferē. l. Papin. ff. de min.

¶ Septimò facit, & dicitur, ꝙ dicta domina testatrix non censetur fecisse exemplarem substitutionem, quia filias domini Nicolai grauauit ad non detrahendum legitimam & Trebellianicam competē tem dicto domino Nicolao, ex quibus datur intelligi, ꝙ substitutio filiarum nō fuit exemplaris, quia
67 † substituti exemplariter secundùm formam dictæ l. humanitatis. non videntur posse grauari, cū principaliter habeant bona à lege & nō à testatrice, quæ
68 tenebatur illas substituere, sicut est in legitima † in qua filia grauari nō potest. l. quoniā in priorib. C. de inoffi. testa. licèt secus sit in substituto pupillari, qui grauari potest, cū habeat bona ab eo, qui potuisset

alium

alium ſubſtituere. vt notatur in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. vbi Barto. & Dd. de leg. 1. Dec. in conſil. 371. col. 3. verſic. 4. ad idem, vbi inquit, ꝙ ſi in teſtamento ſorores ſubſtitutæ poſt eorum mortem ſunt grauatę onere fideicommiſſi, ex hoc colligitur quòd ſubſtitutio ſororum nõ fuerit exemplari per rationem, de qua ſuprà. Soc. Iun. in conſ. 103. nume. 21. cum tribus ſeq. vol. 1.

¶ Octauò accedit, quòd iſta ſubſtitutio etiam nõ poteſt dici exemplari, ponderata principaliter teſtatricis intentione verbis expreſsis manifeſta & p conſequens amplectenda. l. in cõditionibus primũ locum. ff. de cond. & demon. quoniam ex verbis expreſsis ipſius teſtatricis ſatis apertè dignoſcitur, intentionem ipſius fuiſſe facere ſubſtitutionem vulgarem, pupillarem & fideicommiſſariam, quas expreſsit. Vnde quia ſpecialiter nominauit dictas ſubſtitutiones, non videtur de exẽplari congitaſſe: quia ſi voluiſſet facere ſubſtitutionem exemplarem vti que ſciuiſſet dicere, ſicut expreſsè dixit de vulgari, pupillari & fideicommiſſaria. ita Bald. in conſil. 20. volum. tertio, quem ſequitur Dec. in conſi. 371. nu. 6. in fin. vbi inquit, quòd licet Bald. in dicto conſil. prælegato prædicta arguendo dicat & decidat in caſu contrarium, tamen ibi alia cõcurrunt, ex quib. motus fuit, & non videtur recedere à præmiſſa ratione. pro cuius confirmatione adducitur, quod voluit Soc. Iun. in conſ. 103. col. 4. in princ. verſ. nec dicatur. vol. 1. vbi dicit, ꝙ quando in eadem ſubſtituti one fit mentio de ſubſtitutione vulgari & fideicommiſſaria, non comprehenditur exemplari, quia tũc generi per ſpeciem derogatur.

¶ Vltimò dicitur, ꝙ hîc non eſt tractandum de exemplari, argumẽto à ſufficienti partiũ enumera-
69 tione, † quod argumentum eſt ſolidum in iure. l. patre furioſo. vbi Iaſ. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. cum alijs vulgaribus. Nam aut quis vult dicere, ꝙ hîc ſit facta exemplaris ſubſtitutio expreſſa verbis ſpecialibus, & hoc eſt falſum: quia nullum verbum de hoc in teſtamento. Aut volumus dicere, ꝙ ea cõtinetur in vulgari expreſſa ad inſtar pupillaris aut in expreſſa pupillari, & id dici non poteſt, quando de voluntate teſtatoris aliter apparet. l. 2. l. quamuis. C. de impub. & alijs ſubſtit. At in caſu præſenti conſtat de contraria voluntate teſtatoris: quia teſtator poſt aditam hæreditatem expreſsè ſubſtituit per fideicommiſſum, quæ expreſſa prouiſio teſtatoris facit ceſſare tacitam prouiſionem legis. l. cùm ex filio. §. 1. ff. de vul. pupil. vbi Imo. & Ale. quæ regula procedit, nedũ quando tacitum & expreſſum eſt circa idem, ſed etiã quãdo expreſſum eſt circa diuerſum. l. maritus. C. de procur. ita Ruin. in conſ. 103. in fi. vol. 1. vbi inquit, ꝙ ex hoc infertur, ꝙ ſi teſtator filio ſubſtituit, ſi hæres non erit, & ſi hæres erit & in pupillari deceſſerit, ſubſtituit per fideicommiſſum, ꝙ in expreſſa vulgari non continetur tacita pupillaris, ꝙ habet pro certo & indubitato. Et ex his omnino concludendum eſſe arbitror, d. Dn. Catharinam teſtatricem tanquam exiſtentem in patria poteſtate non potuiſſe facere teſtamentum, neque data validitate teſtamenti, quæ tamen non admittitur, tum in ſpectis verbis teſtamenti ipſius, tum etiam conſiderata eius mente, voluiſſe facere ſubſtitutionem exemplarem ſed fideicommiſſariam &c.

SVMMARIVM.

1 *Locator ſi non obſeruat conductori quæ promiſit, nec ſimiliter conductor locatori conuenta obſeruare tenetur.*

2 *Text. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. ſecundùm Bar. ibi eſt notabilis ad omnes contractus, in quibus vltro citroque aliquid promittitur.*

3 *Facere qui differt quod debet, non poteſt petere quod ſibi debetur.*

4 *Qui non facit quod debet, nõ recipit quod oportet, quia iſta eſt natura conuentionum.*

5 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

6 *Agenti obſtat exceptio non ad implementi contractus in minimo etiam capitulo.*

7 *Verbum omnia, nihil excludit.*

8 *Receditur à contractu emptionis, ſi ceſſatur à ſolutione vnius denarij.*

9 *Contractus locationis & conductionis eſt vltro citroque obligatorius.*

10 *Agenti ex contractu vltrò citroque obligatorio obſtat exceptio non adimplementi, etiam quòd in contractu ſit appoſita clauſula, quòd pœna commiſſa vel ſoluta contractus remaneat firmus.*

11 *Regula fragenti fidem &c. habet locum etiam ſi appoſitum ſit iuramentum.*

12 *Regula frangenti fidem, etiam habet locum in frangente ex neceſsitate propter aliquod impedimentum.*

13 *Exceptio tu non ad impleuiſti, dicitur exceptio litis finitæ, litis ingreſſum impedit.*

13 *Statutum diſponens, quòd ſublatus ſit omnis obiectus exceptionum, tamen poterit obijci exceptio, tu non ad impleuiſti.*

15 *Dominus ex contractu ſuo obligatur ſicut priuatus.*

16 *Deus obligatur ex ſua promiſsione.*

17 *Princeps licèt ſua lege non ligetur, tenetur tamen ſtare ſuo contractui, non ſolùm ex obligatione naturali, ſed etiam ciuili.*

18 *Princeps dicitur ſubeſſe canoni in his, quæ concernunt animam & peccatum.*

19 *Princeps qui non eſt ſub lege fori, eſt ſub lege poli.*

20 *Conuentiones partium æquum eſt vt ſeruẽtur.*

21 *Humanæ fidei nihil eſt conueniẽtius, quàm quæ placuere ſeruare.*

22 *Conductor quando eſt impeditus vti & frui reb. conductis facto locatoris, à contractu liberatur, & dominus conductori tenetur ad omne damnum & intereſſe, etiam lucri ceſſantis.*

23 *Argumentum valet de locatore ad conductorem.*

24 *Correlatiuorum eadem debet eſſe diſpoſitio & natura.*

25 *Correlatiua ſimul & eodem tempore naſci dicuntur, & naturaliter ſimul eſſe.*

26 *Poſito vno de correlatiuis neceſſariò præſupponitur aliud, quia vnum ſine alio eſſe non poteſt.*

27 *Locator & conductor ad imparia non iudicant r.*

28 *Conductor prohibitus vti & frui re locata facto tertij cui locator reſiſtere poteſt, & non reſiſtit, poteſt recedere à contractu, & tenetur locator ad intereſſe, etiam lucri ceſſantis.*

29 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

30 *Proteſtationi quis conſentire videtur, ſi nihil opponatur contra eam.*

31 *In contractibus nominatis licèt regulariter propter inobſeruantiam non recedatur à contractu altera parte inuita, ſed agendum ſit ad implementum vel ad intereſſe, tamen hoc fallit, vbi quis promiſit in ampla forma cum iuramento obſeruare conuenta.*

32 *Iuramentum debet impleri in forma ſpecifica & non aliter.*

33 *Obligatio ad intereſſe licèt ſuccedat in obligationibus factis, tamen hoc fallit, ſi ſuper obligatione ipſa interponitur iuramentum,*

34 *Promiſsio facti alieni cum iuramento valet, & ideo ſi contra fiat, non ſolùm promittens tenetur ad pœnam*

nam & interesse, sed etiam potest agi præcisè ad factum.

35 *Dispositio l. si quis maior. C. de transact. locum habet in omni contractu.*

36 *Verbum inuiolabiliter, importat id quod corruptibiliter.*

37 *Declaratio ad notata in l. fi. C. de cond. ob cau.*

38 *Causa finalis dicitur, quæ respicit omnem dispositionem & ad illam generaliter influit.*

39 *Causa finalis dicitur illa, qua quis aliàs non esset facturus vel eo modo, nisi fuisset illa causa.*

40 *Quoties id, quod erat implẽdum: fuit causa finalis contractus, receditur à contractu etiam nominato, ob defectum dictæ causæ finalis non impletæ.*

41 *Regula frãgenti fidem, locum non habet posũ executionem perfectam.*

42 *Regula fragenti fidem, intelligi debet, quando locator non seruauit fidem, circa capitulum vel connexum secus si circa separatum.*

43 *Conuentio redditur nulla, data in obseruantia in vno capitulo.*

44 *Capitula dicuntur connexa, quando obligationes sunt correspectiuæ.*

45 *Capitula omnia quando congregantur in vnã obligationem, dicuntur connexa & correspectiua.*

46 *Protestatio nihil operatur, si ab ea receditur per factũ contrarium, quia facta derogant verbis.*

47 *Ius nostrum nobis inuitu tolli non potest.*

48 *Alteri per alterum iniqua conditio fieri non potest.*

49 *Exceptio quæsita fideiussori mediante pacto facto reo principali de non petendo, non potest inuito fideiussore auferri per contrarium pactum factum de petendo ab ipso principali.*

CONSILIVM LXIX.

PRO fundamento fideiussorũ Francisci Ocelli duæ in medium afferuntur conclusiones, quarum prima est quòd † si locator non obseruat conductori pacta apposita in contractu
1 locationis & alia in eo contenta, nec similiter tenetur conductor locatori obseruare quę promisit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati vbi
2 † Bartol. reputat illum text. notabilem ad omnes contractus, in quibus vltrò citroque aliquid promittitur, vt quis non teneatur ad pœnam cum effectu, si per aduersam partem omnia seruata non sint. Iason. in consilio 208. colu. tertia, in fin. volum. 2. 216. col. secunda vol. eod. & in cons. 111. colum. fin. volu. 4. Natta in cons. 360. in princip. notant omnes in l. si quis maior. C. de transanct. facit quod notat Bald. in auth. dos data. C. de donatio. propter nupt.
3 vbi † qui differt facere quod debet, nõ potest petere
4 quod ei debetur. Plus. qui † non facit quod debet, non recipit quod oportet, quia ista est natura conuentionum. Bal. in cap. primo, in vltima col. qualiter dominus propr. feu. priue. Ias. in consilijs suprà
5 relatis, Natta in cons. 676. num. 15. item † frangenti fidem fides frangatur eidem. l. cùm proponas. l. secunda, vbi omnes. C. de pact. & adeo verà est huiusmodi conclusio, quòd † etiam propter minimum capitulum contractus non obseruatum & non adimpletum obstat agenti exceptio in principali. adeò q; propter hoc impeditur cõmissio pœnæ ipso iure. Bald. in l. pacta conuenta. in 2. notabili. ff. de contrahend. empt. quã legit. in l. iurisgentium. §. adeò. ff. de pact. quem sequitur Ias. vbi suprà. Natta in cons. 673. nu. 19. Parpal. in l. si quis maior. in 10. quæst. & 11. vbi dicit hoc dictum singulare & solitum allegari in practica. C. de transact. quod & voluit Bart. in d. §. inter locatorem. ibi. si per aduersam partem omnia
7 seruata nõ sint, põderando † illud verbum omnia, q; nihil excludit. l. Iulianus de lega. 3. facit quod voluit Bero. in cons. 15. nn. 14. vol. 3. vbi inquit, quòd ex cõtractu vltrò citroque obligatorio non potest effectualiter agi, nisi ab eo, qui contractum pro parte sua adimpleuit, adeò quòd non sufficeret pro parte adimpleuisse. Dec. in l. cùm proponas. nu. 3. de pact. Corne. in cons. 189. litera C. volum. 2. Alex. in consi.
8 105. cæl. prima volum. 3. vbi † à contractu emptionis receditur si cessatur à solutione vnius denarij, licet totũ residuum fuerit solutum. per l. in executione. §. penul. de verb. oblig. & in terminis contractus locationis voluit Bero. in cons. 144. colum. secunda n.
9 primo, vol. primo, vbi sic inquit, At hoc † vt quis ex contractu vltrò citroque obligatorio agere possit, qualis est contractus locationis, iuxta l. si id certo. §. nunc videndum. ff. commodati. requiritur priùs q; constet atque probetur, volentẽ agere pro parte sua totum contractum cum effectu adimpleuisse, subdens hanc esse iustam causam retinendi & non soluendi pecuniam, quam quis ex pacto certo tempore soluere tenebatur, quãdo ipsi per creditorem non fuit obseruatum nec adimpletum id, quòd creditor illi obseruare & adimplere tenebatur: Item
10 † & dicta conclusio pariter locum habet, si in contractu est apposita clausula, q; pœna cõmissa vel soluta contractus firmus remaneat, quoniã talis clausula non obseruanti non prodest. Bart. in l. cùm pater, in §. libertis. de lega. 2. Barto. & alij in l. qui fidem. ff. de transactio. Alex. in cons. 132. col. 1. vol. 4. Corn. in cons. 40. col. 2. vol. 2. Gozad. in cons. 31. col. 1. Natta in cons. 677. num. 16 Menoch. in con. 1. num 364.
11 necnon † si appositum sit iuramentum. Dec. in d. l. cùm proponas, numero 5. Alexand. in cons. 105. col. 5. volum. 3. Dd. in cap. peruenit. il. 2. & in cap. sicut il 3. de iureiur. Bald. in d. l. pacta conuenta. columna 2. Iason. in consil. 216. colum. 2. volum. 2. Bero. in consil. 144. colum. 4. volum. 1 Scribentes communiter
12 in dicta l. si quis maior. ac † etiam fragenti ex necessitate propter aliquod impedimentum. Abb. in ca. sicut lo vltimo. colum. 2. de iureiurad. quia licèt necessitas & impedimentum excusent à pœna vel mora, non tamen facit quòd impedito actio cõpetat, ex quo pro parte sua non impleuit. Dec. in dicta l cùm proponas. num. 4. Menoch. in consil. primo, nu. 366.
13 Nam † adeò est efficax ista exceptio, tu non adimpleuisti, quod dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis inpressum. Castro in l. Iulianus. in § offerri. ff. de actio. empt. Ias. Ias. in §. actionũ. col. 18. de actio. Cra. in cons 248. col. penult. in fin. Menoch in allegato
14 consi. primo, numero 165. & etiam † statuto caueatur q; sublatus sit omnis obiectus exceptionum, tamen poterit sibi obijci ista exceptio. Cyn. & Bald. in l. ex prædijs. C. de enict. quos sequitur Corne. in cõsil. 245. colum. secunda, vol. 4. consilio 221. col. fin. & 297. col. secunda, vol. 3. Dec. in cap. ex parte. il 2. in 10. fallentia. de offi. de lega. Roma. in consilio 244. col. secunda, Craue. in consil. 127. numer. 14. Menoch. in dicto consil. primo, nume. 366. Sed in casu præsenti parte ipsius locatoris, qui tenebatur locationẽ, promissiones, conuentiones, capitula & omnia ac singula in dicto instrumento contenta apposita, & inserta, attẽdere & obseruare perpetuò & omni tempore, & in aliquo vnquam non contrà facere vel cõtrauenire, fuit contrauentum & receſſum à cõuentis, ergo nimirum si parte conductoris fuerit receſſum à conuentis per eũ. Quòd autem secuta fuerit dicta inobseruantia & non adimpl ta conuenta probatur ex infrascriptis. & primò, quia inter capitula

adest

adest præsens. Quòd conceditur ipsi conductori per illustrem locatorem facultas colligendi pedagium in terris suis, quod minimè obseruatum fuit, quia vniuersitates & homines dictarum terrarum noluerunt, ℣ in terris colligeretur pedagium, quod impedimentum poterat remoueri auctoritate locatoris & non dictarum terrarum, vt patet ex his quę scribuntur per Soc. in cons. 152. colum. prima, & secunda, item ipsi cõductori fuit prohibita extractio vini, olei & caseorum, quæ vigore contractus locationis prohibiri non potuit, & † quem contractum ipse Dominus secundum communem scholam Dd. obseruare tenetur, cùm obligetur ex contractu, sicut priuatus. c. 1. vbi omnes de probatio. Cyn. & alij in l. digna vox C. de legibus. quinimò † & Deus obligatur ex sua promissione. l. 1. vbi Bal. ff. de pact. & si aliter diceremus. Principem ex suo contractu non obligari, hoc esset ei valde damnosum: quia sic priuaretur quodammodo commercio & consortio hominum, quia nullus reperiretur qui secum contrahere vellet, quod ei esset graue & quasi pœnale. arg. l hi qui sanctas. C. de apost. per quem tex. ita inquit Roma. in cons. 352. in fin. Soc. Iun. in consil. 94. nu. 2. vol. 2. & in cons. 65. nu. 6. vol. 1. Paris. in cons. 2. num. 230. volum. 4. Bero. in consi. 138. colu. 1. volum. 3. vbi concludit, ℣ † licet Princeps sua lege non ligetur, tamen tenetur stare suo contractui, non solùm ex obligatione naturali, cui Princeps subest, iuxta notata in l. digna vox, & in d. c. 1. de probatio, sed etiam ex obligatione naturali & ciuili, quæ apta est actionẽ producere. argumento. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurat. Car. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, quoniam nulli dubium est, ℣ † in his, quæ concernunt animam & peccatum, Princeps dicitur sub esse canoni. capit. 1. vbi notant Canonistæ. de constit. & ideo dicit Bal. in l. Princeps. de legib. ℣ † Princeps qui non est sub lege fori est sub lege poli. Sed de iure canonico quilibet ex pacto & contractu obligatur naturaliter & ciuiliter. cap. primo, & c. qualiter. cum ibi notatis per glos. communiter approbatã. de constit. Soc. Iun. in cons. 78. num. 3. vol. 1. & 115. num. 11. vol. 2. æquum † est enim, vt conuentiones partium seruenter. l. 1. in princip. ff. de pact. Soc. Iun. in consi. 84. num. 18. volum. 2. cons. sequenti numero 18. & in cons. 32. numero 6. volum. 3. cùm † humanæ fidei nihil sit conuenientius, quàm quæ placuere seruare. Soc. Iun. in cons. 30. nu. 2. vol. 2. 48. n. 24. vol. 3. & 60. num. 16. vol. eod.

¶ Secunda est conclusio, quòd † quando conductor est impeditus facto locatoris vti & frui rebus cõductis, à contractu liberatur, & dominus cõducto ri ad damnũ & interesse, etiã lucri cessantis tenetur. l. si in lege. §. si colonus. ff. locati. Ruin. in consi. 65. n. 3. col. 1. Bero. in cons. 140. num. 37. vers. & quamuis. vol. 1. Bald. in cons. 325. vol. 3. quærit enim ibi Bald. an inquillinus, qui migrauit, seu recesit non finito tempore cõductionis quia erat facta in pluribus annis, teneatur soluere pensionẽ integram totius tẽporis, an verò eatenus, quatenus habitauit & nõ vltrà: & distinguendo concludit, ℣ aut stetit per inquilinum, & tenetur soluere integram pensionẽ, aut per locatorem ex facto suo, & non tenetur, nisi pro rata temporis, & sic ibi Bald. præsupponere videtur, ℣ quando conductor fuit impeditus facto locatoris, potest recedere à conductione. Bartol. in l. si quis. in fi. C. de agricol. & censit. lib. 10. & in l. cum satis. §. caueant. col. 2. eod. tit. item dicitur arguendo de conductore, qui rem conductam ad præiudiciũ locatoris deserere vellet, ad locatorem cuius defectu conductor, vti impediretur: quod † argumẽtum procedere videtur, eadem ratione vel æquitate. glo. in d. l. si in l. §. si domus. ac etiam quia † correlatiuorum eadem debet esse dispositio & natura. l. 1. vbi Baldus C. de cupres. lib. 10. Bald. in l. 3. in fi. C. de Sacrosanct. eccle. sed conductor, qui ante tempus migrauit, & recesit, ad omnem totius temporis pensionẽ tenetur, & propter hoc licitum est locatori in totũ à contractu recedere, & rem alteri locare. d. §. dominus. & l. dominus. in fin. ff. locati. & ibi per Scribentes. ergo idem dicendum est in casu, in quo conductor re vti nõ potuit, vt sibi à contractu recedere liceat, & pensiones futuri temporis solutas repetere. Nam † correlatiua simul & eodem tempore nasci dicuntur, & naturaliter simul esse secundùm Bal. signanter in rubrica C. de reb. cred. in fi. & hinc dicimus, ℣ † posito vno de correlatiuis, necessariò præsupponitur aliud l. fin. C. de indic vidui. tol. quia vnum sine altero esse non potest, Socin. in consil. 73. colum. 8. in princ. vol 3. Soc. Iun. in consi. 136. numero 32. vol. 3. & ideo in materia dicit Soc. Iun. in cons. 120. num. 3. volu 3. ℣ sicut locator, quãdo non habet vbi habitet, potest etiam infra tempus locationis expellere conductorem suæ domus. l. æde. vbi Bar. & Sal. C. locati. ita et per contrarium dici debet, ℣ quando cõductor non potest in domo habitare, & maximè sine culpa sua, debet sibi remissio mercedis fieri, etiam infra tẽpus locationis tum quia contrariorum eadem solet esse disciplina. Doctores in rubr. de acq. poss. tum etiam ne † locator & conductor ad impariaiudicentur. ita etiam arguit Boer. in decis. 243. nu. 9. item etiam dicitur, ℣ † quando conductor prohibetur vti & frui re locata facta tertij cui locator resistere potest, & non resistit, potest recedere à contractu, & tenetur ad omne interesse, etiam lucri cessantis conductori. vt per Bero. in citato consi. 140. colum. 3. At in casu, de quo agitur, conductor fuit prohibitus vti extractione vini, olei & caseorum facto dicti illustr. Comitis, item & similiter coligere pedagium in dictis terris, cui impedimento ipse Comes prouidere poterat, ergo licitum fuit ipsi conductori à contractu recedere, per ea quæ suprà dicta & allegata fuerunt, & tantò magis hoc dicendum venit, cum Franciscus Ocellus conductor protestatus fuerit de inobseruãtia & contrauentione conuentorum contra ipsum illustr. Comitem seu agentes pro eo, per † quam protestationem conseruatur ius protestantis, & in loco tuto collocatur. iuxta notat. per Dd. in l. non solùm §. morte. ff. de oper. noui nunt. Port. in consil. 24. numero 11. 47. num. 15. 61. numero. 40. & 135. nu. 33. cui † protestationi consensisse videntur dicti Agentes, cùm nihil contra ipsam protestationem opposuerint, & aliàs animum suum non declarauerint. Por. in cons. 31. num. 29.

¶ Non obstant modò, quæ ex aduerso adducuntur, & primò, ℣ † in cõtractibus nominatis propter inobseruantiam in essentialibus non receditur altera parte inuita, sed agendum sit ad implementum, vel ad interesse, iuxta not. in l. fin. C. de cond. ex cau. nisi sint alia. in quibus consistat causa finalis, & sine quibus pars non fuisset cuntractura. vt in l. cùm te fundum. C. de pact. inter empt. & vend. Quia pluribus modis respondetur & primò, ℣ satis constat ex allegatis in præcedentibus duabus conclusionibus licuisse & licere conductori ob pacta & cõuenta nõ seruata per illustrem locatorem ex facto & culpa ipsius recedere à contractu, & agere contra ipsum locatorem ad omne interesse, etiam lucri cessantis. Nec obstant notata in dicta. l. fin. Quia respondetur, quòd notata ibi & in alijs locis in motiuis allegatis non procedunt, vbi quis promittit locationẽ promissiones, conuentiones, capitula, & omnia ac singula in instrumento contenta apposita & inserta

serta perpetuò & omnia tempore firma, rata, & grata habere tenere, attendere, & obseruare, & in aliquo nunquam contrauenire, vel contra facere cum
32 iuramento. Quia †iuramentum debet impleri in forma specifica & non aliter. capit. ad nostram. vbi Doctores attestantur hanc esse communem opinionem, de iureiur. Corset. in tract. de iuramento, in quarto priuilegio. Bauer. in tract. de iuramento. numero 57. Iason. in consilio quarto columna secunda volumine tertio, & in consilio 41. columna secunda
33 in fin. volumine eod. Hinc videmus, quòd † licèt in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. de verbor. obligat. Tamen si super ipsa obligatione interponitur iuramentum, obligat præcisè promittentem ad factum. gloss. communiter approbata in l. si pecuniam. ff. de cond. cau. data. vbi Are. & Iason. Cuman. in consilio 182. columna fin. & hanc esse communem opinionem dicit Iason. in consilio 9. columna sexta volumine primo & in consilio 41. column. tertia volumine secundo, Dec. in capit primo columna 13. verficulo primo, quia de iud. Gozadin. in consilio 27. columna secunda 32. columna secunda, & 100. columna fin. quam vti magis communem & à qua in iudicando nõ sit recedendum, amplectitur Alexand. in consilio 37. columna tertia volumine 2. & 91. columna secunda, volum. eod. facit quod voluit Ruin. in consilio primo, in fin. volumine quar-
34 to, vbi dixit, quòd † valet promissio facti alieni cũ iuramento, quia promittens intelligitur factum proprium promisisse, id est, se facturum & curaturum. §. si quis alium. Institut. de inutilibus stipul. Doctores in l. stipulatio ista in princ. de verbor. obligat. & ideo si contrà fiat, non solùm promitttens tenetur ad pœnam & interesse, dicto vers. Celsus. sed etiam virtute iuramenti potest cogi præcisè ad factum. vt per Modern. in d. l. si pecuniam. Butr. & Abb. in cap. veniens. de iureiur. facit quod voluit Socin. in consilio 26. columna fin. volum. 3. in princ. vbi inquit, quòd si venditores iurauerunt obseruare contenta in contractu emptionis & venditionis, & non obseruauerint & venerint contra pacta iurata, ex quo erant maiores, & conuentio & iuramentum voluntaria fuerunt emptores non sunt obligati obseruare licèt contrà venditores, si vellent, agere possent, ad obseruantiam, vt in l. si quis maior. C. de transact.
35 quæ †locum habet in omni cõtractu, secundùm Doctores ibi communiter. Nec obstat si dicatur, quòd in instrumento conductionis non sit iuramentum: quia respondetur, quòd verba posita in fine ipsius instrumenti, ibi. & ita prædicta omnia & singula, promiserunt & promittunt sincere, fideliter, & prorsus inuiolabiliter attendere & obseruare, & in aliqua vnquam non contrafacere nec contrauenire per se, & vt suprà, sub iam dictis pœna & obligatione, ac sub vinculo & virtute dictorum clausulę hîc in fine præsentis instrumenti de earum expresso consensu appositorum, quã & quæ voluerunt habere vires & sortiri effectum iuramenti, secundum Marchionalis edicti dispositionem. habent omnem vim, & & producunt omnem effectum ac si tactis corporaliter scripturis fuisset iuratum. Item etiam ponderanda est illa dictio inuiolabiliter obseruare, quæ
36 † verba important id quod in corruptibiliter, vt per Bero. in consilio septimo numero 16. & sequen. volum. 3.

37 ¶ Secundò respondetur, ꝙ † notata in d. l. fin. de condit. ob cau. procedunt quoad actionem consequendam ad repetendum data & executa secus autem quoad exceptionem opponendam contra non obseruantem, agentem ex contractu, quem non seruauit, vt in casu nostro. Corne. in consilio 121. in fin. volum. 1.

¶ Tertiò dicitur, quòd quoties id, quod erat implẽdum, fuit causa finalis ipsius cõtractus, quę †cau-
38 sa finalis dicit, quòd respicit omnẽ dispositionem, & ad illam generaliter influit. Bal. in l. 1. col. 7. solut. matr. Corne. in cons. 35. col. 2. volu. 3. quos citat & sequitur Craue. in cons. 192. numer. 11. verficul. 5. Item
39 † & illa qua quis aliàs non esset facturus, vel eo modo, nisi fuisset illa causa. Bal. in cons. 340. col. 2. volu. 3. Craue. in cons. 142. numer. 9. & 192. nume. 21. quia
40 † tunc rescinditur contractus, etiam nominatus ob defectum dictæ causæ finalis non secutæ aut impletæ. d. l. cùm te fundum. Craue. in dicto consilio 192. nume. 22. Soc. in cons. 26. col. 3. volum. 3. sed in casu nostro negari non potest, quin implemětum extractionis vini olei, & caseorum & collectionis pedagij fuerint causa finalis, quare dictus Franciscus per uenerit ad d. conductionem, cùm ipsa respiciat totam obligationem, & ad d. contractum non deuenisset sine d. extractione & impositione postarum, cùm in eis consistat tota commoditas d. conductionis. Vnde stante dicto non implemento, videtur dicendũ, quòd legitimè potuit d. conductor recedere à conductione ratione d. inobseruantiæ, cùm iustã causam habuerit ab eo recedendi, quam considerat Bero. in d. cons. 140. nu. 37. vol. 1.

41 ¶ Nec refragatur, ꝙ † regula frangenti fidem, locum non habet in contractibus nominatis post executionem Bal. & alij in l. inciuile. C. de rei vendicat. Alexand. & cæteri in l. cùm proponas. C. de pact. Brun. in cons. 48. col. 2. in fi. Quia respondetur, quòd dicta limitatio sano modo intelligi debet, videlicet post executionem perfactam, quæ in casu præsenti non potest dici perfecta: quia etsi post conuentionem locator permiserit & passus fuerit extractionem vini, olei & caseorum, tamen demũ per ipsum locatorem fuerit prohibita, quia passus non est vti & frui beneficio dictæ extractionis, ad quod factũ successiuum erat obligatus, vt per Bartol. in l. si quis domum. ff. locati. dum ponit differentiam inter cõtractum venditionis & emptionis, ac contractum locationis & conductionis, de qua executione perfecta intelligitur dictum Bal. & aliorum; de quibus suprà secundùm Brun. in consi. prædicto 48. colu. 2. vers. nec etiem obstat.

¶ Vlteriùs dicitur, ꝙ respectu capitis collectionis pedagij non interuenit executio, igitur &c.

42 ¶ Pariter vis fieri non potest nec debet, ꝙ † supradicta regula etiam intelligi debeat, quando locator nõ seruauit fidẽ, circa illud capitulum vel cõnexum: secus si circa separatum. vt per Alex. & alios in d. l. cum proponas, in prin. Quia respondetur, ꝙ inobseruantia secuta fuit in extractione vini, olei & caseorum & in collectione pedagij, quæ sunt capita principalia dicti contractus. Secundò respondetur
43 ꝙ † data inobseruantia in vno capitulo, conuentio redditur nulla. vt per Castrens. in cons. 88. columna fina. ver. nec obstat. in antiquis. vbi dicit, quòd si pacta in quibusdam non fuerunt seruata, sed violata, nec alter seruare tenetur conuenta, & quod non valet dicere, quòd id procedit, si in nullo fuissent seruata, quia etsi in vno seruata non fuerũt, verum est dicere pacta nõ fuisse seruata: quia quando ratio sumitur in vniuerso, si in vno est falsa, reputatur in totum falsa. l. si is qui. §. vtrum. ff. de rebus dub. Non enim possunt dici pacta seruata si in vno fuerũt violata. Quia duorum contrariorum hæc est natura, ꝙ ad positionem vnius sequitur destructio alterius, & è contra. l. sed si pupillus. §. final. ff. de instito. & Pau. sequitur Cagn. in l. si quis maior, numero 134. C. de

transact. vbi citat Socin. ita etiam tenentem, & eo magis hoc dicendum venit stante iuramento, vel effectu iuramenti posito in dicto contractu locationis, quòd obligat præcisè, & debet impleri in forma specifica. iuxta dictum gloss. in l. si pecuniam. in verbo necesse habere. ff. de conditio ob caus. cui accedunt dicta per Bal. in d. l. pactà conuenta. de quo suprà fecimus mentionem in 1. conclusione, & quòd communitur ab omnibus recipitur. Tertiò respondetur, quòd in terminis nostris capitula non possunt dici separata sed connexa, & ideò q militaret regula. l. cùm proponas. C. de pact. Quòd autem sit cõ
44 nexa demonstratur: quia † capitula dicuntur cõnexa quando obligationes sunt correspectiuæ: quia vna fit cõtemplatione alterius, secundum Doctores in dicta l. cùm proponas. & in cap. 1. vbi Butr. Abba. & Moder. de iureiur. Brun. in allegato consi. 48. col. 2. At in casu nostro negari non potest, quin obligationes sint respectiuæ, magis est videre ex ipso contractu quàm referre. Item inquit Card. in dicto capit. tertio, de iureiur. quem sequitur Brun. in iam
45 sepius citato cons. 48 col. 2. q † quando capitula omnia congregantur in vnam obligationem, dicuntur connexa & correspectiua, sed ità est in terminis nostris, ergo &c.

¶ Ex his igitur resultare videtur firma & solida conclusio, quòd ex causis præmissis, licuit dicto Francisco recedere à contractu, qui recessus omnino prodesse habet eius fideiussoribus: quoniam liberato principali censetur etiam liberatus fideiussor Nec habet obstare, q ex quo cõductor non obstante protestatione ab ea recessit, perseuerando in condictione, q perseuerantia ipsa habet nocere nõ tantùm ipsi conductori, sed etiam eius fideiussoribus, cùm † protestatio nihil operetur, si ab ea recedi-
46 tur per factum contrarium: quia facta derogant verbis. Bald. in l. Nesennius. ff. de nego gest. Marsi. in rub. de fideiuss. Bero. in d. cons. 140. Quia respondetur, q quatenus de aliqua perseuerantia appareat, q illa tantùm potest nocere ipsi conductori, non autem fideiussoribus ipsis, qui acceptarũt dictam protestationem iudicialiter factam agentibus pro dicto illustri Comite, vnà cum dicto conductore supplicando, simul & semel protestando, per quam protestationem & acceptillationem, cui nihil fuit contradictũ per agentes prædictos, fuit ius ipsis acquisitum, quod eis inuitis tolli non potuit, ratione dictæ perseuerantiæ cõductoris. Nam regula est triuialis,
47 quòd † ius nostrum sine consensu nostro auferri nõ
48 potest l. ius nostrum. ff. de reg. iur. cùm † alteri per alterum iniqua conditio fieri nequeat. Paris. in consilio 157. numero 50. & sequenti. volum. 1. facit l. fin.
49 de pact. vbi † exceptio quæsita fideiussori, mediante pacto de non petendo facto reo principali, non potest inuito fideiussori auferri per contrarium pactũ de petendo, factum ab ipsomet reo principali, vbi etiam Ias. in 2. notabili. Accedit quod voluit elegãs Doctor dominus Ioannis Petruccius in l. fina. C. de pact. quem sequitur Soc. in cons. 91. nume. 7. volu. 4. vbi inquit, q ius quæsitum fideiussori ex contractu non potest nouo actu auferri sine facto eius, quando nouus actus nascit ex interuallo post ius quæsitũ.

¶ Non obstat, quòd si principaliter conductori non fuit licitum recedere à contractu, nec etiam fideiussori, cùm omne ius à iure principali reguletur quamuis fideiussor etiam inuito reo possit vti omni defensione reo competente. l. ex persona. de fideiusso. Vnde cùm ex perseuerentia conductoris nullum ius sit sibi quæsitum ad rescindendum contractum, ita nec fideiussoribus: quia nõ potest dici ius quæsitum fideiussorib. priùs quam principali. Quoniam aduertendũ est, quòd imò d. principali fuit q̃situm ius ante perseuerantiam per protestationem intimatoriam factam agentibus prædictis, quæ fuit per eos (vt dictum fuit) tacitè acceptata non contradicendo ei. Vnde cùm sibi fuerit ius quæsitum, ergo & fideiussorib. qui illam acceptarunt, protestando simul cum eo de inobseruantia conuentorum, cui protestationi etiã ipsorum fideiussorum acquieuerunt agentes ipsi. Vnde cùm tam ex persona principalis quàm ipsorũ fideiussorum ius eis fuerit quæsitum, nõ potuit tale ius ipsius inuitis auferri ex perseuerantia subsequuta per conductorem, & sic non militat fundamentum prædictum &c.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta inter patrem & filium non valet.*
2 *Donatio inter virum & vxorem non est valida.*
3 *Donatio facta inter patrem & filium contemplatione futuri matrimonij valet.*
4 *Consuetudo generalis & obseruantia communis pro lege obseruari debet.*
5 *Filius de iure nouissimo est capax acquisitionis, ita q hodie habes hæredem.*
6 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij conferri non debet, quia donatio simplex, & non ob causam.*
7 *Donatio vt dicatur ob causam requiritur quòd sit facta ob causam necessariam, quæ excludat liberalitatem.*
8 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij dicitur procedere ex mera liberalitate.*
9 *Donatio facta per patrem filio futuro clerico de victu & vestitu super bonis ipsius donantis, non imputatur in legitimam.*
10 *Donatio ex causa dotis vel donationis propter nuptias dicitur ob causam.*
11 *Statutum loquens de donationibus, habet etiam locum in donatione facta per patrem filio contemplatione matrimonij.*
12 *Donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis, dicitur simplex.*
13 *Donatio facta per patrem filio ratione matrimonij futuri, cum dicatur ob causam & non simplex: quia munita ratione naturali, conferri debet. & numero 15.*
14 *Mater licèt non tenatur dotare filiam, quando habet aliunde vnde se dotet, tamet si ab ea dotetur, dos ipsæ imputatur in legitimam, quia ad illam dotationem moueri dicitur mater ex quadam naturali affectione, vt facilius filia maritum reperiat, & melius ab eo tractetur,*
15 *Reprehenditur Crauetta in consil. 85.*
16 *Donatio facta per patrem filio, quæ ab initio valet, conferenda venit.*
17 *Donatio facta inter patrem & filium, quæ ab initio nõ valet, sed morte confirmanda venit, cum vim relicti habeat, conferri non debet.*
18 *Donatio facta filio in præmium emancipationis, cùm in vita donantis valeat, conferanda venit.*
19 *Pater si emit militiam filio, illam conferre tenetur.*
20 *Æqualitas est seruanda inter filios.*

CONSILIVM LXX.

DE duobus dubitari contingit, & primò, an donatio facta per D. Marcum Antonium Dn. Ioanni eius filio ad effectum, vt matrimonium contrahat cum D Elisabet de Amicis, sit valida: quia facta inter patrem & filiũ. Secundò verò si valeat, an ea sit conferenda cum dominis

minis Ioanne Francisco, & Carolo eius fratribus, cum quibus succedere vult in hæreditate paterna dictus Dn. Ioannes. Circa primum videretur prima facie dicendum quòd non: quia trita iuris est cõclusio, q; †regulariter donatio facta inter patrem & filium nõ valet l. donationes quas C. de dona. inter vir. & vxor. l. 2. C. de inof. dona. l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. ercis. argum. à speciali. Crau. consil. 141. nu. 1. Soc. Iun. in cons. 13. in prin. vol. 2. cons. 44. n. 1. vol. 1. Dec. in cons. 86. col. fina. & in cons. 432. nu. 3. 491. num. 5. & 470. num. 13. Bald. in cons. 51. column. prima, volumine 5. Port. in cons. 21. numero 25. 80. numer. 6. Crot. in l. frater à fratre. num. 68. de cond. inde. & ratio est, quia, cum ista donatio proficiscatur à patre, ipsi patri acquireretur. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Paris. in cons. 16. num. 24. volu. 2. 1 2 Ias. in cons. 171. colum. 4. volum. 4. Idem † etiam videmus in donatione facta inter virum & vxrem: qa regulariter prohibita est, l. prima, ff. de donattio. inter vir. & vxo. Dec. in cons. 526. in princip. Soc. Iun. in cons. 44. num. 6. vol. 2 96. num. 11. vol. 4. 60. num. 6. vol. eod. Cepha. in cons. 61. nu. 1. Port. in consil. 112. num. 118. & 41. & licèt in aliquibus casibus specialib. valere videatur, vt per gloss. in d. l. 2. & Mode. in d. l. frater à fratre, tamen casus, de quo agitur, non videtur esse de illis.

¶ His tamen non obstantibus contraria sentẽtia 3 est de iure verior, q; † imò huiusmodi donatio est valida & efficax, quod probatur ex notatis per Gui. Pap. in decis. sua. 145. vbi dicit, quòd licèt ista non sit sponsalitia largitas, nec donatio ꝓpter nuptias tamen est donatio inter viuos facta comtemplatione matrimonij per patrem in filium collata, & quæ facta extitit in contractu matrimonij, & est pars dicti contractus, & cõfunditur cum toto ipso contractu dotali, & fingitur esse vnus contractus, iuxta no. per Bal. in l. petens. C. de pact. Vnde cũ contractus dotalis valet fauore matrimonij, idẽ censeri debet de donatione facta per patrẽ filio in cohærentijs contractus matrimonij, cuius etiam cõtractus naturã retinet. iuxta not. in l. etiam ff. de inoffi. testa. l. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. & præsertim, cùm donatio fuerit conditionata: quia aliàs pater & vxor non consensissent dicto matrimonio, & ita valet saltem tanquam pactum cõditionatum. l. cùm donationis. iuncta gl. C. de transac. quam ipse sequuntur Cyn. & Bald. aliàs si diceretur in efficax, remanerent decepti. pater & filia, nec seruaretur æqualitas, vbi valeret, q; pater daret ex causa dotis fauore matrimonij & nõ valeret q; pater daret filio cõtemplatione matrimonij, quam tamẽ æqualitatem voluerunt iura seruari. l. illud. §. ad hæc. C. de colla. l. fin C. com. vtr. iud. & præsertim in contractibus dotalibus vt in 4 auth. de æqua dot. in rubro & nigr. Præterea † generalis cõsuetudo & communis obseruantia fouet tales donationes in contractibus matrimonij, quę cõ suetudo pro lege debet obseruari, vt not. in simil. ib. in l. pactum quod dotali. in secunda oppositio. C. de colla. alibi ipse Guido in consil. 12. in primo dubio. & consil. 87. col. 3. versi. non potest. Paris. in consilio 6. numero 24. vol. 2. Dec. in consi. 239. colum. 2. Iaso. in consi. 171. colum 5. versic. Item sicut volu. 4. Craue. in consi. 85. col. prima & secunda, Corn. in consil. 45. colu. prima, volu. 4. Natta in consi. 600. in primo dubio. Alcia. in cons. 56. in 3. tomo. nume. 3. Port. in consil. 80. numero 5. Franc. Marc. in quæstione 852. & sequent.

¶ Nec vis fieri debet in adductis ex aduerso. Quia respondetur secundũ Guid. Pap. in citata decis. 145. & Nattã vbi suprà q; † in plurib. casib. filius est capax 5 acquisitionis, maximè de iure nouissimo ita q; hodie habet hæredem. §. si quis igitur. §. consequens. si verò. in authent. de hæred. ab intesta. inter quos etiam venit enumerandus casus noster, quando fit donatio filio contemplatione matrimonij ad instar dotis, vt constat ex auctoritatib. suprà citatis.

¶ Venio ad secundum caput, in quo quæritur, an dominus Ioannes, qui vult succedere quondam domino Marco Antonio eius patri ex testamento cũ dominus Io. Franc. & Carolo suis fratrib. teneatur conferre prædictã donationem sibi factã contẽplatione futuri matrimonij. In quo videretur dicendũ 6 q; nõ quia † hæc donatio nõ dicitur ob cãm sed simplex quæ non conferẽ, vt patet: quia † vt donatio dicatur ob cãm, requiritur q; sit facta ob cãm necessariam quæ excludat liberalitatem, secus sit facta ex mera liberalitate. vt per Ang. in l. sed hoc ita. ff. de re iud. Ias. in l. inter eos. in 2. notabili. eo. tit. Io. Fabr. & Io. de Platea in §. præterea. versi. sed si quis. Instit. de act. Dec. in auth. ex testa. in 5. col. C. de colla. Tiraqu. in repet. l. si vnquàm in verbo donatione largitus. nu. 145. C. de reuoc. dona. vbi etiã Ripa. in quæst. 13. Corn. in cons. 45. col. 4. vol. 4. Vasq. in l. omnimodo 8 in §. imputari. nu. 260. C. de inoffic. testa. sed † huiusmodi donatio non videtur facta ob cãm necessariã, sed ex liberalitate, quia ad illam pater non arctatur, ergo conferri non debet tanquã simplex. ita Craue. in cons. 85. vbi inquit, q; si ista donatio esset ob cãm deberet cõferri, secus si simplex, & q; in materia collationis donatio ob cãm tunc dicitur, quando causa respicit fauorẽ donantis, quæ concludit liberalitatẽ, secus si sit aliã cã extrinseca quæ non impediat, quo minus dicat donationẽ ex liberalitate procedere, vt in casu præsenti, vbi donatio ipsa non habet in se cãm necessariam, putà dotis vel donationis ꝓpter nuptias, ad quã pater vel maritus respectiuè tenentur: quia pater tenetur dotare filiam, & maritus facere donationem propter nuptias, seu pater pro filio marito, iterum Craue. in consi. 114. num. 7. Accedit quoque, quod alibi scripsit idem Crau. in cons. 136. 9 vbi cõsuluit, donationem † factam per patrem filio futuro clerico de victu & vestitu super bonis ipsius donatoris, non imputari in legitimã: quia donatio ipsa dicitur simplex & nõ ob causam. Quoniam vt donatio dicatur ob causam, in materia imputatio- 10 nis, requiritur q; illa habeat in se necessitatẽ † prout est donatio ex causa dotis vel donationis propter nuptias, secus si fiat donatio ob causam, ad quam pater non tenebatur: quia tunc dicitur simplex, quæ non imputatur in legitimam. Corn. in cons. 45. col. 11 4. vol. 4. vbi concludit, † huiusmodi donationem etiam comprehendi sub statuto loquente de donationibus: pro qua sententia facit etiam, q; inquit Paul. de Castro in l. vt liberis. C. de collatio. vbi dicit do- 12 nationem † factam per patrem filio in præmium emancipationis dici simplicem, nec consideratur, q; fiat ob causam emancipationis: quia illa causa non excludit liberalitatem.

¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam vti veriorem amplectendam fore arbitror scilicet q; siue donatio huiusmodi fit ob causam, siue simplex debet conferri, & in primis moueor ex 13 conclusione, quæ habet, q; † donatio facta à patre filio fauore matrimonij, non dicitur simplex, sed ob causam: quia munita ratione naturali, vt probatur ex notatis per Picum in quartam. num. 196. ad l. Falcid. vbi inquit. q; † licèt mater non teneatur dotare filiam, quando aliunde habet vnde se dotet, iuxta notata per Scriben. in l. prima, ff. soluto matr. tamẽ si eam dotet, dos ipsa imputatur in legitimam: quia ad illam dotationem mater dicitur moueri ex quadam naturali affectione, vt faciliùs maritum repe-

riat & meliùs ab eo tractetur. Inquiens, quòd vbicunque pater mouetur affectione naturali, donatio dicitur ob causam naturali ratione munita & non ex mera liberalitate, & ideo dato quòd separetur à patrimonio dantis, ex quo à principio fuit in eius patrimonio, imputatur filio in legitimam, quod secus esset, si esset donatio simplex, cùm illa non imputetur in legitimam, sed latiùs hoc voluit ibi Berengar. in 3. part. in 2. articolo num. 73. versic. alij etiam putant. vbi dicit, ꝙ ex quo donatio, quæ fit per patrem filio contemplatione matrimonij, interim valet. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. ercis. illa imputari debet in legitimam, & ꝙ de iure dubitari nõ potest, quin conferri debeat, authen. ex testamento. C. de colla. & ꝙ causa huius definitionis est, quia si per illam l. Pomponius. prædia, quæ filiæ in potestate existenti conceduntur, hodie conferuntur. vt ibi per glos. ergo eodem modo donatio facta per patrem filio contemplatione matrimonij cõferri debet, quo fit, vt præcipua filio hodie esse non debeat, & quòd ista appellatur donatio ob causam, cùm pater stimulo naturali eam faciat, vt ei dotem pinguiorem, & vxorem melioris status inueniat. Pro qua sententia facit quod voluit Paris. in consi. 16. nume. 33. volumine secundo, vbi concludit, quòd filius, cui à patre fuit facta donatio contemplatione matrimonij quæ valuit à principio, & quæ dicitur donatio ob causam, vt dixi suprà in numero 24. si instituitur à patre cum alijs fratribus, si adiuit hæreditatem, vel illi se immiscuit, conferre debet donationem, nam sicut filia conferre debet dotem, quando hæreditati paternæ se immiscuit. l. prima, in prin. l. pater. ff. de colla. dot. l. pen. de collatio. bono. multò fortiùs hoc debet habere locum in filio succedente patri ex testamento, vt debeat donationẽ conferre allegat auth. ex testamento, iuxta glo. magna. vbi & omnes Scriben. de collatio. Idem voluit Ale. in consilio 57. in 3. tomo nume. 3. Cùm igitur hæc donatio sit ob causam, quia munita naturali affectione, nemini dubiũ est, ꝙ venit conferenda. Paul. de Castro & Alex. in l. vt liberis. in fi. C. de collatio. Alciat. vbi
15 suprà. Nec †obstant notata per Craue. in cõs. 85. quia respondetur prę suppositum suum falsum esse, dum inquit, donationem ob causam tantùm dici, quãdo quis ex necessitate legis cogitur ad illam faciẽdum, aliàs secus, quoniam etiam donatio facto filio contemplatione matrimonij dicitur ob causam, cũ procedat ex quodã stimulo paterno & affectione naturali, vt filius vxorẽ honorabiliorẽ inueniat, & pinguiorem dotem consequatur, & non ex mera & simplici liberalitate, vt per Picum, Berengar. & alios superiùs citatos, & ideò nimirum, si ipsa donatio ita conferatur sicut aliæ ob causam, vt est donatio causa mortis, & propter nuptias. Pero in cons. 53. num. 20. vol. 2. & in cons. sequen. in princ. Nam maximus est stimulus naturalis & affectio paternalis, qui quãdoque compellit, & cogit patres ad faciendum, quod aliàs non facerent. Nam hæc causa videtur quandã quasi fraternitatem habere cum dote & donatione propter nuptias, quæ conferuntur l. filiæ dotem. C. de collatio.

¶ Nec etiam verum videtur, quod tradit Craue, in d. cons. 85. ꝙ ex quo hæc donatio est simplex non venit conferenda. Quia respondetur, communem
16 esse opinionem, donationem † factam à patre filio, quæ est simplex, & valet in vita patris, conferendam esse, vt demonstratur ex auctoritatibus sequentibus & primò, ex notatis per Crot. in l. frater à fatre. numero 74. ff. de cond. indeb. in vers. infertur etiam.
17 vbi concludit, donationẽ † factam per patrem filio, quæ valuit in vita donantis, cõferendam. esse, secus si esset inualida viuente patre & confirmatione indigeret per mortem donantis: quia hîc non confertur, cùm habeat vim relicti. l. ea demum. C. de collatio. Scriben. in authentica ex testamento. C. eodem titulo. Idem firmat Corne. in consilio 289. litera A. la secunda, volumin. quarto, vbi consuluit, communem esse opinionem, quòd quando donatio facta per patrem filio est valida à principio, & non expectat aliam confirmationem per mortem donãtis, illa confertur. Allegat doctores in dicta auth. ex testamento subdens hoc esse de mente glo. & doct. communiter ibi qui omnes dicunt, ꝙ ideo Senius nõ cõfert donationem, quia habet vim relicti, ex quo requirit confirmationẽ per mortẽ donãtis, & sic glos. & sequaces aliter sentiũt, qñ valet in vita, & ꝙ in de ciliuis nõ sunt mutãda, quæ certam semp habuerũt interpretationẽ. l. minimè. ff. de legi. sed in hæredũ est carrocio. iuxta gl. in l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iur. cui sententiæ ẽt opitulantur dicta per Soc in consi. 91. col. 4. versic. quo verò. vol. 1. vbi ait, ꝙ simplex donatio facta per patrem filio confertur, quando fuit valida à principio, omissa disputatione Ioan. Azo. & Dy. ac aliorum, quos refert Cy. in dicta auth. ex te-
18 stamento. quia † sicut donatio facta filio in præmiũ emancipationis, quę valet in vita patris donantis cõfertur. l. vt liberis. C. de coll. ita & donatio facta per patrẽ filio in potestate, quæ valet in vita patris quia eadem ratio, quæ est in filio emancipato, vt conferat donationẽ, etiam militat in filio in potestate, ergo & eadem esse debet iuris dispositio. l. à Titio. ff. de verb. oblig. licet enim à coniecturata ratione arguere. glo. & doctores in l. quamuis. C. de fideicom. Item & quia, ratio propter quam filius in potestate non confert, quando nõ valet: quia habet vim relicti, cessat quando à principio est valida, vt est quando donatio est iurata. igitur cessat iuris dispositio. l. adigere. § quãuis. ff. de iure patr. & inquit, ꝙ inuenit ambos suos præceptores & Modernos ita tenere in dicta auth. ex testamẽto. & cum Soc. pertransit Ripa in dicta l. si vnquam, quæst. 15. in fi. & Craue. in cons. 104. num. 4. vbi post Soc. dixit, quòd filius in potestate tenetur conferre donationem sibi factam cum iuramento, sicut tenetur filius emancipatus & ratio est secundùm eũ, quia vtraque donatio ab initio valet, & tamen si non esset iuramentum, illa donatio conferretur. Natta in cons. 109. in prin. vbi tradit, ꝙ data à parentib. quæ valent in vita, conferuntur per filios, & ꝙ quàndo donatio valet in vita, tũc in omnibus illis casibus donatio simplex confertur Bero. in consil. 53. nu. 20. vers. respectu autem partis, vol. 1. & in cons. seq. nu. 22. & hanc sententiam communem inquiunt Cagno. in l. si emancipati. numer. 117. C. de collatio. licèt teneat contrarium. & Didac. var. resolut parte. prima, in c. Raynaldus. §. 2. col. fi. vers. ex quibus. de testa. & cum hac parte etiam pertransit Alciat. in cons. 57. in tertio tomo. nu. 4. Cassane. in cons. 53. nu. 71. vbi inquit, ꝙ quomodocunque sint donationes, de quibus in themate suo, siue ob causam, siue simplices, semper conferuntur, per gl. in d. auth. ex testamento. vbi communiter doctoro-
19 res de collatio. Item etiam sequeretur, ꝙ † si pater emeret militiam filio, ꝙ non teneretur illam conferre, quia pater non cogebatur illam emere filio, & tamen clarum est, ꝙ illa confertur. Bart. in l. prima, §. sed nec Castrense. ff. de collatio. bono. ergo præsuppositum Craue. erroneum. & eo maximè dicendũ est, quòd donatio prædicta conferenda veniat, ad
20 hoc † vt seruetur æqualitas inter filios, cuius causa inductum fuit, vt fieret collatio. d. l. vt liberis. l. fi. C. com. vtriusque iud. §. illud in auth. de trien. semis. Dec. in auth. ex testamento. col. finali. in principio.

Craue.

Craue.in conſ.125.num.7. Iaſ.in l.illud. in princ. C. de collatio. Ruin.in conſ.162.col.fin.vol.2.Cepha.in conſ.183.nu.2.Natta in conſ.109.col.1. Pariſ. in con. 16.nu.34 vol.2.Neuiza.in conſ.62.nu.11. Caſſane. in d.conſ.53.num.71.&c.

SVMMARIVM.

1 *Gabellam ſoluere non tenẽtur perſonæ eccleſiaſticæ de fructibus & reditibus ſuarum eccleſiarum.*
2 *Pedagiorum exactiones damnatæ ſunt tam de iure canonico quàm ciuili.*
3 *Perſonæ ſeculares exigentes gabellas ab eccleſiaſticis perſonis inciduntin pœnam excõmunicationis, Collegium verò & Vniuerſitas in pœnam interdicti.*
4 *Conſuetudo, quòd clerici teneantur ſoluere gabellam non valet.*
5 *Pedagia gabellæ & dacia ſunt onera realia.*
6 *Clerici ſunt immunes ab exactionib. ſecularium: quia poteſtas eorum penitus in clericos eſt interdicta.*
7 *Imperator non poteſt ſtatuere contra legem Dei.*
8 *Statuto ſi caueatur quòd vendens teneatur dare danarios duos Regi, ad hoc non tenentur clerici vendentes vinum vel frumentum ex præbendis ſuis.*
9 *Prohibitio facta de non vendendo vinum ad groſſum vel minutum, non comprehendit clericos vendentes vinum, vel vendi facientes ad minutum.*
10 *Clerici negotiantes gabellam ſoluere tenentur.*
11 *Vendentes vinum, bladum & oleum ex rebus ſuis non dicuntur negotiari.*
12 *Negotiari propriè hi dicuntur, qui rem emunt, vt eam integram lucri cauſa vendant: non illi, qui rem emunt, vt eam reducant ad aliquam formam.*
13 *Gabellarij exigentes gabellam à perſonis eccleſiaſticis, vltra quòd ſint excommunicati, tenentur ad reſtitutionem exactorum, & ad ſatisfactionem tranſgreſſionis competentem quæ arbitraria erit.*
14 *Clerici & perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur ad ſolutionem pedagiorum, & vectigalium proreb. & alijs, quæ deferuntur vſus ſui cauſa.*
15 *Secularis pro rebus, quæ deferuntur ſui vſus cauſa, gabellam ſoluere non tenetur.*
16 *Statutum ſi prohibet frumentum extrahi de Comitatu vel certo territorio, non intelligitur de eo, quod quis extrahit vſus ſui cauſa.*
17 *Gabellam quis ſoluere non tenetur de veſtimentis, quæ portat in dorſo.*
18 *Gabellam exigentes puniuntur pœna capitali.*
19 *Gabellam ſoluere non tenentur ementes res cauſa ſui vſus neceſſarij, licèt ex poſt facto mutauerit propoſitum.*
20 *Gabellam ſoluere quis non tenetur de annulis, quos portat in digito.*
21 *Statutum licèt ſit in ciuitate, quòd pro quolibet equo forenſi tranſeunte per ciuitatem gabellam ſoluere teneatur, non tamen tenebitur pro equo, quem equitat pro vſu ſuo.*
22 *Clerici licèt non teneantur ad ſolutionem gabellæ, tamen tenentur bona ſua profiteri gabellario.*
23 *Scholaris etſi non teneatur pedagium ſoluere de libris, tamen tenetur bulettam petere à gabellario, aliàs incidunt in commiſſum.*
24 *Clerici quòd deferant res vſus ſui cauſa, ſtatur eius iuramento, vel mentiorum ſuorum, niſi qualitas perſonarum repugnet.*
25 *Iudex eccleſiaſticus ad eundus eſt, quando eſt controuerſia inter clericum aſſerentem, res eſſe ſui vſus cauſa, & gabellarium firmantem contrarium, vt poſſit decidere, ſi iuramentum præſtandum eſt clerico.*
26 *Clerici etſi ſponte vel coactè gabellam ſoluant, Epiſcopus loci, in quantum tangit ius publicum & non priuatum, poterit prohibere offenſam factam eccleſiæ vniuerſali.*
27 *Epiſcopus requirere poteſt Epiſcopos vicinos, vt publicent excõmunicatos gabellarios exigentes gabellas à clericis, licèt non poſſit animaduertere in eos ſi legitimè requiſiti contra ius recuſent eos fouere.*
28 *Gabellarij cauere debent, ne incidant in pœnas, de quibus in c.quamquam.de cenſib. in 6. & in clementina præſenti.eod.tit.*

CONSILIVM LXXI.

DVO ſunt capita, ſuper quib. reſpõſum expectatur, quæ (iudicio meo) nullam penitus habent donationẽ, cùm ea reſoluantur per text. & leges apertas. iuxta l. ancillæ. C. de fur. primum enim eſt, an † clerici vel eccleſiaſticæ perſonæ teneantur de reditibus & fructib. beneficiorum & eccleſiarum ſoluere gabellam. Secundum verò eſt, an ſaltem de rebus, quę vehuntur cauſa ſui vſus & familiæ ſuæ, teneantur ad ſolutionem gabellæ. Et deueniendo ad primum concludẽdum eſt, q̃ non, per tex. clarum in c. quamquam de 1 2 caſib. in 6. vbi Papa mandat, ex † quo pedagiorum, exactiones regulariter ſunt damnatæ, tam de iure canonico quàm ciuili, q̃ eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ & res ipſarum, non ſolùm iure humano, verùm & diuino immunes ſint à ſecularium perſonarum exactionibus, vt † nec Collegium, Vniuerſitas, 3 nec etiam aliqua ſingularis perſona cuiuſcunque dignitatis, conditionis aut ſtatus exiſtat, ab eccleſijs aut perſonis pro perſonis ipſis aut rebus pedagia, aut guidagia exigere vel extorquere, per ſe ſeu per aliũ ſuo nomine, vel etiã alieno, aut eas ad huiuſmodi perſoluẽda præſumat contraria quorumcunque 4 locorum † conſuetudine, quæ dicenda eſt corruptela, nõ obſtante, & qui contrafecerint, ſi perſona fuerint ſingulares excommunicationis ſi autem Collegium vel vniuerſitas ciuitatis caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcunque ibſa Ciuitas, Caſtrum, vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant, nec ab excõmunicatione huiuſmodi abſolutione vel interdicti relaxationẽ obtineant, donec exacta plenariè reſtituerint, & de tranſgreſſione ſatis fecerint cõpetenter, Imũ plus in clem. præſenti. eod. tit. præcipit Epiſcopis & aliorum locorũ ordinarijs, vt has pœnas & ſententias publicent, illiſque ſub pœna excõmunicationis præcipiãt, ne ſint remiſſi in ipſarum pœnarũ publicatione. Idem etiã voluit Parpal. in l. placet. num. 101. C. de ſacroſ. eccle. vbi inquit, q̃ † licèt 5 pedagia gabellæ & dacia ſint onera realia. glo. in l. fi. C. de can. largit. lib. 10. & in l. 2. C. de priuil. vetę. lib. 12. tamen non tenentur ad ea clerici, per dict. cle. præſentem niſi ex cauſa negationis, vt ibi in verbõ negotiandi. Bertach. in tract. de gabel. in 7. parte prin. 6 in 7. quæſt. col. 3. vbi dicit, q̃ † clerici ſunt immunes ab exactionibus ſecularium, quia ipſorum poteſtas in clericos penitus eſt interdicta, cùm ſeculares nõ poſſint grauare eccleſiaſtiam libertatem. cap. nouit. de ſent. excom. authen. caſſa. C. de ſatroſanct. eccleſ. Abb. in c. non minùs. num. 17. de immunit. eccl. vbi tradit, q̃ bona clerici, & eccleſiarum, & eorũ bona habent à iure diuino immunitatem ab exactionib. ſecularium, † q̃ Imperator non poteſt ſtatuere con- 7 tra legem Dei. cap. ſunt quidam. 25. quæſt. prima, item Abba. in cap. innouamus. numero 4. de cenſib. vbi clerici non teuẽtur ſoluere vectigalia, quamuis per dominos temporales licitè impoſita. Iul. Ferre.

in tract. de gabel. nume. 444. Cyn. & Bal. in l. 1. C. de
8 Epiſc. & cler. vbi † ſi fieret ſtatutum, quòd vendens teneatur dare denarios duos regi vel communi ciuitatis, non tenentur clerici vendendo vinũ vel frumenta, quæ habẽt ex præbenda, quos ſequitur Bertach. vbi ſuprà. col. 4. & Iul. Ferret. in ſuo tract. nu.
9 447. vbi ampliat hoc procedere. etiamſi † ſtatutũ diceret, ſolui gabellam pro omnibus rebus & introitibus vendendis ad groſſum. Card. in conſilio 12. in primo dub. per text. in l. ſacro ſancta. C. de ſacroſanctæ eccl. de his C. de epiſc. & cler. Abba. in conſilio ſexto, in prima columna, & in ſecundo dubio. volum primo, Imò dicitur, quòd etiam non obſtante prohibitione facta de nõ vendendo vinum ad groſſum vel minutum, poſſunt clerici vendere ſuum vel vẽdi facere ad minutum, ſine ſolutione gabellæ. Bertach. in dicta ſeptima quæſtione, columna 4. verſ. an autem, dicens, ita conſultum Hieronymum Bononienſem. Quæ ſuprà dicta ſanè intelligas procede-
10 re, vbi † non datur negotiatio in clericis, vt per doctores in dicta clem. præſenti. per illum text. & Par-
11 pal. vbi ſuprà, qui † tamen non dicuntur negotiari, quando vendunt vinum, bladum, oleum, & ſimilia
12 ex rebus ſuis, quoniam † illi dicuntur propriè negotiari, qui emunt rem, vt eam integram lucri cauſa vendant, non illi, qui emunt rem, vt eã reducant ad aliquam formam, vel ſi vendant vinũ vel bladũ de reditib. ſuis recollectũ. ita Abb. ſingulariter in d. cõ ſil. 6. in fi. per tex. in c. ejiciens. 88. diſt. Berta. in d. 7.
13 q. col. 4. Ex his igit̃ liquidò cõſtat, q̃ † gabellarij, qui cogunt perſonas eccleſiaſticas gabellã ſoluere, ſunt excommunicati, & tenent̃ ad reſtitutionẽ exactorũ & vlteriùs ad ſatisfactionem competentẽ tranſgreſſionis, vt in d. c. quamquã, & in cle. p̃ſenti, in fi. & Card. in conſ. 12. & hoc propter iniuriam irrogatam Deo & homini c ſi res. 14. q. 9. quæ ſatisfactio erit arbitraria, ſecundũ Car. in cle præſenti. in 12. notab.

14 ¶ Venio ad ſecundũ c. in quo etiã dicitur, q̃ † clerici & eccleſiaſticæ perſonæ nõ tenentur ad ſolutionem pedagiorũ & vectigaliũ pro reb. & alijs, quæ de
15 feruntur vſus ſui cauſa: quoniã † vnuſquiſq; etiã ſecularis de talib. reb gabellam ſoluere non tenetur. C. de vectig & comiſ. l. ſi publicanus. §. 1. vbi etiam Bar. de publica. Bar. in l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. 1. vbi
16 ſi † ſtatutum prohibet extrahi frumentũ de Comitatu, vel de certo territorio, non intelligitur de eo, quòd quis extrahit vſus ſui cauſa, & Bar. ibi ſequuntur communiter Scribentes, vt refert ibi Ias. in 5. notabili. Ias. in conſ. 20. col. 4. verſi. quinto, volu. 1. Bertach. in tract. de gabel. in 7. par. in 7. queſt. col. 5. Iul. Ferret. in tract. de gabel. nu. 127. & ſequenti. Ruin. in conſ. 112. nu. 4. vol. 5. Franc. Marc. in deciſ. 4. nu. 4. in 2. part. vbi pedagium non ſoluitur, quando deferuntur blada, vel alia victualia vſus ſui cauſa, vel familiæ, vel reipublicæ. Bar. in l. ſed & ipſi. §. Iulianus. ff.
17 de naut. caupo. ſtab. vbi etiam dicit, quòd † de veſtimentis, quæ quis portat in dorſo nõ ſoluitur gabella, ſequitur Franc. Marc. vbi ſuprà colu. 2. & in deciſ. 285. tradit, q̃ illi qui emunt in mercatu victualia, quę deferũt vſus ſui cauſa neceſſarij, vel ſuæ familiæ, vt pro bladis, corio, vel veſtibus pedagium ſoluere nõ
18 debent, & † contra exigentes imponitur pœna capi-
19 talis. d. l. vniuerſi, quod inquit etiã procedere, † quãdo à principio quis emit cauſa ſui neceſſarij vſus licèt ex poſt facto mutauerit propoſitum. l. cætera. §. ſed ſi parauerit. de lega. primò, quia attenditur prima deſtinatio, & ideo licèt à principio, cũ quis emerit frumentum cauſa ſui vſus, vel vinum pro toto, licèt ex poſt reuendat: quia habet ſupra plus, non incidit in pœnam ſtatuti Iul. Ferret. vbi ſuprà nu. 174. & pariter non debetur pedagium pro faldagio, quod
quis portat retro equum ſui vſus cauſa, ſecundum
20 Bal. in l. ſed & ipſi. ff. naut. caupo. Nec † pariter de annullis, quos quis defert in digito, vel veſtib. quas quis defert cauſa ſui quotidiani vſus. Iul. Ferre. vbi ſuprà nu. 129. poſt Bald. in l. ſi laborante. §. ſed ſi volũtate. ad l. Corn. de iactu. & ideo dicit Anch. in conſil.
21 270. q̃ † licèt ſit ſtatutum in Ciuitate, q̃ pro quolibet equo forenſi tranſeunte per Ciuitatem teneatur quis ſoluere gabellam, nõ tamen tenebitur quis ſoluere pro equo, quẽ equitat pro vſo ſuo. Iul. Ferre. vbi ſuprà nu. 176. Franc. Marc. in deciſ. 214. par. 2. Bertach. vbi ſuprà dicta quæſtio. 7. Si ergo de iure communi vnuſquiſque non tenetur ſoluere gabellam pro his quæ deferuntur vſus ſui cauſa, vel familiæ, ergo nec clerici, vel eccleſiaſticæ perſonæ qui regulariter non tenentur ad gabellas, vt in ſpecie tradit Car. in d. clem. præſenti Bertach. vbi ſuprà col. 3. verſ. Item verum, vbi dicit, q̃ pro rebus. quas clerici tranſmittũt de loco ad locum ſuæ habitationis pro ſuis neceſsitatibus, gabellam ſoluere non tenentur, cũ non faciant principaliter ad queſtum. Boſ. in ſuo tract. crimin. in tit. de principe. n. 178. vbi amplectendo præſens caput & præcedens inquit, neminẽ dubium eſſe, q̃ perſonæ eccleſiaſticæ ſunt immunes hoc modo, videlicet, ſi habent bona, & ipſi illi colũt vel per alios, ducendo fructus, & q̃ omnes dicti fructus gaudere debent immunitate. d. c. quamquam. ſi verò bona non habent, ſunt immunes in rebus ad
22 vſum corũ. Eſt tamẽ aduertendũ, q̃ † licèt huiuſmodi perſonæ non teneant̃ ad ſolutionẽ gabellæ, nihilominus debent bona profiteri gabellario, quoniã apud Dd. receptum eſt, quòd priuilegiatus à gabellis, tenetur perfectè conſignare bona daciario. text. eſt in l. ſi. in §. diuus. vbi Bar. ff. de publica. & ideo ad propoſitum dicit Bal. in conſ. 79. col. 2. vol. 2. q̃ quis non debet ſibi ſua auctoritate ius dicere, ſed inſtructo daciario, & de eius conſcientia, ne colludatur, & fiat fraus gabellæ, appoſitis aliorum mercib. Franc. March. in deciſ. 41 columna ſecunda, in ſecunda par. & 285 in fi. in prima par. Bertach. in tracta. de gabel. in vltima par. quæſt. 29. vbi ſequendo Bar. in l. fin. in
23 §. quotiens. ff. de publica. inquit, q̃ † quãuis ſcholaris non teneatur ſoluere pedagium de libris, tamen debet petere bulettam à gabellario, aliàs libri incidunt in commiſſum.

24 ¶ Vlterùs aduertendũ eſt, q̃ † ſi gabellarij allegarent, res eſſe alienas & clerici proprias, vel quòd cõducuntur vſus ſui cauſa, ſtabitur iuramẽto nedum clericorum, ſed & nuntiorum, niſi repugnaret qualitas perſonarum: vt quia malæ conditionis, vel cõuictus de mendacio. iuxta glo. in l. qui ſemel. de regul. iur. ita glo. & Card. in d. Clem. præſenti. Parpal. in allegata. l. placet. nu. 111. Bal. in l. cùm proponas. colu. pen C. de nauti. fœn. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Franc. Marc. in d. deciſ. 41. col. 2. in 1. part. & 286. in 2. Bertach. in d. 7. quæſt. Boſ. in titul. de Principe. num. 176. Iul. Ferret. vbi ſuprà nu. 128. Dd. commu-
25 niter in d. l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. 1. & † ſi oportebit iudicem edire, quia qualitas perſonarum diſſuadet iuramentum, tunc adeundus erit iudex eccleſiaſticus, & non laicus. teſta. Card. in d. clem. præſenti. in ſexta quæſt. per tex. ibi in prin. ibi. locorũ. Dioceſani. iuncto fine, ibi. poſtquam de his conſtiterit. Bertach. in dict. ſeptima quæſtione, columna quinta, verſicul. nec prætereo. Iul. Ferret. in tract. de gabel. num. 433.

26 ¶ Præterea omittendum non eſt, quòd † etſi clerici ſponte gabellam ſoluerint, vel coactè. Epiſcop⁹ loci, in quantum tangit ius publicũ, cùm ſit defenſor iuris publici & reipublicæ. c. primo, de offi. ord. & non in quantum concernit ius priuatum, id eſt,

clerici

clerici soluentis, poterit prohibere hanc offensam commissam aduersus rempublicam, quæ consistit in sacris, & sacerdotibus. c. ius publicum. 1. distinct. & aduersus Episcopum ac vniuersalem Ecclesiam. Card. in d. clemen. præsenti. in 10. quæst. & Bertach. in d. quæst. 7. in 5. col. vers. circa prædicta: quinimò
27 † potest Episcopus requirere episcopos vicinos. vt publicent excommunicatos gabellarios exigentes gabellas à clericis, secundùm gloss. in d. clemen. præsenti. vbi etiam Card. in vndecima quæstione. licet non possit animaduertere in eos, si legitime requi- 1
siti, contra ius recusent eos iuuare. Card. in d. clemen. præsenti. in vndecima quæst. Bertach. in dicta quæst. 7. columna quinta, versic. quin etiam. Stantibus igitur supradictis, quæ non deuiant à vero trà-
28 mite iuris, cauere † debent personæ singulares gabellariæ, ne incidant in pœnam capitalem & sententiam excommunicationis, & ciuitates in interdicti sententiã, vt docet Card. in cons. 12. in fi. quamuis existimem gabellarios ipsos vt plurimum innodatos esse in dictis pœnis, sed væ illis.

SVMMARIVM.

1 *Agens temerè in expensas est condemnandus.*
2 *Remedium capituli reintegranda, ei non competit, qui ex culpa & contractu suo cecidit à possessione rerum suarum.*
3 *Minor factus maior si non est conquæstus de alienatione rerum suarum, censetur ipsam ratificasse.*
4 *Remedium capituli reintegranda ei competit, qui sine culpa & facto suo cecidit à possessione rerum suarum.*
5 *Quis in dubio præsumitur sine iusta causa cecidisse à possessione sua.*
6 *Tutor ante confectionem inuentarij, & antequam habeat administrationem rerum vel negociorum pupillarum, non potest vendere res pupillares.*
7 *Tutor, qui administrat non confecto inuentario, dicitur esse in dolo, adeò quòd contra eum datur iuramentũ in litem veritatis.*
8 *Tutor, qui administrat non confecto inuentario, debet puniri.*
9 *Alienatio rerum minoris facta omissis substantialibus à iure requisitis non valet.*
10 *Remedium capituli reintegranda datur contra ementem rem pupilli omissis solennitatibus à iure requisitis.*
11 *Dispositio l. fin. C. si maior fact. locum non habet, nisi in quatuor casibus, de quibus infrà.*
12 *Dicta l. pariter locum non habet secundùm ius canonicum, vbi malæ fidei possessor non potest aliquid cursu temporis acquirere.*
13 *Iuri canonico vbi tractatur de materia peccati, semper est standum in omni foro.*
14 *Qui mercatur contra iura est in mala fide.*
15 *Malæ fidei emptor rerum pupillarum non seruatis debitis solennitatibus, adeò habet præsumptionem iuris, & de iure contra se, quæ non recipit probationem in contrarium.*
16 *L. fi. C. si maior fact. alien. solum procedit, quando deficit decretum in alienatione rerum minoris*
17 *Argumentum à contrario sensu est validum in iure.*
18 *Dicta l. procedit & locum habet in minore sciente, & intelligente.*
19 *Expressa renunciatio sicut non trahitur ad ignorata, ita nec tacita confirmatio.*
20 *Pupillus quicquid videt ignorat.*
21 *Emptor malæ fidei rerum pupillarium tenetur, nedum ad fructus perceptos, sed etiam percipiendos.*

CONSILIVM LXXII.

VISO processu ad me transmisso, ac diligenter & maturè perspectis his, quæ in ipso descripta reperiuntur, prima consideratione dicendum videtur, quòd Dn. Ioannes Gamba. nulliter intentasse videatur remedium c. reintegranda. contra Dn. Franciscum de Angusolis pro recuperatione possessionis prædiorum & domus, de quibus agitur, quòd † tanquam temerè agens veniant in expensas condemnandus, iuxta l. eum quem temerè. vbi Bart. ff. de iud. quo-
2 niam indubitati iuris est, quòd † remedium ipsum ei non competit, qui ex culpa ac contractu suo cecidit à possessione rerum suarum. vt notant communiter Scriben. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poss. Ruin. in cons. 32. num. 8. volum. 1. 69. num. 14. 83. nu. 5. vol. eod. & in cons. 49. num. 9. vers. 4. non competit vol. 4. Alex. in cons. 92. vol. 1. & in cons. 30. vol. 5. At in casu præsenti d. Dn. Ioannes cecidit à possessione dictorum prædiorum & domus, ex contractu dictorum prædiorum & domus, facto per Dn. Angelũ Saregium eius tutorem, qui ad ipsorum alienationem deuenit pro soluendis creditoribus ipsius Dn. Ioannis, quòd per eum fieri potuit. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor.

¶ Secundò dicitur, quòd etsi dicta alienatio nulliter facta fuit, quòd † ex quo d. Dn. Ioannes minor
3 factus, maior non est conquestus de d. alienatione infra quinquennium, sed post multum tempus, censetur ipsam ratificasse, per tex. in l. fi. C. si maior factus, vbi habetur, quod alienatio bonorũ minoris nulla ex defectu decreti, confirmatur si per quinquẽnium post ætatem maiorem non sit conquestus & donatio validatur, si per decennium acquieuerit, perinde ac si à principio legitimè facta fuisset. Bal. in cons. 184. in verb. nunc venio. vol. 2. Alex. in con. 107. vol. 5. vbi inquit, quòd alienatio bonorum minoris nulliter facta, ratificata cẽsetur, si minor post maiorem ætatem tacitè contractum approbauit. Dec. in cons. 232. nu. 5. vbi talis ratificatio trahitur retro vsque ad tempus contractus. l. fi. C. ad Maced. c. ratihabitione. de reg. iur. in 6. in cons. 209. col. 1. & 254. colu. 3. in fi. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de domino. concluf. 4. in princip.

¶ Verùm re ipsa longè meliùs & diligentius perpensa, contrariam partem vti veriorem amplectendam arbitror, d. Dn. Ioannem, nempe potuisse agere remedio d. c. reintegranda. 3. quæst. 1. quoniam
4 communi calculo Dd. receptum est, dictum † remedium ei competere, qui sine culpa & facto suo cecidit à possessione rerum suarum. Alex. in consi. 51. in princip. volum. 1. & 103. in princip. volum. 7. Dec. in consi. 57. colum. 3. 449. num. 32. Curt. Iun. in consi. 131. in fin. Ruin. in consi. 32. nume. 8. volum. 1. dixi in consilio 50. nume. 4. volum. 2. & † qui in dubio præsumitur sine iusta causa cecidisse. Innoc. in cap. post electionem. de concess. præbend. Canonistæ communiter in ca. sæpè. de restit spol. sed in casu, de quo agitur, d. Dn. Ioannes cecidit à possessione dictorum prædiorum & domus, sine culpa & facto suo
6 quia † alienatio ipsorum fuit facta per dictum Dominum Angelum tutorem, non habentem legitimam personam faciendi huiusmodi alienationem ante inuentarij confectionem, & antequam habeat administrationem rerum vel negociorum pupillarium. l. fin. vbi notant omnes. C. arbitr. tute. Bart. in l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tuto. Corne. in consil. 207. litera C. Ruin. in consilio 63. numero 23. volum. 1. 108. num. 13. vol. eod. & in cons. 29. num. 10.

7 vol.5.vbi dicit.q† tutor, qui administrat non confecto inuentario est in dolo, & contra eum datur iuramentum in litem veritatis. Bero.in cons.146.col.
8 fi.vol.2.vbi dicit, quòd † tutor aliter faciendo debet puniri, vt in d.l.fi.arbitr.tutel.

¶Præterea dicitur, alienationem prędictam fuisse quoq; nulliter factã: quia † omissis omnibus substantialibus requisitis in alienatione rerum minorum, dẽ quibus per Afflict.in decis.48.Menoch.in tract.de arbitr.iud.casu 171.dixi in consi.33.vol.1.& in alijs locis. Quibus stantibus videtur concludendum, quòd licuit d.Dn.Ioanni agere remedio reintegrandæ, vt voluerunt in terminis Alex.in cons.1. col.fi.vol.4.Neuiza.in cons.85 nume.13.Menoch.in
9 tractat.dè recuperan.pos.in remedio 25.num.292. dixi in consilio 41.num.3.vol.3.cui sententiæ etiam assentitur Natta in cons.168.numer.34.versic.circà modum.

¶Restat modò, vt respondeatur adductis in con-
10 trarium,& in primis non obstat,q† dictum remedium non competit d.Dn.Ioanni, quia cecidit à possessione ex culpa & facto suo: Quia respondetur hoc esse alienum ab omni veritate, vt satis apertè constat ex rationibus suprà citatis.

¶Secundò non obstant notata in d.l.fi.C.si maior fact.alien.quia dicitur, legem ipsam non obstare in casu prẽsenti multiplici ex capite.& primò, quòd
11 † dispositio d.l.locum non habet, nisi in quatuor casibus, quorum primus est, quando minor fecit alienationem cum auctoritate tutoris vel curatoris. Secundus, quando minor alienauit sine tutoris auctoritate. Tertius, quando minor impetrauit veniam ætatis. Quartus & vltimus, quando tutor vendit res præsente pupillo.gloss.in d.l.fin.vbi Salyc.dicit extra hos casus locum non habere legem ipsam. Cor. in consil.207.litera G.volum.3.Capic.decis.92.col. 3.Ruin.in consilio 63.num.21.volum.1.idem voluerunt Bart.& Bald.in d.l.fin.dum recitant glo.ibi & eam non impugnant. ac Menoch.in tracta.de recup.possess.in 15.remedio.num.149. vbi asserit hanc esse communem Paris.in cons.49 nume.57.volu.1. vbi etiam asserit glos.supradictam communiter approbatam, sed in casu præsenti neutrum horum quatuor casuum interuenit, ergo non militat dispositio d.legis.

12 ¶Secundò respondetur,q† lex ipsa non procedit iure canonico impediente: est enim eo iure sancitũ, mallæ fidei possessorem non posse aliquid cursu temporis acquirere.c.vlt.de præscrip. quod ius canonicum in omni foro seruatur.Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccles.Ruin.in materia in cons.41. col.fi.
13 volu.1.nam † vbi tractatur de materia peccati, semper est standum iure canonico in omni foro. vt notatur in c.possessor.de reg.iur.in 6.Ale.in cons.34.colum.2.vol.3.& ita in terminis voluit.Butr.in cons.
14 45.quia † qui mercatur contra iura est in mala fide. l. quemadmodum.C.de agricol.& censi.lib.10.l.qui contra.de reg.iur.cui sententiæ assentiuntur. Ruin. in consi.41.col.fi.vol.1.Paris.in addit.ad d.l.fi.Anto. Gabr.in suis com.opin.in tit.de mino.conclusio.4.
15 num.13.At † in casu præsenti iste Dn.Franciscus semper fuit in mala fide, cùm emerit à tutore non seruatis debitis solennitatibus à iure requisitis, vt dictũ fuit, imò in mala fide adeò versari videtur, qui non seruatis iuris solennitatibus contrahit, vtcõtra eum fit præsumptio iuris & de iure, quæ contra se probationem non admittit.Ias.in §.si quis in fraudem. nu.45.de actio.

16 ¶Tertiò dicitur,q† lex ipsa procedit, quando deficit solum decretum in alienatone rerum minoris, quia tũc lapsus quinquennij inducit tacitam & præsumptam ratificationem ad hunc finem, vt sit perde, ac si cum decreto facta fuisset venditio, vt in d.l ibi minimè retractari eam occasione prætermissionis decreti, ergo à contrario sensu alia occasione
17 non prohibetur retractari, quod † argumentum à contrario sensu est validũ in iure.l.1.§.huius rei.ff. de offi.eius cui mand.est iurisd.& hoc voluerunt Iacob de Aret.& Cyn.in d.l.fi.dicentes, quòd dicta lex solùm locum habet, quando venditio habet dũtaxat defectum decreti, secus autem si non haberet causam legitimam & veram, vt contingit in casu isto, vbi d.venditio reperitur facta non tantùm sine decreto, sed etiam nulla subsistente causa legitima, & omissis omnibus alijs substantialibus, à iure requisitis in alienatione rerum minoris. Corne.in d. cons.207.col.penult.vers.quicquid autem. vbi dicit pro hac opinione ponderanda esse verba d.l.ibi sine decreto.& maximè iuncta gloss. quæ supplet, quòd si cum decreto intra quadriennium peteretur restitutio in integrum,& sic præsupponit, quod aliàs vẽditio valeret, cùm aliàs non competeret restitutio in integrum.l.in causæ.in princip.ff.de mino. vbi etiam subdit, ad hoc bene facere leges illius tituli.C.si maior fact.alien.quæ etiam loquuntur de defectu decreti, quam sententiam Cor.etiam sequitur Ant.Gabr.in suis com.opin.in tit.de mino.concluf. 4.num.5.& quod etiam voluit Bal.in cons.45.volu. 2.vbi ait quòd ille tex procedit, vbi contractus cum minore gestus est nullus ob non seruatam solennitatem de rigore iuris introductam in fauorem minorum: quia non interuenit decretũ, & in reliquis contractus est celebratus bona fide.secus si bona nõ esset celebratus: quia tunc taciturnitas quinquennij non officit minori, sequitur Natta in cons.162. num.34.vbi inquit, hoc alibi non legisse,& Menoch. in cons.29.num.48.

18 ¶Quartò respondetur,q† lex ipsa procedit in minore sciente & intelligente quid fecerit & eius præjudicium: quia tunc omna cognoscens per longum silentium dicitur tacita ratihabitione omnia confirmare, ita Soc.Iun.in cons.59.num.5.vol.1.quem sequitur Anto.Gabr.in suis com opn. in tit.de mino.
19 concluf.4 num.12.Nam † sicut expressa renunciatio non trahitur ad ignorata.l.mater decedens.ff.de inoff.testam. ita & multo minus tacita confirmatio. auth.multò magis.C.de sacrosanct.eccle.Plus enim nocere possunt expressa, quàm tacita.l.expressa.ff. pe reg.iur.Corne.in cons.207.col.fin.volum.3.vbi concludit, quod ex quo non fuit facta venditio præsente & sciente pupillo, qui erat infans, vt in casu præsenti,& non præsupponatur, quòd fuerit præsens.& si præsens non intelligens, neq; sciens, quia
20 † talis ætas quicquid videt ignorat.l.1.C.de falsa moneta.quæ intelligentia & prẽsentia requiruntur tempore venditionis, vt per glo & Salyc.in d.l.fin. quòd dispositio ipsius l locum non habet, quod & voluit Natta in d.consi.162.imò plus voluit Corne. vbi suprà, quòd licèt minor maior factus habuerit notitiam alienationis factæ, tamen hoc ei non officit: quia fortè non habuit notitiam, q; non interuenit decretum, ita quod potuit credere, non posse eã impugnare, & propterea tacendo non censetur habere velle ratum. Nam nemini dubiũ est, q; vt habeat locum d.l.requiritur, q; minor factus maior fuerit certificatus de qualitatibus venditionis, secundũ Spec.in tit.de empt.& ven.§.3.vers.si verò Paul. de Castro in cons.153.secundùm antiquam impressionem.Ruin.in cons.139.colum.3.volu.1.128.nu.4. & 69.volu.eod.& in terminis nostris. Ruin. in consil.63.num.23.volum.1.& Natta in citato consi.162. num.33.cum sequenti. Ex his igitur sequitur, d.Dn.

Ioannem

solennem validè intentasse dictum remedium reintegrandæ contra prædictum dominum Franciscũ & eum condemnandum esse ad restitutionem possessionis dictorum prædiorum, & domus vnà cum fructibus perceptis, postquam contra ius mercatus fuit. Ioan. de Plat. in l. 1. in fin. col. C. de fide instrum.
21 & iure hastæ fisca. libro 10. vbi dicit, ℣ † ille qui contra solennitatem iuris mercatur, quia dicitur esse in mala fide, tenetur nedum ad fructus perceptos, sed etiam percipiendos, & licèt aliàs titulus excusetin percipiendis. l. si fundum C. de rei vendic. tamen isto casu non excusat: quia titulus acquisitus contra prohibitionem legis habetur pro non titulo. dixi in cons. 57. num. 25.

SVMMARIVM.

1 *Bona subditi vasalli confiscata ex delicto criminis læsæ maiestatis in personam directi domini commisso, siue sint in territorio vasalli, siue in domino directi domini offensi, spectant ad dominum offensum seu ad eius fiscum. & nu. 18. & 1.*
2 *Veritas ab omnibus amanda, & sequenda est.*
3 *Mulctæ, pœnæ & confiscationes bonorum vti fructus, & emolumenta iurisdictionis meri mixtique imperij ad eum pertinẽt, cui iurisdictio merumque mixtum imperium spectat.*
4 *Vasallus inuestitus de territorio cum mero & mixto imperio ac omnimoda iurisdictione, dicitur etiã inuestitus de confiscationibus bonorum sitorum in eius territorio.*
5 *Regalium appellatione veniunt confiscationes.*
6 *Directus dominus qui inuestiuit vasallũ de mero mixto imperio, & omnimoda iurisdictione non potest cognoscere de primis causis ciuilibus, & criminalib. occurentib. in territorio vasalli.*
7 *Vasallus habet iura vtilia cum effectu.*
8 *Dominus immediatus habet omnes mulctas, pœnas & condemnationes, ac confiscationes bonorum subditorum suorum committentium crimen læsæ maiestatis diuinæ.*
9 *Dominus dicitur satis habere vltionem iniuriæ suæ, quando videt delinquentem puniri.*
10 *Contraueniens literis saluæ guardiæ à Principe concessis etsi dicatur crimen læsæ maiestatis incurrere, tamen vasallus inuestitus de mero & mixto imperio præsertim de regalibus, potest cognoscere de dicto crimine, & bona delinquentis proscribere & percipere.*
11 *Princeps si per edictum facit delictum, vbi non est delictum de iure communi, pœna applicatur inuestituro de mero & mixto imperio.*
12 *Pœna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur, vt suæ iniuriæ vltionem habeat.*
13 *Baro si concedit Castellaniam alicui cum quarta parte obuentionum, & contingat quòd aliquis committat delictum in Baronem, propter quod bona veniant publicanda, Castellanus non debet habere dictã partem, sed ea omnia applicantur Baroni.*
14 *Quod altari debetur in vindictam suæ iniuriæ, non debet alteri conferri.*
15 *Dominus directus si citet subditum vasalli sui sub pœna confiscationis bonorum, & ille sit contumax, adeò quòd propter eius contumaciam bona publicentur, dicta bona applicantur domino directo, etiamsi sint sita in territorio vasalli.*
16 *Bona confiscata si sint in diuersis dominijs, vnusquisque dominus territorij sui habet bona sita in suis finib. licèt alibi confiscatio facta fuerit.*
17 *Argumentum de crimine læsæ maiestatis diuinæ ad crimen læsæ maiestatis humanæ non valet, nisi in casibus à iure expressis.*
18 *Filij licèt puniantur ex delicto criminis læsæ maiestatis diuinæ commisso per matrem, non tamen ex crimine læsæ maiestatis humanæ commisso per matrẽ.*
19 *Non omnia quæ admittuntur in crimine hæresis, concedũtur in crimine læsæ maiestatis.*
20 *Declaratio ad tex. in c. 1. §. illud. de prohi. feu. alie per Feder.*
21 *Bona clerici condemnati per Episcopum applicantur domino temporali de cuius dominio mouentur.*

CONSILIVM LXXIII.

1 DIXI aliàs in cons. 78. vol. 2. quòd † bona subditi vasalli confiscata ex delicto criminis læsæ maiestatis in personam directi domini commisso, siue in territorio vasalli, siue in dominio ipsius directi domini offensi, spectant & pertinent ad dictum dominum offensum, vel ad eius fiscum. Nunc autem vidi quoddam consilium illustris Domini Octauiani Osischi, qui (salua reuerentia mea) nititur demonstrare contrariam partem esse veriorem. Quod equidem libẽter admisissem, si hoc iuri consonum vidissem. Sed
2 quia veritas † quæ ab omnib. amanda & sequẽda est. Bal. in tract. schis. in prima col. & in l. cùm ita. ff. de cond. & demon. tendit ad oppositum. Ideo sententiæ meæ adhærendum esse censeo, saluo saniori consil. Et vt clariùs hoc demonstretur, primò ponam argumenta sua, deinde fundabo hanc partem, & postea argumentis ipsis respondebo.

¶ Mouetur enim ex tribus conclusionibus, quarum prima est, ℣ † omnes mulctæ, pœnæ & confiscationes bonorũ vti fructus & emolumẽta iurisdictionis meri mixtique imperij ad eum pertinent, cui iurisdictio merumque & mixtũ imperium spectat, vt per Bart Castr. & Alex. in l. si diuortio. §. si fundum col. penult. versi. & faciunt. eo. tit. Ias. in l. imperium, num. 8. & 10. de iurisd. omn. iud. Craue. in cons. 128. numero 3. Brun. in consil. 31. num 9. Bos. in tit. de pœn. nume. 32. quod & voluit Natta in cons. 580. dixi in consil. 42. in princip. in 2. vol. & in allegato consi. 73. num. 8.

4 ¶ Secunda est conclusio ℣ † vasallus inuestitus cũ mero & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione dicitur etiã inuestitus de confiscationibus bonorum sitorũ in eius territorio. Iac. de Sancto Georgio in sua inuestitur. in verbo, cum mero & mixto imperio. num. 8. per l. vnicam C. sine iussu prin. Fulgos. in consi. primo, Ias. in cons. 57. col. tertia, versic. 6. fallit. vol. 3. Præpos. & Afflict. in tit. de pace tenen. versic. si verò aliquis. & in versi. hæreditatem. Nam sub nomine imperij meri comprehenditur confiscatio bonorum Dd. in d. l. imperiũ. Bos. in tit. de Principe. num. 22. præsertim si in inuestitura dicatur, cũ
5 regalib. † quorũ appellatione veniunt cõfiscationes. vt in titul. quæ sint regal. Natta in allegato cons. 580. dixi in suprà citatis consilijs.

6 ¶ Tertia est, ℣ † directus dominus, qui inuestiuit vasallum modo quo suprà, non potest cognoscere, nec se intromittere de primis causis ciuilibus & criminalibus occurentib. in territorio vasalli, nec minum apponere ad rem subiectam vasallo, quia † cũ
7 vasallus habet iura vtilia cum effectu, prætertur domino. Bal. in l. 1. quæst. 43. de rer. diuis. Brun. in cons. 31. n. 3. & cons. 47. n. 7. Bos. in titul. de pœn. num. 27. Soc. Iun. in consil. 126. numero 5. vol. 4. Bero. in consil. 24. nume. 3. & 10. vol. primo. Natta in consi. 418. in princip. & nume. 7. Gram. in decis. 30. numer. 2. dixi in con-

in consil.75.nu.11 Franc Marc.in q.91.nu.4. in 2.part. Bos.in tract.crimin.læsæ maiest.nu.99.Ias.in consil. 57.col.2.in fi. vol. 5.

¶Vnde ex his conclusionibus sequitur secundùm
8 eum,quòd † Dn immediatus, qui habet merum & mixtum imperium,& ad quem spectãt omnes mulctæ, pœnæ & condemnationes, & confiscationes bonorum,debet habere bona confiscata ex delicto subditi criminis læsæ maiestatis, in personam domini, existentia in territorio ipsius domini immediati vtilis,cũ sint fructus meri & mixti imperij, quos habet in loco infeudato,subdens, ita fuisse iudicatũ per parlamentum Delphinale in criminæ læsæ maiestatis diuinæ, vt inquit Guid.Pap.in quæst. 75. poterat etiam allegare Mar.de Laude.in tract.de Principe.in tit.de fisco. concluf. 24. quem sequitur Bos. in tit.de hæret. num.34. pro qua opinione videtur (secundùm eum) in terminis,tex.in ca. 1.§.illud.de prohib.feud.alie.per Fede.vbi si vasallus dominum domini sui offenderet,feudum reuertitur ad dominum immediatum à quo feudum habuit, non autem ad dominum mediatum offensum,quem text. allegat Afflict.in tit.de pace tenen.& eius violato.in 10.notab.nu.5.& seq. Poterat etiam ad hoc allegare Iser.in c.1.col.3.si vasal.feud.priue.& in c. 1. de vasal. decrep.æta. Affli.in decis.282.in 2.dub. vbi inquit ita fuisse iudicatum in constitutione post mortem. in fin.Natta in consi.119. & Craue.in consi.128.num.6. allegat quoq; Bos. in tit.de crimine læsæ maiest. nu. 105.vbi dicit esse attendendam formam priuilegij. Nec habet obstare secundùm eum, quòd dominus non diceretur habere vltionem suæ iniuriæ, si bona sita in territorio vasalli ipsi applicarentur: Quia
9 respondetur, quòd † satis dicitur dominus habere suæ iniuriæ vltionem,quando videt delinquentem puniri, vt dicit Natta in d.consi.119.col.2. & ideo di-
10 cit,quòd † etsi contraueniens literis saluaguardiæ à Principe concessę dicatur crimen lęsæ maiestatis incurrere.l.1.ff.ad l.Iul maiest.attamen vasallus inuestitus de mero & mixto imperio, præsertim de regalibus, potest cognoscere de d.crimine, & bona deliquentis proscribere,& percipere.Allegat Guid.Pap. in quæst.57.Ias.in consil.57.vol.3.item,quòd his etiam addi possunt,quæ scribit Bos.in titul.de pœnis.
11 num. 25. vbi † si Princeps per edictum facit aliquid esse delictum,quod de iure communi non est delictum, pœna debetur vasallo inuestito de mero & mixto imperio.

¶Sed his & alijs similibus non obstantibus contrariam sententiam,& de qua in d.consi. meo 78. tenendam fore arbitror ex infrascriptis & primo, q
12 † pœna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur, vt suę iniuriæ vltionem habeat.l.cum emancipatis.§ emancipatus filius.ff.de coll.bon. Ioan. de An.in c.ad liberandum.de iud.Brun.in consi.31.col. penult.Natta in consil.580 nume.7.& per alia,quæ allegaui in dicto consi.nume.12. cum nonnullis seq. sed in casu præsenti Princeps principaliter læditur, ergo lucrum debet esse ipsius in suæ iniuriæ vltionem.

¶Secundò accedit,quod scribit Oldr.in con.148.
13 vbi inquit,quòd † si Baro concesit Castellaniam alicui cum quarta parte obuentionum,& contingat quòd aliquis committat delictum in Baronem, propter quod bona veniant publicanda, quòd Castellanus non debet habere dictam partem, sed ea omnia
14 Baroni applicantur:quia † quod alicui debet in suæ iniuriæ vindict.m,alteri conferri non debet,& Oldra.sententiam sequuntur Bal.Præpos.& Affli.in c. 1.de Cap.qui Cur.vend Iaco.de S. Georg.in inuest. sua in verbo de Castro rubei.col.2. quia quod alicui debetur in vindictam suæ iniuriæ, non debet alteri conferri.per d.§.emancipatus, quod inquit fortificari optima ratione, vt ipse Princeps habeat vltionem suæ iniuriæ.c.1.§.penult.quæ lit prima cau.benef.amit,Natta in consi.580.col.3.Gramat.in consi. 6.num.5.Bos.in tit.de pœnis.num.28.ergo idem dicendum venit in terminis nostris, vt omnis confiscatio cedere debeat lucro domini directi offensi in vltionem suæ iniuriæ.

¶Tertiò facit,quod voluit Natta in citato consi-
15 lio 580.in 2.dubio vbi concludit,quòd † si dominus directus citet subditum vasalli sui sub pœna confiscationis bonorum,& ille sit contumax,adeò q; publicentur eius bona ad contumaciam, omnia bona publicata,etiam sita in territorio vasalli, applicãtur domino directo in vltionem suæ iniurię,ergo multo magis id dicendum venit in casu nostro,vbi facta est offensa in personam domini.

¶Quartò, in terminis ita dixerunt Bos.in tit. de pœnis.num.28.vbi propriè ait, publicationem bonorum pro crimine læsæ maiestatis in supremum dominum non esse feudatarij sed domini,quia Princeps videtur sibi reseruasse vltionem suæ iniuriæ,& subdit q; ita vidit iudicari AEgid.in consi.15.colu.5. ver.4.quæritur.Brun. in consi.31.colu. penult.Craue.in consi.128 colum. fin. Natta in citato consi. 580. in 2.dubio.

¶Verum quia tota difficultas consistere videtur in respondendo ad allegata in contrarium, ideo ad ipsorum resolutionem condescẽdo,& dico non obstare tres conclusiones, de quibus suprà: qui admit-
16 to verum, quòd † ad vasallum inuestitum de mero & mixto imperio spectant mulctæ,pœnæ,condemnationes,& confiscationes bonorum subditi delinquentis in suo territorio, vel aliorum condemnatorum,in publicatione bonorum facta per iudicem alieni territorij pro delictis communibus: quia tunc & ipso feudatarius habebit bona sita in suo territorio,vt per AEgid.in tit.de pœnis, quæst. 2. Rom. in sing 478.Cassan.in consue.Burgund.rubrica 9.§.15. in verbo & les heritages.num.1.Mars.in.l.fin. num. 186.ff.de iurisd.omn.iud.& Soc.in consi.102.col.1.versic.confirmatur.& per alias auctoritates quas citaui in d.consi.78.num.14. sed non pœnæ, & confiscationes bonorum ratione delicti criminis læsæ maiestatis commissi in dominum directum, per decisiones supra citatas: quia illæ ad eum spectant in vltionem iniuriæ suæ.

¶Nec obstat ita iudicatũ fuisse per parlamentum Delphinale in crimine læsę maiestatis diuinæ,vt refert Guid.Pap.in d decis.75.Quia respondetur duo
17 bus modis: primò, quòd † non valet argumentum de crimine læsæ maiestatis diuinæ, ad crimen læsæ maiestatis humanæ,nisi in casibus in iure expressis vt voluit Præpos.in c.penult.§.porrò.6.q.1.& ideo ex hoc dicit Gigas in tract.de crim.læsæ maiest. in 3. libr.in tit.de pœnis,quas filij incur. patre com.cri-
18 min.læsæ maiestatis.quæst.17. in fin.quòd † licet filij puniantur ex delicto criminis læsæ maiestatis diuinæ commisso per matrem, non tamen puniuntur ex criminæ læsæ maiestatis humanæ commisso per matrẽ,quia hoc in iure non est expressum. Nam (vt inquit Igneus in l. necessarios. §. non aliàs. nu-
19 mero 11.ff.ad Syllan.) non † omnia quæ admittuntur in crimine hæresis, conceduntur in criminæ læsæ maiestatis. Gigas in tract.de crimine læsę maiestatis in tit. de plur. & var. quæst.

¶Secundò respondetur ex mente Craue.in consil. 128.col. fi.quòd etsi in crimine læsæ maiestatis procedat sententia supradicta. vt dominus habeat iniuriæ suæ vltionẽ,secus tamẽ est in crimine hæresis, q;

immediatè

immediatè & principaliter cõmittitur contra Deũ, non contra Principem humanum: quia tunc cessat ratio vltionis suæ iniuriæ: vt probatur expressè in c.cùm secundùm.de hæret.in 6.

20 ¶ Non obstat tex.in c.1.§.illud † de prohi. feud. alie. per Feder. & notata per Afflict. & alios vbi suprà. Quia aduertendum est, quòd loqnuntur in casu:in quo delinquens tenebat feudum à Barone. Vnde nimirum est, si delinquendo secundus vasallus feudum reuertitur ad dominum, à quo illud tenebat, cum ei concessum fuerit conditionaliter, si fuerit fidelis.c.1.§.vlt.quæ fuerit prima causa.benef. amic.Cur.Iun.in tract.feud.in 5.par.num.2.versista ergo.Alcia.in responso.99.num.17. qua conditione deficiente actus dicitur resolutus. l. necessario.§.1. ff.de pericul.& commod.rei vendit. vnde cùm non fuerit fidelis, meritò feudum reuertitur ad Baronem,& ideo habetur perinde ac si nunquam fuisset concessum,vt in simili dicit Menoch.in cons.99.nu. 138.cum duobus seq.profectò enim esset absurdum, quòd qui infeudauit pœnam, deberet pati ex delicto vasalli infeudati,vt etiam in simili tradit Craue. in d.cons.128.col.2. vers.tertio principaliter.vbi ait, quòd bona,de quibus in casu suo,pertinebant ad dominos Pisanzoni, esto quòd mouebantur de directo dominio ipsorum dominorum. Vnde facta confiscatione vtile dominium consolidatum fuit cum directo,& ita ad dominum directum reuersum est. per notata per Oldra.in cons.7.col.3. versic. nec ob-
21 stat,vbi concludit,quòd † bona clerici condemnati per Episcopum applicantur domino temporali, de cuius dominio mouentur:aliàs in absurdum sequeretur, quòd dominus directus pœnam pateretur ex delicto emphyteutæ, si bona emphyteutica principi applicentur,qui ea ab inferiore non recognosceret,nec ab eo inuestiri peteretur.

¶ Pariter non habet obstare, quòd satis dicitur dominos habere vltionem iniuriæ suæ, si videt delinquentem puniri: Quia respondetur,quòd si hoc esset verum,etiam sequeretur,quod quando dominus dat Castellaniam alicui cum 4. quarta obuentionum,quòd Castellanus deberet habere dictam, quartam,quando offenditur persona Dn. quia videret delinquentem puniri in omnibus bonis suis, & tamen hoc est falsum, vt est cõmunis Dd. sententia, de qua suprà,quæ in hoc non habet contradicẽtem. Plus sequeretur, quòd etiam quando subditus vasallus citati non comparet ad mandatũ Dn.superioris,quòd satis diceretur dominus habere vltionem suæ iniuriæ,si videret punitum cõtumacem,quamuis bona sita in territorio vasalli si bi applicarentur, & tamen hoc est alienum ab omni iure, vt inquit Natta in cons.580.in 2.dubio,nam si hoc locũ haberet:pœna lucri non cederet lucro eius,qui principaliter lædit, vt iniuriæ suæ haberet vltionẽ,sed etiam alteri conferretur,q̃ non est dicendum,vt in d.§.emancipatus filius,& alia quæ suprà citata fuerũt.

¶ Non obstat denique quod dicitur de contrauenite literis saluaguardiæ: quia etsi dicatur committere crimen læsæ maiestatis,l.1.ff.ad l.Iul.maiest. tamẽ vasallus potest cognoscere de dicto crmine, & bona delinquentis proscribere. Quia respondetur,quòd in casu consultationis ius clarè apparet (vt ipse dicit)q̃ concedens saluaguardiam nullo modo volebat derogare iurisdictioni ipsorum nobilium Carroni.Ideo nimirum,si ipsi nobiles potuerũt cognoscere de contrauentione prædictæ saluaguardiæ,facta per subditos suos, & eos condemnare ad commodum & vtilitatem suam. Sed in casu præsenti sumus in diuersis terminis,vt patet ad sensum: quia dominus, contra quem commissum est crimen læsæ maiestatis, debet habere totum commodum & lucrum delinquentis,in suæ iniuriæ vltionẽ, quam reseruasse videtur. ca.1.§. penult. quæ sit prima cau. benef.amit.

¶ Vltimò non obstant scripta per Bos.in titul. de pœnis nu. 25. quia contrarium tenet ipse Bos.in terminis nostris criminis læsæ maiestatis,in d.titul.de pœnis. num. 28.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ facta vxori à marito constante matrimonio non valet.*

2 *Quod ampliatur procedere,etiamsi in instrumento ipsius confessionis esset iuratum,omnia & singula in eo contenta fore & esse vera.*

3 *Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio non præiudicat creditori.*

4 *Accessorium introduci non potest sine principali.*

5 *Confessio dotis receptæ facta per maritum constante matrimonio non præiudicat creditori, lapso etiam tempore statuto ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis.*

6 *Creditores non prohibentur vti exceptione non numeratæ dotis, licet debitor principalis exceptione illa nunquam vsus fuerit.*

7 *Confessio mariti de dote recepta non præiudicat fisco, ad quem bona mariti peruenerunt.*

8 *Dispositio auth.res quæ.C.com. de leg. locum non habet in dote confessata, sed contrà nu.21.*

9 *Confessio dotis facta constante matrimonio, cum lapsu temporis statuti à iure ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis,præiudicat creditori posteriori.*

10 *Confessio dotis facta constante matrimonio, cum lapsu temporis ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ,tantum operatur,quantum vera & realis solutio dotis.*

11 *Confessio dotis facta constante matrimonio, licèt præsumatur facta in fraudem creditorum præteritorum, non tamen respectu futurorum,quia eo casu non ita simpliciter præsumitur facta in fraudem, sed de eo constare debet ex aliquibus coniecturis.*

12 *Coniecturæ,quòd dos constãte matrimonio fuerit facta in fraudem creditorum futurorum, sumuntur quando breui tempore post confessionem contrahitur debitum cum alijs creditoribus, vel fieret confessio de magna summa & nimis excessiua.*

13 *Aduocatus aduertere debet,quando allegat fraudem vt deducat & probet,quòd habito respectu ad futuros creditores, saltem de proximo creatos,bona confitẽtis non sufficiebant,& quòd ita fiebat verè, vel præsumptiuè,aliàs non videtur sufficienter probatum de fraude.*

CONSILIVM LXXIIII.

QVAESTIO præsens, an confessio dotis receptæ facta constante matrimonio per Mag. Dn. Antonium de Gabrielis Mag. Dn. Isabellæ eius vxori præiudicet Domino Troclo de Vrsis, creditori prædicti domini Antonij, difficilis est: vt inquit Didac.in 2.tomo var.resolut.cap.7.colum.15. versiculo de creditoribus.Alexan.in l.prima, columna 15.ff.solut. matr.& hoc propter varias doctorum opiniones, vt tradit Alciat.in consilio 332. in princip. ideoque vt veritas ipsius magis eluceſcat, non recedendo à solito meo more, primo adducam nonnulla pro parte negatiua,demum concludam pro parte affirmati-

ua, se-

ua, sequendo semper quæ communiter scripta reperiuntur à Dd. in casu, de quo agitur.

¶ Deueniendo igitur ad rem ipsam, primò dicitur, quòd † cum instrumentum d. confessionis dotis receptæ facta constante matrimonio præsumatur factum animo donandi, quòd illud non præiudicat marito, nec contra eum probat. l. quod de suo. C. de dote caut. non nume. Bart. & alij communiter in l. si diuortio. ff. de verbo. obliga. Soc. in cons. 82. in princip. vol. 3. vbi asserit hanc esse communem. & in cons. 61. col. 2. volum. 1. Alex. in consi. 45. in fi. 255. in princip. Ruin. in consi. 56. colum. 1. vol. 5. & in consil. 190. num. 3. volum. 1. Grat. in responso 54. nu. 28. in prima part. 36. num. 4. volum. eod. vbi etiam ait hoc com muniter teneri. Quod † ampliatur, etiam procedere secundùm Soc. in l. 1. col penul. vers. sed à præmisso. ff. solut. matr. si in d. instrumento esset iuratum, omnia & singula contenta in instrumento confessionis fore vera, quia eo non obstante poterit opponi exceptio non numeratæ dotis & simulationis: Quia sicut pars potest remittere iuramentum ad sui vtilitatem præstitum c. 1. de iureiur. ita & exceptionem periurij resultantem ex iuramento ad sui vtilitatem præstito, cùm sit eadem ratio. Felyn. in d. c. 1. ideo si allegatur simulatio, & pars aduersa opponat de periurio, replicari poterit, quòd periurium remisisse videtur, ex quo consensit cõtractum fieri simulatum, & omnia in instrumento apponi ad simulationum corroborationem. ita Imol. in ca. cùm contingat. de iureiur. item & quia maritus tractat de damno, & mulier de lucro, poterit maritus se defendere allegando suam turpitudinem. Plus, quia emanauit d. confessio inter personas prohibitas, constat eam esse simulatam. Ideo satis est marito allegare ius non competere, nec opus est de exceptione simulationis opponere. Barto. in cons. incip. Petrus Nicolæ. Gozad. in cons. 28. num. 25. Ruin in cons. 154. colum. 2. vol. 5. 135. colum fi. 142. colum. 2. 190. num. 8. vol. 1. ac in consil. 132. nume. 7. volum. 4. Anton. Gabr. in suis com. opin. in titul. de iure dot. conclus. 4. in fin. & in tit. de dona. conclus. 4. nume. 8. quod an sit verum, pro nunc non discutio, cum sub iudice pendeat lis. Si ergo marito non officit d. confessio, ergo † nec d. Dn. Troclo creditori nocere debet. Imol. in l. si constante. ff. solut. matr. quia d. mulier non potest excludere creditorem, habentem bona mariti obligata, nisi ratione dotis priùs constitutæ & hypothecæ contractæ in dictis bonis mariti. Vnde cùm dicta confessio quoad maritum sit inefficax & inualida, sequitur quòd ius pignoris quod venit accessoriè ad ipsam confessionem in personam mulieris, non possit subsistere. cum † accessorium introduci non possit sine principali l. fideiussor obligari. in princip. & in l. si mihi & Titio. ff. de fideiussor. & si vitiatur, & annullatur principale ius contra maritum, vitiatur etiam illud, quod venit in consequentiam contra creditorem mariti. l. 3 §. quæ habet, de seru. rust. prædio. Alexan. in consi. 142. colum. 2. volu. 5. Ruin. in consil. 173 colum. 2. vol. 4. Gozad. in cons. 28. nu. 29. Aret. in consi. 86. col. 2. in princip.

¶ Nec habet obstare, quòd præmissa procedere possunt, nisi esset lapsum tempus statutum à iure ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, iuxta notata per Bartol. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. vbi vult, talem confessionem præiudicare marito & creditoribus, quando effluxa sunt dicta tempora. Quia respondetur, quod dicta per Bar. ibi locum habent, quando ante matrimonium emanauit huiusmodi confessio, secus si constãte. Ita Soc. in d. l. 1. col. pen. vers. 2. limit. ff. solut. matr. vbi allegat Bal. in rubrica de priu. dot. qui ita intelligit Bar. Aret. in §. fuerat. Instit. de act. Goz. in cons. 28. nu. 24. Ruin in cons. 137. nu. 6. vol. 4. Grat. in responso. 55. in fi. in 1. part. & in cons. 63. nu. 15. in 2. parte.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd † confessio dotis receptę facta per maritũ vxori constante matrimonio non officit creditoribus, dato & lapsum sit tempus legale ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, secundùm Soc. in d. l. 1. nu. 101. vers. limit. si enim ex confessione præsumitur donatio, & consequenter simulata confessio, lapsus dicti temporis non potest quid operari: quia obstat exceptio simulationis, quæ est perpetua. Cepha. in con. 101. nu. 22. Fely. in cap. si cautio col. 3. vers. fallit vltimò. de fide instr. Bulga in d. l. 1. num. 1. solut. matr. vbi etiam Aret. Bero. in consi. 108. col. pen. vers. procedunt etiam vol. 3. Anton. Gab in suis com. opinio. in tit. de donatio. conclus. 3. nu. 12. cum sequenti. Iaf. in d. §. fuerat. Didac. var. resol. tomo 2. cap. 7. num. 7. pro qua sententia primò facit tex. in l. si cui. C. de non num. pecun. vbi dicitur, quòd † creditores non prohibentur vti exceptione non numeratæ dotis, licèt debitor principalis illa exceptione nunquam vsus fuerit, per quem text. ita mouetur Socin. in dicta l. prima.

¶ Nec obstat (secundùm eum) si dicatur, & illa verba (eo supersedente) debent intelligi, & principali debitore non opponente intra tempora admittitur creditor. Quia replicatur, quòd lex vtitur illa dictione nunquam vsus fuit, & sic vult, quòd omni tempore possint creditores illa exceptione vti, quã partem etiam per d. l. tenuit Roma. in consi. 445. colum. fin. & in d. l. 1. solut. mat. Ad idem est tex. in l. ii quis posthac. C. de bon. præscript. vbi † confessio mariti de dote recepta in vxoris fauorem aduersus fiscum, ad quem bona mariti peruenerunt, dotis receptionẽ non probat. Gozad. in cons. 28. nu. 19. Tertiò accedit text. in §. sin autem. in auth. de tempore non solut. dot. vbi dicit, quod transcursõ decennio si maritus non accepit dotem, videtur velle quòd per eius hæredes reddatur, sed ista voluntas debet afferre præiudicium ipsi marito & hæredibus, non autem creditoribus, qui tractant de damno euitando, & non est par ratio, damnum pati, & lucra non capere. l. fi. C. de codicil.

¶ Præterea, nos etiam videmus, quòd † dispositio auth. res quæ. C. com. de leg. non habet locũ in dote confessata ad diminutionem fideicommissi. Are. in d. l. 1. col. 7. Soc. col. 15. ver. 3. conclusio. & Iaf. in d. auth. res quæ in 3. limit.

¶ Diligentius tamen consideranti contrariam sententiam in casu, de quo agitur, tenendam esse arbitror, quòd † imò d. confessio facta constante matrimonio per maritum vxori, cum lapsu d. temporis statuti à iure ad opponendum exceptionẽ non numeratæ dotis, præiudicat d. Dn. Troclo, vt posteriori creditori. per doctrinam Bar. in d. l. assiduis. vbi mulieri agenti hypothecaria ad excludẽdum alios creditores mariti, sufficit ostendere de confessione mariti facta constante matrimonio, cum lapsu dicti temporis. per not. in l. 1. C. de dote cau. non nu. quẽ sequitur Alex. in l. 1. colu. 15. vers. adde solut matr. & in cons. 123. col. 1. in fin. volu. 6. 25. vol. 2. duplicato in cons. 90. vol. 3. Alba. d. l. assiduis. colum. 1. & Salicet. in 8. quæst. Afflict. in decis. 402. colum. 4. in fi. vers. item vera, vbi inquit, veram esse conclusionem, quòd † si lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratę dotis, tantum operatur confessio mariti, de dote recepta, non solùm in præiudiciũ mariti, sed etiam quorumcunq; creditorum, quantũ operatur vera & realis solutio dotis, quæ præiudicat marito, & omnibus creditoribus, vt firmat

Isern.

Isern. in constit. regni. in constit. causas. vbi arguit contra eos, qui imperitè loquentes dicunt, quòd est speciale in fisco, vt dotis confessio, sibi non præiudicet. per l. si quis posthac. C. de bo. proscript. quia lex ipsa intelligi debet, quando fumus infra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, secus quando effluxum est dictum tempus, vt in d. l. 1. C. de non num. pecu. quoniam in tali casu dos confessata habet omnia priuilegia dotis numeratæ Bal. in l. Deo nobis. col. 2. vers. nonò obstat. C. de Epis. & Cler. allbi Isern. in §. diffiamus. col. 2. & seq. de stat. & consuet. contra lib. ecc. quem sequitur etiam Aflict. in constitutione causas. in 3. col. idem tenuerunt Gozad. sibi contrarius in cons. 42. versic. quintò. Aret. in cons. 86. col. 2. vers. aut maritus. vbi durum est dicere, quòd confessio, quæ est efficax contra maritum non præiudicet habentibus causam ab eo, qui potuerunt opponere exceptionē non numeratæ dotis, sicut maritus, etiam eo inuito. per l. si cui. vbi est casus. C. de non num. pec. Cuma. in cons. 31. col. 2. vbi dicit: hanc esse communem, eamq; in practica obseruari. Pau. de Cast. in l. marito. in prin. ff. solut. matr. vbi concludit, quòd actio de dote datur cōtra fiscum, si erat lapsum tempus proponendi exceptionē non numeratæ dotis. Anch. in consil. 307. vbi licèt contra confessionē dotis possit opponi exceptio non numeratæ dotis infra certa tempora, postea nullo modo. l. fi. cum auth. ibi posita. C. de dot. caut. non nume. vbi text. dicit, quòd si post decennium transiuit à tempore constitutæ dotis, omnis querela denegatur. & glos. ibi intelligit, si illud tempus fluxerit siue cōstante siue soluto matrimonio, quia d. confessio lapso decennio idem operatur, quod vera numeratio, postquam text. dicit, omnis querela denegatur. Crauet. in cons. 40. num. 6. vers. quinto. Bero. in cons. 48. num. 9. vol. 1. vbi consuluit, quòd ex quo in casu suo à die contracti matrimonij & cōfessionis dotis factæ iam erat lapsum tempus, nedum decem annorum, sed etiam viginti, ampliùs exceptio non numeratæ dotis non potest per maritum, vel eius hæredes opponi, nec etiam per creditores ipsius, sed tale instrumentū confessionis dotis habet easdem vires, quas haberet instrumentum numerationis dotis, adeò quòd vigore hypothecæ expressè factæ in eo mulier sit præferenda quibuscunq; creditoribus habentibus etiam hypothecam posteriorem, per ea quæ volunt Bart. & alij communiter in d. l. assiduis. Ioan. de Imol. in c ex literis. de pign. in 3. glos. & subdit Beros. vbi suprà, quòd etsi Socin. in d. l. 1. solut. matrim. tenuerit contrarium, tamen in iudicando non est recedendum ab opinione tantorum virorum, de quibus ibi per eum. Bursat in cons. 32. num. 42. dixi aliàs in cons. 85. num. 41. volum. 1. Fulgos. in cons. 133. col. 1. in fin. vbi decidit, quòd si lapsa sunt tempora proponendæ querelæ exceptionis non numeratæ dotis, confessio dotis habet plenissimū robur, & plenam datæ dotis probationem, vt sicut ipse debitor non potest ipsam exceptionē opponere, ita nec creditores. allegat d. l. si cui. & in cons. 205. col. 2. idem firmat Bald. in cons. 253. volum. 3. nisi ex qualitate personæ & quantitate aliter esset dicendum: Tiraquel. in tract. de retract. folio mihi 368 nume. 88. Menoch. in consil. 7. num. 9. & eò magis hoc dicendum venit ex his, quæ scribit Crauet. in consil. 44.
11c olum. 1. vbi tradit, quòd † confessio facta constante matrimonio præsumatur facta in fraudem creditorum, quòd istud procedit in creditoribus præteritis, qui erant creditores ante illā confessionem, quibus talis confessio indistinctè non præiudicat, sed respectu futurorum confessio, non ita simpliciter præsumitur facta in fraudem, sed de tali fraude debet constare ex aliquibus coniecturis. iuxta notata per gl. Bart. & alios in authen. sed iam necesse.
12 C. de donat. ante nup. Coniecturæ † autem sumuntur, quando breui tempore post confessionem contrahitur debitū cum alijs creditoribus, vel quando confessio fieret in summa magna & nimis excessiua, vt in terminis tradit Alex. in cons. 86. vol. 7. vbi
13 dixit, quòd † aduertere debet Aduocatus fraudem allegantis, vt deducat & probet, quòd habito respectu ad futuros creditores, saltē de proximo creatos, bona confitentis non sufficiebant, & quòd ità sciebat verè vel præsumptiuè, aliàs non videtur sufficienter probatum de fraude, allegat Bart. & alios in l. 1. C. de iur. fisci libro 10. Corn. in cons. 126. col. 2. vers. & licèt. vol. 3. & in cons. 183. col. 2. vol. 5. & ideo concludit ibi Crauet. quòd ex quo in casu suo cessabant omnes coniecturæ fraudis, quòd Nobilis Antonius confessus fuerit animo fraudandi creditores: quia confessio mariti fuit facta de anno 1508. die 16. Februarij. creditum autem Nobilis Charoletæ contractum fuit longè pòst de anno 1519. & sic per interuallum vndecim annorum, quòd sicut arguitur fraus ex breuitate temporis, ita fraudis suspicio cessare debet temporis interuallo, vt idem operetur oppositum in oppositō, quod propositum in proposito. l. fin. §. fi. de lega. 3. & vt contrariorum eadem sit disciplina. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ergo idem dicendum in casu nostro. & multò fortiùs, vbi inter confessionem dotis receptæ constante matrimonio & instrumentum crediti Dom. Trocli interuenerunt 29. anni. Nam suspicio aut præsumptio fraudis allegari non potest in his, quæ fiunt ex tam interuallo temporis. Bart. in d. l. pacta nouissima. col. 1. ver. & per hoc. de pact. Abb. in consil. 69. col. 2. vers. 3. me mouet. vol. 2. Alex. in cons. 28. colum. 2. volum. 5. quam partem vti communem sequuntur Aret. in consilio 86. colum. 2. Crauet. in cons. 44. num. 2. & Rub. Alex. in cons. 78. col. 2.

¶ Restat modò, vt remoueantur, quæ in contrarium adducta fuerūt, & descendendo ad primum argumentum respondetur, illud procedere posse in confessione facta constante matrimonio, & antequam fuerit effluxum tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quia tunc verū est, quòd sicut confessio ipsa non præiudicat marito, ita nec creditoribus, per ea, quæ suprà dicta fuerūt, secus si lapsum est dictum tempus, quia tunc sicut præiudicat marito, ita & creditoribus, vt satis constat ex decisionibus & auctoritatibus suprà citatis, quas non repeto.

¶ Nec obstat text. in d. l. si cui. per quam se fundat Socin. in d. l. 1. ff solut. matrim. Quia respondetur, quòd Soc. decipitur. si verè interpretamur decisionem illius legis, cuius sensus est, vt licèt aliàs nemo possit vti beneficio alteri competenti eo inuito, l. si iudex circumuento. ff. de minor. tamen creditor inuito debitore poterit vti exceptione non numeratæ pecuniæ debitori competenti: secundùm Bald. Salycet. & Castr. in d. l. si cui. ne ex hoc sequitur id creditori licere eo tempore, quo debitori non licuisset, imò sicut debitor post tempora effluxa non posset ea exceptione vti nec eius creditores. vt per Salyc. ibi in princ. & in fine. Rub. Alex. in d. cons. 78. num. 4. vbi ad hoc adducit. l. si post mortem. §. fi. de bon. possess. contra tab. & l. 1. §. sed & si quis. ff. de separat. Alex. in d. l. 1. colum. 16. vers. ego autem sto. ff. solut. matrimo. vbi dicit, quòd Roma. ibi inaduertenter locutus est, dum dicit, quòd imperpetua exceptio non numeratæ dotis potest opponi per dict. l. si cui. quia non intellexit illum textum. Nam ibi dicitur,

quòd creditores mariti possunt talẽ exceptionem opponere, quamuis maritus ea nunquam vsus fuisset, sed ibi non dicitur, quòd marito tunc esset lapsum tempus opponendi, imò dicitur totum contrarium: quia extincto iure actoris extinguitur ius acceptoris. c. 1. §. rursus. de contro. inuestit. Isern. in §. diffidamus. de stat. & consuet. contra liber. Eccle. cond. col. 2.

¶ Non obstat l. si quis posthac. Quia respondet Isern. in d. constitutione causas. quem refert, & sequitur Afflict. in decis. 402. num. 10. vers. Item vera. quòd imperitè loquuntur dicentes, quòd speciale est in fisco, quòd dotis confessio non nocet fisco, per dict. l. si quis posthac. quia dicta lex intelligi debet, quãdo sumus infra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, secus lapso dicto tempore. vt in l. 1. & in authentic. quòd locum. C. de dot. caut. non nume. Idem Isern. in §. diffidamus. in tit. de stat. consuet. & contra lib. Eccle. condit. vbi dicit, quòd si ante crimen commissum appareat dos confessata, & lapsa sint tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quòd talis confessio præiudicat fisco, in quem bona publicata sunt, licèt fiscales nostri temporis intelligant dictam legem 1
indistinctè, quòd debeat probari vera dotis numeratio, & non sufficiat dotis confessio: quia d. l. non 2
corrigit ius commune, quod vult, quòd post dicta tempora non possit opponi exceptio non numeratæ dotis. vt in l. contractibus. cum similibus, quia omnia intelliguntur remanere, quæ specialiter non sunt correcta. vt vult glos. not. in authent. neq; virum. in verbo enim. Nec est verum, quòd d. l. hoc inducat priuilegium fisco: quia hoc d. l. non dicit. imò fiscus vtitur iure communi, nisi vbi est priuilegiatus. l. fiscus. ff. de iure fisci, & ideo dicit Aret. ibi. quòd illi, qui dicũt, quòd d. l. ponit priuilegium fisci, allegant refugium miserorum, sequitur Afflict. in institutione causas. in 5. notabili. Paul. de Castr. in l. si marito. in princ. ff. solut. matrim. Rub. Alex. in d. cons. 78. col. 2. in fin.

¶ Pariter vis fieri non debet in d. §. sin autem. quia text. ipse non probat: quia non dicit, quòd pecunia non præsumitur numerata præsumptione iuris & de iure, adeò quòd contrarium non possit 3
probari, quòd non fuit numerata, sed præsumptione iuris, contra quam admittitur probatio in contrarium. Nam si in instrumento diceretur, *Et ita verè habuit & recepit.* istud instrumentum probaret numerationem, ergo eodem modo sola confessio probat post biennium, sed vtroque casu admittitur probatio in contrarium. Rub. Alexand. vbi suprà, 4
num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura extracta ex archiuio per officialem, ipsius plenam fidem facit.*
2 *Archiuium quid sit.*
3 *Scriptura extracta ex archiuio vt plenè probet, requiritur quòd Notarius, qui scripsit eam, mortuus sit, & non reperiantur scripturæ eius alibi quàm in archiuio.*
4 *Scripturæ extractæ ab archiuio sine citatione partis non statur.*
5 *Scriptura reperta in archiuio vt fidem faciat, opus est, vt commentariensis nedum dicat, quòd illã extraxit ab archiuio, sed quòd etiam erat scriptura archiuij.*
6 *Fraudibus est obuiandum.*
7 *Scriptura archiuij fidem facit tantùm inter subditos & non aliter.*
8 *Priuilegium legitimationis reconditum in loco, cui ex forma statuti plena fides adhiberi debet, non facit fidem contra reum forensem.*
9 *Scriptura priuata archiuij fidem facit, quando longo tempore fuit obseruata pro publica.*
10 *Statutum Mercatorum dans plenam fidem scripturæ priuatæ, & mandans illam seruari in omni foro, intelligi debet quoad personas subiectas statuentibus, & non quoad alias.*
11 *Scriptura archiuij fidem non facit nisi in territorio, in quo est archiuium publicum.*

CONSILIVM LXXV.

NON conterendo tempus, vbi non expedit, cùm res de qua agitur satis sit clara, nisi sub clarissimo sole mortale lumen vellemus afferre, succinctè loquendo, dico, quòd scriptura producta in iudicio contra Dn. Iacobum Clarum, quamuis extracta ab archiuio ciuitatis Alexandriæ, nullã penitùs fidem facit contra eum: quoniam etsi apud Dd. communiter receptum sit, quòd † scriptura extracta ex archiuio per officialem archiuij, quod † equidem dicitur locus, in quo reponuntur scripturæ publicæ ciuitatis, aut vniuersitatis, vel alterius Collegij, hoc est, armaria illa seu arca, quibus instrumẽta aliáue publica monumenta conseruantur. l. moris. §. solet. ff. de pœn. §. si verò. in authent. de his qui ingred. de appellan. plenam fidem faciat. iuxta notata in auth. ad hæc. C. de fide instrumen. cap. ad audientiam. vbi Canonistæ de præscript. Innoc & alij in cap. 1. de procur. Dd. in cap. cùm causam. de probatio. Coras. in l. admonendi. in 3. par. num. 11. de iureiuran. vbi ex hoc infertur, quòd libri censuales, in quibus censuum solutio describi solet, cùm in archiuio conseruari soleant, plenam fidem faciunt. Alexand. in cons. 92. colum. fin. in princip. volum. 2. & in cons. 295. col. 1. volum. 6. Alban. in cons. 16. num. 7. §. si verò. de his, qui ingred. ad appell. Tamen hæc conclusio multis modis declaratur, quæ declarationes tendunt ad propositum nostrum, vt dictæ scripturæ nõ credatur. Prima igitur est, quòd † præmissa sententia procedit, vbi probetur, quòd ille Notarius, qui scripsit ipsam scripturam, mortuus sit, & non reperiantur scripturæ eius alibi quàm in archiuio. Alex. in cons. 16. colum. 4. vers. respondeo etiam. volum. 5. Dn. Ossasc. in sua decis. Pedemon. 69. col. 3. in princ. At in casu de quo agitur non fuit probata hæc negatiua. ergo &c. Secundò declaratur, quòd † ea sibi locum arrogat, vbi in dicta extractione fuit citata pars, de cuius interesse agitur, aliàs illi non statur. Bart. & alij in auth. si quis in aliquo. vbi Castr. C. de edend. inquit, ita communiter teneri. Cornel. in consil. 144. colum. 4. volum. 4. & in consil. 24. col. 3. volum. eod. Cassan. in cons. 15. num. 5. Socin. Iun. in cons. 2. num. 10. vol. 2. sed in terminis nostris nulla reperitur facta citatio, quæ requiritur, vt etiam per Ossasc. vbi suprà num. 8. vers. non obstat quod dicit. Igitur ipsi scripturæ nulla fides adhibenda. Tertiò dicitur, quòd † ad hoc vt scriptura reperta in archiuio fidem faciat, opus est, quòd Commentariensis nedum dicat, quòd illam extraxit ab archiuio, sed etiam quòd erat scriptura archiuij. ita Corn. in consil. 142. litera F. volum. 3. quia potuisset esse, quòd aliquis priuatus eam illuc detulisset, & illam ibi dimiserit, vt ipsam authenticam redderet. Vnde ratio non suadet, quòd ex hoc solo, quòd sit in archiuio reperta, reddatur authentica. tex. in authen. ad hæc. C. de fid. instrum. Quatenus dicit, quòd habeat publi-

publicum testimonium, intelligitur, quòd Commentariēsis illam scripserit, vel asserat esse scripturam authenticam archiuij publici. Nam si aliter diceretur secundùm eum, sequeretur quòd pararetur via fraudibus, † quibus est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vindicatio. quem sequuntur Dec. in authent. si quis in aliquo. in 6. fallentia. C. de edend. in c. cùm causam. num. 9. de probatio. & in consil. 458. num. 5. Abb. in cap. ad audientiam. colum. 3. de præscript. Osasc. in dict. decis. 59. colum. 2. versic. Item & quartò. Cravet. in tracta. de antiq. temp. part. 1. versicu. 4. limitatur. colum. 1. cum sequent. Anton. Gabriel. in suis com. opin. in titu. de probatio. conclus. 3. num. 14. Cùm igitur Commentariensis in casu præsenti non attestetur, ipsam fore scripturam archiuij, meritò dicendum venit illam nullam fidem facere contra d. Dn. Iacobum. Similiter ex alio demonstratur scripturæ ipsi nullā fidem adhibendam esse: quoniam † scriptura archiuij nullam fidem facit, nisi inter personas subditas, & non aliter. Alexan. in consi. 16. colum. 2. versic. quia respondeo. volum. 5. vbi inquit, quòd scripturæ archiuij nullam fidem faciunt contra personas non subditas iurisdictioni illorū, quorum auctoritate deputata & custodita sunt in archiuio. Iterum in cons. 138. nu. 7. volum. 1. vbi ex hoc consuluit, quòd priuilegium † legitimationis reconditum in loco, cui ex forma statuti debebatur plena fides adhiberi, nō faceret fidem contra reum conuentum forensem. Anton. de Butr. in cap. 2. de fide instrum. col. 8. vbi dicit, quòd † quamuis scriptura priuata in archiuio recondita per officiales fidem faciat, & idem quando longo tempore fuit obseruata pro publica, l. 1. in fin. ff. de aqua plu. arcend. tamen ista solùm procedunt, quoad subiectos iurisdictioni illorum, quorum auctoritate custodiuntur. Cyn. in l. receptitia. C. de condit. Princip. vbi vult, quòd † etsi statutū conditum à mercatoribus dans plenam fidem scripturæ priuatæ debeat seruari in omni foro, per notata in l. ex eo. ff. de postula. tamen habebit tantùm locum quoad personas subiectas statuentibus, non quoad alias. Ruin. in consil. 69. num. 7. cum sequen. volum. 4. Socin. in cons. 258. num. 6. versicul. præterea. volum. 2. Socin. Iun. in cons. 2. num. 9. vol. 2. vbi dicit, Dd. ita communiter tenere. Iacob. de S. Georgio in d. authent. si quis in aliquo. colum. 4. versic. 7. fallit. Osasc. in ipsa decis. 69. num. 7. Item † & non facit fidem, nisi in territorio, in quo est archiuium publicum. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instr. edit. §. nunc dicendum. in addittone magna, incipiente priuatorum. quem sequitur Bal. in Rubrica de fide instrumen. in vlt. colum. Butr. in d. cap. 2. in versic. octauus casus. Alexan. in d. authent. si quis in aliquo. vbi etiam Iasc. colum. 3. versic. vltra Bartol. Curt. Sen. colum. final. vers. 4. fallit. vbi dicit hoc digito ligandum. & Purpurat. numero 31. vbi inquit, quòd alij sequuntur Alexand. vbi suprà. Socin. in consil. 187. nume. 20. volum. 2. Alexand. in consil. 16. colum. 2. versic. quia respondeo. volum. 5. & Osasc. vbi suprà. & Anton. Gabr. in dict. conclus. 3. colum. penult. sed in casu nostro d. Dom. Iacobus non est de territorio Alexandriæ, nec causa præsens agitur inter subditos, ergo scriptura nulla. Ex his igitur quæ suprà dicta sunt sub compendio verborum, iudicandum fore arbitror, quòd dicta scriptura, etiā est facta ab archiuio, nullā penitùs fidem faciat contra prædictū D. Iacobum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio expressa inter virum & vxorem firmatur iuramento.*

2 *Donatio tacita resultans ex confessione dotis facta per maritū vxori, tanquam simulatè facta, iuramento non confirmatur.*

3 *Contractus simulatus non dicitur contractus.*

4 *Simulatio medullam veri non habet.*

5 *Contractus simulatus dicitur coloratus, depictus, extrinsecus apparens, & intrinsecus nihil habens.*

6 *Confessio dotis, in qua iuratum est, omnia & singula fuisse vera, non tollit exceptionem non numeratæ dotis & simulationis.*

7 *Pars sicut potest remittere iuramentum ad sui vtilitatem præstitum, ita & exceptionem periurij surgentem ex iuramento ad sui vtilitatem præstito.*

8 *Donatio tacita resultans ex confessione dotis non firmatur ex iuramento assertorio & promissorio, sed contrà num. 10.*

9 *Iuramentum præstitum super confessione simulata, sicut nihil operatur, ita etiam omnes aliæ clausulæ accessoriæ non valent, & nihil operatur.*

10 *Leges antiquæ quamuis per authen. sacramenta puberum sint correctæ iuramento promissorio, non tamen in assertorio.*

11 *Pater, si confitetur cum iuramento promissorio, quòd bona fuerint acquisita per filium ex industria & pecunia ipsius filij, talis confessio præiudicat patri.*

CONSILIVM LXXVI.

DIFFICVLTAS oritur, & quidem ardua, an donatio tacita resultans ex confessione dotis receptæ validetur iuramento. Prima quidem fronte dicendū videtur, quòd † licèt donatio inter virum & vxorem expressa firmetur iuramento. Bartol. in l. si quis pro eo. in fin. ff. de fideiuss. Bart. & alij. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falcid. Cano. in cap. cùm contingat. de iureiurand. quam sententiam vti communem sequuntur Crot. in l. frater à fratre. nu. 72. ff. de condit. indeb. Petruc. in repet. l. penult. num. 27. de iureiurand. Ruin. in consil. 133. colum. 1. volum. 4. Cephal. in cons. 61. num. 5. Didac. in libro variar. resolut. Tomo 2. cap. 7. num. 5. & in Tomo 1. fol. 6. colum. 2. Cravet. in consil. 81. circa princip. Clar. in §. donatio. quæstio. 9. Ripa in responso 127. Rub. Alexand. in consil. 54. num. 5. & magis receptam. Dec. in cons. 248. colum. 2. in cons. 202. colum. 2. à qua in iudicando & consulendo non est recedendum. Alexand. in cons. 8. colum. 2. volum. 2. Rub. Alexand. in cons. 25. num. 5. Ripa in responso 122. nu. 10. Didac. in libro variar. resolut. in 2. Tomo. cap. 7. nu. 4. versic. 5. Alciat. in dict. cap. cùm continpat. nu. 107. versic. 8. infertur. vbi inquit, difficile esse tenere contrarium in practica, licèt ipse teneat contrà. Anton. Gabriel. in suis commun. opin. in tit. de donat. conclus. 3. colum. 2. Tamen † hæc conclusio limitatur, locum non habere in dicta donatione resultantante ex confessione dotis facta per maritum vxori: quia ea, iuramento non obstante non conualidatur, cùm præsumatur simulatè facta. Cyn. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Roma. in consil. 44. Socin. in l. 1. colum. 19. versic. secunda conclusio. ff. de iureiur. cons. 61. colum. 3. versic. non obstat. volum. 1. & 65. colum. 7. vers. sed tamen. volum. eod. Ruin. in cons. 135. num. 9. volum. 1. 142. colum. penult. vol. eodem. 54. colum. 2. versic. non licèt. volum. 5. Berosi. in cons. 108. colum. final. volum. 3. Nam † contractus simulatus non dicitur contractus. l. imaginaria. de reg. iur. cùm † simulati non habeat medullam veri. Bald. in l. ei qui. C. de distr. pign. Item † contractus simulatus dicitur cōtractus, depictus,

extrinsecus apparens, intrinsecus nihil habens. Bal. in l. ab Anastasio. in 4. notabili. C. mand. & dicitur tanquam corpus sine spiritu. Bald. in l. 1. C. plus valere quod agitur. Cùm igitur dicta donatio tacita censeatur simulata, sequitur quòd iuramentũ super ea appositum non reddit ipsam validam. gloss. communiter approbata. in l. 3. C. plus valere quod agitur. not. in l. fin. ff. qui satisda. cogan. Gozad. in cons. 69. num. 11. Ias. in l. 1. colum. fin. de iureiur. in §. Item si quis in fraudem. colum. 2. vers. vltimò præmitte. de actio. in l. 1. §. si quis simpliciter. de verbo. oblig. latè Neuiza. in cons. 23. in princ. Didac. in lib. variar. resolut. Tomo 2. cap. 7. num. 4. Imò dixit Ioannes de Imol. in c. cùm contingat. de iureiurand.
6 quòd † si in confessione dotis esset iuratum omnia & singula fuisse vera, quòd maritus poterit opponere exceptionem non numeratæ dotis & simulationis. Socin. in l. 1. colum. penult. versic. sed à præ-
7 misso fundamento. ff. solut. matrimon. quia † sicut pars potest remittere iuramentũ ad sui vtilitatem præstitum. c. 1. de iureiur. pari ratione potest remittere exceptionem periurij surgentem ex iuramento ad sui vtilitatem præstito, cùm sit eadem ratio. Felyn. in cap. 1. de iureiur. Ideo si allegatur simulatio, & pars aduersa opponit de periurio, replicari poterit, quòd periurium remississe videtur, ex quo consensit contractum fieri simulatum, & omnia in instrumẽto apponi ad simulationis corroborationem. Item, quia maritus tractat de damno, mulier de lucro, poterit maritus se defendere, allegãdo sui turpitudinem. Item, quia emanauit talis confessio inter personas prohibitas, constat esse simulatam. Ideo satis est marito allegare, non competere ius. Gozad. in cons. 28. num. 25. Rui. in cons. 137. colum. penult. & fin. vol. 4. & latiùs in cons. 132. per totum. volum. eod. in cons. 95. nu. 12. volum. 5. in cons. 154. num. 7. cum duobus sequentibus. vol. eod. vbi hoc comprobat. Nam ille, qui confitetur cum iuramento dotem recepisse, non minùs allegat turpitudinem suam, si postmodum contradicat, quàm ille, qui iurauit omnia & singula fuisse vera, & deinde opponit de simulatione: quia hoc vltimo casu venit contra id quod iurauit generaliter, & primo casu venit cõtra illud quod iurauit simpliciter, & tamen (secundùm Doctores) dicto primo casu potest contrauenire, & suam turpitudinẽ allegare, & hoc non alia ratione, nisi quòd iuris præsumptione constat de periurio, & sic dicitur detecta turpitudo, quæ ratio militat etiam alio casu. Et in tantum videtur
8 vera ista conclusio, vt † ea etiam procedat accedente iuramẽto promissorio cum assertorio, vt qa maritus, pmisit, nedum omnia & singula esse vera, sed quoq; illa attendere, obseruare, & adimplere, quia
9 † cùm actus principalis est simulatus, omnes aliæ promissiones accessoriæ, quamuis iuratæ, præsumuntur simulatæ, per notata per Bartol. in l. nemo potest. de legat. 1. dum dicit, quòd quando actus est simulatus, non valet renuntiatio exceptionis simulationis: quia præsumitur dicta renuntiatio & omnia alia contenta in contractu simulata, etiamsi exceptioni simulationis esset renuntiatum cum iuramento, secundùm Imol. & Moder. ibi. Vnde cùm in casu nostro confessio prædicta tanquam simulata non firmetur iuramento, omnia & singula, videlicet, iurata & promissio de obseruãdo & non contraueniendo præsumitur simulata. Ruin. in consil. 138. col. fin. volum. 4. Ant. Gabr. in suis com. opin. in tit. de donatio. conclus. 3. num. 8. Ruin. in cons. 130. nu. 4. vol. 5. vbi dicit, quòd sicut iuramentum præstitum super dicta confessione simulata nihil operatur, ita etiam omnes aliæ clausulæ accessoriæ nil valent & nihil operantur, & subdit, quòd quamuis sit præstitum etiam iuramentum promissorium de futuro, hoc est, de faciendo & obseruando omnia & singula, quòd isto casu nihil operatur: quia cùm venit accessoriè ad iuramentum assertoriũ, & ad contractum simulatum, nullũ, & inualidum, ideo dictum iuramentũ promissorium sequitur naturam principalis: & sic caret consensu sicut principale, & præsumitur præstitum simulatè, argumento l. fina. C. de non nume. pecun. in consil. 168. num. 23. vol. 2. Paris. in consil. 53. num. 30. volum. 1. & 54. num. 38. vol. eod.

¶ His tamen & alijs similibus non obstantibus contraria sententia tanquam magis amica legibus amplectanda venit, videlicet, quòd dicta donatio tacita resultans ex confessione dotis firmetur iuramento, pmissorio & confirmatorio, vt scribit Imol. in c. cùm contingat. in nu. 10. in 3. quæst. de iureiur. Ias. in cons. 184. colum. fin. volum. 2. Corset. in tract. iuramenti. priuilegio 25. Aret. in cons. 74. col. 3. versic. sed tamen. vbi inquit, quòd licèt confessio facta constante matrimonio, in qua maritus iurat se aliquid habuisse ab vxore, sit suspecta, & nõ valeat vigore iuramenti assertorij, tamen secus est, quando est vallata etiam iuramento promissorio, inter quæ est maxima differentia. Nam vnum est magis fauorabile quàm aliud, ratio etenim est: quia in iuramento assertorio potest quis dicere falsum, quod præsumit lex de facili inter personas suspectas, sicut dicimus in simili. in l. penul. C. de nat. lib. & per Bal. & Modern. in l. quidam cùm filium. ff. de hæredibus instit. Quia ergo asserens falsum, quamuis per hanc assertionem sibi possit præiudicare aliquando, tamen facere non potest, quòd falsum sit verũ. Idcirco lex in fraudem sui non admittit hanc confessionem, sed in iuramento promissorio nõ potest esse falsitas tempore iuramenti, quando verè adest consensus iurantis in promissione: Vnde imputet sibi, qui iurat. Et ideo ex mente Ioan. de Imol. in d. c.
10 cùm contingat. inquit, quòd † quamuis per auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. leges antiquæ sint correctæ in iuramento promissorio, non autem in assertorio, de quo loquitur l. si alterius. C. si minor se maio. dixe. Vnde concludit, quòd licèt iuramentum assertorium non tollat suspicionem donationis, quę est inter coniuges, iuramentum tamen promissorium, quod nõ adiuuat mendacium neq; facit fraudem legi, est seruandum, Vnde videmus, quòd cõtra iuramentum promissorium præstitum in casu licito non conceditur absolutio à iuramento, nisi ex magna causa. cap. quanto. vbi Doctores de iureiuran. secus in assertorio, vbi conceditur iuranti venire contrà. Idem voluit Socin. sibi inconstans in cons. 61. num. 4. vol. 1. Petr. & Cyn. in l. 1. colum. fi. C. de sacrosanct. Eccles. vbi dicit, quòd licèt iuramentum confirmatorium validet huiusmodi donationem, quia respicit futurum, & in eo non est peccatum, tamẽ secus est in assertorio, quod respicit præteritum: putà si vir confessus est se aliquid habuisse ab vxore in fraudẽ donationis: quia in eo est periurium, si iuratur falsum: & ideo non est adeò fauorabile. & subdit Soc. quòd ista est magis communis: & cum Cyn. pertransit etiã in consilio 66. num. 26. volum. 1. vbi inquit, hanc partem amplectendam, per quam opiniones contrariæ réducuntur ad concordiam. Ruin. in cons. 69. col. fin. volum. 3. Curt. Iun. in cons. 95. colum. 2. vers. quartam subijcit conclusionem. Barba. in consil. 59. col. fina. volum. 2. Crauet. in cons. 81. colum. 1. Alciat. in d. cap. cùm contingat. num. 107. vers. secundò limitatur. Bald. Nouel. in tract. dot. par. 10. colum. 5. Lupus

pus in repetitione Rubricæ de dona. inter virum & vxor. fol 50. col. 1. Homod. in cons. 106. col. fin. Ant. Petruc. in repetitione l. pen. ff de iureiur. colum. 6. num. 27. Ruin. sibi aduersans in cons. 132. nu. 11. volum. 4. Corn. in cons. 70. num. 7. volum. 3. consil. 71. num. 8. vol. eodem. Accedit quod scribit idem Rui.
11 in cons. 96. volum. 5. vbi concludit, quòd † si pater confitetur cum iuramento promissorio, quòd bona acquisita per filium fuerunt acquisita ex industria, & pecunia ipsius filij, talis confessio præiudicat patri: quia hoc iuramentum respicit futurum, & ex tali promissione oritur obligatio naturalis inter patrem & filiũ. allegat Caccialup. idem tenentem in loco ibi per eum citato, dixi aliàs in cons. 95. num. 23. volum. 1. Idem tenuit Ripa in consil. 6. Coras. in l. frater à fratre. in §. quæsitum. nu. 58. de cond. indeb. Vnde cùm hæc sit communis opinio, temerarium esset in iudicando & consulendo recedere ab hac sententia, quam etiam amplectitur Alexan. in l. si donatione. in 4. col. C. de collat. Dec. in cons. 202. colum. 3.

¶ Superest modò vt tollantur, quæ ex aduerso adducta fuerunt, & respondendo ad primum dicitur, veram esse conclusionem, quòd donatio præsumpta & tacita, quæ oritur ex confessione mariti, facta vxori constante matrimonio non firmatur iuramento assertorio, secus promissorio & confirmatorio. Et licèt nonnulli teneant contrarium in dicto iuramento promissorio, tamen eorũ auctoritas spernenda est, cùm communis sentẽtia sit Scribentium, vt patet ex auctoritatibus suprà citatis, à qua (vt dixi) minimè recedere debemus.

SVMMARIVM.

1 *Reditus omnes iurisdictionis si quis emerit pro primi anno, & alius pro secundo, si in primo anno commissum est delictum, & condemnatio facta in secundo, commoda, & emolumenta condemnationis spectabunt secundo emptori, sed contrà secundùm communem. num. 9. & nu. 12. vbi ampliatur duobus modis.*

2 *Pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec causam habenti ab eo.*

3 *Ius nullum habemus in pœnis criminalibus, ante sententiam.*

4 *Officialis si quis fuit constitutus pro vno anno, cum commoditate pœnarum quorumcunq; delictorum, & vnus commiserit delicta eo tempore, quo facti fuerunt processus, sed nõ lata sentia, si demũ creatur alius, per quem detur sententia contra delinquentes, si processus erant concluſi, pœna est primi officialis, aliàs est secundi.*

5 *Tempus criminis perpetrati spectandum est.*

6 *Initium spectandum est in delictis, vt sciamus ad quẽ pertineat punitio.*

7 *Delicti tempore orta est obligatio ad pœnam.*

8 *Seruus pœnæ quis efficitur ex delicto.*

9 *Finis vbi habet necessariam consequentiam à principio, retrò trahitur ad principium.*

10 *Reprobatur Imol. in l. donatio.*

11 *Reprobatio Bal. in l. fin. C. de fructib. & lit. expen.*

CONSILIVM LXXVII.

1 MAGNIFICVS † Dn. Petrus vendidit Magnif. Dn. Alexandro Gratinario reditus & emolumenta iurisdictionis suæ pro trib. annis pretio inter ipsas partes conuento: demòm illos vendidit pro alijs quatuor sequentibus Magnif. Dn. Altobello Seuerino. Accidit, quòd in vltimo anno trium annorum dicti Dn. Alexandri commissa fuerunt nonnulla delicta, de quibus fuerunt delinquentes inquisiti, verum est, quòd pendente dicto tertio anno non potuerunt compleri processus, sed illi perfecti fuerunt in dictis quatuor annis subsequentibus, & latę sententiæ condemnatoriæ publicationis bonorum. Modò dubitari contingit, ad quem spectẽt emolumenta & commoda dictarum sententiarum, an Dom. Alexandro primo emptori, an verò Domino Altobello secundo emptori. Prima quidem facie videtur dicendum, quòd d. Dom. Altobello, ex rationibus & auctoritatibus sequentibus, spectant dicta
2 emolumenta. Nam † pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec habenti causam ab eo. l. ex iudiciorũ. de accusa. l. si qua pœna. l. aliud est fraus. §. inter mulctam. de verb. sign. Bart. in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisci. propterea pœnæ interim tanquam fructus pendentes non debent pertinere ad fructuarium, & sic ad primũ emptorem fructuum. l. defuncta. ff. de vsufruct. ita Imol. in l. diuortio. §. si vir. ff. solut. matrim. Secundò, hanc partem tenet Bald. in l. fina. col. 2. versic. modò quæro. C. de fructibus & lit. expen. vbi dicit, quòd si Princeps mihi concessit per semestre commoda cuiusdam iurisdictionis, commissumq; fuerit delictum in fine iurisdictionis meæ, de quo finita iurisdictione mea, iste exinde per Principẽ est cõdemnatus in certa quantitate pecuniæ, quòd pœna hæc, cùm sit fructus iurisdictionis, & nondum erat reconditus in horreo meo, quòd pertinent ad Principem & non ad me,
3 per dictam l. defuncto. Item, quia † in pœnis criminalibus ante sententiam nullum ius habemus. d. l. aliud. §. inter mulctam. Item, pœnæ non sunt lucro iudicibus, nisi per eorum sententiam auth. bona proscriptorum. C. de bon. damna. Tertiò accedit, quod inquit Afflict. in tit. quæ sint regal. in ver-
4 bo pœnarum. num. 37. vbi decidit, quòd † si quis fuit constitutus officialis pro vno anno, cùm hoc, quòd pœna quorumcunq; delictorum sint eius, & quidam commiserit delicta eo tempore, quo facti fuerunt processus, sed non lata sententia, si demùm creatur alius officialis nouus, per quẽ daretur sententia contra delinquentes, quòd si processus erant concluſi, pœna est primi officialis, sin autem non, pœna spectat ad illum qui cõdemnauit, per iura per eum citata: At in casu præsenti tempore primi emptoris, etsi inchoati fuerunt processus, tamen non eo tempore concluſi fuerunt. igitur pœna illi applicari debet, qui tulit sententiam, & sic ad Dn. Altobellum secundum emptorem, per iura superiùs allegata. Quartò, ita tenuerunt Guid. Pap. in deci. 355. Bertrand. in cons. 314. volum. 2. Rebuf. in l. 3. C. de suscept. & arch. lib. 10.

¶ Cæterùm, re ipsa longè meliùs atq; diligentiùs perpensa, in contrarium est ipsa veritas, quòd imò commoda & emolumenta ipsarum sententiarum spectant & pertinent ad Dn. Alexandrum primum
5 emptorem: quia † semper tempus criminis perpetrati spectandum est. Bartol. in l. quod ait lex. §. pri-
6 mo. ff. de adulter. vbi inquit, quòd † in delictis initium spectandũ est, vt sciamus, ad quem pertineat punitio. Abb. in cap. fin. de sentent. excom. vbi ait, quòd ad imponendam pœnam inspiciendum est tempus delicti. Ias. in l. more. col. 5. in prin. de iurisdict. om. iud.

¶ Secundò, † quia tempore delicti orta est obli-
7 gatio ad pœnam. l. fin. C. de sent. pas. vbi quis ex delicto efficitur seruus pœnæ. l. Imperatores. ff. de iure
8 fisci. vbi † quis delinquendo pœnæ se subdit. glos. in l. 1. §. bestias. in verbo onerari. & ibi Bolog. de postu-

Alber. in l. post contractum. colum. 1. de donat. vbi inquit, quòd continuò quo quis delictum commisit, incipit obligari fisco, vnde sententia quæ postea sequitur potiùs declarat, quàm aliquid noui inducat: quia eo ipso quòd iudex pronunciat maleficiũ commissum statim succedit pœna ipso iure. l. 1. §. calumniatoribus, ibi. & quamuis, ad Turpil. atque ideo hæc sententia retrotrahitur ad tempus delicti. l. hæredes palàm. §. si quid post. iuncta gl. ff. de testa.

¶ Tertiò, quia prima causa magis influit in causatum, quàm secunda causa. l. si filius familiâs. ff. de verb. oblig. vbi, quantũ ad acquirendum patri, sufficit stipulationem fuisse à filio conceptam durante patria potestate, licèt ea finita conditio stipulationis apposita euenerit. l. quæ legatorum. l. sequenti. de reg. iur. Socin. in cons. 100. colum. 2. vers. clariùs. volum. 1. ita in terminis tenuit Bald. in l. fin. col. fin. vers. quoad septimum. ff. de iurisd. om. iud. vbi post Petr. & Cyn. ibi concludit, quòd si vnus emit à Rege reditus vnius mensis, & alter emit reditus sequentis mensis, si vltimo die primi mensis est commissum maleficium, vnde primus non potuit facere punitionem propter breuitatẽ temporis, sed secundus, pœna erit primi: quia obligatio est inchoata tempore primi, condemnatio autem tempore secundi, ideo ius fuit quæsitum primo, rursus in l. diuortio. colum. pen. in fin. vers. extra quæritur. ff. solut. matr. per l. quæcunq; actiones. ff. de act. & oblig. Iaſ. in l. more. in 4. col. vers. vlt. in quantum. ff. de iurisd. om. iud. Petr. de Anch. in c. si propter ad finem. de rescript. in 6. & c. 1. vbi etiam Anan. ne Præla. vices suas. Alex. in cons. 7. colum. 1. vers. 4. pro hoc facit. vol. 3. Soc. in cons. 70. colum. fin. vol. 4. vbi

9 quit, quòd † vbi finis habet necessariã consequentiam à principio, finis retrotrahitur ad principium. l. 3. §. Seio. ff. de mino. l. 1. & 2. C. de sent. ex. breuil. recitan. sed tempus condemnationis trahit necessariam consequentiam ab initio tempore delicti, ergo nimirum si retrotrahitur. Item quia hæc condemnatio, quę debet fieri, habet consequentiam ad delictum, & sic ad principium processus. d. l. 1. & 2. ergo omnia debent iudicari secundũ tempus principij. l. qui balneum. l. potior. ff. qui pot. in pign. hab. Mart. Laud. in tract. de fisco. vers. 34. Ang. in l. si possessor. de pet. hæred. Cassan. in consuetud. Burgund. in tit. des iustices. §. 7. versic. iuxta hanc materiam. Nicol. de Millio. in suo repertorio in verbo fructus iurisdictionis. Ruin. in cons. 193. nu. 2. vol. 1. quã sententiam cõmunem asserunt Alexan. in d. l. diuortio. §. si vir. & ibi Lancel. Dec. Socin. in d. cons. 100. colum. 2. Boer. in decis. 5. num. 16. & Tiraquel. in tract. de retract. conuentio. gloss. 4. fol. mihi 948.

¶ Restat vt respondeatur ad allegata in contrarium, & deueniendo ad primum argumentum dicitur, quòd imò pœna spectat ad primum: quia illa dicitur quasi debita fisco eo ipso, quòd delictum est commissum, vt not. glos. in l. rescriptum. in princ. ff. de pact. Bar. in l. fin. ff. de iniu. Alex. in dict. §. si vir. colum. penult. in fin. Ruin. in cons. 193. colum. antepen. in prin. vol. 1. Lancel. Dec. in d. l. diuortio. vbi dicit, quòd largo modo & officio iudicis etiam ante condemnationem dicitur obligatus.

10 ¶ Secundo † non obstant notata per Imol. in d. l. diuortio. quia Imol. reprobatur à Ruin. in cons. 193. Vlteriùs dicantur Socin. in cons. 101. colum. 2. vers. nam illa decisio cõmunis. quòd ea decisio non fundatur ex eo, quòd fructus dicãtur percepti ante exactionem, sed ex eo, quia cùm talis perceptio fiat habita necessaria consequentia ab initio, anteceditur initiũ, hoc est, tempus commissi delicti & non tempus condemnationis & exactionis: per tex. in d. l. 3. §. Seio. ff. de mino. Vlteriùs dicitur, quòd text. in l. si defuncta. nihil facit ad propositũ nostrum, secundùm Alex. in d. §. si vir. quia ille emptor vel donatarius, ad quem spectat commodũ iurisdictionis, non æquiparatur fructuario, quia si æquipararetur, sequeretur quòd ius suum non transferret ad hæredem, sicut nec vsusfructus, quod est falsissimum. l. viam veritatis. C. loca. l. veteris. C. de contrah. & com. stip. cum qua etiam responsione transit Ruin. in cons. 193. col. antepenult. in ver. nec obstat secundùm Alex.

11 Non obstat † decisio Bald. in d. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. quia contrarium tenuit idem Bal. in d. l. fin. C. de iurisd. om. iud. & in dict. l. diuortio §. si fundum. & contra eum est communis Schola Doctorum, de qua suprà.

¶ Similiter non resistit decisio Afflict. in d. §. pœnarum. quoniam contra eum stat recepta Doctorum sententia suprà citata, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum.

¶ Ad notata per Guid. Pap. in ipsa decisio. 355. respondetur per Cassaneum in loco suprà relato. Nec vis fieri debet in decis. Bertran. & Iac. Rebuffi: quia contra eos est magis recepta Doctorum sententia, & tantò magis militare debet huiusmodi sententia, cùm in casu, de quo agitur, vbi primus emptor processit contra delinquentes vsque ad terminum defensionis excluſiuè, in quo casu iudicauit senatus Mediolani, quòd pœna debeat cedere cõmodo primi emptoris, vt attestatur Bos. in sua pract. crimin. in tit. de pœnis. num. 22. Item est etiam aduertendũ, quòd in casu præsenti vigore statuti bona confiscantur ipso iure, ex quo sequitur, vt indistinctè attendi debeat tempus commissi delicti, vt inquit Iacob. Rebuff. in d. l. 3. num. 2. de suscepto. & Arch. quem sequuntur Bertrand. in citato cons. 214. in fi. in 2. volu. & Tiraquel. in tract. de retract. conuent. folio mihi 948.

SVMMARIVM.

1 *Delictum patris nocet filio in feudis.*
2 *Filius propter culpam patris priuatur bonis suis.*
3 *Peccata tenent suos authores, etsi esset aliqua lex vel statutum, quod diceret contrarium, tanquam iniquum, non est seruandum.*
4 *Delictum patris nocet filio in feudo, quando pater deliquit contra dominũ, vel aliquid facit contra conuentionem feudi.*
5 *Filius ob delictum patris priuatur feudo paterno & antiquo, si deliquit contra alium quàm contra dominum, filius non priuatur feudo.*
6 *Feudo non priuatur filius ob delictũ patris, si ad eum transit iure suo, vt quia filius & non hæres.*
7 *Feudum quando acquisitum est ab antecessoribus pro se & liberis, censentur liberi, feudum ipsum potiùs habere à primo inuestito quàm à patre suo.*
8 *Delictum patris nocet filio in feudo nouo.*
9 *Crimen læsæ Maiestatis, quod non fuit directè commissum in Principẽ, sed in alijs capitibus, filijs non nocet quoad ea, quæ filijs vt filijs debentur.*
10 *Princeps si concessit officium alicui pro se & filijs, propter delictum patris filij non priuantur tali officio.*
11 *Princeps si non est conquestus in vita vasalli de felonia ipsius, feudum filij auferri non potest, si concessio facta fuit patri & filijs.*
12 *Tenor concessionis feudalis semper inspici debet, cùm vim contractus habeat.*
13 *Feudum concessum pro se & filijs dicitur ex pacto & prouidentia.*

CON-

CONSILIVM LXXVIII.

QVIA condemnatus videtur ex crimine homicidij Dom. Antonius de Cerdonis in amputatione capitis, necnon in confiscatione bonorum tàm feudaliũ quàm allodialiũ, dubium oriri videtur, ad quẽ spectant dicta bona feudalia, an ad cameram suæ altitudinis, vel ad filios condemnati. Primò itaq; aspectu videretur dicendum, quòd bona ipsa feudalia spectare
1 debeant ad cameram prædictam: quoniam † delictum patris in feudis præiudicat filijs. l. quisquis. C.
2 ad l. Iul. Maiest. vbi † propter culpam patris filius priuatur bonis suis. facit text. in l. si quis patris. C. ad l. Cornel. de fals. vbi delictum patris nocet filio: accedit quoq; quod dici solet, maiorum tuorũ exempla tibi præiudicant, vt not. in l. si cohortalis. C. 8
de cohorta. lib. 11. & in materia feudali est text. in c. 1. si vasal. feudo priuet. & in c. 1. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna. Alex. in cons. 30. num. 19. vol. 1. Ruin in cons. 37. colum. 2. volum. 1.

¶ His tamen non obstantibus, contrariam partem in casu præsenti omnino tenendã esse arbitror ex infrascriptis. Nam nulli dubiũ est, quòd ob culpam patris non debet filius sustinere pœnam: quia
3 † peccata suos debet sustinere authores. l. sancimus. C. de pœnis. l. si filius. C. de bonis proscript. toto tit. ne filius pro patre. & regula iuris est, quòd quis non debet grauari odio alterius. si quis in suo. C. de inofficio testa. Socin. Iun. in cons. 69. num. 10. volum. 1. & in tantum hoc est verum, quòd si aliqua lex vel statutum diceret contrarium, esset iniquum, & non seruandum. Card. in cons. 44. quem sequitur Mars. in pract. suæ crimin. in §. vltimo. num. 38.

¶ Secundò facit. Nam in feudis antiquis, quę debentur filijs vt filijs, & non vt hæredibus, si delictũ
9 patris non respicit personã domini, non obstat filio. ista est decisio Bart. in l. 1. ff. de interdi. & relega. vbi
4 dicit, quòd † quando quis committit aliquod delictum, propter quod debet feudo directo priuari: vt quia deliquit contra dominũ, vel aliquid fecit contra conuentionem feudi, tunc delictũ patris nocet filio, vt in c. 1. si vasal. feudo priue. gl. in c. si vasallus.
5 si de feudo fue. contro. inter dom. & agnat. si † verò propter delictum aliud, non debebat principaliter feudum amittere, sed consequenter cadit ab illo: vt quia non deliquit contra dominum vel cõtra promissiones factas in feudo, & isto casu recurrit ad distinctionem, quam ponit Cyn. in l. 2. de lib. & eorum lib. quæ probatur per d. l. 1. ff. de interd. & releg. Aut tale feudum transit ad filium ex persona patris tanquam ad patris successorem, & hoc casu
6 perdit filius. Aut † transit ad eum iure suo, vt quia filius nõ quia hæres, & tunc illud sibi retinet. Idem voluerunt Petr. Iac. de Raue. & Saly c. in d. l. 2. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de feud. in §. nunc dicamus. in additione incip. quòd sic Paul. de Castro, in consil. 162. secundùm antiquam impressionem. Dec. in consil. 389. colum. 2. in princ. vbi dicunt ra-
7 tionem esse: quia † quando feudum est acquisitum ab antecessoribus pro se & liberis, descendentes vel liberi censentur feudũ ipsum potiùs habere ab antecessoribus seu à primo inuestito, quàm à suo patre immediatè, qui non fuit primus inuestitus. Ideo nimirum si delictum patris à quo non habent, nec habere censentur, non nocet sibi: Imo. Paul. de Cast. Roma. & Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Curt. Iun. in tract. feud. in 5. par. in vers. sextus principalis sit tractus. Ias. & Alexan. in l. adoptiuum. §. fi. ff. de in ius vocan. dum se remittunt ad dicta per Bart. in d. l. 1. Gozad. in cons. 84. num. 15. vbi inquit, omnes ita fateri, quòd quando concessio feudi facta est pro se & liberis vel descendentibus, quòd etiam si filij non sunt hæredes patris, possunt venire ad feudum, & quòd delictum patris eis non obest. Bos. in tit. de public. bono. num. 58. vers. sic etiam. Calcan. in cons. 73. colum. 3. in princip. Imol. in cap. ex parte. colum. 10. vers. Item aduerte de feudo. Iacob. de S. Georgio in sua inuestit. in verbo dictis Vasalli promiserunt, non commit. feloniam. col. 19. versic. videamus nunc. vbi inquit, quòd quando filij veniunt iure proprio & ex persona propria, vt est quando feudum est concessum pro se & liberis, delictum patris non nocet filio. Ruin. in cons. 149. numero 3. & 14. volum. 1. & in consil. 23. num. 31. cum sequenti. vol. 5. Clar. in §. feudum. quæst. 66. vers. sed quæro. Alciat. in responso 122. in 2. Tomo. num. 42. vbi dicit, quòd † in feudo nouo certũ est, quòd delictum patris nocet filio, & idem quando est hæreditarium, & similiter quando quis condemnatus est in primo capite læsæ Maiestatis, secus autem in alijs casibus: quia in iure non reperitur, filios priuari posse. Afflict. in cap. 1. §. sed & res. num. 32. per quos fiat inuestit. in cap. 1. §. si vasallus. in glo. 3. numero 7. quæ sit prima caus. benef. amitt. & in cap. 1. §. hoc quoque. num. 53. de succes. feud. vbi dicit ex auctoritate Iacobi de Beluiso, & post Isern. quòd regulariter in feudis nouis factum patris præiudicat filio, & idem quando est paternum sed hæreditarium, si verò ex pacto & prouidentia delictum patris nocet filio, si delictum respicit dominum, aliàs secus, subdens hanc esse veram conclusionem, & omnes Doctores in hoc conuenire, & hanc esse magis communem Doctorum sententiam firmat Alexand. in cons. 19. nume. 12. volum. 5. scripsi in consilio 64. in 2 volumine, pro qua sententia facit text.
9 in l. eorum. ff. ap l. Iul. Maiest. vbi † crimen læsæ maiestatis, quòd non fuit directè commissum in Principem, sed in alijs capitibus, filijs non nocet quod ad ea, quæ filijs vt filijs debentur, vt in simili videmus in iure patronatus, & in iure libertorum, quæ filijs vt filijs debentur. l. filij. ff. de iure patro. & ideo
10 inquit Beros. in consil. 154. vol. 3. quòd † si Princeps concessit officium alicui pro se & filijs suis, quòd filij non priuantur tali officio propter delictum patris: quia fuit concessum filijs vt filijs & non vt hæredibus, sed ex mero officio Principis, quia regula esse videtur, quòd in his, quæ debentur filijs vt filijs delictum patris non nocet filijs, & idem in terminis feudi voluit in cons. 155. col. 2. vers. secundò respondetur. volum. 2. vbi inquit, communiter Doctores ita tenere, quòd si filij habent ex iure suo, vt quia pater sibi stipulatus est & filijs, quibus iam quæsitum est, delictum patris non nocet filio. l. 1. ff. de interdict. & releg. si verò habent ex successione paterna, tunc patris delictum bene præiudicat filijs in feudo, sicut quoad successionem hæreditatis paternæ, quæ sententia etiam comprobatur ex his, quæ scribit Ripa in repetitione. l. fin. num. 236. C. de reuoca. donatio. vbi tradit, quòd † propter feloniam
11 patris, de qua non est conquestus dominus in vita vasalli: non potest feudum auferri à filijs, si concessio facta fuit patri & filijs: quacùm ius feudi sit quæsitum filio iure suo & ex persona sua, ingratitudo & felonia patris non debet nocere filijs, etiam si dominus cõquestus fuisset de felonia patris, vt in terminis nostris bona feudalia, de quibus agitur, quæ fuerunt acquisita ab antecessoribus ipsorum: si
12 inspiciatur † tenor concessionis ad quem semper debemus recurrere, cùm vim contractus ostendat, capitulo primo, versiculo propter tenorem

inuestituræ.de duob.fratr.à.cap.inuesti.c.si cui.de quibusdam.c.extraord.in vers.sermonem tamẽ inuestituræ necnon vim verborũ & sensum contra-
13 hentiũ intuentes faciliter cognoscitur, quòd † bona ipsa feudalia concessa fuerũt quondam Dn. Scipioni Serdoni pro se & filijs ac descendentibus,ergo ex pacto & prouidentia.Paris.in cons.2.nu.22.vol.1. Gozad.in cons.9.num.53.Ruin.in cons.25.num.18. volum.1.& in cons.162.num.12.volum.eod. dixi in consil.28.num.2.volum.3.& in cons sequenti.nu.2. Socin.Iun.in cons.114.num.10.volum.1. Alciat. in responso 17.in 3.Tomo.num.20.& per consequens, quòd dictum delictum Dom. Antonij non potuit præiudicare suis filijs,quibus nulla molestia infer-
4 ri debet in ipsis bonis per dictos agentes suæ altitudinis.

SVMMARIVM.

1 *Vnusquisq; pro rata sui patrimonij registrati tenetur soluere collectas.*

2 *Bona descripta in æstimo sunt tacitè hypothecata pro collectis in præiudicium eius,qui ea describi fecit in æstimo.*

3 *Collectæ si non soluãtur,bona allibrata vendi possunt.*

4 *Recusanti soluere collectas, ab eo auferuntur res & fructus rei.*

5 *Bona registrata sunt adeò hypothecata, quòd nullus creditor potest habere ius alterius.*

6 *Onus solutionis collectarum spectat ad conductores, cùm tale onus respiciat fructus, quod declara vt in num.15.*

7 *Locans fundum suum ad pensionem percipiendam in pecunia, ita quòd omnes fructus remaneant apud conductorem,dominus ad tributa, & collectas non tenetur.*

8 *Onus collectarum spectat ad illum,qui bona habet descripta ad suum registrum.*

9 *Collecta quando imponitur secundum æstimum, tunc non attenditur possessio bonorum.*

10 *Conductor simplex non tenetur ad solutionem collectarum,sed hoc onus ad locatorem pertinet.*

11 *Statutum arctans colonum ad soluendũ collectas pro domino est iniquum.*

12 *Munus collectarum debet imponi illis, qui possident pro suo, & suo iure faciunt fructus suos sicut emphyteuta & vsufructuarius.*

13 *Colonus non possidet, sed detinet.*

14 *Colonus partiarius, vel qui nummũ colit,non cogitur soluere collectas, sed dominus prædiorum.*

15 *Declaratio ad Bart.in l.1.C.de anno.& tribut.lib.10.*

16 *Consuetudo ita se habet, vt coloni non teneantur ad collectas.*

17 *Consuetudo in imponendis oneribus plurimum operatur etiam contra regulas iurũ.*

18 *Forensibus licèt non possit imponi onus collectarum, secus tamen est, si consuetudo est in contrarium.*

19 *Vera interpretatio sumitur à practica.*

CONSILIVM LXXIX.

1 TSI † vnusquisq; pro rata sui patrimonij registrati teneatur & obligatus sit soluere collectas,quæ imponuntur ratione onerũ patrimonialium & extraordinariorum.glo. in l.rescripto.in verbo incolis. ff. de mune. & hono.l.1. & final.C.de mun.patr. lib.10.&
2 bona † ipsa descripta in æstimo sint tacitè hypothecata pro collectis in præiudicium facientis describi in æstimo.Angel.in cons.206. num.2.Ias.in cons.83. colum.1.volum.1.text.& ibi glos.in l.1.C.in quibus cau.pign.tacitè contrah.vbi Bart. & Bald. Iacob. de Aret.Cyn.Bal.Aret.Alex.& Ias.in l. apud Iulianum. § hæres.de lega.1.Paul.de Cast.in l.inter debitores. ff.de pact.Bero.in cons.150.num.29.volum.3. Bos.in tract.suo in tit.de Principe.nu.102.Dec.in cons.285. num.5. decis.Pedemont. 91.num.4.& 95 num.32. Catel.Cot.in memoriali incip.collecta.Negusan.in tract. de pign.charta 44. colum. 4. in fin. adeò quòd
3 † nisi soluantur bona allibrata,possunt vendi. glos. not.in verbo distrahantur.& ibi Bartol.C.de vend. bon. fiscal. libro 10. Negusan. vbi suprà. Curt. Iun. in cons.61. num. 7. vbi post Bald. ibi per eum citatum dicit, quòd
4 † si quis noluerit soluere collectas,
5 ab eo aufertur res & rei fructus, & † in tantum est priuilegiata huiusmodi hypotheca, quòd nullus creditor potest habere ius anterius quàm habeat fiscus.Cyn.& Bald.in l.1.per illum textum.C.si prop. publ. pensita.Prat.Pap. in form. actio. hypoth.in verbo sub eadem.in 3.colum. quos sequitur Cotta, vbi suprà.Dominus Osasc.in d.sua decis. 95. nu. 22.

¶ Nunc dubitari contingit inter Dn. Bartholomæum Galeratum & egregiũ Ludouicum de Sormanis conductorem bonorum stabilium d. D. Bartholomæi registratorum in loco S. Georgij, & pro quibus reddit dimidiam fructuum,& D. Aurelium fratrem, d. Dn. Ludouici conductorem bonorum sitorũ in loco & finibus Montaldi, pro quibus soluit singulo anno scuta quinquecentum,pro fictu in temporibus descriptis in instrumento locationis, quis ipsorum soluere debeat collectas in dicto loco S. Georgij, videlicet, an locator vel conductores. Prima itaq; fronte videretur dicendum,quòd onus solutionis collectarum spectat ad ipsos conducto-
6 res: quia † onus collectarũ respicit fructus, & consequenter spectat ad eos, qui percipiunt fructus. l. si pendentes.§ si quid.ff.de vsufruct. Dec.in cons. 285. col.1.l fin.C.sine censu vel reliq. & ibi Salycet. in 3. notabili.

¶ Secundò pro hac sententia adducitur, quod vult tex.iuncta gl.notab.in l.1.C.de anno. & trib.libro 10.vbi gl.vult mirabiliter secundùm Bar.per il-
7 lum tex.quòd † si aliquis locat fundum suũ ad pensionem percipiendam in pecunia, ita quòd omnes fructus remaneant apud colonum, quòd dominus ad tributa & collectas nõ tenetur, quod inquit Bar. perpetuò menti tenendum, intelligendo tamen in oneribus realibus, & de hoc est text. in l. si fine. §. Lucius.ff.de admi.tuto.quam allegat gloss. in d.l.1. Soc.in cons.119.col.2.vol.1.& in cons.217.Roman.in l.inter quos.§.damni.ff.de dam.infect.Ias.in l.1.col. 6.in fin.vers.item quod dictum est. C.de iure emph. motus ex ratione suprà citata: quia onus collectarum respicit ipsos fructus,& consequenter spectant ad eum,ad quem spectant ipsi fructus.

¶ Maturiùs tamen cogitanti, contrarium est de iure verius, vt patet ex infrascriptis.Et primò,quia
8 nemini dubium est, quòd † onus collectarũ spectat ad illum,qui habet bona descripta ad suũ registrum seu catastrum,vt notat Ang.in l.fin. C. sine cens. vel
9 reliq.vbi inquit,quòd † quando imponitur collecta secundùm æstimum,tunc non attenditur possessio bonorum,sed solùm æstimum. Bal.in l.1. §. quòd si nemo.col.antepen.vers.super tertio.ff.quòd cuiusq; vniuer.nom.Dec.in cons.285.num.5.

10 ¶ Secundò facit.Nam † simplex conductor non tenetur ad solutionem collectarum consuetarum, sed hoc onus ad dominum seu locatorem pertinet. Bald.in l.1. col.1.versic.sextò. C. de iure emphy.vbi ponendo differentiam inter emphyteutam & conductorem inquit, quòd primus tenetur ad collectas.

ctas l.2. C.eodem titul. sed conductor non. & si soluit eas, à domino repetit, argum.l.ædilis.de via public. & Bald.sequuntur Alexand.in cons.35.num.12. volum.4. Ias.in cons.109 in 3.dubio.volum.1. Curt. Sen. in cons.36. Cassan. in consuet. Burgund. folio mihi 651. num.8. Ferret.in cons.199. num. 5. rursus Bald. in l.cum duobus.§.si in coeundo. ff.pro socio.

11 & in tantum hoc est verum, quòd † statutum arctans colonum ad soluendum collectas pro domino est iniquum. Bart. & Bald. in l.colonos. C.de arg. & censi. lib.10. Parpal.in l.placet. num. 69. C. de Sacrosanct. Eccles. Bos. in titu. de Principe. num.102.

12 ¶ Tertiò accedit. Nam † munus collectarum debet imponi illis, qui possident pro suo, & suo iure faciũt fructus suos, sicut emphyteuta vsusfructuarius & similes possidentes, qui lucrantur fructus, tenentur ad collectas.l.si pendentes.§. si quid. ff. de

13 vsufruct. sed colonus † qui non possidet, sed detinet, non tenetur. Alex.in cons.35.col.2.vol.4.Bos.in tit.de Principe.num.120. Osasc.decis.sua Pedemon. 83.num.6.

¶ Quartò hanc sententiam tenuerunt Bald. in l. 1.C.de anno.& trib.lib.10. vbi inquit, hoc onus imponendum locatori: quia est dominus rei.allegat.l. neq; de impen.in reb.dot.fac. Alex.in cons.4. col.1. vol.7.quem sequitur Ruin.in cons.77.num.6.vol.1. vbi inquit, hoc etiam procedere in conductore ad longũ tempus, qui dicitur habere vtile dominium, si condignã præstet pensionem: quia hoc casu magis æquiparatur simplici cõductori, quàm emphyteutæ, ex quo pensionem præstat condignã & fructibus commensurabilem. Ias.sibi contrarius in dicto consil.109. colum.1. Natta in cons.409.Ioan.de Plat.in l.1.colum.2.C.de anno.& trib.lib.10. & in l. penès.colum. 2. vers. item est argumentum. C. de agricol. & censi. libro 11. vbi dicit illum text. facere argumentum secundùm Andr. de Baru. quòd

14 † colonus partiarius, vel qui nummis colit non cogitur soluere collectas, sed dominus prædiorũ, iterum in l.1. C.eodem tit.colum.2. Osasc.decis. sua 83. colum.3.in princip. Bellon.in cons.17. Parpal. in l. placet.charta 6. col.3. vers.item dicatis.C.de Sacrosanct.Eccles.Ferret.in cons.199.nu.5.Berosi.in cons. 46.num.12.vol.1.

¶ Superest modò vt tollantur quæ in cõtrarium adducta fuerunt. & primò, quòd onus collectarum respicit fructus, & consequenter spectat ad eos, qui percipiunt fructus: Quia respondetur ad locum habere in illis, qui possident pro suo, & suo iure faciũt fructus, vt in emphyteuta & vsufructuario.l.fin.C. sine censu vel reliq.l.hactenus.§.primo. vbi Bald.& Ang.ff.de vsufruct.lega.secus in colono, qui nõ possidet, sed detinet, vt per Alex.in d.cons.35.col.2.volum.4.& alios suprà citatos.

15 ¶ Similiter † non obstant notata per Bartol.in d.l.1. C.de anno.& tribu.quem allegant Soci.& Ias. in locis, de quibus suprà: quia aduertendum est, quòd Bart.non dicit id ad quod allegatur, si aduertatur. nam dicit ibi Bartol. quòd gloss. mirabiliter vult, quòd si aliquis fundum suum locat ad pensionem percipiendam in pecunia, ita quòd omnes fructus remaneant apud colonum, quòd dominus ad tributa non tenetur, nisi consuetudo regionis aliter se habeat.l.sine hærede.§.Lucius.ff.de admi.tut. tamen secundùm Bart.hoc debet intelligi in oneribus realibus, prout sunt tributa, quæ ex dispositione legis veniebãt præstanda ex corpore fructuum, putà quinquagesima pars frumenti, quadragesima olei, & sic de reliquis, vt declarat text. in l.modios. C. de suscep.lib.11. sed collectis, quæ imponuntur personæ pro rebus erit inspicienda persona, cui imponitur.l.rescripto. ff.de mune. & hono.l.indictiones. C.eodem tit. & licèt Bartol.non declaret, quis soluet collectam conductor an locator, tamen Bald. ibi dicit, quòd locator est ille, qui tantùm dominus rei debet soluere. l. neque. ff. de impen. in reb. dot. fac. Alexand.in d.consil. 4. colum.1. Ias. sibi aduersans in cons.109.col.final.Ioan.de Plat. Parpal. Bos. Bellon. Berosi. & Natta in locis suprà relatis, & sic sentiunt præfati Patres, quòd pro fructibus remanentibus penès colonum, qui soluit pensionem in pecunia, ipse colonus non tenetur soluere onera mixta, prout est collecta, nec de hac conclusione est

16 mirandum, cùm † consuetudo ita etiam se habeat, vt coloni non teneantur ad collectas, vt inquit Bos

17 in dict.tract. de Principe, num.120. quæ † consuetudo in imponendis oneribus plurimùm & semper operatur, etiam contra regulas iuris.l.1.vbi Bar, C.de aur. coro.lib.10. Alexand.in cons.52.colum.2. volum.5.Socin.Iun.in cons.49. num.16. volum.1.

18 & 75. nu.16. volum.4. & hinc est, quòd † licèt aliàs forensibus non possit imponi onus collectarum, Bart.in l.rescripto.§ fin.ff.de mune.& hono.tamen id fieri potest, quando de eo esset cõsuetudo in contrarium. Ruin.in cons.202.in fin.volum.1. cùm igitur in casu præsenti ea sit consuetudo, quòd coloni non soluant collectas, ab ea non est recedendum.l.

19 minimè.ff.de legib. vera † interpretatio sumitur à practica Bal.in c.1.de feud.sine culp. non amit. Dec. in cons.358.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens matrem ab hæreditate filij, dicitur fauorabile: quia factũ fauore agnationis conseruandæ.*

2 *Statutum disponens, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, censetur principaliter fauorabile: quia inductum fauore agnationis & familiæ, declara vt in num.54.*

3 *Statutum excludens sororem ab hæreditate fratris, censetur fauorabile.*

4 *Statutum excludens matrem ab hæreditate filij, extenditur ad bona alibi sita. & num.17. sed contrà secundùm communem.num.30.*

5 *Statuta disponentia, quòd agnati masculi excludant fœminas, tanquam fauorabilia extendũtur ad bona sita extra territorium statuentis.*

6 *Statutum prohibens marito relinquere vxori cùm sit fauorabile, trahitur ad bona sita in alieno territorio.*

7 *Statutum Ferrariæ excludens filiam extantibus masculis ab hæreditate vel successione, quia loquitur in personam, porrigitur ad bona existentia extra territorium, si persona exclusa sit subdita, sed contrà num.41.*

8 *Ciuis Anglicus habens bona in Anglia, vbi extat consuetudo, quòd primogenitus in totum succedat, & etiam in Italia, vbi talis consuetudo non viget, sed decessit pluribus relictis filijs, & in Italia non habet domicilium: primogenitus succedere debet, nedum in bonis Angliæ, sed etiam Italiæ. & contrà num.45.*

9 *Ciuitas potest afficere subditum suum, etiam respectu rerum sitarum. declara vt in num.47.*

10 *Collecta potest imponi ciui pro bonis, quæ in alieno territorio possidet.*

11 *Tutor simpliciter datus ab vno iudice dicitur habere administrationem patrimonij, etiam positi extra territorium.*

12 *Maior pars bonorũ vbi est, attenditur statutum illius loci, etiã quoad bona alibi sita. declara vt in nu.47.*

13 *Hæres qui consequi vult hæreditatem, illam petere debet in loco, in quo iacent bona hæreditaria.*

14 *Hæreditas ibi esse dicitur, vbi est maior pars bonorum.*

15 *Iudex habet seruare statuta & consuetudines loci, in quo iudicat.*

16 *Hæres adeundo dicitur cum legatarijs & alijs contrahere.*

17 *Statutum excludens matrem à successione filij dicitur esse contra ius commune, strictéq; debet intelligi, & restringendũ venit, ne ad bona alterius territorij extendatur.*

18 *Iurisdictio vnius non extenditur extra bona territorij sui.*

19 *Statutum iuris communis correctorium ita debet interpretari, vt minùs lædat ius commune quàm fit possibile.*

20 *Statutum ita debet intelligi, si fieri potest, ne quis indebitè damnum patiatur, etiam si aliàs nihil operaretur.*

21 *Statutum quotiescunq; plures effectus operari potest, ita interpretandum est, vt tantùm vnum operetur ad iuris communis derogationem.*

22 *Statutum contra ius commune satis est, quòd aliquid addat vltra ipsum ius commune, etiamsi illud esset leue & minimum.*

23 *Statutum disponens, quòd filia fœmina non succedat, secundùm communem non extenditur ad bona extra territorium statuentium sita.*

24 *Statutum si excludit filias dotatas, legitimæ supplementum petere possunt in bonis sitis extra territorium statuentis.*

25 *Statutum vel consuetudo Angliæ disponens, quòd pater non possit priuare filium certa parte hæreditatis, nec relinquere fratrem hæredẽ, non extenditur ad bona sita extra territorium Angliæ.*

26 *Statutum de lucro dotis non habet locum in bonis dotalibus existentibus extra territorũ statuentium.*

27 *Consuetudo Angliæ disponens, quòd primogenitus succedat in solidum, non extenditur ad bona extra Angliam sita.*

28 *Statutũ Angliæ disponens, quòd vxor lucretur partem bonorum mariti præmorientis, locum non habet in bonis sitis in alieno territorio.*

29 *Statutum Ianuæ, per quod agnati masculi vsque ad quartum gradum excludunt alios, non extenditur ad bona sita extra territorium Ianuæ.*

30 *Imperator vltra territorium suum est ad instar priuati.*

31 *Imperator quilibet vel Rex potestatem suam extendere non potest extra territorium suum.*

32 *Declaratio ad Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide Catho. in vers. 6. videndum.*

33 *Statutum sicut non potest includere personã non subditam, ita nec includere bona sibi non subiecta.*

34 *Interdictio bonis quæ fundatur in iure cõmuni, operatur extra territorium.*

35 *Statutũ tantùm seruatur in loco, vbi fuit conditum, & statuentes habent potestatem.*

36 *Sententia iudicis promulgata contra subditum trahitur ad bona alterius territorij, mittiturq; executioni per iudicem, cui bona suppositia sunt ad mandatum tamen iudicis condemnantis.*

37 *Statutum, quòd vxor nõ possit legare viro, vires non porrigit extra territorium statuentis.*

38 *Pupillus arrogatus propter diuersitatem patrimoniorum, quæ habet, potest in vno loco decedere testatus, & in alio intestatus.*

39 *Bona habens in diuersis territorijs, quorum quodlibet habet bursam fiscalem separatam, & distinctam si delictum committit, taliter quòd omnia bona vbicunq; sita publicentur, vnusquisque occupat bona territorij sui.*

40 *Imperator confiscat bona mobilia subditorum, sed non stabilia existentia extra territorium.*

41 *Statutum siue loquatur in personam siue in rem, non extenditur extra territorium.*

CONSILIVM LXXX.

DVBIVM quidem & elegans in medium offertur, an statutum excludens matrẽ ab hæreditate filij, extendatur ad alia bona sita in alieno territorio. Et vt veritas eius, de quo quæritur, magis habeatur, primò pro parte affirmatiua adducuntur infrascripta, videlicet, quòd † huiusmodi statutum est fauorabile, quia factum fauore agnationis conseruandæ. Paul. de Castr. in l. qui per exceptionem ff. de cond. indebit. vbi inquit, quòd stante statuto, quòd † extantibus masculis fœminæ non succedant, tale statutũ censetur principaliter fauorabile: quia inductum in fauorem suorum, & sic agnationis & familiæ. l. 1. §. pen. ff. de ventr. inspic. Bero. in cons. 120. nu. 72. vol. 2. & hanc esse magis communem inquiunt Iaſ. in d. l. qui per exceptionẽ. Port. in cons. 35. nu. 8. cons. 31. nu. 3. cons. 11. num. 15. Brun. in tracta. exclus. fœm. in 8. articul. quæst. 25. in prin. Alcia. in cons. 62. facit etiam quod voluit Bal. in l. 2. per illum text. C. qui ad liber. perue. non pos. vbi † statutũ excludens sororem ab hæreditate fratris est fauorabile. Alex. in cons. 147. col. 2. vol. 6. in cons. 16. col. 2. vol. 1. & 78. vol. 6. Curt. Iun. in cons. 150. num. 6. Rub. Alexan. in cons. 45. col. 1. in fin. si † ergo fauorabile. ideo extenditur ad bona alibi sita, vt colligitur ex dictis Bart. in l. cunctos populos. in 7. col. vers. 6. videndum. C. de sum. Trin. & fide Catho. vbi inquit, quòd quando statutum est prohibitorium in personã, si continet prohibitionem fauorabilem, extenditur extra territorium statuentium, & Bartol. ibi sequuntur communiter Scribentes Curt. Iun. in consil. 8. vbi concludit, quòd † statuta disponentia, quòd agnati masculi excludant fœminas: quia fauorabilia extendũtur ad bona alibi sita. & cum Curt. transit Rub. Alexand. in cons. 16. colum. fin. & 45. per totum Alexand. in cons. 16. colum. 2. volum. 1. vbi statutum excludens fratrem à successione vti fauorabile vires porrigit ad bona extra territorium statuentium existentia. Brun. in tract. exclus. fœm. in 4. articulo, colum. 2. Roman. in cons. 39. vbi † statutum prohibens marito relinquere vxori, cùm sit fauorabile, trahitur ad bona in alieno territorio sita.

¶ Secundò facit, quod voluit Calder. in cons. 34. in tit. de testa. vbi voluit, quòd † statutum Ferrariæ excludens filiam extantibus masculis ab hæreditate vel successione: quia loquitur in personam, porrigitur ad bona existentia extra territorium, si persona exclusa sit subdita: quia statutum eas priuando iure intellectuali scilicet hæreditate, operatur, quòd filiæ aliqua bona consequi non possunt, nec intra territorium nec extra: quia filiæ nulla bona capere possunt, nisi vt hæredes, sed si priuantur potentia consequendi vniuersale, sub quo particularia continentur, videntur, etiam priuari potentia consequendi omnia particularia inclusa sub vniuersali. l. si quis totum. §. fin. ff. de except. rei iud. Alexand. in cons. 44. colum. 2 volum. 5. sed in casu præsenti fœminæ excluduntur à petitione hæreditatis, ergo &c.

¶ Tertiò accedit, quod voluit Salyce. in d. l. cunctos populos. vbi tradit, quòd † si ciuis Anglicus habeba-

bebat bona in Anglia, vbi erat consuetudo, quòd primogenitus succedat in totum, & etiam habebat in Italia, vbi huiusmodi consuetudo non vigebat, & decessit pluribus relictis filijs: quòd si in Italia domicilium non habebat, quòd primogenitus nedum succedere debet in bonis Angliæ, sed etiam Italiæ: quia consuetudo Italiæ non ligat forenses. Item & quia, sicut in testamento facto in Anglia, succeditin omnibus bonis hæres vniuersaliter institutus, ita etiam ab intestato debet succedere primogenitus in omnibus ex tacita voluntate defuncti, quæ colligitur ex eo: quia domicilium non mutauit, & sic in consuetudine suæ originis persistit, quam approbare dicitur, & ea vti velle videtur. argumento l. vel
9 vniuersorum. ff. de pigno. actio. Plus, quia † ciuitas potest afficere subditum suum, etiã respectu rerum
10 in alieno territorio positarũ, vt † est videre in collecta. quia potest imponi ciui pro bonis, quæ in alieno territorio possidet. l. rescripto. §. fi. l. numerum. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. Nam quando imponitur collecta, imponitur personæ pro rebus. d. §. fin. & ideo personã dicitur afficere non res: quia de rebus alterius territorij principaliter non potest disponens disponere. l. cùm vnus. §. fin. ff. de
11 bon. aut. iud. pos. item † tutor simpliciter datus ab vno iudice, dicitur habere administrationẽ patrimonij, etiam positi extra territorium illius iudicis. l. propter litem. §. licèt. ff. de excu. tut. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum. licèt glos. in l. non solùm. §. qui testamento. ff. de excusa. tuto. contrariũ tenuerit, sed malè secundùm Doctores ibi.

12 ¶ Quartò facit. Nam † vbi est maior pars bonorum suæ hæreditatis, tunc attenditur statutum illius loci etiam quoad bona alibi sita. Ana. in cons. 4. Bolog. ibi in addit. Paris. in consil. 12. num. 15. vol. 3.
13 quia hæres † qui consequi vult hæreditatem illam, petere debet in loco, in quo iacent bona hæreditaria.
14 l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Nam † ibi dicitur esse hæreditas, vbi est maior pars bonorum. l. fideicom-
15 missa. ff. de iud. sed iudex † debet seruare statuta & consuetudines loci, in quo iudicat. l. 3. §. fin. ff. de te-
16 stib. quæ opinio confirmatur, nam † hæres adeundo dicitur cum legatarijs & alijs contrahere. l. apud Iulianum. in fin. ex quib. cau. in pos. ea. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obligat. Vnde cùm in illo loco sit statutum, de quo suprà. debuit seruare vbicunq; agitur de dicta hæreditate, eò quia respicit litis decisionem.

4 ¶ Vltimò in terminis nostris ita decidit Curt. Iu. in cons. 9. in fin. vbi inquit, quòd & si Paul. de Cast. in cons. 224. consuluerit, quòd stante statuto, quòd agnati excludunt matrem, illud non extendatur ad bona alibi sita extra territoriũ, tamen non bene loquitur, cùm dictum statutum sit fauorabile, quod etiam extenditur ad bona sita in alieno territorio.

¶ Verùm diligentiùs ac maturiùs consideranti, contrariam sententiam vti amicam legibus ample-
17 ctendam fore arbitror: quia † inficiari non potest, quin hoc statutũ sit contra ius commune: quia contra text. in auth. defuncto. authen. cessante. & in authen. post fratres. C. de legit. hæred. quod strictè debet intelligi. l. 2. cum ibi notatis. ff. de noxal. Socin. Iun. in cons. 48. num. 53. vol. 1. Grat. in responso 28. num. 12. volum. 1. & restringendum ne ad bona alterius loci trahatur. argumento l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. l. in cõstitutionibus. ff. ad municip. Alex. in cons. 16. in princip. volum. 3. Nam iurisdi-
18 ctio † vnius non extenditur extra bona territorij sui. l. fin. ff. de iurisd. om. iud.

19 ¶ Secundò facit: Nam † statutum iuris communis correctorium ita debet interpretari, vt minùs lædat ius commune quàm sit possibile. Curt. Iun. in cons. 7. nu. 8. 195. num. 2. Cranet. in cons. 259. nu. 2. ita quidem, vt ea de causa liceat verba impropriare. Fulgos. in cons. 50. colum. 3. Corn. in consil. 115. circa fin. vol. 2. Soc. Iun. in cons. 11. num. 12. volum. 1. consil. 20. num. 9. & 18. volum. eod. Menoch. in consil. 5. num. 5. Grat. in responso 19. num. 4. in 1. part. sed si præsens statutum interpretetur, vt non extendatur extra territorium, sed ad bona ibidem sita, minùs inducetur correctio iuris communis, ergo illa sumenda venit, vt tantummodò statutum exclusiuum fœminarum complectatur bona sita in territorium ipsorum statuentium.

20 ¶ Tertiò accedit. Nam † statutum ita debet intelligi (si fieri potest) ne quis indebitè damnum patiatur, etiã si aliàs nihil operetur. gl. & Dd. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberam. Ruin. in cons. 138. nu. 15. vol. 3. Soc. Iun. in cons. 1. nu. 131. vol. 1. Cranet. in cons. 221. nu. 5. Menoch. in consil. 5. nu. 4. Bero. in cons. 141. nu. 21. vol. 3. vbi statutum esse superfluum, nihilq; operari magis toleratur quàm indebitè, quis damnum patiatur. At si huiusmodi statutum intelligatur, vt tantùm comprehendat bona sita in territorio & iurisdictione statuentis, minus damnum inferretur matri, ergo &c.

¶ Quartò pro hac sententia facit, quotiescunq;
21 † statutum plures effectus operari potest, ita est interpretandum, vt vnum tantùm operetur ad iuris communis derogationem. c. dilecti. de for. compet. Roma. in cons. 180. Alex. in cons. 229. vol. 6. Port. in cons. 86. nu. 6. & in cons. 137. nu. 9. Bero. in cons. 150.
22 nu. 26. vol. 1. vbi dicit sufficere, quòd † per statutum aliquid addatur vltra ius cõmune, etiamsi illud esset leue & minimum. Cùm igitur hoc statutũ possit vnum effectũ operari ad derogationem iuris communis, respectu bonorum ciuiũ in territorio ipsorum statuentium, illud non debet nec potest extendi ad bona extra territorium sita, ne plures effectus operetur ad derogationem iuris communis.

¶ Quintò facit, quod voluit Bartol. in l. cunctos populos. col. 7. vers. sextò. in fin. C. de sum. Trin. &
23 fide Cathol. dicens, quòd † statutũ disponens, quòd filia fœmina non succedat, non extenditur ad alia bona sita extra territorium statuentium. Lapus allegatione 91. Bald. in d. l. cunctos populos, quam partem vti communem sequuntur Anchar. in repetitione c. canonum statuta. in 12 quæst. prin. in vers. quæro iterum. Dec. in cons. 13. col. 3. ver. & quod statutum. Paris. in cons. 68. num 8. vol. 2. & in cons. 84. nu. 43. vol. 1. Soc. in cons. 283. col. 1. 292. col. 2. & 74. num. 18. vbi dicit, hanc esse regulam Bal. & omnium in d. l. cunctos populos. Goza. in cons. 49. col. 2. in fi. cum sequenti. Ias. in cons. 161. colum. 2. colum. 2. vbi dicit, decisionem Bart. communiter approbatam, à qua in iudicando non est recedendum: quoniam in decisione Bar. semper esse solet substantia veritatis. Rub. Alex. in cons. 71. in vltimo dubio. Bero. in consil. 155. num. 12. vol. 2. Ruin. in cons. 48. col. 1. vol. 3. Natta in cons. 1. 514. in 2. dubio. Port. in consil. 86. & 127. per totum Ioan. Cirier. in tract. de primogen. libro 2. quæst. 7. Bursat. in cons. 8. num. 35. & 76. numero 11. Curt. Iun. in consil. 108. num. 4. & 30. imò sententiam præmissam vti magis communem amplectuntur. Dec. in consil. 276. colum. 2. Alexand. in consil. 16. colum. 1. volum. 1. & in colum. 2. versicul. præterea. in consil. 19. volum. 6. Anton. Gabr. in suis commun. opin. in titulo de statutis. conclus. 9. col. 2. in fin. Brun. in tract. exclus. fœmin. articulo 8. quæstio. 25. & vltra prædictos Patres hoc etiam voluerunt Card. in consilio secundo, vbi ampliat hoc etiam si ex generalitate verborum statuti bona extra

territo-

territorium sita comprehendantur. Abb. & cæteri, in c. postulasti. de foro compe. Ioan. Crot. in repet. l. omnes populi. num. 245. ff. de iust. & iure. Alciat. in cons. 72. num. 5. vers. præterea. Soc. Iun. in consil. 62. num. 2. vol. 3. Cald. in cons. 17. in tit. de constit. Marsˢ. vbi suprà. Bero. in cons. 154. nu. 5. vol. 2. & in quæst. 117. Ruin. in cons. 130. num. 17. vol. 1. 69. num. 9. in fi. vol. 3. & 195. col. penul. vol. 2. Rub. Alex. in cons. 136. in princ. Homod. in cons. 167. Capra in cons. 42. colum. 2. Alban. in cons. 18. nu. 8. Alba. in cons. 33. nu. 3. Henric. Botte. in tract. de synodo, conclus. 2. nu. 120. Bald. in l. 2. col. 4. C. quæ sit long. consue. in l. si arrogator. col. penul. de adopt. & in tract. stat. in ver. succedat. & in d. l. cunctos populos. quæst. 15. versic. sed quæro de effectu. cons. 245. vol. 1. vbi ita communiter practicatur. & 131. vol. 2. Anchar. in cons. 69. Imo. in c. quòd clericus. de foro compet. Iasˢ. in consil. 80. col. 2. vol. 3. & in l. re coniuncti. num. 215. de legat. 3.

24 Alex. in cons. 128. vol. 1. vbi consuluit, quòd † filia dotata potest petere supplementũ legitimæ in bonis sitis extra districtum statuentium, statuto dotatas excludente non obstante. Alciat. in consil. 107. nu. 15. & 200. col. pen. Mart. Lauden. in tracta. de primogen. quæst. 28 Riminal. in cons. 92. nu. 2. & 403. nu. 13. Nicol. de Vbald. in tract. succesˢ. ab intest. parte 1. num. 66. versˢ. in sexta Mansuer. in tract. de succesˢ. versˢ. item illud. Bertach. in tract. de Episcopo. in 4. lib. part. 2. nu. 44. Philip. Franc. in c. vt animarum. §. statuto. col. 4. versˢ. 2. de constit. in 6. Viuius in suis com. opin. in verbo statutum. Card. in c. fi. in fin. de consuet. & in clem. sæpe. §. & quia. quæst. 4. de verb. sign. Paul. de Castro in l. vitricorum C com. de succesˢ. Roch. in c. fin col. 262. de consue. Villalob. in suis com. opin. in ver. statutum. nu. 105. Tiraq. in tracta. primogen. q. 45. nu. 4. Maran. disputatione 9. nu. 30.

¶ Sextò adducitur in medium, quod voluit Lapus allegatione 91. vbi inquit, quòd † statutum vel 25 consuetudo Anglię disponens, quòd pater non possit priuare filiũ certa parte hæreditatis, nec possit relinquere suum fratrem hæredem, non extendit effectum suum extra territoriũ Angliæ, in tantum, quòd tale statutum vel consuetudo in alijs bonis quàm Angliæ non seruabitur. per l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & per l. 1. cum ibi not. per Guliel. de Cuneo. & Dyn. C de suspect. tut. item quia virtus & potentia vel causa efficiens inspicienda est, vt possit operari suum passum, & suscipientem materiam, nec potest causa finita producere effectum infinitum, sed sicut limitatur potentia causæ, sic effectus debet etiam limitari. l. si arrogator. ff. de adopt. l. iurisperitus. §. cùm oriundus. ff. de excusat. tuto. limitata enim causa, limitatũ producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Berosˢ. in cons. 155. nu. 1. vol. 2. & Lapum sequitur Ruin. in cons. 48. col. 1. vol. 3. & Alex. in cons. 128. nu. 4. vol. 1. sed potestas & auctoritas statuentium non se extendit vltra proprios fines. l. duumuirũ. C. de decur. lib. 10. ergo nec eius effectus vltra protrahere potest. & Lapum etiam sequuntur Natta, in cons. 514. num. 24. Parisˢ. in consil. 68. col. fi. in princ. vol. 2. Gozad. in cons. 49. col. 3. in prin. Tiraq. in tract. de iure primogen. quæst. 42. num. 3.

¶ Septimò accedit, quod voluit Bal. in c. 1. de iu-
26 iuramento calum. vbi inquit, quòd † statutum de lucro dotis locũ non habet in bonis dotalibus existentibus extra territorium statuentium: quia licèt speciale sit in dote, vt sequamur consuetudinem viri. l. exigere dotem. ff de iud. tamen id verum est in bonis subiectis illi consuetudini, quæ dat lucrum dotis marito, dixi latè in tract. de lucro dotis. q. 20. quibus scriptis addo Alciat. in cons. 55. num. 13.

¶ Octauò. Nam extra territorium suum quilibet etiam Imperator vel Rex, suam potestatẽ & ius statuendi extendere non potest: quoniã vltra suum territorium est ad instar priuati. c. per venerabilem. qui filij sint legit. c. Imperator. c. duo sunt. c. cùm ad verum. cum ibi notatis. 36. distinct. tex. est notabilis in cap. quæ contra 8. distinct. ergo consuetudo suæ gentis vel lex non protenditur ad loca & bona, quę non sunt suæ iurisdictionis. Constat enim, quòd vnusquisq; in suo territorio est maior. Vnde populus statuendo in suo territorio magis potest quàm Rex, seu Dux alterius ciuitatis in illo. vt notat in l. apud eum. ad municipa. l. Titius. §. qui Romæ. de excusat. tuto. Bero. in cons. 155. num. 14. volum. 2.

¶ Nonò facit, quod scribunt Iacob. de Raue Gul. de Cuneo, & Cyn. in l. cunctos populos. C. de sum.
27 Trin. & fide Cathol. dicentes, quòd † consuetudo Anglię, quæ disponit, quòd primogenitus succedat in solidum, locum sibi non vindicat in bonis extra territorium Angliæ sitis, adeò, quòd si habens bona in Anglia & extra decesserit cum primogenito & secundogenito, in bonis Angliæ sitis succedet in solidum primogenitus, & in bonis alibi sitis succedet secundogenitus & alij fratres, quod & voluit ibi etiam Bart. Tiraq. in tract. de iure primoge. quæst. 42. Corn. in cons. 200. litera I. vol. 2. 115. col. 1. vol. eod. 162. col. 2. vol. 3. vbi asserit hanc esse communem. & 85. litera G. volu. eod. quam sententiam vti magis communem amplectitur Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de stat. conclus. 9. in fin. versic. tenendo. quia secundùm eos inspicienda est consuetudo loci, vbi res sitæ sunt. l. Titium. §. tutor. de admi. tuto. Ruin. in cons. 48. col. 2. vol. 3. Alex. in cons. 128. col. 2. volum. 1.

¶ Decimò confirmatur hęc sententia ex his, quæ dixit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in ti. de instrum.
28 edit. in §. compendiosè. vbi tradit, quòd † statutum Angliæ disponens, quòd vxor lucretur partem bonorum mariti præmorientis, non habet locum in bonis sitis in alieno territorio. Corn. in cons. 201. litera I. vol. 2. Gozad. in cons. 49. nu. 10. Natta in cons. 514. num. 14.

¶ Penultimò pro hac sententia adducitur quod voluit Iasˢ. in cons. 163. volum. 2. vbi consuluit, quòd
29 † statutũ Ianuæ, quòd agnati masculi vsq; ad quartum gradum excludãt alios non extenditur ad bona sita extra territorium Ianuæ, eò quia habilitatus per statutum ad capiendũ hæreditatem vel successionem, quam aliàs de iure cõmuni capere non poterat, non intelligitur habilitatus ad bona alibi sita. per l. pupillo. ff. de tut. vel cura. da. ab his. l. Titium. §. tutores. ff. de admi. tut. item qa tales dispositiones tanquam odiosæ non possunt sortiri effectũ in locis, in quibus non sunt talia statuta. per l. ex ea. ff. de postul. & per notata per Bart. in d. l. cunctos populos. vbi voluit, quod dictum est, quòd statutum disponens, quòd filiæ fœminæ existentibus masculis non succedant, cùm sit prohibitorium & odiosum, non porrigatur ad bona alibi sita. Et non habet obstare. si dicatur, quòd Bart. ibi loquitur, quando filiæ fœminæ excluduntur à successione patris, quasi illud censeatur odiosum, & sic Barto. ibi loquitur in linea descendentium, non autem in linea transuersali. Quia dicitur, quòd vtrobiq; secundùm Iasˢ. vbi suprà, est identitas rationis. Nam sicut excludere filias fœminas, ppter masculos est cõtra ius commune, & hoc respectu statutũ dicitur odiosum, ita etiam quòd agnati masculi qui sunt remotiores in gradu, excludant proximiores, istud est contra ius commune, contra auth. post fratres. auth. cessante. C. de legit. hære. & contra tex. in §. nullam. in auth.

d-

de hæred.ab inteſta. ergo etiam iſtud ſtatutum,cum ſit ſimiliter contra ius commune,debet pariter cenſeri odioſum,& ſic pariformiter ſumus in deciſione Bart.in d.l.cunctos populos.

¶ Vltimò (accedendo magis ad proxima) facit cõmunis concluſio,quæ habet, quòd ſtatutum excludens matrẽ à ſucceſsione filij non extenditur ad bona alibi ſita.ita Paul.de Caſtro in conſilio 224. Barb. in conſilio 39.columna 2.in fin. volumine 1. Corne. in cõſ.215. in princ. vol.2.202.col.4.vol.eod.& in cõ ſilio 85.colum.4.volum.4.Ruin.in conſilio 48.colu. prima,volumine 3. & colum.penult.in princi.Rub. Alexan.in conſi.16.colum.fin. 45. numero 3. & in fi. ac in conſil.136. Ruin.in conſilio 47.volum.3. Marſi. in l.fin.numero 192. ff.de iuriſdict. omn. iud. Natta in conſilio 514. in 2.dubio.Crot. in l.omnes populi. numero 239.ff.de iuriſ.omn.iud. Cepha. in conſilio 120.colum.penult.& in conſilio 278. colum. penult. Alexand.in conſilio 141. columna 3.volumine 7. Albanus in conſilio 20.numero 8. Bolognin. in addit. ad Anan.in conſ.4.Dec.in conſi.314.colu.fin. vbi inquit,hanc eſſe communem à qua in conſulendo, & iudicando nõ eſt recedendum.Crot.in cap. ſtatuto. col.3.de conſtit.in 6.

¶ Supereſt modò, vt reſpondeatur ad fundamenta in contrarium adducta, & deueniendo ad primũ dicitur,quòd licet dictum ſtatutum poſſet dici principaliter fauorabile,quod tamen nõ admittitur,ratione ſuprà allegata, tamen fauor iſte eſt non eſt tantus,quòd faciat dictum ſtatutum vires ſuas porrigere ad bona alibi ſita, vt patet ex his quæ decidit Bal.in d.l.cunctos populos.columna 10.in fin. verſi. ſed hîc quæro de effectu, quærit enim ibi Bald.an filia præterita ab inteſtato ſuccedat in bonis ſitis extra territorium ſtatuentium, & primò dicit,q̃ Bart.tenet qnòd ſic:quia hæc prohibitio eſt irrationabilis, & ideo reſtringenda.arg. l.cùm quidam. ff. de liber. & poſthum.& dicitur odioſum:quia diſponit cõtra rationem,præſertim naturalem,demum concludit quòd iſtud ſtatutum non eſt odioſum ſed mixtum fauore &odio,imò principaliter fauorabile.argum. l.qui exceptionem.ff.de condic. indebi. & quamuis fauorabile,tamen nõ extenditur ad bona extra territorium ſita.vbi eſt contraria iuris diſpoſitio, quæ impedit ius accreſcendi.l.mulieri & Titio. ff.de condit.& demonſt.& cum Bald.pertranſeunt Alexan.in conſil.128.colum.2.& fin.volum.1.Gozad in conſil. 49.numero 11.Ruin.in conſilio 48.colum.1. volum. 3.& Natta in cõſilio 514.in 2.dubio.& ratio eſt, quia actus ſtatuendi eſt iuriſdictionis.Bart.in l.omnes populi.in prima quæſt.ff.de iuſt.& iure.Alexand. in l.1. in 3.colum.ff.de iuriſ.omn.iud.qui extendi non poteſt extra limitas ſtatuentium.l.fin.ff.de iuriſ. omn. iud.quod comprobatur auctoritate Pariſij in conſi. 68.colum.penult.in fin.volum.2.dicentis,quòd ſtatutum Cremenſe diſponens fœminas excludendas à ſucceſsione non excludit eas à ſucceſsione ſtabiliũ exiſtentium extra territorium,ſecundùm communem opinionem,eſto quòd ſtatutum ſit fauorabile, cùm actus ſtatuendi ſit iuriſdictionis, & fieri debeat circa concernentia adminiſtrationem rerum ipſorum ſtatuentium.per nota.per Bart.& Alexand.vbi ſuprà.Rub.Alexand.in conſilio.71.in vlt.dubio, vbi etiam quærit,an ſtatutum Bugellæ trahatur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium. & primò dicit,q̃ ſic:quia huiuſmodi ſtatutum excludens fœminas eſt fauorabile:quia factum fauore agnationis cõſeruandæ,poſtea determinat quòd non:quia cõmunis opinio eſt in contrarium, & etiam quoniã ſi ſtatuentes ita diſponerent de bonis exiſtentibus extra territorium, non valeret eorum diſpoſitio. allegat Card.in conſilio 2.& l. certa forma. C. de iure fiſci libro 10. vbi forma data in bonis ſitis in ſuo territõrio non extenditur ad alia:quia actus ſtatuendi, vbi ſit circa adminiſtrationem rerum ſuarum eſt iuriſdictionis,qui non poteſt alibi exerceri.Accedit quòque quod ſcribit Gozad.in conſilio 49.numero 2.vbi inquit, quòd in iſto caſu homo vt duplex conſideratur:quia vnus quoad bona ſita in territorio ſtatuentium, & alius quoad bona alibi ſita,cùm ſtatutũ non extendatur,vbi non extenditur iuriſdictio ſta-
30 tuentium.l.fi.vbi Bal. ff.de iuriſ.om.iud. † nam (vt ſuprà dictum eſt) etiam Imperator vel Rex, ſuã poteſtatem & ius ſtatuendi extendere non poteſt : quo
31 niam † vltra ſuum territorium eſt ad inſtar priuati. cap.per venerabilem.qui filij ſint legi. c. Imperator. c.duo ſunt cùm ad verum.cum ibi notatis.96. diſti. & cum hac ſententia etiam pertranſit Brun. in tracta.excluſ.fœmin.in 8.articulo quæſt.29. verſ.quicquid autem ſit.

32 ¶ Nec obſtat † deciſio Bart.ſuprà citata: quia ſi bene aduertatur,ipſe in ſua diſtinctione nõ dicit,q̃ ſtatutum prohibitium loquens in perſonam, ſi ſit fauorabile,comprehendat bona exiſtentia in alieno territorio, ſed bene dicit,q̃ ligat ciuem ſibi ſubditũ exiſtentem extra territorium , & ponit exemplum Bart. ſi ſtatuatur,ne minores viginti quinque annis capiantur in confectione teſtamentorũ, & non poſſint facere teſtamentum,& ne vir poſsit legare vxori, vel è contra,quòd fit,ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient & decipiant,tunc quia iſta prohibitio continet cauſam fauorabilem, comprehendit ciuem illius ciuitatis vbicunque exiſtentem.Hæc enim verba Barto.in quibus nihil dicit, quòd iſta prohibitio trahatur ad bona alibi ſita,ſed tantùm dicit, q̃ comprehendit ciuem vbicunque exiſtentem.& iſtud eſt, in quo ſtatutum porrigit ſuum effectum extra territorium. Quis autẽ non videt,q̃ iſta duo inter ſe differunt? nam ſtatutum poteſt ligare ciuem ſuum extra territorium,quia poteſtas ſtatuendi inter ſubditos territorio non circumſcribitur.l.†.ff.de decr.ab ord.fac. Bal.in l.2.C.de enuch.ſed non poteſt diſponere de rebus in alieno territorio exiſtentibus, quia in eis deficit iuriſdictio,quæ eſt cauſa efficiens ipſius ſtatuti, & ſtatuentes tunc habentur loco priuati.l. 3.ff.de officio Præſid.l.fin.ff. de offic.præfect.vrb.ſic
33 ut † enim ſtatutum non poteſt includere perſonam non ſubditam c. eccleſiæ S.Mariæ de conſtit.l.etiam, de tutel.ita nec includere bona ſibi non ſubiecta, cũ militet idem defectus iuriſdictionis. ita formaliter inquit inſignis Natta,aliàs collega meus in conſ.514. numero 16.verſ.nec verò.vbi etiam ſubdit, quòd licet Bart.in loco præallegato adducat pro comproba tione ſuæ opinionis ſimile de eo, cui bonis interdi-
34 citur per prætorem.quia † interdictio ipſa eſt fauorabilis,ne ſua pereant,trahit ſecũ effectum extra territoritorium,& ſic vbi bona vndecunque ſunt ſita.l. Iulianus de cura.furioſi. l.is cui bonis.ff.de verb.obliga.tamen Bal.in d.l.cunctos populos.verſ.nunc è cõtra de inhabilitate,ſe non firmare opinionem Bart. quia ſimile quòd ſuprà,non eſt omnino bonum ex eo, quòd interdictio bonis fundatur in iure cõmuni, ſtatutum verò contra ius commune fundatur. & ideo videtur, quòd non poſsit operari extra territorium.& in hoc videtur Bal.bene ſentire:quia non poſſumus arguere de ſententia iudicis ad ſtatutum
35 alicuius loci particularis: quia † ſtatutum tantùm ſeruatur in loco,vbi fuit conditum,& ſtatuentes habent poteſtatem. l. omnes populi. ff. de iuſt.& iure.
36 ſed † ſententia iudicis promulgata contra ſubditũ trahitur ad bona alterius territorij. & mittitur executioni per iudicem , cui bona ſuppoſita ſunt ad

mandatum iudicis condemnatis. l. à diuo Pio. sententiam. vbi Doctores. de re iud. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. præsumitur enim iudicasse secundòm leges, quæ seruandæ sunt vbique c. 1. de constit. l. leges, vt generales. C. de legib. & in terminis statuti, quòd vxor non possit legare viro. de quo loquitur. Bar. illud. non trahitur ad bona extra territorium sita, voluit Bal. in d. l. cunctos populos. colum. 11. versi. dixi de statutis. quem sequitur Alex. in consi. 155. col. 1. vol. 7.

¶ Secundò respondet Natta vbi suprà, q; dũ Bart. in 2. membro distinctionis suæ vult, quòd statutum odiosum non trahatur ad bona alibi sita, consuluerat statutum esse odiosum respectu personarum excluſarum, & istud sufficit, vt statutum non extenda tur ad bona alibi sita, licèt aliunde esset fauorabile. & ita Bart. seipsum declarat in d. l. cunctos populos. in 7. quæstio. principali. in quæstio. consuetudinis Anglicanæ, quod etiam ponderatur per Alexand. in consil. suprà citato 218. columna 2. in his autem quę ponit Bart. in primo membro suæ distinctionis, nõ agebatur de exclusione alicuius, qui alias esse admittendus, non enim præiudicatur alicui, si statuitur,
37 ne minores possint facere testamentũ, vel † ne viri non possint legare vxoribus, nec è contrà: quia istis nullum ius competebat in bonis defuncti, sicuti cõpetit matri in successione filiorum, & ideo quia cõcernunt aliorum odium, strictè sunt intelligenda, nec ad bona alterius territorij extendenda. Alcia. in consi. 61.

¶ Non obstat & secundum: quia huiusmodi ratio Calder. sublata videtur per Alex. in consi. 128. suprà, sæpius citato, vbi fatetur, quòd licet hæreditas tanquam quid intellectuale & incorporale. l. 1. ff. de rer. diuis. non concernat locum, tamen per hoc non sequitur, quòd propter diuersitatem patrimoniorũ subiectorum diuersis legibus vel statutis, & sic habẽtibus diuersas qualitates, nõ debeat fieri diuisio eorundem patrimoniorum diuersimodè inter hæreditates, secundùm varietatem dispositionis legum, seu statutorum, quibus subijciũtur. Sicut videmus,
38 quod pupillus † arrogatus propter diuersitatem patrimoniorum, quæ habet, potest in vno loco decedere testatus, & in alio intestatus. l. si arrogator. ff. de auctor. cùm ibi notatis per Scriben. & idem in milite. l. 1. & 2. C. de milit. testamen. quem sequitur Ruin. in consilio 48. num. 2. volum. 3. vbi inquit, q; ista respõsio melius probatur ex notatis, per Cyn. Ang. Bald. & Imol. in l. ex facto proponebatur. ff. de hære. insti.
39 vbi volunt, q; † si quis habeat bona in diuersis territorijs, quorum quodlibet habet bursam fiscalem separatam & distinctam, & delictum commiserit taliter, q; omnia bona vbicũque sita publicentur, vnusquisque occupat bona territorij sui: & cum fiscus habeatur loco hæredis. l. tutores. C. ad l. Iul. de vi publ. l. 1. C. de bo. quæ lib. quilibet fiscus agere potest in suo territorio contra debitores condemnati, & pariter respõdere tenebitur vnusquisque fiscus creditoribus sui territorij quia vnus nõ se impedit in his, quę concernunt alterius territorium. l. inter tutores. ff. de admin. tuto. l. quæro. ff. de solut. & sic secundùm illos prædicti fisci censebuntur esse hæredes diuersarum hæreditarum, & ad hoc facit secundùm eos l. hinc quæritur. §. potest. ff. de pecul. nec dicuntur esse cohæredes vnius & eiusdem hæreditatis: quia vno repudiante bona sui loci non acrescit alteri fisco, cùm non habeant ad inuicem ius accrescendi, eò quia proprie non dicuntur cohæredes esse, vt probatur in l. quoties. vbi Bartol. ff. de nouatio. & not. in l. inter eos §. primo. ff. de fideiussio. secundùm Bald. in d. l. ex facto, & cum prædictis etiam transit Alex. in consilio 31. volumine primo. Ex his igitur sequitur, quòd sicut in casu prædicto dicti fisci habentur loco hæredum diuersarum hæreditatum: eò quia bona sunt in diuersis territorijs posita, sic & in casu nostro: de bonis existentibus in diuersis territorijs iudicari debet, vt de duabus hęreditatibus, cùm statuta vnius territorij vires non porrigant ad aliud territorium, & sic quantum ad hunc effectũ bona, quæ sunt extra territorium statuentium, censentur esse diuersum & distinctum patrimonium, subdens Ruin. quòd hæc responsio probatur etiam ex notatis per Bal. in l. 1. C. de comer. & merca. vbi per
40 illum text. notabiliter dicit, quòd † Imperator confiscat mobilia subditorum, sed non stabilia existentia extra territorium, quod est notandum, & ratio est, quia bona mobilia concernunt personam illius, cuius sunt, immobilia verò territorium, qua ergo ratione non possunt bona immobilia subditi existentia extra territorium principis per eum confiscari? quia alieno territorio cohærent, eadem ratione nec statutum potest subditum excludere à successione bonorum immobilium existentium extra territorium, ad quod statutum porrigi non potest l. fin. ff. de iurisdict. om. iud. & contra Calder. tenent Alex. in consilio 16. columna 2. vers. præterea. volumine 1. vbi contra eum asserit esse magis communem. Gozad. in consilio 49. numero 8. versi. non obstat quartum. Tiraquel in tract. de iure primogen. quæst. 46. numero 19. Ruin. in consilio 49. numero 8. volum. 3. Alciat. in consilo 200. vers. & pro ista parte, vbi inquit, hanc esse communem doctrinam Scribentiũ Io. Citier. in tract. de primogen. in 2. lib. quæst. 7. numero 14.

¶ Pariter non obstant adducta per Salycet. in d. l. cunctos populos. quia dicitur, quòd ipse communiter reprobatur, vt per Alexand. in d. consilio 128. numero 5. volumine 1. Gozad. in d. consilio 49. numero 17. Tiraquel. vbi suprà. num. 23. Anton. Gabriel. in suis commun. opin. in tit. de statutis conclus. 9. columna 2. in fin. & Ruin. in consilio 195. colum. penul. in fi. volum. 2. Ioan. Cirier. in citata quæstio. 7. & ad rationes suas sigillatim respondetur. & primò non obstat, quòd consuetudo Italiæ non ligat forensem: quia dicit Alex. in citato consilio 128. quòd volentes excludere primogenitum à bonis Italiæ: non se fundant in consuetudine Italiæ, sed in iure communi, q; omnes ligat l. quarto. C. de leg. capit. primo. de consti. nisi statutum loci aliter disponat l. de quibus. ff. de legibus. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & isto casu non obstat consuetudo Angliæ.

¶ Ad secundum respondetur, quòd quando quis est institutus hæres vniuersalis, ideo succedit in omnibus bonis: quia non se fundat in consuetudine, quæ est contra ius commune, ideo q; non operatur, quoad bona alibi sita, secundum Doctores cõmuniter in d. l. cunctos populos. & licet videatur defunctus tacitè velle seruari dictam consuetudinem, non tamen sequitur, q; velit eam seruari aliter quã se habeat, videlicet in bonis sitis in territorio statuentiũ. ita Alex. in prædicto consi. 128. num. 5. Tiraquel. vbi suprà, num. 23. Ioan. Cirier. in allegat. 7. quæst. numero octauo.

¶ Similiter non obstat & tertia, videlicet ciuitatẽ posse afficere subditum suum etiam respectu bonorum alibi sitorum, vt patet in collecta: Quia dupliciter respondetur, & primò, quòd non est ita expeditum quod dicit Salycet. de collect: quia cõtrarium tenuit Guliel. de Cuneo, vt citat Bartol. in l. 1. in 3. colum. versicu. item quæro. C. de mulie. & quo loco. libro decimo, Alexand. Tiraquel. & Ioan. Cirier. vbi suprà.

¶ Secun-

¶ Secundo respondetur posita hac opinione, q̃ illa posset procedere, quando expressè statutũ hoc diceret. arg. l. fin. C. de decr. ab ord. facien. l. mercatores. l. non solùm. C. de cõmer. & merca. & ita loquũtur allegata per Salycet. sed vbi statutum simpliciter loqueretur, vt in casu præsenti, tunc non cõcernit, id quod est extra territorium. c. vt animarum. de constit. in 6. Alexand. in iam dicto consilio 128. nume. 6. Tiraq. vbi suprà, nume. 13. Ioan. Cirier. in d. 7. quæst.

¶ Non obstat denique tertia: quia dicitur, q̃ ibi non tractatur de habilitando aliquem, qui non esset habilis de iure communi, sed in casu nostro per dictum statutum habilitantur agnati, & talis habilitatio non trahitur ad bona, ad quæ extenditur potestas statuentis. Alex. Tiraqu. & Io. Cyrier. vbi suprà, num. 10.

¶ Item respondetur, q̃ vbi pupillus patrimoniũ habet in duobus locis, & in loco originis, & alio. si datus tutor simpliciter est, verũ quòd iste tutor intelligitur datus administrationi bonorum vtriusque loci, non solùm loci originis, & hoc quoniã de alio administratore non erat prouisum administrationi bonorũ alterius loci, aliàs secùs: quia si iudex originis daret tutorem, datio ipsa non extenderetur ad alterius territorij, & ita procedit lex de pupillo. facit lex si tamen. ff. de testa. tutel. cùm ibi notatis. ergo in proposito, cùm in bonis alibi sitis: quàm in locis supradictis statuentibus, esset iam per ius cõmune prouisum, non debet ad ea bona extendi prouisio alterius statuti. Alexan. in ipso consilio 128. num. 8. versi. item & tertiò. Tiraq. in d. quæst. 46. numero 28. Gozad. in consilio 49. colum. fin. & Ioan. Cyrier. in citata septima quæstione. numero 12. versic. 3. respondet.

¶ Non obstat quoque q̃ interdictio iudicis etiam locum habeat extra territorium. Quia dupliciter respondetur. Primò, quòd interdictio illa est de iure communi, & ideo nimirum si ius commune extẽdit suum vigorem vbique, vti dicit Bald. in dicta l. cunctos populos. col. antepen. versi. viso. sed nos loquimur in dispositione statuti, q̃ non debet extendi extra territorium.

¶ Secundò respondetur secundum Bartol. in d. l. cunctos populos. q̃ illa interdictio bonorum est fauorabilis, ne bona eius pereant, & ideo extendit effectum suũ, vbicunque sint bona. argumento l. Iulianus. ff. de curat. furio. hoc statutum est contra ius cõmune. Io. Cyrier. vbi suprà, nu. 12.

¶ Non obstat & aliud fundamentũ, q̃ quãdò maior pars bonorum vel hæreditatis adest in loco statuti, illud etiam extenditur ad bona alibi sita: Quia respondetur, q̃ cum prædictum statutũ sit odiosum respectu matris, non debet extendi ad bona alibi sita argumento capituli si sententia. de senten. excom. in 6. Nec obstat, q̃ iudex iudicare debet secundũ statuta loci, in quo iudicat: quia hoc procedit, quando statutum respicit litis ordinationem, secus si litis decisionem: quia tunc tale statutum non debet obseruari, sed attenditur consuetudo loci, in quo bona sunt sita. Abb. in c. q̃ clericus. col. 10. de foro compet. per tex. in l. totum. C. de ædif. priuat. l. pupillo. ff. de tuto. & curato. dat. ab his.

¶ Non obstat etiam aliud fundamentum: quia dicitur, quòd aditio hæreditatis non potest se extendere, nisi in quantum fuit delata l. antiqui. ff. si pars hæred. peta. l. ex asse. ff. de acqui. hæred. sed non est delata circa bona in alio loco, in quo non est dictum statutum: quia contractus extenduntur secundum voluntatem contrahentium, quæ præsumitur fuisse secundum loci consuetudinem, in quo res sita est, de qua agitur. l. si fundus. ff. de euictio. Ex prædictis igitur apparet, quòd sicut iurisdictio iudicis non extẽditur extra territorium. l. fin. de iurisdict. omn. iud. ita nec statutum. Hinc est, quòd si statutũ disponit, bannitum posse impunè offendi, non tamen extra territorium statuentium poterit occidi. Ioan. de Imol. in cap. pastoralis. colum. secunda, de sent. & re iud. & ita per hæc impugnat Crot. Ana. in consilio prædicto 4. in repet. l. omnes populi. nume. 246. de iust. & iure. in cap. statuto. colum. quinta, de constit. in sexto, Anton. Gabr. in suis communi. opin. in titu. de statutis conclusione octaua, nu. 32. & idem voluit Brun. in tract. suo exclus. fœm. in octauo articu. quæstione 25.

¶ Vlterius dicitur, quòd ex quo Doctores suprà citati simpliciter dicunt, huiusmodi statutum non extendere vires extra territorium suum, generaliter intelligi debẽt, siue in loco statuti sit maior pars bonorum & hæreditatis, vel non. l. prima. §. primo, ff. de lega. præstan. nec mirum, cum potestas statuentium, quæ requiritur in quocunque actu. l. cum te. C. de donatio. ante nup. capit. cum super. de offi. de lega. non possit se extendi quoad bona alibi sita, vt abundè suprà dictum fuit. Ex his igitur concluden-
41 dum venit, prædictum † statutum loquens in personam non debet extendi extra territorium, siue defunctus fuerit origine loci, siue habuerit ibi maiorẽ partem fortunarum suarum, quamuis etiam ita dicendum esset si statutum loqueretur in rem. Socin. in consilio 36. volum. primo, Natta in tracta. de stat. exclus. fœmin. in quarta quæst. quartæ princip. & in quamuis, columna 68. de pact. & sexto, Gozad. qui dicit hanc esse communem in consilio 49. columna prima, Anton. Gabr. in suis commu. opinio. in tit. de stat conclusione nona, columna secunda Anchar. in cap. canonum statuta. in 47. columna versic. sed remanet. de constit. Brun. in tract. exclus. fœm. articulo octuo, quæstione vigesimaquinta, vbi dicunt hãc esse receptam Doctorum sententiam: quia siue statutum loquatur in personam prohibitiuè, siue in rem, effectualiter & virtualiter videtur disponere de reb. seu de personis contemplatione rerum, quæ res, cũ sint extra territorium, non subiacent legi statuentiũ, sed propriè legi illus loci, vbi sunt sita. l. omnes populi. ff. de iust. & iure.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum per filiam patri vel fratri de non succedendo matri, ea absente non valet.*

2 *Declaratio ad capitulum quamuis, de pactis in sexto.*

3 *Pactum iuratum de non succedendo fratribus, absentibus tempore pacti & renuntiationis, non valet.*

4 *Consensus illius, de cuius hæreditate agitur in renuntiatione, facta de bonis ipsius per tertium, debet esse expressus & non tacitus vel præsumptiuus.*

5 *Instrumentum publicum facit probationem probatã, manifestam & euidentem.*

6 *Verba cuiuslibet promissionis & dispositionis sic debẽt interpretari, vt promittens & disponens id tantum voluerit, quod potuit.*

7 *Interpretatio promissionis semper debet fieri in id, quod est verisimilis.*

8 *Verisimilitudo habetur pro lege, & dicitur cognata naturæ.*

9 *Verisimilitudinem multum considerare debent iudices.*

10 *Interpretatio promissionis ea attendi debet, per quam altera pars non remaneat in damno & decepta.*

11 *Interpretatio omnis dicitur extranea & sinistra, quæ non consonat auribus vulgi.*
12 *Iactare suum quis non præsumitur.*
13 *Interpretatio fieri debet in dubio secundum consuetudinem, & prout est consuetum fieri.*
14 *Voluntas disponentis potius interpretatur secundū consuetudinem, quàm secundum statutum loci.*
15 *Verba impropriantur, vt intelligantur secundum consuetudinem,*
16 *Interpretatio in ambiguis facienda est cōtra eum, qui se fundat in verbis promissionis.*
17 *Quod ampliatur procedere etiam in materia fauorabili.*
18 *Interpretatio semper fieri debet in partem benigniorem.*
19 *Pars illa eligi debet, per quam onus euitatur.*
20 *Mens semper est inspicienda in promissionibus, quæ verbis etiam præfertur.*
21 *Verborum causam magis inspicere debemus, quā ipsa verba.*
22 *Promissio limitata respectu certæ personæ non extenditur ad aliam.*
23 *Inclusio vnius alterius est exclusio.*
24 *Casus omissus habetur pro omisso in promissionib. quæ stricti sunt iuris.*
25 *Interpretatio fieri debet, per quam persona extrinsecus non intelligatur.*
26 *Instrumentū dicitur publicum, quòd habet omnia substantialia & formalia requisita à iure.*
27 *Metus iustus inducitur ex amissione omnium bonorū, quæ morti æquiparatur. Item & ex amissione partis bonorum.*
28 *Periurus licet repellatur ab agendo, non tamē à defendendo.*
29 *Excommunicatus licet non possit agere, potest tamē se defendere.*
30 *Argumentum à solitis est validum in iure.*
31 *Experientia est rerum magistra.*
32 *Promissio captiosa spernenda est.*
33 *Imperator rata habere non solet, quæ metu gesta fuerunt.*

CONSILIVM LXXXI.

TANTE firma communi opinione, quæ habet, quòd † pactum factum per filiam patri vel fratri de non succedendo matri, ea absente non valeat, cùm non interuenerit consensus ipsius, de cuius bonis & hæreditate agitur. Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta. colum. 6. versic. alias limitationes. ff. de verbor. obligat. & in consilio 155. numero 9. volum. 7. quia, vt dicunt Ancharan. Imol. & Geminia. in cap. quamuis, de pact. in sexto, illud. † ꝙ dicitur in dicto capitulo, quòd pactum iuratum per filiam patri de ei non succedendo, locum habet quā do pactum fit ipsi patri, secus si fieret cum alio de nō succedendo: quia non valet l. fin. C. de pact. Cuman. in dicta l. stipulatio, hoc modo concepta. referens se ita consuluisse cùm Fulgosio, & dicit audiuisse ita tenere Fulgos. in l. pactum quod dotali. C. de colla. & ita etiam consuluisse Petruc. in dicto capit. quam uis refert Alexand. in dicto consilio 155. Socin. in cōsilio 73. columna secunda, volumine tertio, Craue. in consilio 172. numero quinto, vbi † pactum de nō succedendo fratrib. absentibus tempore pacti & renuntiationis non valet, quamuis etiam esset iuramentum: quia per illud inducitur votum captandæ mortis. in consilio decimonono, num. quinto, 42. numero quinto, & vndecimo. Alba. in cōsilio 40. nu mero decimoquinto, Paris. in consi. vigesimoquarto, numero decimo sexto, volumine secundo, post Bal. Alexan. & Claud. in l. fin. C. de pact. Calca. in cōsilio 33. Ruin. in consilio 304. numero octauo, volumine primo, Ancha. in consilio 38. Vasq. in tract. succes. crea. §. 18. numero 53. Dec. in l. pactum, quod dotali in sexta limitatione. C. de pact. Cagnol. in dicta l. finali, numero 95. qui plus ita respondisse scribit. Bero. in consilio 156. columna tertia, in princip. volumine secundo, & in consilio 240. numero octauo, volumine eod. Cephal. in consilio 146. numero quarto, & Crauet. in consilio 242. columna finali, vbi inquit, hanc esse magis receptam sententiam, & † quidem consensus expressus, & non tacitus vel præsumptiuus Crauet. in dicto consilio 127. numero quinto, 42. numero quinto, & 242. columna finali. Calc. in citato consilio 33. Bero. in allegato consilio 156. columna tertia, in princip. volumine secundo, dicitur in præsenti consultatione, quòd etsi Illustris dominus Laurentius Balbus dominus Varroni maritus Magnificæ dominæ Paulæ filiæ Magnifici domini Perciualis Dedoli contracto matrimonio promiserit cum iuramento, se facturum, casum et propriū faciendo, quòd dicta domina Paula faceret quitationem, & renuntiationem ipsi domino Perciuali & Claudio Cæsari eius fratri de omnibus bonis paternis & maternis, in valida iuris forma, cum clausulis debitis & opportunis, sub hypotheca & obligatione bonorum suorum, refectione damnorum, expensarum & interesse, quam exinde fecit per publicum instrumentum, quòd † facit probationem probatam, manifestam, & euidentē. Tiraq. latè in tract. retract. folio mihi 392. & 393. Tamen, quod ipse dominus Laurentius non tenetur indemnem releuare prædictum dominum Carolum à lite contra eum mota per dominam Paulam eius vxorem pro consequutione dimidiæ partis bonorum maternorum. Quoniam indubitati iuris est, quòd ipse dominus Laurentius non erat obligatus ad præstationem consensus dominæ Franciscę matris ipsius dominæ Paulę, qui requirebatur pro validitate dictæ quitationis, vt supra dictum fuit. Nam † verba promissionis & dispositionis cuiuslibet sic debent interpretari, vt promittens & disponens id tantum voluerit, quod potuerit. l. Lucius. § penultimo, ff. ad municipal. l. si quis ita. vbi Bart. ff. de cond. & demon. Dec. in l. si iura sanguinis. ff. de reg. iur. Socin. Iun. in consilio 54. numero decimoquinto, volumine tertio, & in consilio 58. numero quinto, volumine eo. sed si nos diceremus, quòd dominus Laurentius voluerit se obligare ad præstationem dicti consensus, sequeretur ꝙ voluisset se astringi ad id, quòd non erat in eius potestate, ergo dicendum venit, quòd per huiusmodi consensum voluit se obligare, & tantò fortius id admitti debet, cùm esset magis in facultate domini Claudij reportare ipsum consensum à domina Francisca eius matre, quàm in potestate generis, qui verisimiliter non tantum amabatur à Socru, quantum filius.

¶ Secundò facit. Nam † interpretatio promissionis semper debet fieri in id quod est verisimilius. Baldus in consilio 344. volumine primo. Gazadin. in cō sil. sexagesimo quinto, numero septimo. vbi interpretatio non fit pro illa parte, pro qua non est verisimilitudo. Socin. Iun. in consilio 106. numero 18. volumine tertio. Nam † verisimilitudo habetur pro lege, & dicitur cognata naturæ. Craue. in consilio sexagesimoprimo, numero nono, & 135. numero 33. quamuis † verisimilitudinem multum cōsiderare debent iudices. Aret. in consilio nono, columna secūda. Crauet. in consilio 9. num. trigesimoquinto, sed si attendatur verisimilitudo, magis est verisimile, ꝙ dictus

dictus dominus Laurentius voluerit tantum, se obligare respectu vxoris suæ, quòd faceret huiusmodi quitationem, non quòd eius Socrus illi quitationi consentiret, cum magis poterat confidere de vxore quàm de Socru.

10 ¶ Tertiò accedit. Nam † illa interpretatio promissionis attendi debet, per quam altera pars nõ remaneat ad damno & decepta l. tertia. §. primo. ff. de arbitr. l. prima. §. magistrum. ff. de exercito. Cravet. in consilio 33. num. vigesimo quarto, & in consi. nonagesimo primo, num. vndecimo, Menoch. in tracta. de arbit. iud casu 199. nume. decimoquinto, sed si teneremus, quòd dictus dominus Laurentius promiserit, quòd eius Socus consentiret dictæ quitationi, vtique esset in damno, si ipsa consensum nõ præstaret, vnde, vt euitetur damnũ prędictũ, dicendũ venit, quòd tantum se obligauerit, quod vxor faceret, quitationem & renuntiationem, non autem q voluerit se obligare ad præstationem consensus ipsius Socrus. Nam quis non videtur se astringere ad factam alienum, cũ videatur impossibilis huiusmodi promissio, vt dixit Gramatic. in decisione 102. numero 99.

11 ¶ Quartò, omnis † interpretatio promissionis dicitur extranea & sinistra, quæ non consonat auribus vulgi cap. ex literis. de sponsal. Bal. in extrauagan. de pace Constan. in vers. posterius Socin. in consilio 89. colum. fina. volum. quarto. Cephal. in consi. 40. num. 51. sed certè negari non potest. quin magis consonet auribus vulgi, q qui promittit pro vxore sua, quòd faciet renuntiationem de bonis maternis voluerit se obligare, quòd socrus illi renuntiationi
12 consentiret. Nam † quis non præsumitur iactare suum. l. cum indebito. ff. de probatio. l. si cum aurum. ff. de solutio.

13 ¶ Quintò dicitur, q † interpretatio in dubio fieri debet secundum consuetudinem, & prout consuetum est fieri in simili casu. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Alexand. in consilio nono, colu-
14 mna prima, volumine quinto, vbi inquit, q † volũtas disponentis potius interpretatur secundum cõsuetudinem, quam secundum statutum loci. Craue. in consilio 77. num. 13. Cepha. in consilio 96. numero tertio, & 149. numero 16. Socin. Iun. in consilio se-
15 cundo, numero 25. volumine primo, etiam † si opus esset secundum eum verba impropriare, sed de consuetudine nos videmus, q satis est, quod quis renuntiet iuri suo absque eo, quòd se obliget ad præstationem alterius consensus.

16 ¶ Sextò facit. Nam † interpretatio in ambiguis facienda est contra eum, qui se fundat in verbis promissionis. lege vereribus. ff. de pact. Alexand. in cõsilio 204. numero nono, volumine secundo, Port. in consilio decimo nono, numero 28. 52. numero 32. & 138. numero decimosexto, Crot. in consilio 45. num. 7. Paris. in consi. 35. numero 23. volumine primo. 81. numero 52. volumine 2. 64. numero 25. volumine 5. Ias. in l. si id quod. num. 23, de iurisd. omn. iud. Soci. Iun. in consilio 10. numero 10. volumine 4. Gozad.
17 in consi. 65. num. 6. vbi † ampliat, hoc quoque procedere in materia fauorabili. At in casu præsenti nõ apparet ex verbis ipsius promissionis, quòd ipse dominus Laurẽtius se obligauerit ad consensum socrus suæ, ergo qui hoc dicit probare debet aliàs debet succumbere, iuxta materiam. l. qui accusare. C. de edẽ. l. ei qui. ff. de probatio.

18 ¶ Septimò, interpretatio † semper debet fieri in benigniorem partem. l. proximè. in verbo, sed in re dubia. ff. de his quæ in testa. delẽt. l. semper in dubiis de reg. iur. Socin. Iun. in consilio vigesimo nono, numero decimooctauo, volumine quarto, vbi inquit,
19 hoc tritum esse & cõmune dictum, quòd eligi † debet illa pars, per quam onus euitatur, & in consilio 118. numero vigesimo nono, volumine primo. Port. in consilio septuagesimo secundo, numero nono. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 199. sed benignior pars est interpretari, quòd dictus dominus Laurentius noluerit se obligare ad consensum dictæ dõminæ Franciscæ eius socrus, ergo illa amplectenda, cùm per ipsam euitetur ómne onus in personam ipsius domini Laurentij.

20 ¶ Octauò, in † promissionibus mens est inspicienda, quæ verbis etiam præfertur. l. sed etiam Celsus. §. si fundus. ff. de contrahen. empt. l. finali. C. quæ res pigno. oblig. pos. glo. in l. si in venditione. ad fi. ff. cõ.
21 præd. vbi † causam verborum magis inspicere debemus, quàm ipsa verba. Paris. in consilio 78. numero decimonono, volumine tertio, octuagesimoquinto, numero 33. volum. eod. Socin. Iun. in consil. 29. numero 34. volumine tertio. Craue. in consil. 32. numero vigesimo primo. sed cui dubium esse potest, quòd dominus Laurentius noluerit se obligare ad dictum consensum, sed quòd mens ipsius fuerit tantum facere id, quòd erat in eius facultate, iuxta ea, quæ suprà dicta fuerunt.

22 ¶ Nonò, promissio † limitata respectu certæ personæ non extenditur ad aliam. l. in agris. ff. de acqui. rerum domin. l. cancellauerat. ff. de his, quę in testa.
23 delent. Item † inclusio vnius alterius est exclusio. l. cùm prætor. ff. de iudi. Plus, in promissionibus, quę
24 stricti iuris sunt † casus omissus habetur pro omisso. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obligatio. l. cõmodissimè. ff. de lib. & posthum. sed dicta promissio fuit limitata respectu personæ dominæ Paulæ, & nõ dominæ Franciscę, ergo ad illam extendi non debet
25 promissio ipsa cum † interpretatio fieri debeat, per quam persona extrinsecus non intelligatur. l. ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verborum obligat. Bartol. & cæteri in l. post dotem. ff. soluto. matri. in tertia lectura, Dec. in l. secunda, numero decimo, C. de pact.

¶ Nec habet obstare, quòd dictus dominus Laurẽtius promisit dictam quitationem & renuntiationẽ fieri de bonis maternis per dominam Paulam eius vxorem in valida iuris forma, quæ valida dici non potest sine consensu dominæ Franciscæ, iuxta notata in l. fina. C. de pact. Quia respondetur. ipsum promisisse, quod dicta domina Paula faceret quitationem in valida iuris forma de eo, quod pertinere poterat ad eam, prout illam fecit per instrumentũ pub
26 licũ, † habens omnia substantialia & formalia requisita de iure ad esse instrumenti, & de quibus per Doctores in cap. primo, extra de probatio. Gram. in decisione 102. numero 100. quẽ omnino videas quia multa dicit, quæ faciunt pro confirmatione præsentis consultationis, quando fit coram notario & testibus bona fide.

27 ¶ Vltimò dicitur, q † præmissa promissio fuit per metum extorta: quia vt ipse dominus Laurentius recuperaret omnia bona sua, quæ à dicto domino Perciuale occupabantur iniuria belli, quæ amissio omnium bonorũ dicitur metus iustus & morti æquparatur, teste Bar. in l. si ob turpẽ. col. fi. ff. de cõd. ob turpẽ. cau. per l. propter litem. in princip. ff. de excusa. tuto. c. 2. quod met. cau. Dec. in consi. 690. col. secunda, in fin. Craue. in consilio 49. numero septimo, Ruin. in consilio vigesimo tertio, numero nono volumine primo, Ias. in l. interpositas. C. de transac. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 135. in fin. Brun. in consi. 82. Gram. in consilio decimotertio, numero vigesimoseptimo. Bero. in consilio 35. numero decimo nono, volumine primo, Cephal. in consilio 295.

num.15.in consil.quinquagesimo,inter consilia crimin.nume.37.vbi sufficit amissio partis bonorũ ad inducendum metum.

¶ Nec obstat,quòd contra dictum dominũ Laurentium facit iuramentum per eum præstitum in ipsa promissiõe. Quia dicitur primò,q; † licet periurus repellatur ab agendo, non tamen à se defendendo cap.dilecti.vbi Doctores.de excep. Alexan.in consil.37.numero septimo,volumine secundo.Pro qua sententia facit,quod notant Scribentes in cap. intel leximus.de iud.vbi † licet excõmunicatus non possit agere,potest tamen se defendere.Præterea & secũdo dicitur ab ipso iuramento fuisse impetratam absolutionem:ex quibus videtur dicendum,quòd dicta promissio rescindi debet. Nam negari non põt, arguendo à solis,† quod argumentum est in iure valid um.Paris.in consilio vigesimo secundo,numero 76.volum.primo.consilio nono, numero 72.volumine primo,consilio 72.numero nono,num.72.volum.2.& 78.num.24.vol.3. quòd huiusmodi renuntiatio sit extra solitum: quia † vt experientia docet, quę est rerum magistra.cap.quàm sit.de elect.in 6.§. fina.instit.de satisdatio.quitationes ipsæ non solent procurari à patre vel fratre, nisi antequam filia vel soror matrimonio copuletur, & non post, & si post ab ipso patre vel fratre,non autem vt marius se obliget efficaciter ad faciendum, quòd vxor faciat talem quitationem. Vnde verè non potest aliter dici, quàm quod huiusmodi promissio fuerit captiosa,atque ideo spernenda,tanquam facta per metum. Imperator † enim rata habere non solet, quæ metu gesta fuerunt.toto tit.ff. & C. quod met.cau. Soc.Iun. in consi.77.num.91.volum.1.

28 29 30 31 32 33

SVMMARIVM.

1 *Instantia causæ criminalis est biennalis.*

2 *Instantia lapsa officium iudicis est siue simus in causa ciuili,siue criminali, absoluere partem ab obseruatione iudicij cum victoria expensarum, non autem ferre sententiam diffinitiuam.*

3 *Sententia diffinitiua, si feratur lapsa instantia, nulla est ipso iure.*

4 *Instantia perempta,licet in ciuilibus actor audiatur refectis expensis , secus est in criminalibus , quia instantia peremptę accusator vlterius non est audiendus.*

5 *Instantia perempta:reus debet absolui ab obseruatione iudicij,siue per accusationem siue per querelam,siue per inquisitionem procedatur.*

6 *Instantia non currit,secundum communem, vbi per cauillationes & subterfugia aduersarij procedatur.*

7 *Causa si ex forma statuti debet terminari intra tres menses,& aduersarius causa testium producendorum , quos dicit degere in longinquis partibus, petat dilationem,quæ vltra tres menses extendatur, non obstante statuto causa poterit etiam post tres menses terminari.*

8 *Causa appellationis si non fuit expedita facta appellati inter instantiam ipsius causæ,ipso iure non currit,& appellans conseruatur illæsus.*

9 *Protestat ones solent esse valde vtiles,quãdo pars protestatur, quòd non intendit sibi currere instantiam propter subterfugia partis.*

10 *Instantia perempta licet non possit ferri diffinitiua,tamen id non procedit , quando fuerunt producti testes & agitatus processus,secus quando nulli fuerunt producti testes.*

11 *Insufflare spiritum vitæ instãtiæ peremptæ spectat ad solum Principem,cum sit de Regalibus.*

12 *Insufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ concedi tur ex mera gratia Principis.*

13 *Insufflatio instantiæ peremptæ non solum semel concedi potest,sed iteratò.*

14 *Insufflatio instantiæ peremptæ fit sine citatione partis.*

15 *Insufflatio instantiæ peremptæ si concedatur nulla facta mentione rxpensarum ,pars aduersa opponere potest ,quòd alter audiri non potest, nisi refectis expensis ex processu argui potest negligentia partis,aliàs secus.*

16 *Restitutio & priuilegium Principis intelligi debet sine præiudicio tertij.*

CONSILIVM LXXXII.

BERNARDVS Tronzanus fuit inquisitus de homicidio perpetrato in in personam Antonij Angelini.Verũ antequam iudex maleficiorũ deuenerit ad sententiam diffinitiuam lapsa est instantia statuta in causis criminalibus,† quæ est biennalis.l.fin. C. vt intra cert. temp.l.properandum.in prin.ff.de iud. vbi Doctores communiter.Gram.voto 31.in princip.Nũc dubium eleuatur , nunquid non obstante lapsu dictæ instantiæ dictus inquisitus possit absolui diffinitiuè,vel tantum ab obseruatione iudicij. Primò quidem aspectu videretur dicendum,q; tantum ab obseruatione iudicij deberet absolui: quoniã receptissima est Doctorũ sententia,quòd † siue simus in causa ciuili,siue criminali,lapsa instantia officium iudicis est absoluere partem ab obseruatione iudicij,cũ victoria expensarum, non autem ferre sententiam diffinitiuam,vt de primo est decisio Bartol.in l.properandum.in §.illo.vbi etiam Ias. columna final.C. de iud.Ias. rursus in dicta l.in princip.colum.6.vers. secundò limita. Alexand.in consilio 137.colum.prima,volu.secundo,vbi inquit,quòd † si ferretur sententia diffinitiua lapsa instantia, quòd esset nulla ipso iure.l.scire oportet. §. consequens. de excus. tutor.sed quòd lapsa instantia officium iudicis superest in pronuntiando instantiam causæ fuisse peremptam,& partem in expensis condemnare. gl. in ver. oportet in l. præses quasi desertam. vbi etiam Doct. C.quo.& quan.Iterum in consilio 166.in princ.vol. 6.& in consilio 180.in princip.volum.eod.& in consi.66.colum.prima.vol.5.Ioan.de Amic.in consil 32. num.9.dixi in consil.21.num.5.volum.3.Fely. & alij in cap.venerabilis.de iud.Maranta in tract.de ordi.iud.in 16.distinct.num.23.vbi asserit,hanc esse cõmunem.& in §.deuenio ad quintam partem,nume. 58.& sequenti.De secundo est text.in l.fin.C.vt infra cert.temp.vbi Saly.in versi.sed quid.Clarus in prat. sua crimin. in §. fina. quæstione quinquagesima septima,vers.alia est defensio.vbi inquid,quòd peremp ta instantia reus debet absolui,& † quòd licet in ciuilibus peremptа instantia actor adhuc audiatur refectis expensis. Tamen in criminalibus accusator post peremptam instantiam non est vlterius audiendus:vt hanc esse communem opinionem attestatur Salicet in l.qui de crimine.numero octauo. C. de accusat.quem refert Capic. decisione 206. numero 4. Grammat.voto 31.& Anton. Galeat. in consilio 110. numero quadragesimo inter consilia crimin.Dec.in consilio 102.numero vigesimo, inter dicta consi.crimin.vbi ait,quòd † sine per querelam, siue per accusationem.siue per inquisitionem procedatur, lapsa instantia reus debet absolui ab obseruatione iudicij Ioan.de Amicis in consilio 139.num. 9. sed in terminis nostris lapsa est instantia biennalis,ergo,&c.

1 2 3 4 5

¶ Sed

¶ Sed præmissis non obstantibus contraria sententia in casu, de quo agitur, tanquàm magis amica legibus amplectenda venit: & primò, quia dicta instantia non perijt ex quo sequitur, quòd iudex pōt suam diffinitiuam proferre. Quoniam communis
6 est Doctorum sententia, quòd † vbi per cauillatiōes & subterfugia aduersarij causa protelatur, instantia non currit glos. in capitul. venerabilis quam multū ibi comendat Socin. de iud. & de hoc est text in lege, si cum ipse. ff. de excusatio. tutor iuncta lege præcedē
7 ti. per quam dicunt ibi Dyn. Cyn. & Bald. quòd † si ex forma statuti causa debet terminari intra tres mē ses, & aduersarius causa testium producendorum, quos dicit habere in longinquis partibus. petit dilationem, quæ vltra tres menses extendatur, quòd nō obstante statuto, causa etiam post tres menses erit decidenda. quòd Bald. ibi reputat notatu dignum, Alexandr. in consilio septuagesimo secundo, colum. prima, volumine tertio, dupplicato in consilio 71. volumine sexto, Ioan. de Amicis in consilio 139. colu mna prima. Neuiza. in consilio quadragesimo secūdo, numero octauo, Natta in consilio 172. nume. 17. Marāta latè in suo tract. de ord. iud. in §. deuenio ad quintam. numero 30. versicu. vndecimo limita. Abbas, in consilio 21. columna prima, volumine secundo. Alexand. in addit. ad Bart. in dicta l. si cum ipse. la tè per Tiraquel. in tract. de retrac. folio mihi 531. ver si. hoc iuris est. Bero, in consilio 115. numero 3. volu.
8 3. vbi inquit, quòd † si facto appellati nō fuit expedita causa appellationis, interim instantia causæ appel lationis ipso iure non currit, & appellans conseruatur illæsus. At in casu præsenti instantia dictæ causæ criminalis subterfugij & dilationibus procurato rum fiscaliū fuit protelata, vt magis est videre, quā referre. ergo, &c. & tanto magis conclusio ipsa procedere debet, cum parte inquisiti sæpius fuerit prostatum, quòd non intendebat sibi currere instantiā propter subterfugia dictorum procuratorum, quæ
9 † protestationes solent esse valde vtiles in huiusmo di casibus, secundum Doctores in l. properandum. §. finautem vtraque. C. de iud. Felyn. in capit. venerabilis, de excep. Maranta in dicto tract. de ord. iud. carta 268. columna secunda, in princip. Natta in cōsilio trigesimo secundo, numero decimo quinto, cū quenti.

¶ Secundò dicitur q̄ etiam dato q̄ fuisset lapsa in stantia biennalis, q̄ dictus iudex potest suam diffini tiuam sententiam proferre, vt constat ex notatis per Petr. de Bellaper. in l. fina. C. vt infra cert. temp. vbi
10 inquit, q̄ † licet verum sit, q̄ lapsa instantia non pos sit ferri diffinitiua. Tamen id locum habet, quando non fuerunt producti testes, nec processus agitatus, secus quando fuerunt producti testes in causa: quia tunc potest absolui diffinitiuè tam in ciuili, quam in criminali à tota causa. quod inquit Petrus esse magni effectus: quia quando absoluitur diffinitiuè nō poterit vlterius absolutus accusari nec inquiri in cri minali, secus verò, quando absoluitur ab obseruatione iudicij, & Petrum sequitur Gramat. in voto tri gesimo primo, numero decimo quinto, & Ioan. de Amicis in consilio centesimo trigesimonono, colu. secunda, sed in casu nostro processus fuit agitatus, & factæ defensiones per inquisitum, ergo diffinitiua ferenda.

¶ Tertiò dicitur, quòd etiam cessantibus supradi ctis conclusionibus, sententia diffinitiua omnino proferenda venit per dictum dominum Iudicē ma-
11 leficiorum. & † hoc propter insufflationem spiritus vitę instantiæ peremptæ factam per Principem, quā solus insuflare potest, cum sit de regalibus. Afflict. in capit. quæ sint regal. numero nonagesimosexto, An-
12 gel. in l. si tempora. C. de tempo. appellat. vbi † ex gra tia Principis conceditur & quidem ex meta gratia. Gram. in decisione 103. numero vndecimo, Natta in consilio 636. numero septuagesimo sexto, Maran. in tractat. de ordi. iud. folio mihi 270. columna secunda, versic. duodecimò limita. Capic. decis. 165. columna prima, Boer. in decisione 247. numero decimo, Paris de Puteo in tractat. sindic. in ver. sententia ver
13 si. restat. numero quinto, & † quidem non semel. sed iteratò. Capic. vbi suprà Gramat. in decisione 169. vbi dicit, etiam fuisse concessam tertiam insufflatio-
14 nem † ac quoque sine citatione partis. Capic. in dict. decisione 165. in fine. per text. in l. secunda. versicul. quid si ita. C. de tempo. appellatio. & refectione expē sarum, vbi nulla potest imputari negligentia parti.
15 Maran. vbi suprà, vbi sic inquit. Quòd † si sacrum cō silium insufflauit spiritum vitæ instantiæ peremptę nulla facta mentione expensarum, potest pars aduersaria opponere, quòd non potest audiri pars, nisi refectis expensis, si ex processu argueretur negligen
16 tia partis: quia † restitutio & priuilegium Principis intelligi debet sine præiudicio tertij. l. 2. §. meritò. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Secus si ex processu vel aliter, vt in casu nostro, legitimè ap pareret de aliqua iusta causa: quia tunc non debētur expensæ. Afflict. in constit. regni, in constitutione sæ pe contingit, numero quarto, maximè quando ad est protestatio impedimenti. Gramat. decisione sex agesima nona, numero quinto, Paris de Puteo. vbi suprà numero sexto. Cùm igitur Princeps insufflauerit spiritum vitæ instantiæ peremptæ, sequitur q̄ etiam potest per dictum Iudicem ferri sententia dif finitiua: quia eo casu perinde habetur ac si instantia peremptа non fuisset, vt in simili inquit Maran. vbi suprà numero trigesimotertio, versi. duodecima li mitatio. vbi dicit quòd quando Princeps insufflauit spiritum vetæ instantiæ peremptæ, turis etiam post instantiam triennij potest ferri sententia diffinitiua, motus ratione, de qua suprà: quia perinde habetur ac si peremptа non fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Refectio molendini spectat ad locatorem & non ad cō ductorem.*

2 *Conductores domorum non possunt cogi pro collationibus viarum & si soluunt imputabuntur locatori.*

3 *Bannum si fiat, quòd vnusquisque sub pœna viam aptare debeat ante domum suam, si conductor domus aliquid expendidit pro aptatione viæ, inconsulto etiam domino, poterit recompensare cum pensione domus.*

4 *Locator tenetur reficere domum, & omnia alia facere, sine quibus conductor frui non potest, nec tenetur purgare puteum, nec conferre ad refectionem viæ ante domum suam, licet secus in vsufructuario.*

5 *Quod tamen declara procedere quando impensa respicit perpetui temporis vtilitatem, secus si parua, tendens ad fructuum perceptionem, & quæ non protendatur vltra tempus conductionis: quia hanc conductor pati debet.*

6 *Purgato aggerum vel fossatorum (circumscripta cōsuetudine regionis) si respicit vtilitatem perpetuam: vel longioris temporis, quàm sit conductio, impensa spectat ad dominum. si verò sunt fossata, quæ annuatim refici debent, onus expensarum pertinet ad conductorem.*

7 *Hæres grauatus potest petere expensas factas in dubioscando, quando tendunt ad perpetuam vtilita-*

tem rei, secus si gratia fructuum colligendorum, vt illa quæ fit in arando, quæ est temporalis & annalis.

8 *Hæredi feudatarij datur repetitio pro expensa facta pro purgationibus vitium & arborum, si concernit perpetuam vtilitatem.* 6

9 *Emptor fructuũ molendini vel alterius ædificij, quod est destructum, si facit impensam in molendino, ea spectat ad dominum.*

10 *Impensa modica in terminis refectionis molendini dicitur illa, quæ durat solum pro tempore, quo colligun tur fructus per illum, qui expensum facit, etiamsi ex pensa in veritate & re ipsa fuisset magna.*

11 *Magna verò dicitur quando respicit perpetuam rei vtilitatem: & illa affert finito adhuc iure expendentis, etiam si re vera modicum fuisset impensum.*

CONSILIVM LXXXIII.

VIsis ac diligenter cõsideratis, quæ in themate narrantur, omissa verborum pompa, quæ nauseam prudentibus præbere solet, studendoque breuitati, quæ decet consulentem. Dico, clarissimam esse iuris conclu-
1 sionem, quod † refectio murorum molendini, de qua agitur, spectat ad Magnificum dominũ Andronicum de Trouate, & onus illius refectionis non incumbere domino Sigismundo de Grassis eiusdem molendini conductori. l. ex conducto, & ibi gloss. in verbo reficitur. ff. loca. l. dominus horreorum. §. primo l. cùm in plures. in princip. l. colonus. vbi Barto. eodem titul. Alexand. in consilio 190. in princip. volumine secundo, Aret. in consilio 110. in princip. Nata in consilio decimotertio, in princip. & 449. numero decimo. Salicet. in l. in summa. C. de pignor. vbi
2 post Petr. inquiens, quòd † conductores domorum non possunt cogi pro collationibus viarum, cũ non possideant, & si soluunt imputabunt locatori: argumento illius. l. & si dominus requisitus non soluerit potest domus occupari. l. ædiles. ff. de via public. Afflict. in titul. quæ sint regal. in verbo viæ publicæ. cõlumna finali. versi. Item quæro de quadam quæstione, vbi ait, quòd aliàs consultus respondit, quòd † si
3 fiat bannum, quòd vnusquisque sub certa pœna debeat viam aptare ante domum suam infra talem terminum, quòd si cõductor domus expendidit de suo proprio certam quantitatem pecuniæ pro aptatione viæ, etiam inconsulto domino poterit recompensare, cum pensione domus, Paul. de Castro in d. l. ex
4 conducto. in princip. tradens, quòd † locator tenetur reficere domum, & omni alia facere, sine quibus conductor frui non potest, adeo quòd nec tenetur purgare puteum, nec conferre ad refectionem viæ ante domũ suam, licet secus in vsufructuario. Quã
5 † tamen conclusionem sanè intelligendam esse arbitror, quando impẽsa est magna, quæ respiciat perpetui temporis vtilitatem, secus si parua tendens ad fructuum perceptionem, & quæ non vltra tempus conductionis protendatur: quia hanc conductor pati debet, vt probatur ex infrascriptis. Et primò, ex dictis per Bald. in l. licet. in 4. q. versic. sed quid si nihil. C. loca.

¶ Secundò facit: quod voluit Alexand. in consilio quarto, columna secunda, volumine quinto, vbi postquàm dixit, quòd impensa reparationis spectat ad dominum, subdit id verum esse, si illa reparatio afferebat commodum etiam vltra tempus conductionis, secus autem vbi reparatio solũ fuisset ad cõmodum illius tẽporis, quo durare debebat ipsa cõductio: quia tunc spectat ad conductorum, ad quem spectabant fructus & cultura fundi. Bartol. in l. impensæ. ff. de impens. in rebus dot. fac. vbi dicit, quòd
6 † si quæratur ad quem spectat purgatio aggerũ vel fossatorum, an ad locatorem vel conductorem, q̃ primò inspicienda est consuetudo regionis (sed circunscripta consuetudine) si debet fieri purgatio ad vtilitatem perpetuam, vel longioris temporis, quã sit tempus conductionis, tunc impensa non spectat ad conductorem, sed ad dominum. si verò sunt fossata, quæ annuatim debent refici, & tunc onus expẽsarum pertinet ad conductorem. l. prima. §. de eo. ff. de aqua plu. arcen. Nam nulli dubium est, quòd colonus debet colere fundum. l. ex conducto. §. primo. ff. loca. sed istos agere, & fossata facere sunt de cultura fundi, dicto §. de eo. cùm respiciat præsentem vtilitatem, ergò colonus debet facere, Idem Bartol. in lege prædia. § penultimo ff. de fund. instruct. & cum ipso pertranseunt Alexander in consilio quarto, columna secunda, volumine quinto. Iaſ. in l. prima, columna sexta, in princip. C. de iure emphyte.

¶ Tertiò cõfirmatur hęc conclusio ex notatis per Bartol. in l. ædiles ff. de via publi. vbi conductor nõ tenetur ad refectionem viæ ante domum, si fit ad perpetuum vtilitatem, secus si ad momentaneam: sequitur Iaſ. in l. quominus, quæstio. vigesima quarta. ff. de flum. Alexand. in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matr.

¶ Quartò accedit, quòd voluit Iason in l. prima, columna quinta, Cod. de iure emphyteutic. vbi declarando Bald. ibi volentem: quòd colonus non teneatur ad impensam, limitat notabiliter, vt non teneatur, quando impensa esset perpetuo duratura, puta ædificium, secus si esset impensa: quæ haberet durare pro tempore vsus sui tantum: quia ad illam ipse teneretur, eo quòd concerint suam vtilitatem: & nihil reperitur à domino.

¶ Quintò corroboratur hæc sententia ex notatis per Ruin. in consilio 135. numero duodecimo, volumine tertio, vbi concludit, quòd † hæres grauatus potest repetere expensas factas in disboscando,
7 quando tendunt ad perpetuam vtilitatem rei, & sic quæ est duratura postquam cesserit, & venerit dies fideicommissi: secus si facta gratia fructuum colligẽdorum, vt illa quæ fit in arando, quæ est temporalis & annalis: rursus in consilio decimoquarto, nume-
8 3. volum. 1. vbi † repetitio datur hæredi feudatarij, pro expensa facta pro purgationibus vitium & arborum: quia concernit perpetuam vtilitatem rei, & durat finito feudo.

¶ Sextò adduco Nattam in cõs. 449. nume. 12. versic. quartò facit, vbi decidit, quòd magnam impensam factam circa rem cõductam, quæ respicit perpetuam vtilitatem rei repetit colonus à domino, secus si sit parua respiciens tantum præsentem vsum: quia de suo eam colonus facere tenetur. l. dominus bonorum. §. primo locat. cum alijs ibi adductis per eum.

¶ Septimò in terminis molendini, idẽ voluit Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos. quæst. 7. de publica. vbi quærit, quòd † si quis emit fructus vnius
9 molendini vel alterius ædificij, q̃ est destructũ, e gẽs refectione & magna expensa, propter q̃ fructus interim non percipiuntur, cuius periculo perijt, & inquit q̃ si esset locatio, sine dubio refectio ad dominũ pertineret: & deberet fieri mercedis remissio. l. ex conducto. in §. primo, loca. sed si ponamus, quòd sit venditio: ita q̃ videatur venditus vsufructus tũc subdit esse inspiciẽdum: ad quem pertinet refectio in cuius quidem refectione duo sunt. primum, cura

& soli-

& solicitudo refectionis, & ista simpliciter pertinet ad vsufructuarium, qui omnem rei curam suscepisse videtur. l. prima in fin. ff. vsufruct. quemad. caue. & sic talis cura ad eum pertinet. l. inter fructuarios. in fin. ff. de dam. infect. Secundùm enim quos verius in refectione est impensa. & si quidem est magna: sinè dubio pertinet ad proprietarium. l. hactenus. ff. de vsufruct. quod patet, quia si vsufructuarius fecerit: à proprietario repetit. l. eum. C. de vsufruct. quem sequuntur Iaſ. in dicta l. prima, col. 6. & in d. l. quominus, quæſt. 24. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. caſu 115. vbi dicit, quòd aliàs in ardua quæstione, quæ vertebatur inter ampliſsimum Cardinalem Alexandrinum poſtea effectum Deo opt. max. ſummũ Pontificem & Reuerendum Epiſcopum Laſanenſem, cui tunc Illuſtriſs. ipſe Cardinalis donauerat reditus vnius anni Epiſcopatus Montis regalis, dubitatum fuit, cui impenſa ſpectaret cuiusdam refectionis molendinorum & aliorum ædificiorum, fuit requiſitus, vt diceret, quid ſibi in iure videtur, reſpondendo dixit, quòd diſtinguendum erat. Nam ſi impenſa fuerat facta gratia colligendorum fructuũ illa ſpectabat ad conductorem, iuxta diſtinctionem Caſtrẽ. in l. domos. columna finali de legat. primò. & Boe. in quæſtione quadrageſima quarta, ſi enim vult conductor percipere fructus, in hanc cauſam impendere debet Si verò impenſa facta eſt cauſa fructuum conſeruandorum, vt quando cuſtodes adhibentur, ne illos à furibus furripiantur, & ſimiliter hæc impenſa ſpectat colono Alexand. l. diuortio §. impendia. ff. ſoluto matrim. Caſtren. & cæteri in l. domos. §. de legat. primò, Si autem illa facta fuit pro tempore ad proprietatis vtilitatem, vt ſi molendini, rotæ aliquantulum aquarum, impetu frangerentur, ſi parum duratura eſt, ita quòd dominus tempore finitę locationis ex illa refectione nullam ſit conſecuturus vtilitatem, & tunc hæc impẽſa pariter ſpectat ad colonum vel vſufructuarium, vt per Caſtren. & Boer. vbi ſuprà. Si verò talis impenſa reſpicit perpetuam vtilitatem rei, tunc ſpectat ad dominum, vt per eũ. Natta in conſilio decimotertio, columna ſecunda, ſed in caſu præſenti agitur de refectione murorum molendini, quæ refectio dicitur reſpicere perpetuã vtilitatem rei, vel ſaltem debet durare vltra tempus conductionis, quod eſt annorum ſex, ergo ad dominum molendini ſpectare debet hæc impenſa ex iuribus & auctoritatibus ſuprà citatis. Et quia fit mentio de impenſa magna. Ideò aduertendum eſt, quòd
10 † in terminis iſtis illa dicitur impenſa modica, quãdo durat ſolum pro tempore, quo colliguntur fructus per illum, qui expenſa fecit, quaſi tunc dicatur facta gratia fructuum colligendorum, etiam ſi expẽ
11 ſa in veritate & in re ipſa fuiſſet magna. Sed † dicitur magna, quando reſpicit perpetuam rei vtilitatem, & illam affert adhuc finito iure expendentis, puta poſt locationem finitam ad longum vel modicum tem- 1
pus, etiamſi re vera modicum fuiſſet impenſum. ita Alexand. in l. diuortio. §. impendia. ſolut. matrimo. vbi dicit, ita velle ibi glo. in verbo tutelam. quem ſequitur dominus meus Rui. in conſilio decimoquarto. num. 3. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſuſceptum pro ſe & hæredibus ac ſucceſſorib. vtriuſque ſexus ſecundum communem opinionẽ dicitur hæreditarium.*
2 *Tenor conceſſionis attendi debet, ex quo legem dat in feudis.*
3 *Tenor inueſtituræ magis inſpici debet, quàm natura feudi.*
4 *Verba vtriuſque ſexus adaptantur tam ad fœminas quàm ad maſculos.*
5 *Dictio vterque, quæ eſt collectiua, & coniunctim accipitur, & concurſum vtriusque copulati requirit. declara, vt in num. 18.*
6 *Fœminæ in feudis non admittuntur, niſi ſint expreſsè vocatæ.*
7 *Feudum quando eſt conceſſum pro hæredibus vtriuſque ſexus veniunt ita fœminæ ſicut maſculi. & nu. 13.*
8 *Feudum quando eſt conceſſum pro maſculis & fœminis, prius veniunt maſculi, quàm fœminæ. & nu. 16. vbi eſt communis.*
9 *Receditur à proprietate verborum propter naturam rei.*
10 *Feudum quando conceſſum eſt pro maſculis cum fœminis, ita veniunt fœminæ ſicut maſculi.*
11 *Feudum quando conceditur pro quibuſcunque hæredibus ſuccedit fœmina cum maſculo.*
12 *Maioris potentiæ & virtutis eſt id, quod, ſpecialiter exprimitur, quàm quod generaliter.*
13 *Feudum quando eſt ſuſceptum pro hæredibus vtriuſque ſexus, prius admittuntur maſculi, quàm fœminæ.*
14 *Verba, vtriuſque ſexus, æquiparantur verbis, pro ſe maſculis & fœminis.*
15 *Copulæ natura licet ſit vocare pariter maſculos & fœminas, tamen id non procedit ex natura rei, quia tunc fœmina admittitur ordine ſucceſſiuo.*
16 *Inſtitutio facta de filio & nepote intelligitur ordine ſucceſſiuo.*
17 *Emphyteuſis ſi eſt ſuſcepta pro ſe & filijs maſculis & fœminis, mortuo patre admittuntur filij & filia, niſi in loco eſſet ſtatutum, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: quia tunc admittuntur ordine ſucceſſiuo.*
18 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunque, ſecundum communem, tranſit ad hæredes extraneos.*
19 *Vaſallus, poteſt de feudo conceſſo pro ſe & hæredibus quibuſcunque teſtari.*
20 *Verba, quibus dederit, æquiparantur verbis quibuſcunque hæredibus.*
21 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunque venit in reſtitutione fideicommiſſi.*
22 *Feudum ſuſceptum pro ſe & hæredibus quibuſcunque alienari poteſt in conſulto domino.*
23 *Feudum acquiſitum pro ſe & hæredibus quibuſcunque venit in publicatione bonorum.*
24 *Feudum ſuſceptum pro ſe & hæredibus quibuſcunque iuditatur hæreditarium.*

CONSILIVM LXXXIIII.

PRAESVPPOSITA communi opinione pro vera, quod † feudum ſuſceptum pro ſe & hæredib. ac ſucceſſoribus vtriuſque ſexus dicatur hæreditarium, vt per Cephal. in conſi. 9. nu. 2. in quo quis admitti non debet, niſi ſit hæres. capit. 1. iuncta glo. an agnat. vel fil. Bart. & Alex. in l. ex facto §. fin. ff. ad Trebel. Alexan. in conſilio 20. col. pen. volum. 5. Soc. Iun. in conſilio 112. num. 10. vol. 2. Cephal. in conſilio 152. nu. 57. & in conſi. 224. num. 20. vbi aſſerit hanc eſſe communem & rem ipſam eſſe ſine controuerſia.

¶ Dubitari contingit, an ſtante conceſsione feudali facta per Illuſtriſs. Ducem Sabaudiæ Magnifico quondam domino de Albergotis pro ſe & hæredibus vtriuſque ſexus Magnifica domina Aemilia admitti debeat ſimul cum Magnifico domino Franciſ-

ſco eius

sco eius fratre ad successionem dicti feudi. Primaq; facie dicendum videretur, quòd dicta domina Aemilia simul succedere debeat cum fratre, si inspiciatur tenor ipsius concessionis, qui † attendi debet, 2 ex quo dat legem in feudis, & facit nos cognoscere, quale sit feudum. ca. 1. in fine. de succes. feudi. Iser. in cap. 1. de nat. succes. feud. colum 7. Dec. in consil. 193. colum. 1. & 208. colum. 2. in princ. Paris. in consilio 13. num. 13. vol. 2. Cephal. in consil. 3. num. 1. consilio 133. nume. 46. hinc † vulgò dicitur magis fore inspiciendum tenorem inuestituræ, quàm feudi naturã. cap. 1. in fin. de duob. fratrib. à capit. inuestit. Cepha. in consi. 173. numero 16. nam in ipsa concessione dicitur de hæredibus vtriusque sexus, quæ † verba ita 4 ad fœminam sicut ad masculum adaptantur, vt in c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remis. §. igitur. ibi. vtriusque sexus. inst. per quas personas nob. acq. Dec. in consilio 298. colum. 2. & in consilio 586. numero 12. Item † quia dictio vterque, quæ collectiua 5 est, & coniunctim accipitur, concursum vtriusque copulati requirit. l. Titius & Seius. ff. de hæred. inst. l. si duos. ff. de euict. Coras. in l. cum quidam. nume. 2. C. de impub. & alijs subst.

¶ Secundò dicitur, q; licet moribus feudalibus receptum sit & hæc sit communis regula, quòd † fœ- 6 minæ non admittuntur in feudalibus capit. 1. §. hoc autem. de his qui feud. dar. pos. Dec. in consilio 129. vers. sed tamen. Zas. in tract. de feud. in 8. part. super secunda parte. & hoc ob rationem assignatam in gl. in verbo à succcessione. in dicto §. hoc autem. quæ est communiter approbata, teste Alexand. in consil. 10. vol. 5. Tamen sunt aliqui casus speciales in quib. succedunt, & in illis fœmina reducitur ad ius primæ uum commune, quo iure ita fœminæ sicut masculi capaces sunt successionis. l. maximum vitium. C. de lib. præter. auth. in successione. C. de suis & legitim. hæred. quæ reductio ad ius commune est fauorabilis. glo. in vers. remunerandum. in cap. statutum. de præbend. in sexto, inter quos speciales casus viget præsens. Et primò: quia ipsa domina Aemilia expressè vocata est in concessione, quo casu tunc succedit in feud. capit. primo, §. hoc autem. qui feu. dar. pos. cap. 1. §. quin etiam. Epis. vel Abb. Dec. in consi. 208. 7 colum. 2. Cùm † igitur concessio feudalis facta in persona Magnifici. quon. domini Antonij dicat pro hæredibus vtriusque sexus, certè dicendum videtur quòd dicta domina Aemilia vna cum fratre in dicto feudo succedere debeat, tanquàm vocata in ipsa concessione.

¶ Nec habet obstare, q; inquit Alex. in consi. 57. in 8 2. col. vol. 5. vbi inquit, quòd † sicut quando dicitur pro masculis & fœminis prius veniunt masculi, ita quãdo dicitur pro hæredibus vtriusque sexus: quia ex natura feudi hoc contingit contra verborũ proprietatem. Nam etiam quando dicitur pro masculis & fœminis inspecta vi verborum illa copula videtur respicere æqualiter fœminas sicut masculos. l. prima. §. his ita. C. de cad. tollen. l. duob: de legat primò 9 sed † propter naturã rei receditur à proprietate verborum, ita (secundum eum) quando dicitur pro hæredibus vtriusque sexus, licet talia verba videantur æqualiter ad fœminas sicut ad masculos referri, hoc non attenditur, sed natura feudi inspicitur. Quia respondetur, q; æquiparario, quam facit Alex. non videtur bona: quia quando dicitur de vtroque sexu, nõ plus nominatur masculus, quàm fœmina, secus vbi dicitur pro masculis & fœminis, ex priori nominatione masculi fœminis præferuntur, vt loquitur tex. in §. quin ẽt. argumento. l. quoties ff. de vsufru. qui tex. in d. §. quin etiã restringitur in terminis, in quib. loquitur, qui extra casum suũ trahi nõ debet, vt ibi per eum.

¶ Similiter non obstat, q; dicit Alexan. de termino collectiuo, in quo omnes æqualiter sunt vocati, & tamen veniunt ordine successiuo. vt per Ang. in consilio 38. Quia dictum Angel. habet locum, quando plures diuersi gradus sub nomine collectiuo comprehẽduntur, & ita etiam loquitur, dum dicit de affectione successiue ordinata inter plures. secus esset, si oẽs essent in eodem gradu: quia omnes venirent, prout in casu nostro. Et ideò quicquid dicat Alexand. fœminæ existentes in pari gradu simul cum masculo admittuntur.

10 ¶ Tertiò accedit, q; † concessio differre nõ videtur ab illa, quæ facta fuisset pro masculis cum fœminis, quo casu eodem tempore fœmina cum masculo admittitur. Bal. in l. quoties. C. de suis & legit. hæredi. & in l. prima, §. finautem. C. de cadu. tollen. Deci. in consilio 208. columna secunda, Paris. in consil. 12. num. 17. vol. 1. Osasc. decis. Pedemon. 81. numero 2. & 18. Burs. in consilio 63. numero 10. Clarus in §. feudum. q. 73. versi. & in hoc proposito. vbi post Ias. & Paris. firmat hanc esse communem. Bart. & cæteri in l. Gallus in §. quidam rectè. ff. de lib. & posthum. sed in casu præsenti ita coniunctim & simultaneè videtur vocata domina Aemilia, sicut quãdo vocatur per dictionem cum: vt per Dec in citato consilio ducentesimo octauo, & Paris. vbi suprà numero 19. ergo, &c.

11 ¶ Quartò facit. Nã nulli dubium est, q; † quãdo feudum conceditur pro quibuscunque hæredibus, fœmina descendens, quæ sit hæres succedit in feudo cum masculo, & hoc virtute illius verbi quibuscunque vniuersalis & geminati, Si ergo dicto casu admittitur, in quo vocantur solum generaliter: ergo magis debet admitti hoc casu, in quo est vocata specialiter domina Aemilia, ex quo de vtroque sexu 12 est facta mentio: quia † id quod exprimitur speciali ter est maioris potentiæ & virtutis: quam id quod generaliter exprimitur: vt colligitur ex notatis per 13 Bart. in l. si quis in princip. ff. de legat. 3. Nam † cum nõ succedat in feudo descendens ex fœmina: nisi sit hæres: dicitur feudum habere quandam coniunctionem cum hæreditate ex dispositione contrahentium: & per cõsequens videtur tacitè actum: q; feudũ eodem tempore deferatur & acquiratur: quo & hæreditas. l. si legatarius. §. 1. de lega. 3. ita Ruin. in consilio 16. nu. 6. vol. 1.

¶ Vltimò in terminis quæstionis nostræ ita tenẽt Bal. in consilio 70. volum. 2. Dec. in consil. 208. col. 1. & sequenti. Paris. in consilio 12. nu. 10. cum plurib. sequentibus. volum. 1. & in consilio 13. nu. 15. vol. eod. dicit alias ita consuluisse, & secundum eius consiliũ iudicatum. ac in consilio 16. num. 2. volum. eod. Are. vt refert Alipran. in consi. 13. in prima par. nu. 59. inter consilia Montisferrati, vbi etiam dicit ita consuluisse dominum Antonium de Pratoueteri: vbi tradit, q; quando inuestitura comprehendit fœminas per dictionem cum vel vterque, q; vterque persona simul & semel concurrunt, Ruin. in consi. 16. nu. 16. vol. 1.

¶ Quibus tamen non obstantibus cõtraria sentẽtia est de iure verior, q; etiam stantibus dictis verbis vtriusque sexus, dicta domina Aemilia non admittitur ad successionem dicti feudi, vnà cum fratre, sed tantummodo post defectum masculorum, vt probatur ex infrà dicendis. Et primò: quoniam clarii iuris 14 est, q; † dicta verba vtriusque sexus æquiparantur illis pro se masculis & fœminis, vt per Riminal. in cõsilio 437. num. 9. & Vincental. in consi. primo, num. 57. quos refert & sequitur dominus Burs. at. in consilio 63. nume. 11. sed communis est Doctorum sententia, q; quando in concessione feudali fit mentio de

masculi-

masculis & fœminis, fœmina non admittitur, cum masculo sed ordine successiuo, scilicet prius masculi deinde masculis deficientibus fœminæ. c. 1. de eo, qui sibi vel hæredib. mascul. c. primo. §. ad filias. de grad. succed. in feud. c. primo. §. filio verò. cũ ibi not. de succes. feud. notant omnes in l. Gallus. in §. quidã rectè. ff. de lib. posthum. Clarus in §. feudum. quæst. 73. Osas. in decis. Pedemon. 23. numero 5. Ceph. in cõsilio 172. numero 19. & in consilio 152. num. 69. Natta in consilio 582. numero 18. Roma. in consilio 1. & hanc esse communem opinionem inquit Parisi. in consilio 12. num. 31. volum. primo, dixi in consil. 41. num. 27. vol. 2. & in consil. 59. nu. 65. vol. 3. Bursat. in dicto consilio 63. col. 3. in fin. si ergo in casu præmisso, non obstante copula, de cuius natura est vocare pariter masculos & fœminas non autem ordine successiuo. l. duobus. ff. de lega. primò, Bart. & alij in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nõ admittuntur simul masculi & fœminę, nisi ordine successiuo ex natura rei. igitur & ita dicendum videtur in terminis nostris, & non obstantibus dictis verbis vtriusque sexus nõ admittuntur simul domina Aemilia, & frater sed ordine successiuo, vt arguit Alexand. in consilio 9. col. 2. versi. nec prædictis. volum. 5. quem sequitur Cur. Iun. in tract. feud. in tertia par. in 17. quæst. Bursat. in d. consi. 63.

¶ Secũdò, ista sententia iuuatur auctoritate multorum Doctorum, & vltra Alexand. in d. consilio 9. colum. 2. volum. 5. & Curt. Iun. vbi suprà. ita tenuerunt Paris. in consi. 21. num. 7. vol. 1. in consil. 9 num. 30. vol. eod. Præpos. in cap. primo. §. hoc quoque. colum. 2. vers. nota. quòd pactum, de succes. feud. Goza. in consi 90. num. 8. & in consi. 8. nu. 10. inter consilia Montisferrati. Bero. inter ipsa consilia in consil. 17. num. 9. collegium Bononien. ibi in consil. 15. numero 14. & 73. Ioan. Baptista Vincemala in consilio 1. nume. 57. versi. & in terminis, inter consilia feudalia diuersorum. Item ibi Ioannes Galeacius in cons. 2. Franciscus de Ecclesia in consilio 40. nume. 13. inter ipsa etiam consilia. Floria de S. Petro in consilio non impressio incip. quidam Ioannes. cui se subscripserunt Ioan. Calde. Garzias Hispanus. Pon. Gurn. Christophorus de Castel. Ioan. de Anna. Iacob. de Fabr. Anton de Pratoueteri. Fulgos. Cuma. Dominus Prosdoci. de Comit. vt refert Bursat. in consilio 63. n. 9. vbi etiam tradit ita tenuisse Franciscum de Ecclesia in cons. 40. num. 12. vol. 2. inter cons. feud. diuers. Io. Thomas de Marinis in tract. de feud. fœm. tit. 21. nu. 40. Bursat. in dicto consilio 63. vbi inquit hanc esse magis receptam sententiam, quæ semper in dominio Mantuæ fuit seruata & pro ea iudicatum, Natta in consil. 164. num. 14.

¶ Restat modo vt diluantur, quę ex aduerso allegata fuerunt, & deueniendo ad primum argumentum dicitur, quòd verba vtriusque sexus concursum requirunt: Quia respondetur, quòd etiam disiũctiuè intelligunt possunt maximè attente natura rei feudalis, vt in simili dixerunt Alexã. in d. cons. 9. col. 3. & alij suprà citati.

¶ Ad secundum respondetur, ꝙ quamuis fœmina in multis casibus admittatur in feudo, tamen inter illos præsens non reperitur descriptus, & ideo videtur dicendum, quòd sicut quãdo inuestitura loquitur de masculis & fœminis non veniunt fœminæ nisi ordine successiuo, ita etiam in casu præsenti dicta verba, vtriusque sexus, intelligi debent ordine successiuo attenta natura feudi, vt per Alexand. vbi suprà.

¶ Nec obstant quæ contra Alexa. adducit Dec. in citato consi. 208. ꝙ æquiparatio Alexa. non est bona propter rationem ibi per eum adductam: Quia respondetur, ꝙ Alex. ibi dictam rationem pro dubitatione posuit, & ad illam benè respondet, ꝙ quando dicitur pro masculis & fœminis natura copulæ est vocare pariter omnes copulatos non autem ordine
15 successiuo. l. 1. §. his ita. C. de cadu tollen. ergo † appa ret, ꝙ virtus copulæ: quia primi sunt nominati masculi, non faciat eos prius vocari, sed ex natura rei. Vlterius ꝙ dicitur ista prior nominatio non debet attendi per dictum Bar. communitèr approbatum in
16 d. l. Gallus. §. quidam rectè. dũ vult, ꝙ † ratione ordinis charitatis, si dico instituto filium & nepotem, intelligitur ordine successiuo. & primo filius admittitur. & subdit, ꝙ si peruersus est ordo, vt si dico instituo nepotem & filium meum patrem eius, dicit idẽ esse, vt prius filius admittatur. ergo falsum est dicere, priorem denumerationem considerari, sed subiectam materiam, & ita respondetur ad §. quin etiam. quia extenditur ad casum habentem similem rationem, ita Gozad. in cons. 90. num. 8.

¶ Similiter non obstat responsio data per Dec. in dicto consilio ad notata per Ang. in cons. 38. quem sequitur Alexã. vbi suprà, ꝙ illa decisio locum habet, quando plures diuersi gradus sub nomine collectiuo comprehenduntur, secùs quando omnes essent in eodem gradu: Quia dicitur, quod diuersitas gradum consideratur quoad successionem diuersam, videlicet, ꝙ simul non admittuntur, ita propriè Ange. ibi, & omnes Doctores in dicto §. quidam rectè, ꝙ ostenditur. nam & si instituisset pater filium & nepotem ex alio filio, licet sint in diuerso gradu, tamẽ æqualiter admittuntur. vt not. Doct. in d. §. quidam rectè: ratio est: quia licet verè sit diuersitas in gradu, tamen æqualiter admittuntur, ergo eodem modo per contrarium, quando sunt in eodem gradu, vt ratione subiectæ materiæ admittuntur successiuè, & ita propriè loquitur Alex. secundum Gozad. vbi suprà, vbi ad hoc ẽt adducit notata per Bar. in l. iurisiu-
17 randi. §. si liberis. de oper. libert. vbi vult, quòd † quãdo quis accipit emphyteusim pro se & filijs suis masculis & fœminis, pariter admittuntur post mortem patris filij & filiæ, sed si in loco esset stitutum. quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, tunc admittuntur ordine successiuo. Alex. in consi. 127. vol. 1. Ecce ergo ꝙ erant pares in gradu, & tamen ratione subiectæ materiæ ordine successiuo admittuntur, quæ ratio militat etiam, quando sub termino collectiuo vocantur. hanc quoque rationem Decij impugnat Ioan. Baptista Vincemalla in dicto cõsilio primo, num. 58 vbi dicit, non esse verum, quòd dicit Dec. in citato consil. 208. ꝙ collectiuum in portet prælationem tantum in casibus, in quibus est disparitas gradum: quia imò etiam esset semper, quando est paritas gradus, si ratio prælatiõis adsit, vt per Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita & Trebel. in verb. & aduerte, ibi, & per hoc dicebam Soc. in consil. 161. columna 4. in tertia quæstione. versic. secunda conclusio.

¶ Non obstat tertium fundamentum, ꝙ cõcessio ista non differt ab illa, quæ facta fuisset pro masculis cum fœminis: Quia respondetur, ꝙ imò æquiparatur concessioni factæ pro masculis & fœminis, vt suprà dixi. Plus etiam dicitur, ꝙ si concessio feudi fuisset facta tam pro masculis, quam fœminis, ꝙ nõ admitterẽtur simul sed ordine successiuo, vt voluit Soci. in consi. 19. colum. 2. vol. 1. Dec. in consi. 2. versicu. præterea etiam. Signo. de Homod. in consi. 10. col. 2. vers. non obstat. & in consi. 11. Bal. in cons. 82. in primo volum. quem sequitur Camp. in consi. 11. col. 2. vers. vnde pro confirmatione.

¶ Accedit quoque, ꝙ scribit Iser. in cap. primo, de succes. feud. vbi dixit: quòd si fiat concessio feudi alicui

cui generi: quod idem est dicere, q familiæ, si quæratur an veniant descendentes ex fœmina: licet verbũ genus possit trahi ad paternum & maternum. l. neque Dorotheum. C. de decur. libro 10. quia tamẽ natura feudi hæc est: quòd regulariter non succedunt fœminæ illud verbum genus prolatum in materia feudi restringitur ad genus paternum tãtum: sequitur Ioannes Gallus. vbi suprà. numero 53. & numero 46.

¶ Similiter non obstat, q voluit Ruin. in dicto cõsilio. 16. num. 6. volum. 1. quia primò negatur: quod quando est susceptum feudum pro se & hæredibus, quibuscunque admittantur fœminæ simul cũ masculo: quia contrarium tenent Fran. de Ecclesia in dicto consi. 40. colu. pen. in verb. quanto magis. Thomas Mari. in tract. suo in tit. feud. quòd ita datur. catur. cap. 3.

¶ Secundò respondetur: q posita dicta opinione pro vera: q quando cõcessum est feudum alicui pro se & hæredibus quibuscunque fœmina pariter succedat cum masculo. tamen q longa est differentia inter feudum concessum pro hæredibus quibuscũque, vel pro hæredibus vtriusque sexus: quia primo casu feudum propter illud verbum quibuscunque: adeò alteratur: q habet vim allodij: vt patet: quia venit in petitione hæreditatis. Bart. & alij in l. si patroni. ff. ad Trebel. Paris. in consi. 23. num. 173. volumine 1. in consilio 65. numero 12. volum. 3. dixi in consilio 29. numero 20. volumine 3. Bero. in consilio 67. numero 67. volu. 1. item † & illud transit etiam ad hæredes extraneos. vt latè scripsi in consilio 1. numero 45. volum. 3. in cons. 55. numero 36. & 70. nume. 43. volum. eod. & hanc esse communem inquit Franc. de Eccleſia in consilio 40. numero 7. inter consilia feudalia: Plus † de eo potest testari. vt in cap. primo, de feud. non hab. propr. nat. feu. & licet ille tex. vtatur verbis, quib. dederit, tamen idem dicendum venit, quando est verbum quibuscunque, cùm † à pari procedant, quòd feudum sit concessum pro se & hæredibus quibuscunque, vel pro se & hæredibus & quibus dederit. Bald. in l prima, quæst. 14. ff. de rer. diuis. Curt. Iun. in consilio 4. columna secunda, Paris. in consilio 3. numero 12. volum. 1. Ripa. in l. ex facto. §. fin. colum. penult. ad Treb. Rub. Alexand. in l. Gallus. in §. quidam rectè. numero 20. de lib. & posthum. Thomas de Marinis in tract. de feud. in tit. 31. in verb. quæro an illa. Bero. in consilio 130. numero 31. volum. 2. Franc. de Ecclesia in consilio 40. numero 7. inter consilia feudalia diuersorum, dixi in consilio primo, numero 46. volum. 3. & in consilio 55. numero 33. volum. eod. Ias. in consilio 156. columna prima, volum. 2. vbi dicit, q licet nulla alienatio in feudis valeat, vt in cap. primo, de succes. feud. tamen q id locum non habet, si tale feudum fuerit concessum, pro se & hæredibus & quibus dederit: quia tũc per huiusmodi verba adeò alterata est natura feudi, q vasallus potest de eo disponere in testamento & inter viuos. Bero. in consilio 130. numero 31. volum. 2. Item † etiam venit in restitutione fideicomissi. Alex. & alij in l. si patroni. ff. ad Treb. Ias. in vsib. feud. col. 17. versic. isti tamen. Soc. Iun. in cons. 72. numero 23. volum. primo, vbi ista est crebrior Doctorum sentẽtia: quàm sequutus sum in cons. primo, numero 48. volum. 3. vbi alios citaui: Thomas Marinus in ti. de feud p omnino hæreditario. & in princip. Bero. in cõsilio 113 numero 23. volum. 2. item † illud potest alienari irrequisito domino. dixi in consilio 55. numero 33 volum. 3. Curt. Iun. in cons. 4. numero 3. Thomas Marinus, vbi suprà in versi. quæro. necnõ † in publicatione bonorum. Roma. Imol. & Alexand. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damn. infect. Bos. in suo tract. in titul. de bono. publica. numero 20. vbi dicit, q quando feudum est omnino hæreditarium: quia transit ad extraneos, tunc venit in confiscatione bonorum, ex quo de illo iudicatur, vt de qualibet alia re hæreditaria. & numero 54. Soci. in consilio 266. Gozad. in consilio 84. nume. 2. quem sequitur Thomas Marinus in ti. de feudo, quòd ita datur, in verb. quæro an tale feudum. † Quo † casu cum iudicetur huiusmodi feudum omnino hæreditarium, vt de qualibet alia re hæreditaria, non mirum si in eo posset succedere fœmina simul cum masculo, vt l. maximum vitiũ. C. de liber. præter. At in casu nostro sumus in casu multum diuerso, in quo feudũ retinet naturam feudi, vnde dici non potest, q dicta verba vtriusque sexus, habeant alterare naturã ipsius feudi, vnde cum sit differentia inter vnum casum & alium, ex diuersis non bene infertur. l. Papinianus ex uli. ff. de mino. cum alijs vulgaribus.

¶ Vltimò non obstat, q Dec. tenuit contrariũ in cons. 208. Quia respondetur, quòd malè loquitur. vt per Gozad. in dicto consilio 90. & Vincemal. in consilio primo, numero 57. Moder. Parisien. in apostillis ad Dec. in dicto consilio 208. Similiter non obstant aliæ auctoritates Doctorum suprà allegatæ: quia in contrarium est magis recepta Doctorum sententia, vt suprà dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio fidelitatis arguit concessionem feudalem.*
2 *Feudum dicitur à fide à qua deriuatur fidelitas.*
3 *Graue est fidem fallere.*
4 *Fides etiam hosti est seruanda.*
5 *Feudum propter excellentium non dicitur à qualibet fide, sed à fidelitatis.*
6 *Fidelitas est propriè substantia feudi.*
7 *Fidelitas nil aliud est quã iuramentum præstitum domino à vasallo.*
8 *Concessio censetur feudalis ex reseruatione homagij.*
9 *Præcedentia declarantur per actus sequentes.*
10 *Obseruantia & consuetudo multum operantur in materia feudali.*
11 *Inuestitura licet mutari non possit, tamen declarari potest.*
12 *Inuestitura denotat signum feudi.*
13 *Concessio de qua in cons. 159. Oldra. est feudum, non obstante verbo donamus in ea posito, sed contra secũdum communem, num. 55.*
14 *Inuestitura est optimum signum ad recognoscendum, quid sit feudum.*
15 *Dictio alius, facit relationem similium.*
16 *Verba contrahentium debent intelligi & saluari, nec tineant contrarietatem.*
17 *Feudum licet in aliquibus mutet naturam suam tamẽ in alijs eam retinet. declara, vt in num. 69.*
18 *Concessio facta à Principe potius præsumitur donatio, quàm feudum.*
19 *Concessio non dicitur feudalis, quando in ea nullum penitus verbum fit de feudo.*
20 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, nisi verè vel præsumptiuè probentur feudalia.*
21 *Res feudalis dicitur quandam seruitutem habere.*
22 *Concessio facta per Principem de Castro dignitatis vel Comitatus, in dubio præsumitur libera & non feudalis.*
23 *Concessio, in qua non fit reseruatio dominij directi per concedentem non dicitur feudum.*
24 *Feudi natura est, quod dominium directum remaneat penes concedentem.*
25 *Feudũ est beneficium, quod ex beneuolentia datur, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dominũ remaneat.*

26 *Cui non competit diffinitio nec diffinitum.*
27 *Diffinitio continet substantiam rei.*
28 *Substantia rei vbi deficit, ipsa quoq; deesse videtur, cũ nullum sit ens substantia sublata.*
29 *Concessio per quam transfertur directum dominium in recipientem non est feudum sed donatio.*
30 *Concessio non dicitur esse feudalis sed simplex & plena donatio quando fuit facta liberè & cum omnib. iuribus suis absq; aliqua reseruatione directi dominij.*
31 *Verbum liberè, importat præcisam libertatem.*
32 *Libertatu appellatione intelligitur de omnimoda.*
33 *Vasallus appellatur, id est, obligatus cum deriuetur à vas vadis, quod interpretatur obses.*
34 *Vasallus appellatur clientulus, id est, seruitor.*
35 *Vasallus dicitur homo alienus.*
36 *Imperator donans alicui quicquid ad ius regu pertinet. censetur donasse directum dominium.*
37 *Concedens si in inuestitura transtulit in recipientem omnia iura, & omnes actiones vtiles & directas, talis concessio non dicitur feudalis sed potius donatio.*
38 *Princeps si dat concedit & donat pleno iure Castra, talis concessio non dicitur feudum sed donatio mera & simplex.*
39 *Verbum plenum & liberum sunt æquipollentia.*
40 *Fundus, qui debet seruitium, non dicitur ad aliquem pertinere pleno iure aut liberè.*
41 *Res non dicitur ad me pleno iure spectare siue liberè, si est alteri obligata.*
42 *Princeps si concedit Castrum cum omni dominio ac omnibus possessionibus cum omnibus actionibus, per quam concessionem non remansit aliquod ius penes concedentem, concessio ipsa dicitur donatio, & non feudum.*
43 *Commune Est si transtulit in aliquem quicquid iuris habet proprietatis & dominij ac possessionis, talis concessio dicitur donatio & non feudum.*
44 *Princeps concedendo dominium simpliciter, in dubio plenum dominium concessisse videtur.*
45 *Coniecturæ opus non est in claris.*
46 *Feudum dotale idem importat quod totum.*
47 *Legans rem communem, licet videatur legasse tantum partem suã, tamen secus si legauit totam: quia tota debetur.*
48 *Maritus, qui promisit restituere dotem, licet renuntiare non videatur lucro dotis, secus tamen quando promisit totam dotem restituere.*
49 *Dictio omnis, quæ est vniuersalis prolata ab homine non recipit restrictionem, sed omnia comprehendit,*
50 *Res venales licet non veniant in legato generali, tamẽ secus in legato facto de omnibus rebus.*
51 *Dispositio simplex quæ de sui natura non comprehendit futura, ea tamen includit si dictum sit de omnibus.*
52 *Liberè id dicitur concedi, quod totaliter conceditur.*
53 *Plenum illud dicitur, cui nihil addi potest.*
54 *Verba non intelliguntur superfluè opposita.*
55 *Præsumptioni non est standum, quando constat in oppositum de contrario.*
56 *Concessio an sit feudalis, seu donatio, inspicitur quod principaliter agitur.*
57 *Præstatio fidelitatis non arguit feudum.*
58 *Iuramentum fidelitatis non dicitur signum necessariũ feudi, cum illud etiam præstatur à subdito suo superiori.*
59 *Præsumptio vna tollit aliam.*
60 *Consequentia non valet, est homagium ergo feudum.*
61 *Homagium fieri potest non solum ratione feudi sed etiam ratione personæ.*
62 *Feudum licèt argui possit ex reseruatione homagij, tamen id locum non habet quando illius natura in pluribus fuit alterata ex translatione totalis domini & translationis pleno iure.*
63 *Renuntiari fauore suo vnusquisque potest.*
64 *Reseruatio concernit ius tertij.*
65 *Clausula (saluo iure tertij) semper intelligitur.*
66 *Prima inuestitura alterari non potest per successores in præiudicium vocatorum.*
67 *Recedendum non est ab antiquioribus inuesturis, nisi in posterioribus expressè dicatur, quòd de communi consensu aliter facta sit quàm hactenus esset solitum fieri.*
68 *Fœmina licèt repellatur à feudo, non tamen à donatione.*

CONSILIVM LXXXV.

ASTRVM S. Stephani, de quo agitur iudicandum fore feudale prima facie demonstrant sequentia. & primò, reseruatior † fidelitatis, de qua in concessione ipsius Castri, quæ arguit eam esse feudalem, cum †feudum dicatur à fide à qua deriuatur fidelitas. capit. primo, §. fi. per quos fiat inuestit. Abb. in consil. 82. colu. secunda, vers. nam vasalli. vol. primo, Ias. in vlib. feud. col. decima. versic. 3. principaliter quæro. vbi inquit, ℔ feudum dicitur à fide vel fidelitate. Et licet quicquid facimus alienam secuti fidem debeat in fide consistere. l. 1. ff. si cert. petat. & † graue sit fidem fallere. l. prima, ff. de constit. pecu. l. prima. ff. de pac. vbi Bal. & cæteri, & † fides etiam hosti sit seruãda. l. prima, §. non fuit, vbi glo. & Bart. ff. de dolo. tamen secundum Guliel. & Odof. ac Ray. ibi, & Bald. in proœmio feud. colu. quinta, versic. 2. quæro. feudum dicitur consistere in fide, cum eo dominus committat vasallo personam, honorem & bona. c. 1. de nou. form. fidel. & † ideo propter excellentiam feudum dicitur à fide, non à qualibet sed à fide fidelitatis. Soc. Iun. in cons. 76. nume. 36. volù. primo, & 102. num. primo, volu. 2. dicens, ℔ licet fidelitas capi possit multipliciter, tamen respectu excellentiæ dicitur in feudis & ob quam causam feudum sic denominatur à fide ℔ in eo principaliter & magis quàm in alijs fides consideratur, vt declarat Bal. in prælud. feud. in tertia col. versic. 2. quæro. iterum consil. 68. num. 87. volum. 3. Bero. in consil. 115. num. 8. volum. primo, vbi ait iuramentum fidelitatis esse de natura feudi cum à fide seu fidelitate dictum sit, ca. primo. quid præced. deb. &c. in cons. 66. in princip. & num. 8. & in cons. 76. num. 122. volum. eo. Nam † fidelitas est propria substantia feudi. Isern. in cap. fi. col. prima, in quib. cau. feud. amit. Afflic. in decis 320. num. 4. & in prælud. feud. nume. 66. Cepha. in consil. 177. nume. 11. vbi tradit, ℔ † fidelitas nil aliud est quàm iuramentum præstitum domino à vasallo. c. primo, in verbo fidelitatem. vbi Affli. num. 7. qual. vasal. iurar. deb. fidel. dom. Hinc est secundum eum, ℔ feudum dicitur à fidelitate & nume. 16. vbi fidelitas est propria substantia feudi. Bero. in consil. 77. nume. 6. vol. primo, Paris. in consi. 21. nume. 22. volu. primo, vbi substantiale feudi non est seruitium sed fidelitas, & hãc esse communem opinionem inquit Cur. Iun. in trac. feud. in prima par. in septima quæst. vbi dicit, veram & communem esse sententiam, ℔ feudum dicitur à fide seu fidelitate, & ℔ hanc etimologiam sequũtur communiter Scribentes in prælud. feud. & in cons. 21. col. tertia, versic. quoad præmissa, vbi idem repetit Clarus in §. feudum. in 5. quæst. vbi etiam citat hanc esse receptam doctorũ sententiam. Stante igitur reseruatione dictæ fidelitatis, di-

cendum videtur huiusmodi concessionem fore feudalem & non donationem.

8 ¶ Secundò iudicare videtur feudalis: quia † facta fuit reseruatio homagij, quæ etiam arguere videtur concessionem ipsam feudalem, Ber. in cons. 66. col. 2. in princ. volu. 1. vbi arguit, concessionem feudalem ex reseruatione fidelitatis & homagij, vt colligitur ex gl. & Clem. pastoralis. in verbo homo ligius. de re iud. & per Bald in prælud. feud. in septima diuisione, ac Spec. in tit. de feud. §. quoniam. vers. & nota. & in vers. secundò quæritur. vbi etiam Bal. in addit. in verbo homagium.

¶ Suadetur & sententia ipsa: quoniam descendentes Dn. Ioan. Francisci de Olerijs primi acquirentis d. Castri semper præstiterunt dictam fidelitatem Illustrissimis successoribus concedentis, per quam præstationem declaratur concessionem prædictam esse feudalem, argumento eorum quæ scribuntur in l. si certis annis. C. de pact. & in l. cum de in rem
9 verso. ff. de vsur. per † actus enim sequentes declarantur præcedentia. l. sed & Iulianus. §. si ab initio.
10 ff. ad Maced. §. pauonum. instit. de rer. diuis. Nam † obseruantia & consuetudo multũ operantur in materia feudali. c. 1. vbi Dd. de feud. cogn. Dec. in cons. 193. col. penult. in fi. vbi in casu suo concludit. quòd ex posterioribus inuestituris quæ solum loquuntur de descendentibus masculis: declaratur & prima inuestitura de masculis intelligatur & non de fœmi-
11 nis: quia † licet inuestitura mutari non possit: tamen declarari potest. l. hæredes palam. §. si qui post. ff. de testa. vbi Bald. plura exempla ponit, & Dec. sequitur Curt. Iun. in cons. 21. col. 3.

¶ Nec habet obstare si dicatur, & prędictis aduersantur scripta per Oldra in cons. 159. vbi consuluit, quod concessio facta Principi Tarentino per Regem eius patrem de principatu Achaiæ, per ista verba donamus, damus & tradimus ex causa donationis & cum inuestitura de eo, quod quicquid in principatu Achaiæ ratione feudi vel alia ratione, cum translatione directi & vtilis actionis, cum tamen retentione seruitij feudalis, non est feudalis quamuis
12 de ipso Principatu facta fuerit inuestitura, quæ † de notat signum feudi, c. 2. in fi. de feu. cogn. retentum que seruitium feudale, nec non habita & fuerit mentio feudi, ergo multò fortius in casu de quo agitur dicendum venit, hanc concessionem non esse feudum, cum facta non fuerit mentio aliqua de feudo in ipsa cõcessione, nec de inuestitura, & fuerit translatum directum dominium.

13 ¶ Quia respondetur, & † imo concessio de qua in casu Oldra. est feudum non obstante verbo donamus, cum etiam feudum dicatur benevola & gratiosa concessio, vt per feudistas in procemio feudo-
14 rũ: item † inuestitura est optimum signũ ad cognoscendum quid sit feudum, c. per tuas, de dona. item & hoc suadent illa verba ratione feudi vel alia, quæ
15 intelligi debet de simili præcedenti: quia † dictio alius, facit relationem similium. l. si fugitiui. C. de ser. fugit. Nec vis fieri debet in illis verbis, transferẽtes directam & vtilem actionem, quia dicitur impossibile esse in ea re transferre directam & vtilem actionem simul, cum concurrere non possint simul: &
16 † ideo cum verba contrahentium intelligi debeant & saluari: ne contineant contrarietatem. Bar. in l. fi. §. itẽ quæsitum. ff. de cond. indeb. hac de causa verba illa directam actionem, debent intelligi quoad exercitium, vtilem autem propriè secundum & conuenit vasallo. ita Ias. in vsib. feud. Dec. in cons. 193. colum. 3. vers. non obstat, quod videatur donatio: quia translatum dominium, & translatæ directæ actiones: quia & dicitur de directis actionibus, intelligitur quantum ad exercitium, iuxta notata in l. 1. C. de actio. & obligat. & quòd dicitur de pleno dominio, intelligitur secundũ qualitatem feudi, ad quod illa verba referuntur, cum talia verba accipi debeant secundum subiectam materiam. Bald. in l. Iulianus. §. fi. in fi. ff. de rei vind. Curt. Iun. in tract. feu in 1-par. in sexta quæst. principali. col. 2. fi. & in cons. 21. col. tertia, versi quia ad præmissa. Bero. in cons. 66. col. 3. in fi. vol. 1.

17 ¶ Secundò respondetur, & † etiam dato quod esset dominium directum translatum, & hoc sit contra naturam feudi, quamuis valeat pactum: Bald. in l. si plures. in 2. col. in alijs tamen remanet feudum, & feudi naturam sortitur eo excepto, quod est contra naturam feudi. Isern. in c. 1. §. fi. col. fin. ex quib. cau. feud. amit. Dec. in citato. cons. 193. col. 3. in fi. Cepha. in cons. 173. num. 29.

¶ Maturius tamẽ & diligentius considerãdo contrariam sententiam vti veriorem amplectẽdam arbitror, quod imò concessio, de qua agitur, non est feudalis sed donatio, vt patet ex infra dicẽdis, & pri
18 mò: quia † concessio facta à Principe potius præsumitur donatio quàm feudum. Ang in consil. 242. in fin. Dec. in consil. 32. colum. secunda: 269. col. primæ & hoc vt maior sit liberalitas Principis, & 498. col. secunda, versic. & ista ratione. Paris. in cons. 23. colu. prima, vol. primo, Soc. Iun. in cons. primo, num. 19. vol. 4 Alba. in cons. 64. num. 64. dixi in cons. 50. nu. 31. volum. 3.

19 ¶ Secundò, quia † in concessione ipsa nullum penitus verbum de feudo, Paul. de Castro in cons. 161. col. fin. vbi dicit, feudum non esse: quia non fuit nominatum, Dec. in cons. 32. colum. 2. 269. colum. prima, 413. colu. secunda. & in cons. 498. nume. 11. Paris. in cons. 22. colu. prima, vol. primo, vbi feudum non dicitur, quando in inuestitura nullibi habetur mentio de feudo, nec ibi legitur aliquis actus inuestien-
20 tis verus vel fictus, feudi † enim vbi non fit mentio præsumptio est allodij, cum in dubio bona præsumantur allodialia. Ioan. Andr. & cæteri in ca. nimis. de iureiur. Alex. in cons. 129. in princip. volu. primo, vbi dixit, & res præsumitur allodialis ac libera & nõ
21 feudalis, quæ † dicitur quandam seruitutem habere glo. in l. si cuius. in verbo oportet. ff. de vsufruc. quæ non præsumitur. l. altius C. de seruit. & aqua. dixi latè in cons. 98. num. 11. volum. 3. idem & suprà tenuerunt Grat. in respons. 9. num. 120. volu. primo. Soc. Iun. in cons. primo, num. 19. volum. 4. & in cons. 102. num. 26. vol. 2. vbi feudum dici non potest, vbi nulla est facta mentio de inuestitura vel de eo quod pro inuestitura habetur. Paris. in con. 20. col. prima, vol. primo, Menoch. in cons. 1. numer. 109. cum igitur de feudo in concessione prædicta non fuerit habita mentio feudi, sequitur apertè, & ipsa non est feudũ
22 sed donatio, & ideo dicitur, & † si Castrum esset dignitatis & comitatus, in dubio concessio de ipso Castro facta per Principem præsumeretur libera & nõ feudalis. Abb. in c. significauit, col. 3 de rescript. dixi in d. cons. 50. num. 33.

23 ¶ Tertio dicitur: & † vbi in concessione non fit reseruatio dominij directi per concedentem: concessio ipsa non dicitur feudum. Oldra. in consili 159. Dec. in cons. 498. colu. secunda, Paris. in dicto cons. 23. num. 5. Alba. in cons. 64. num. 20. Ruin. in consil.
24 18. nu. 6. vol. primo. vbi † feudi natura est, quòd dominium directum remaneat penes concedentem, aliàs est donatio & in cons. 42. num. 4. vol. eod. Nam secundum communem de natura feudi est, vt iura directa remaneant apud concedentẽ & vtilia transferantur, & istud est vnum de requisitis pro substantia feudi, vt declarat Bal. in l. si plures. col. 2. versi. dicitur

citur autem. C. de cond. inser. & si non reseruatur ℘ dicatur dominium translatum, & per consequens ℘ concessio sit donatio & non feudũ. Ceph. in cons. 1. num. 16. cum sequenti, Grat. in responso. 9. nume. 103. vol. primo, vbi ait de substantia feudi esse vt proprietas remaneat penes dominum, vt probatur ex
25 diffinitione feudi. Nam † feudum (vt inquit text. in cap. primo, §. fin. ex quib. cau. feud. amit.) est beneficium, quod ex beneuolẽtia datur. vt proprieras rei immobilis beneficiatæ penes dominũ remaneat vel secundùm Ioan. Ray. diffinitur in cap. imperialem. de prohi. feud. alie. per Feder. feudum est beneuola concessio libera & perpetua rei immobilis cũ translatione vtilis dominij proprietate retenta sub fidelitate & exhibitione seruitiorũ, quam sequitur Ias. in vsib. feud. in secunda quæst, & secundũ quam libet requiritur retentio proprietatis. Alba in cons. 62. num. 21. Menoch. in cons. primo nume. 15 in fin. vbi directum dominium est verum feudi subiectũ. Ruin. in consil. 143. col. penul. in fi. volu. 3. At in casu præsenti non fuit retenta proprietas, ergo feudum dici non potest concessio ipsa. cum non competat
26 diffinitio feudi, ergo † cui ea non competit nec diffinitum. l. prima, §. dolum, de dolo Scriben. in rubri
27 ca. ff. de acqui pos. quia † in diffinitione ponitur substantia rei. glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. &
28 † vbi deficit substantia rei, ipsa quoque deest cum nullum sit ens substantia sublata.

¶ Quartò ex alio demonstratur concessionem i-
29 psam non esse feudum sed donationem † cum per eam expresse sit translatum dominium directum in recipientem, & quidem totale ac omnis proprietas & possessionem, cum plena signoria & dominatione, & similiter sint translata iura & actiones directè quod probatur ex infra dicendis, & primo, ex decisione Excellentissimi Domini mei. Ruin. in consil. 18. num. 6. vol. primo, vbi concludit, confessionem
30 † non esse feudalem sed simplicem & plenam donationem, quando facta fuit liberè & cum omnibus iuribus suis absque aliqua reseruatione directi dominij vel alicuius iuris, quod est contra naturam concessionis feudalis. cap. primo, in fi. de inuestit. de re
31 alie. fac. quod † verbum liberè importat præcisam libertatem. Bal. in cap. primo, §. ad hæc, de pace iur.
32 firm. Nam † appellatione libertatis intelligitur de omnimoda. l. cum venderes. ff. de actio. emp. in qua libertate non dicitur esse feudatarius, qui est in plu-
33 ribus astrictus. cap. primo, de form. fidel. vnde † appellatur vasallus, id est, obligatus, cum deriuatur à vas vadis, quod interpretatur obses, inde vadimonium, & ad illa etiam tenetur, si iuramentum remittatur. cap. primo. §. primo, quæ fuer. prima. cau. be-
34 nef. amit. & † ex hoc etiam appellatur clientulus, id est, seruitor. c. primo. §. & si clientulus. de feud. alienam est obligatus ad seruiendum domino. cap. pri-
35 mo, in fin. ex quib. cau. feud. amit. & † ideo dicitur etiam homo alienus. Barto. in l. si quæramus. de testa. Aluarot. in prælud. feud. in 7. quæst. Alex. in consi. 24. num. 11. vol. 5.

¶ Secundò, ex notatis per Soc. Iun. in cons. 76. nu
36 me. 45. vol. 1. vbi inquit, quod † si Imperator donat alicui quicquid ad ius Regis pertinuisset, censetur etiam donasse directũ dominium, cum qui vniuersaliter loquitur omne dicat & nihil excludat. l. Iulianus. in princi. ff. de lega. 3. vnde si dominium directum est translatum, non potest dici concessio feudalis, per quam solum vtile dominium transfertur directo reseruato concedenti. c. 1. vbi notant omnes de inuestit. de re alie. fac.

¶ Tertiò moueor ex auctoritate, Ceph. in cons. 1.
37 nu. 16. vbi determinat, quòd † si concedens in inuestitura transtulit in recipientem omnia iura & omnes actiones vtiles & directas, concessio non dicitur feudalis sed potius donatio: quoniam ex cõcessione feudi iura directa remanent apud concedentem & sola vtilia transferuntur.

¶ Quartò accedit, quod voluit alibi Rui. in cons.
38 208. colu. secunda, vol. primo, dicens, ℘ † si imperator dat, concedit & donat pleno iure Castra, ℘ talis concessio non dicitur feudum sed donatio mera & simplex, & in con. 38. col. secuuda, vers. & idem &
39 3. vol. eod. quoniam † verbum plenum & liberum sunt æquipollentia. l fideicommissa. in §. quando ℘. de lega. 3. Bart. in l. alio. ff. de alim. & ciba. lega. Vnde sicut quando facta est concessio libera non est feudum: quia si aliter diceretur recipiens non haberet rem pleno iure, licet feudum dicatur species seruitutis. Bald. in l. si plures. C. de cond. insert. ita etiam dicendum venit, quando est facta concessio pleno
40 iure. sicut † fundus qui debet seruitium non dicitur ad aliquem pertinere pleno iure aut liberè. Bar. in l. Meuius. in §. fundo. ff. de lega. 2. Alex. in cons. 208. vo
41 lu. 2. vbi † non dicitur res ad me pleno iure spectare seu liberè, si est alteri obligata. Ruin. in cons. 99. in fi. volum. 4.

¶ Quinto confirmatur hæc sententia ex his, quæ
42 scribit Rui. in cons. 219. vol. primo, vbi † si dux Mediolani concessit Castrum nouum, Duci Ferrariæ cum omni dominio, cum omnibus possessionibus, cum omnibus actionibus, per quam non remansit aliquod ius penes Ducem Mediolani, illa concessio dicitur donatio & non feudum, quia ex quo transtulit dominium, quoad superioritatem non remansit dominus. quod & voluit Bursat. in consilio 44. numero 6.

¶ Sextò facit. quod tradit Natta in cons. 216. nu.
43 15. vbi dicit. quod † si commune Ast transtulit in aliquem quicquid iuris habet proprietatis & dominij ac possessionis, talis concessio non dicitur feudum quia contra naturam est, ℘ omne dominium & omnis possessio, trãsferatur, cum dominium directum & ciuilis possessio debeant remanere penes concedentem. c. 1. §. rei. & §. fi. de controu. inter vasal. & alium de benef.

¶ Septimò additur, ℘ voluit Bero. in con. 65. nu.
44 25. volu. 1. vbi † si Princeps concedendo simpliciter dominium intelligitur in dubio cõcessisse plenum dominium, per l. primam. §. 1. si ager vectig. vel emphy. peta. ergo multo fortius quando omne dominium, quia tunc venit vtrunque, videlicet, directũ & vtile. & sic concessio ipsa non dicit feudalis sed donatio. Si ergo in prædictis casibus concessiones huiusmodi non sunt feudales sed liberæ, ergo idẽ & fortius in terminis nostris, vbi verba expressa sunt de translatione dominij, cum in ea dicatur. Quòd princeps trãsfert dominium directum, & vtile omnem que possessionem & proprietatem. Vnde cum ver-
45 ba sint clara, & † in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. ab ipsis verbis recedendum non venit. l. non aliter. ff. de leg. 3. Dec. in cons. 32. col. secunda. Vlterius est considerandum, ℘ in casu nostro adest nedum dominium directum & vtile translatum. sed totale dominium
46 directum & vtile ℘ verbũ † totale importat idem ℘ totum, quod significat totalitatẽ circa rem. gl. insti. pro soc. Bar. in l. si vnum. §. pactus. colum. secunda. vers. & nota. ff. de pac.

47 ¶ Hinc videmus: ℘ † licet quando quis legauerit rem communem: tunc restringitur legatum ad partem legantis: secus si legasset totam rem: quia tota debetur. Bart. in l. serui electione: de leg. primo. Gozad. in cons. 47. num. 6.

48 ¶Hinc etiã dicitur: q; †licet maritus: qui promisit restituere dotem: nõ perdat lucrum dotis: quod sibi defertur vxore præmoriente sine liberis: quia illi renunciasse non videtur: secus tamen quando promisit totam dotem restituere. Bal. in l. quod nomine. ff. de cond. indeb. Alex. in l. fi. cum dotem. in fi. ff. solut. matr. dixi in tract. de lucro dotis quæst. 38. vbi multa citaui conferentia ad casum nostrum. sed si nos diceremus: q; præsens concessio esset feudum recipiens non consequeretur totale dominium: ergo dicendum est: vt illud veniat: & per consequens quòd concessio ipsa est donatio.

¶Vlterius etiam considerandum sunt illa verba. O-
49 mnem; q; proprietatem † quæ dictio omnis, est vniuersalis, & prolata ab homine non recipit restrictionem: sed omnia comprehendit: quia qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. 3. Bart. in l. gene-
50 rali. §. vxori. ff. de vsufruc. lega. vbi † licet in legato generali non veniant res venales, dicto §. vxori. tamen secus in legato: in quo dictum esset de omnibus. Dec. in cons. 299. colum. 2. Rui. in cons. 78. colu. penult. vol. 1.

¶Accedit quoq; quod scribit Bald. in auth. om-
51 nia priuilegia. C. de Epis. & cler. vbi † dispositio simplex: quæ de sui natura non comprehendit futura. l. si ita. ff. de aur. & argen. legat. ea includit: si dictum sit de omnibus. Alexan. in l. prima, in primo notabi. ff. de lega. primò dixi in cons. 88. num. 10. volum. secundo: & in cons. 79. num. 4. volu. eod. item ponderanda sunt etiam illa verba, Cum plena Signoria & dominatione. quod verbum plenum, idẽ importat q; libera: cum sint æquipollentia: Bald. in l. & si post tres. colum. penult. ff. si quis cau. Ruin. in consil. 38. volum primo, 112. numero 6. & 219. numero tertio: volum. eod. ac in consilio 133. nume. quinto, vol. se-
52 cundo: & † liberè id dicitur concedi: quod totaliter conceditur. Craue. in consilio 122. numero quinto: Socin. Iun. in consilio primo, nume. 23. vol. quarto: vnde sicut verbum liberè operatur translationem dominij directi: & operatur quòd concessio sit donatio & non feudum: ita etiam dicendum est: quòd illa verba cum plena Signoria, important totalẽ Si-
53 gnoriam & dominationem, cum † plenum dicatur, cui nihil addi possit. Bald. in cons. 293. ad fi. volum. quarto, quem sequitur Socin. Iun. in citato consilio primo, numero 17. quam plenam Signoriam totalem & liberam non diceretur habere recipiens, si
54 concessio esset feudum: vt † igitur dicta verba superfluò apposita non censeantur, quod vtique dicendum non venit. l. si quando. de lega. primò, Bald. in rubrica C. de contrahen. empt. in noua quæstione, dixi in consilio 61. latè volu. tertio, concludendum venit, quòd tam ex verbis expressis quàm ex alijs supradictis, quòd dicta concessio sit donatio & non feudum.

¶Vltimò accedit, quod scribit Oldr. in fortioribus terminis in consilio 159. vbi est in inuestitura mentio feudi & reseruatio seruitij, & tamen ibi concludit ex vi donationis, de qua ibi, concessionem de qua in casu suo fore donationem, quam decisionem communiter sequuntur doctores, vt per Socin. in consilio primo, numero vigesimonono, in quarto volumine, vbi refert hanc fore communem, sed vltra per eum citatos addo eundem Socin. in consilio 120. numero nono, volumine secundo, Bero. in consilio sexagesimo quinto, numero decimoseptimo, volumine primo, octuagesimosecundo, numero decimo, & sexagesimoseptimo, numero vigesimonono, volumine eod. & in consilio 152. numero decimosecundo, volumine secundo, Clarum in §. feudum. quæstione decimoseptimo, vbi etiam tenet hanc partem tanquam communiter receptam, Senat. Mant. in cons. 6. num. 90. inter consilia status Montisferrati. Colleg. Bononiense inter d. consilia consilio 15. nume. 17. Menoch. in consilio 2. in. 4. articulo, num. 19. dixi in consi. 2. num. 4. volu primo, & latius in consi. 59. numero 52 volu 3. & tamen in casu dicti consilij tot non concurrebant sicut in casu præsenti.

¶Supereſt modo vt de medio remoueantur, quę in contrarium adducta fuerunt. & primò, quod ex reseruatione fidelitatis arguitur concessionem fore feudalem. Quia respondetur, quod etiam dato (sed non cõcesso) quod ex dicta reseruatione posset hoc
55 argui, tamen † à tali præsumptione receditur, quando per multa alia media vrgentiora constaret concessionem esse donationem & non feudum: quia tũc à præsumptione receditur & standum est verbis claris & non cõiecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. Dec. in cons. 413. colum. tertia, in prin. sed in terminis nostris multa sunt media vrgentiora, quæ demonstrantur concessionẽ esse donationem & non feudum. Primò quia translatum totale dominium directũ & vtile cum omni proprietate plena signoria & dominatione & cum actionibus directis. Item nulla facta mentio de feudo nec facta inuestitura, ergo manifestè & plusquàm clarissimè cognoscitur, concessionem hanc non fore feudalem, sed fidelitatem ipsam fuisse reseruatam alio respectu quàm feudi sed ratione iurisdictionis. Ita in simili dixit Dec. in citato cons. 413 col. 3. in prin.

¶Accedit quod scribit Socin. Iun. in cons. 1. num. 24. volum. 4. versi. 2. etiam respondetur, vbi inquit, q; an concessio sit feudalis seu donatio cognoscitur ex verbis dispositiuis & ex eius substantia: quia si verba dispositiua important donationem, ita & substantia dictæ concessionis, cum ex illa sit trãslatum ius & dominium directum, quod nõ conuenit concessioni feudi & quod in substantia non est feudum nunquam fiet feudum ex qualitate iuramenti fide-
56 litatis, cũ illa accessoriè præstetur: & † aliàs inspiciatur quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. ergo idem in casu nostro, vbi in verbis dispositiuis concessionis est translatio totalis directi dominij & vtilis ac aliorum de quibus suprà. facit etiam quod voluit Ruin. in cons. 42. numero 17. verfic. nec obstat, volum primo: vbi dicit: quòd per concessionem factam: in qua non est reseruatum dictum dominium: illud translatum esse cense-
57 tur, & † quòd non obstat præstatio iuramenti fidelitatis: quia censetur tanquam à subdito & non tanquàm à vasallo. cap. primo, qual. vas. iur. deb. fidel. dom. Alciat. in cons. 172. numero sexto: & 199. num.
58 35. vbi ait: fidelitatem † nihil speciali ratione feudorum inferre posse: cum & subiecti: & si feudatarij non sunt: ad fidelitatem teneantur. Menoch. in consilio primo, nume. 33. & in consil. secundo. numero 265. nam vt inquit Curt. in trac. feud. in prima part. quæst. septima: in princip. non est bona consequentia: præstita fuit fides: ergo feudum. Bero. in consil. 65. num. 181. vol. primo: vbi iuramentum fidelitatis non dicitur signum necessarium feudi: cum illud etiam præstetur à subdito suo superiori. Iterum Bero. in cons. 152. nume. 15. vol. 2. & latius Oldra. in citato consil. 159.

¶Secundo non obstat reseruatio homagij: quia vt dicit Dec. in citato consilio 413. columna tertia, in princ. licet illa reseruatio videatur in dubio designare feudum, receditur ab illa præsumptione, vbi constat de donatione & alia media: quia illa præua-
59 let ad iudicandũ qualitatem contractus, vna † enim præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de resti. in integ.

à præ-

à præsumptione recedendũ est, tanto fortius quando de se constet de contrario, vt in casu de quo agitur, vbi (vt iam dictũ fuit) translatum fuit totale directum dominium & vtile, nec non translata omnis proprietas & possessio cum plena signoria & domi-
60 natione. Vlterius dicitur, ꝙ † non sequitur, reseruatum est homagium, ergo concessum feudum: quoniam non sequitur, homagium est, ergo feudum est,
61 cum † homagium fieri possit non solùm ratione feudi sed etiam ratione personæ tantùm, ex quo cõtractu homagij homines, qui se iurisdictioni subijciũt tenentur domino suo ad seruitia & ad alia secundũ quod pactum fuerit conuentum, vt per Spec. in tit. de feud. §. quoniam. sub rubrica de homag. quæ-
62 stione 17. & 19. in fin. Præterea dicitur, ꝙ † licet ex reseruatione homagij possit argui feudum, tamen id locum non habet, quando illius natura in pluribus fuit alterata concedendo totale dominium & omnem actionem pleno iure, vt in casu præsenti: quia tunc talis concessio non dicitur continere feudum. Bero. in cons. 65. num. 51. vol. 1.

¶ Secundò non refragatur, quod descendentes ex d. Dn. Francisco primo acquisitore præstiterunt iuramentum fidelitatis pro dicto Castro & alijs, de quibus in concessione, per quam declarat huiusmodi concessionem fore feudalem. Quia respondetur, quod dicti descendẽtes sibi ipsis præiudicare potue-
63 runt, cum † vnusquisque fauori suo renunciare possit. l. si quis in conscribendo. vbi notant omnes C. de pact. sed non alijs vocatis in dicta concessione, per quam ius fuit eis quæsitum, quod per ipsas recognitiones non fuit sublatum: tum quia in illis fuit reser-
64 uatum ius tertij † quæ reseruatio cõseruat ius, quod alij tertij habent, & ostendit recognitiones esse factas sub illa conditione, vt in simili tradit Bald. in c. primo, §. hoc quoq; colum. finali. de succes. feud. & in cap. fin colum. fin. quæ sit prima cau. benef. amit. & si talis clausula non fuisset apposita, semper ta-
65 men subintelligitur, & † ita subintelligenda in ipsis recognitionibus, vt ius tertij semper intelligatur reseruatum. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Paris. in cons. 23. num. 131. cum pluribus sequentibus volumin. 1. Accedit quod dixit Dec. in cons. 488. columna 3. in fin. vers. secundo principaliter. vbi concludit, quod
66 † prima inuestitura facta Domino Vberto acquisitori & eius successoribus non potuit alterari per dominum Palauicinum & alios, qui bona, quæ erant libera fecerunt feudalia: quia noua inuestitura fieri non potest in præiudicium alterius: quia prima radix attenditur. Bal. in l. 1. colum. pen. C. quand. non pet. par. Primæ enim concessioni est standum, vt constat ex notatis per Paul. de Castro in consil. 63. colum. fin. secundùm antiquam impressionem, vbi
67 inquit, quòd ab antiquioribus inuestituris non est recedendum: nisi in posterioribus expressè dicatur: quod de communi consensu aliter facta sit inuestitura quàm hactenus esset solitum fieri. Dec. in consil. 263. col. pen. in princ. dixi in consilio 50. num. 60. volum. 3.

¶ Similiter non obstant, quæ adducuntur contra consilium Oldra. per Iaſ. Curt. & Dec. vbi suprà: quia constat ex supradictis sententiam Oldra. communiter approbatam: & in eorum dictis vim non esse faciendam.

¶ Pariter non obstat: quod illud: quod dicitur de directis actionibus, intelligitur quoad exercitium: Quia duobus modis respondetur, & primò, quòd in contrarium est decisio Cepha. in consil. num. 15. verſic. primò moueor, vbi inquit, quod vbi concedens transtulit in recipientem omnia iura & omnes actiones vtiles & directas, dicta concessio non dicitur feudalis sed potius donatio: quoniam ex concessione feudi iura directa remanent penes concedentem, & sola vtilia transferuntur, & quod istud est vnum de requisitis pro substantia feudi, subdens hãc esse communem, quicquid Curt. quandoq; senserit & præsertim quia directum dominium non fuit reseruatum. Rui. in cons. 19. vol. 1.

¶ Secundò respondetur, ꝙ præmissa sententia, quando esset vera, posset procedere quando in concessione esset dictum de actionibus directis, & non fuisset trãslatum directum dominium & vtile cum omni proprietate & cum plena signoria, ex quibus satis constat, concedentem voluisse transferre omnes actiones directas verè, & non quoad exercitium vt abundè constat ex his; quæ suprà allegata fuerunt.

¶ Vltimò non obstat dum dicitur, ꝙ feudum alteratum quoad quid, non desinit esse feudũ quoad alia, & quoad illa regulatur secundum naturã feudi. Quia respondetur, quòd si natura feudi sit altera ta taliter, quòd in reliquis pluribus dicatur suã naturam retinere, ita quod magis assimiletur feudo, tunc militat obiectũ, quòd de feudo tali iudicandũ esset vt de feudo simplici. argumento. l. cum quæritur. ff. de statu. hom. sed quando pro maiori parte & in pluribus natura feudi alterata reperitur, vt in casu nostro, per ea quæ suprà dicta fuerunt: tunc de tali feudo nõ iudicatur vt de feudo sed vt de donatione, ita in simili dicit Bero. in cons. 65. num. 78. volumine primo, & in cons. 152. num. 29. volu. secundo, facit quod voluit Soc. Iun. in cons. 76. numero 49. volu. primo, vbi dicit: quòd licet concessio aliquo modo possit in aliquo de feudo participare; tamen hoc non habet locum: quando facta fuit per viam donationis cum plena libertate: vt in casu nostro. Ex his igitur omnino concludendum esse arbitror, huiusmodi concessionem non esse feudalem sed do-
68 nationem, ex † qua resultat, quòd eius vigore domina Aurelia debeat in dicto Castro & alijs iuribus, de quibus in ea: succedere licet aliàs à feudo repellatur, & ita in terminis distinguẽdo inter feudum & donationem concludit Angel. in consil. 242. in fin. Bal. in cons. 301. volumi. tertio, quos sequitur Dec. in consilio trigesimo secundo: consil. 85. columna tertia. 208. columna secunda. 269. columna prima; 390. columna tertia. 413. columna secunda. 468. numero decimo quarto. 607. numero decimo quarto: Gozad. in consilio septimo: numero decimoquarto. Paris. in consilio quarto. numero septimo, & sequenti volumine primo: & in consilio vigesimo tertio. numero decimosexto: volumine eod. Soc. Iun. in consilio septuagesimo sexto. numero quadragesimo octauo: volumi. primo: Card. Simoneta in consilio status Montisferrati, & Collegium Bononiense inter dicta consilia, in consilio decimoquinto. numero quadragesimoseptimo: Alexan. in consilio vigesimoquarto, volumine quinto: dixi in consilio secundo. numero 6. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis, sed contra num. 9.*

2 *Permutatio dotis de re ad pecuniam & è contra fieri potest.*

3 *Datio in solutum vnius speciei pro quantitate in dotem promissa, non cadit in speciem contractus emptionis, sed in contractu dotis, in quo in obligatione est rem dari.*

4 *Promissio dotis si facta sit in pecunia & deinde commu-*

tatio pecuniæ in res, efficiuntur ipſæ res dotales & reſtitutioni ſubiectæ.

5 *Datio in ſolutum æquiparatur emptioni & venditioni, quòd maximè locum habere videtur, quando datio ipſa fit pro pecunia, quæ debebatur.*

6 *Æſtimatio facit emptionem.*

7 *Æſtimatio quando facit emptionem rerum dotalium, fundus ex toto deſinit eſſe dotalis, adeò quod ſine cõſenſu mulieris poteſt per maritum alienari tãquam res propria.*

8 *Marito quando dantur prædia æſtimata pro dote pro ſe & hæredibus, iſta verba demonſtrant, quod maritus illa recipiebat nomine proprio & non vxoris.*

9 *Verbum ſuis, exponitur pro hæredibus.*

10 *Feudum conceſſum pro ſe & ſuis intelligitur pro hæredibus.*

11 *Verba geminata multum operantur & fortius triplicata.*

12 *Verbum imperpetuum ſignificat idem quod ſine fine.*

13 *Dictio imperpetuum ſæpius repetita habet tractum ſucceſſiuum ac importantem perpetualitatem & non perſonalitatem.*

14 *Mulieri tantum datur actio in rem contra tertios poſſeſſores bonorum æſtimatorum datorum marito pro pecunia dotali promiſſa, quando mulier pro dotibus ſuis non poſſet habere regreſſum ad alia bona mariti & ſic in ſubſidium.*

15 *Declaratio ad text. in l. ita conſtante. cum l. ſeq. de iure dot.*

16 *Impugnatur Bal. in l. eleganter. ff. de cond. indeb.*

17 *Declaratio ad Roma. in conſi. 201.*

CONSILIVM LXXXVI.

IN cauſa dominæ Camillæ relictæ quondam domini Georgij Valdergiæ vtrum ei competat ius agendi contra emptores bonorum eis venditorum per dictum dominum Georgium pro conſecutione dotium ſuarũ mille & centum ſcutorum. Prima facie videretur dicendum quòd ſic, quamuis bona ipſa tradita fuerint æſtimata iuſta æſtimatione prædicto domino Georgio, per quond. dominum Bartolomæũ patrem prædictæ dominæ Camillæ, & ſocerum ipſius domini Georgij, quoniam † prædia empta de pecunia dotali efficiuntur dotalia. l. ita conſtante. cum lege ſequenti. ff. de iure dot. vbi Bal. ita ſumat illum tex. nota ex hac. l. quòd † poteſt fieri permutatio dotis de re ad pecuniam & è contra, & in lectura antiqua inquit, res dotalis poteſt conſtante matrimonio permutari cum alia re vel cũ quantitate: ſi hoc eſt vtile mulieri. Spec. in tit. de dot. reſtitu. §. formatis. verſ. ſed quærirur. vbi mulier poteſt permutare dotale prædium vel in pecunia vel in alio fundo. itẽ & cum viro, ſi in hoc verſetur vtilitas mulieris. l. cũ hi. §. penult ff. de tranſac. ſiue rem cum re, ſiue rem cum pecunia, & pecunia etiã dotalis poterit in prædia conuerti. l. ſi mulier. ff. de pac. dot. Idem ibi vult Ioan. Andr. in additione incip. & l. ſi. vbi fundus vel res permutata eſt dotalis, allegat dictam l. ita conſtante: cum l. ſequenti. Roma. in conſilio 201. colum. ſecunda, in princ. in verſic. ſecundo, quod licet dum inquit, quòd emptum ex pecunia dotali præſumitur dotale.

¶Secundò facit, quod ſcribit Bald. in l. eleganter. in noua additione ex lectura antiqua in verſic. tu dicas, q̃ ibi datio in ſolutum. dum vult, quod † datio in ſolutum vnius ſpeciei pro quantitate in dotem promiſſa non cadit in ſpeciem contractus emtionis ſed in contractu dotis, in quo in obligatione eſt rem dari. l. prima. C. de iure do. & probatur: quia maritus poſſidet titulo dotis & non emptionis: lege ita conſtante. ff. de iure dot. & ſic vult ibi Bald. quòd in dote ſit ſpecies & illa reſtituenda, & non quantitas.

¶Tertiò moueor ex ſcriptis per Oldrad. in conſ. 245. vbi vult: q̃ † ſi facta fuit promiſsio dotis in pecunia, & deinde commutatio pecuniæ in res, ipſæ res efficiuntur dotales & reſtitutioni ſubiectæ. per d. l. ita conſtante. & ſequentem, de iure dot. & l. ſi mulier. in tertio reſponſo. ff. de pact. dotalib. Nec habet obſtare (ſecundum eum) ſi dicatur, quòd in inſtrumento ſunt hæc verba, ad habendum, tenendum, poſsidendum, & quicquid ſibi & liberis ſuis ſeu hæredibus & ſucceſſoribus, &c per quæ verba diceret aliquis eſſe cogitatum de hæredibus ipſius mariti, & per conſequens de ppetua tranſlatione in ipſum: Quia reſpondetur, quòd illa verba debent referri ad liberos B. filiæ, de qua ante erat habita ratio immediata. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. omn. iud. vel ſaltem ad communes liberos, & hoc caſu pactum illud vires non haberet morte viri diſſoluto matrimonio. l. 2. ff. de pact. dotal.

¶Nec ſimiliter refragari videtur, q̃ in caſu ipſius Oldrad. res erant datæ æſtimatæ vera æſtimatione nomine vxoris, quia dicit, q̃ etiam dato quòd res iſtæ datæ fuiſſent æſtimatæ vera æſtimatione marito nomine proprio. Tamen quod illud, q̃ datur contemplatione mulieris ab ipſa muliere profectum videtur. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. & perinde ac ſi ipſa dediſſet.

¶Veruntamen eis non obſtantibus habita ſuper his matura conſideratione contrarium de iure arbitror, quod dicti emptores & tertij poſſeſſores moleſtari non poſsint à dicta domina Camilla ſed per eam agendum ſit contra hæredes dicti domini Georgij pro conſequutione ſcutorum mille & centum in pecunia numerata, quod demõſtratur. Quoniam dicta bona tenta & poſſeſſa per tertios poſſeſſores fuerunt eis vendita per dictũ dominum Georgium cui fuerant data inſolutum æſtimata, ergo vendita: quoniam † datio inſolutum habet vim venditionis, & receptio inſolutũ emptionis, & ſic datio inſolutum æquiparatur emptioni & venditioni. l. ſi prædium. C. de euict. l. fina. ff. quibus ex cau. in poſſ. ea. quod maximè procedit quando ſit talis datio pro pecunia quæ debebatur. glo. & doctores in l. eleganter, in princip. de pign. action. Bart. in l. libera. C. de ſent. & interlo. omn. iud. Ruin. in conſ. 172. in princip. volumine primo. & 134. numero 1. volumine 4. Pariſ. in conſ. vndecimo, num. 24. volumine primo, Aret. in conſ. 160. columna ſeptima, verſic. venio ad quartam. vbi inquit, dationem inſolutũ, quę fit pro pecunia, eſſe quãdam emptionem & venditionem, cum in huiuſmodi contractus forma reperiatur res & pretium. Cephal. in conſ. 254. nu. 8. cum nonnullis ſequentibus. Socin. Iun. in conſil. 118. numero 9. volum. 2.

¶Secũdò † quia æſtimatio fundi, qui pro dote traditur, facit emptionem. l. quoties. vbi Bald. & alij. C. de iure dot. Ruin. in conſil. 134. numero ſecundo, & quarto, volumine 4. Pariſ. in conſ. octuageſimo primo, nume. vndecimo. volumine ſecundo, Socin. Iun. in conſil. 141. nume. primo, volumine primo, & 118. columna ſecunda, volumine tertio, gloſſ. in l. inter virum. & in l. plerunque. ff. de iure dot. doctores in l. ex conuentione. C. de pact. Alexand. in conſilio 79. columna ſecunda, volumine quinto, Socin. in conſ. quinquageſimo ſexto, verſi. ſeptimus caſus.

volumine

volumine primo, Dec. in cons. 160. columna secunda. Rub. Alexan. in cons. quinto, in princip. Ruin. in cons. 134. columna secunda, volum. 4. vbi post Bald. in dicta l. si inter dicit, quòd vnus cõtractus occultatur, scilicet, emptionis & alius exprimitur, scilicet, dotis, & celeri manu de vno transit in alterum, vt aliàs habetur in l. singularia. ff. si cert. petat. Socinus Iun. in consilio quadragesimo primo, numero, vndecimo: volumine primo, & in cons. 6. num. quarto. volumine secundo, quod equidem fauore mulieris inductum fuit, quia vbi facit emptionem, periculum dotale per emptionis ipsius rei pertinet ad ipsum maritum. lege, quod si per eam, de iure dotal. Bartolus in lege sicut certo. §. nunc videndum. ff. commoda. Paul. de Castro in lege, si æstimatis. in final. penultima columna, ff. solut. matrimo. ex quo in ipsum transit directum dominium, ideo capitur ista præsumptio, vt talis æstimatio faciat emptionem: quia istud est fauorabile ipsi mulieri: vbi res fuit iniustè æstimata. lege si æstimatæ. ff. de iure dot. & ideo à tali præsumptione iuris non est recedendum, nisi explicitè dicatur. Rub. Alexand. in consilio quinto, columna secunda, in princip. Bero. in consilio 63. numero octauo, versic. quartus casus volumine tertio. Cùm igitur ista bona fuerint data insolutum & æstimata, quæ æstimatio facit emptionem, vt dictum est, sequitur quòd non sint dotalia sed propria ipsius mariti, adeo qnòd potuerunt per maritum alienari sine alio consensu mulieris, vt notat Imol. in l. si æstimatis. vers. Item attende. ff. solut. matr. vbi dicit, ¶ † quando æstimatio facit emptionem rerum dotaliũ, fundus ex toto definit esse dotalis, adeo ¶ sine consensu mulieris potest per maritum alienari tanquam res propria. Bero. in cons. 63. nu. 6. volum. 3. vers. quintus casus, vbi tradit, ¶ quãdo dos à principio fuit promissa in quantitate, deinde pro solutione & satisfactione dotis promissę fuit res aliqua mobilis seu immobilis assignata pro tota dote vel eius parte, tunc illa res nullo modo dicitur dotalis sed propria mariti ac suorum hæredum, & successorum: quia censetur vendita marito: quoniam datio rei insolutum pro quantitate promissa dicitur in se venditionem cõtinere, per iura ibi per eum citata. Coras. in l. frater à fratre. numero 204. ff. de condit. indeb. vbi si res in dotem data fuit, electio non est mulieris. l. quòd si fundus. ff. de fund. dot. l. 1. C. eod tit. quia dicta æstimatio transfert plenum & liberum dominium in maritum. l. quoties. C. de iure dot. Soc. Iun. in cons. sexto. nume. 4. volu. 2. vbi inquit, quòd quando prædium fuit datum, æstimatum in dotem: quia æstimatio facit emptionẽ prædium efficitur liberè mariti, vt est text. in dicta l. quoties. & ¶ hæredes mariti facta restitutione æstimationis poterunt retinere prædium & in consi. 118 columna prima, volumine tertio, ac in consilio vltimo columna penultima & fina. volumine tertio, Bero. in consilio 165. nume. 39. volumine secundo, vbi concludit, quòd cum marito fuerint assignata tot bona immobilia æstimata, & data insolutum pro quantitate pecuniæ promissæ, quòd ipsæ maritus est effectus debitor quantitatis & summæ pecuniæ & non illorum bonorum immobilium, adeo quòd in casu restitutionis dotis non potest agi contra maritum vel hæredes suos ad bona æstimata sed ad quantitatem pecuniæ, per dictam legem quoties. Videtur enim maritus emisse seu habuisse illa bona ex causa emptionis & non dotis, ad notata per glos. in dicta l. si inter.

¶ Secundò facit alia cõmunis conclusio, quæ habet, ¶ † quando marito dantur prædia æstimata pro dote pro se: & hæredibus suis, illa verba demonstrant, ¶ maritus ille recipiebat nomine proprio & non vxoris, vt per Corne. in consilio 122. columna tertia, versicul. tamen his volumine primo, Bero. in consilio. 63. numero vndecimo, volumine tertio, quod & sentit Oldra. in consilio 245. columna secunda. At in casu præsenti dicta datio insolutum æstimata, fuit facta, dom. Georgio pro se & suis, quod † verbum suis, exponitur pro hæredibus. Alexand. in consilio vigesimo sexto, columna secunda, volumine quinto, vbi † feudum concessum pro se & suis intelligitur pro hæredibus. Illustrissimus Cardinalis Simoneta in consilio vigesimo quinto, inter consilia status Montisferrati, & tanto magis id admitti debet, cum in dicto instrumento dationis insolutũ dicta verba pro se & suis sint posita in tribus vel quatuor locis, quæ verba geminata multum operantur ad demonstrationem ¶ intentio contrahentium fuerit, vt dicta prædia æstimata transeant nedũ ad dictum dom. Georgium sed etiam ad eius hæredes, quod secus esset si dicta prædia forent dotalia. Nam † geminatio multum operatur. l. balista. vbi Doctores ff. ad treb. Cepha. in cons. 152. nu. 79. & 192. num. 18. & fortius triplicata, argumento eius quod de vltimo matrimonio inquit Ange. in §. hoc ce eo. in fin. in authen. quom. opor. epis. Dec. in consil. 304. colum. 2. Craue. in cons. 54. colum. 2. Burfat. in consil. 104. num. 23.

¶ Tertiò dicitur, ¶ in dicto instrumento dationis insolutum rerũ æstimatarũ dicitur, ¶ datur in perpetuum, quod † verbum significat idem quod sine fine. l. falso. iuncta gloss. C. de diuers. reiscript. l. purè. §. fina ff. de dol. excep. Parisi. in cons. 20. numer. 13. volumine primo, vbi inquit, quòd † dictio in perpetuũ sæpius repetita, vt hic, habet tractaum successiuum & importantem perpetualitatem & non personalitatem, vt volunt doctores per illum textum. in l. sordidorum. C. de excusat. nume. libro decimo, sed si nos diceremus, quòd ista datio æstimata esset dotalis, sequeretur ¶ maritus non haberet illam in perpetuum, si in casu restitutionis illa fuisset vxori vel hæredibus restituenda, & sic reuocabiliter & nõ perpetuò data fuisset l. vnica. C. de rei vxo. actio. igitur vt dictum verbum suum operetur effectum dicendum venit, ¶ dictæ res datæ insolutum æstimatæ non sunt dotales.

¶ Quartò accedit pactum appositum in ipso instrumento dationis insolutum, quòd liceat ei vendere cui vel quibus dare, vendere, aut aliter à se alienare voluerit semel & pluries, quæ clausula operatur, vt res pleno iure & irreuocabiliter dicantur datæ, aliàs illa clausula nihil operaretur, si dicta datio insolutum esset dotalis, cum maritus non possit vẽdere rem dotalem, toto titul. ff. & C. de fund. dotali. Bero. in citato consilio sexagesimo tertio, numero vndecimo.

¶ Quintò, hoc suadetur etiam ex pacto opposito in dicto instrumento, ¶ teneretur generi infra certum tempus reddere & reuendere pro eadem quantitate, nam si maritus, cui res datæ sunt insolutum, se obligauit per pactum reuendere, sequitur ¶ per hanc dationem marito facta fuerit alienatio: quoniam retrouenditio præsupponit venditionem primo loco factam, lege secunda, cum materia. C. de pact. inter empto. & vend. Bero. in allegato consilio 63. nu. 12. volum. 3. ergo prædia æstimata data in casu nostro dicuntur data tali æstimatione, vt faciant emptionem.

¶ Vltimò dicitur, ¶ † tantum mulieri datur actio in rem contra tertios possessores pro recuperatione rerum æstimatarum datarũ in dotem viro, quando mulier prò dotibus suis nõ possethabere regressum

ad alia bona mariti, & sic in subsidium l.in rebus.vbi communiter doctores.C.de iure dot. Bartol. in l. ex persona.C.de iure dot.l.si vt Pomponius. C. de rei vind.Negusan.in tract.de pigno.carta.87.colum 2. Coras.in l.frater à fratre.nume.203.ff. de cond.in deb.Soc.Iun.in consi.141.num.13.volu.primo, ergo secus quando extant alia bona mariti, in quibus potest sibi satisfieri pro dotibus suis, vt in casu de quo agitur.

15 ¶Non†obstat in contrarium oppositum, & in primis tex.in dicta l.ita constante.cum l.sequenti ff.de iure dot. Quia respondetur cum Alex.in l.si cum dotem.§.fi.verfic.in quantum autem.ff.solut.matri.q̃ res empta ex pecunia dotali efficitur mea, si voluntate meâ & ad vtilitatem meã empta fuit, & ita procedit dict.l.ita constante.iuncta l.res ex pecunia.de iure dot.aliàs non efficitur dotalis, vt not.gloss.in l. ex pecunia.C.de iure dot.Socin.in consil.224.colu. secunda, versi.nam licèt.volumin.secundo, Bero.in consi.163.num.10.volum.1. Bart. in dicta l. ex pecunia.vbi legem ipsam intelligit, nisi aliter ab vtraque parte actum esset, allegat dictam l.ita constante, & l. res in dotem data.Socin.Iun.in consi.118.numer.11. volum.3.vbi inquit, q̃ isto casu non potest dici dotem in pecunia numerata, existẽtem mutatam fuisse in prædia, vt sic dicantur dotalia: quoniam licèt talis mutatio aliquando permittatur inter cõiuges etiam constante matrimonio. d.l. ita constante.l.si mulier dotem.in fi.ff.de pac.dot.tamen illud procedit duobus concurrentibus, scilicet, quòd ita inter eos sit conuẽtum, quodque mulieri sit vtile, rursus in consi.vltimo, col.fi.volu.eo. Tiraq.in tract.de retract.carta mihi 665.nu.26.

¶ Secundò respondeť, quòd illa iura intelliguntur saltem in subsidium, videlicet, quando aliunde non posset haberi dos, argumento eorum quæ habentur in l.quoties.& in l.si vt proponis.vbi Barto. C.de rei vind.per tex.in l.vxor à marito. ff. de donatio.inter vir. & vxor.Bar.in l.ex pecunia. C. de iure dot.Negus.in tract.de pigno.carta 87.colu.2.Bero in cons.165.colum. penul. & fi. vol.secundo, Soc. Iun. in citato cons.vltimo col.fi.vers.3.si vir.

16 ¶ Tertiò†non obstat decisio Bald. in dicta l. eleganter.Quia respondetur, Bal.malè loqui: quia contra l. quoties. & alia iura, de quibus suprà, dum in eis dicitur, emptionem fieri persolutionem speciei pro quantitate in dotem promissa, & contra cõmunem opinionem doctorum volentium, eo casu videri factam emptionem.

¶ Item responderi potest, quòd illa noua additio Bald.in dicta l.eleganter.fortè non est Bald.sed ei attributa: quoniam non est credibile, quòd Bald.ita contra omnes, & contra seipsum loqueretur, ita respondet Socin.Iun. in consilio vltimo columna fin. versi.& propterea alias dicebam, volum. 3. vbi etiã dicit, quòd etiam posito quòd sit sua, quia sæpissimè sibi contrariatur, nullo modo illa sua sententia est attendenda sed reijcienda secundum communẽ opinionem.

17 ¶ Quartò†nõ obstat consilium Roma. 201. Quia respondetur secundum Soc. vbi suprà, in versi. quoniam respondetur, q̃ Roma.loquitur, quando maritus ex pecunia in dotem recepta emit speciem aliquam nomine vxoris, quia tunc fatendum est fieri conuersionem dotis de pecunia in speciem si vxori expediat. Nam eo ipso q̃ maritus emit nomine vxoris constat, q̃ vult rem emptam esse dotem, aliàs ad vxorem non pertineret. Vnde si illi expedit, & velit dotem esse in specie empta aueienda est, sed hoc nihil ad propositum nostrum, in quo prædia per maritum fuerunt empta nomine proprio.

¶ Quintò non obstat etiam consiliũ Oldra. Quia respondetur, q̃ in casu suo emptio facta fuit nomine vxoris: quia rectè intuenti dos primò in pecunia fuit constituta per promissionem & deinde facta est commutatio pecuniæ in res per maritum nomine mulieris receptas, & in 2.colum.ibi. vnde leges &c. quo casu militant ea.quæ suprà dicta fuerunt, dum responsum fuit ad consilium Roma. quæ non repeto.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd etiã Oldra. vult, q̃ dato sine præiudicio, quòd res datæ fuissent æstimatæ vera æstimatione, & marito suo proprio nomine recipienti, quòd res dicuntur dotales, quia id quod datur contemplatione mulieris ab ipsa muliere profectum videtur. Quia respondetur, quòd Oldra.loquitur contra communem, de qua suprà, vbi doctores volunt, q̃ res datæ in dotem viro iusta æstimatione non sunt dotales sed faciunt emptionẽ & venditionem, vnde in dicto ipsius nulla vis fieri potest, sed standum est communi decisioni, de qua suprà.

¶ Vltimò non obstat, q̃ illa clausula ad habendũ, tenendum &c. de qua ibi per Oldra. non importãt facultatem alienandi. Quia præsupposita opinione Oldra. quam pro nunc non approbo, dico q̃ in casu nostro sunt verba magis aperta, vbi datur facultas recipienti pro se cui vel quibus dare, vẽdere aut aliter à se alienare voluerit semel & pluries. Quæ verba importãt, vt alienatio fieri possit vnicuiq̃ & non talibus, Vnde cum verba sint clara ab eis non est recedendum.l.non aliter.de lega.3. Vnde ex his concludendum esse arbitror, quòd ex quod dicto domino Georgio pro restanti quantitate pecuniarum eidem promissarum pro dote dominæ Camillæ vxoris fuerunt data prædia in solutum iusta æstimatione, quæ facit emptionẽ, q̃ ipsæ effectus fuit tãtum debitor vxoris suæ de quantitate scutorũ mille & centum, adeo q̃ in casu restitutionis dotium ipsius dominæ Camillæ ea non potest agere contra tertios emptores & possessores dictorum prædiorum eisdem venditorum per dictum dominum Georgium pro consecutione ipsorum prædiorum vt dotalium, sed tantum contra hæredes mariti pro dicta quantitate scutorum mille & centum.iuxta dictam l.quoties.C.de iure dot.

SVMMARIVM.

1 *Articulus, an contra iuramentum in litem præstitum parti admittatur probatio in contrarium, est ambiguus.*

2 *Iuramento alicuius licèt sit standum, & contra illud admittatur probatio in contrarium, tamen id locũ habere non videtur, si ille contra quem est iuratum fuit, contumax, vel in dolo: quia tunc non admittitur probatio contra iuramentum.*

3 *Iuramento alicuius licèt stari debeat vbi à lege vel statuto ita disponatur, tamen illud intelligitur, nisi per aduersam partem contrarium probetur.*

4 *Aliud est, quòd iuramentum ad probandum sufficiat, & aliud quòd aliæ probationes reijciantur, cũ sint diuersa.*

5 *Lex vel statutum vnum disponens, aliud censere non videtur.*

6 *Lex vel statutum exorbitans à regula iuris communis strictè est interpretandum.*

7 *Probationum facultas fauorabilis est, & temerè non coangustanda.*

8 *Statuto & si caueatur, quòd debitor lapsis decem annis liberetur, iurando debitum esse solutum, tamen potest probari contrarium.*

9 *Igno-*

* *Ignorantia quamuis probetur per iuramentũ illius qui dicit se ignorasse, tamen contrarium probari potest.*

10 *Deponens cistam, vel valisiam penes aliquem, si illa reserata vel disigillata reddatur, & stetur Iuramento deponentis & allegantis aliqua ex ea abstracta, tamen contra dictum Iuramentum admittitur probatio, si depositarius voluerit probare, quòd in cistæ vel valisia non erant tot res allegatæ per deponentem.*

11 *Iuramento damnum passi, qui iurauit æstimationem rerum suarum tantum valere, licèt standum sit, tamen contra ipsum iuramentum admittitur probatio in contrarium.*

12 *Iura omnia communia, statuta, & decreta, quæ disponunt, quòd credatur iuramẽto damnum passi, vel creditoris seu camparij & saltuarij vel alterius officialis, recipiunt probationem in contrarium.*

13 *Lege vel statuto non obstante, quibus caueatur, aliquem posse in litem iurare in odium vel contumaciam alterius, & vigore prædicti iuramenti in litẽ lata fuisset sententia: nihilominus contra ipsum iuramentum & sententiam (secũdum communem) potest probari in contrarium.*

14 *Probatio per iuramentum concessa à lege vel statuto plus non debet operari quàm probatio per testes, contra quam admittitur probatio in contrarium.*

15 *Lex diuina, quæ disponit, quòd in ore duorum vel trium stet omne verbum, tamen recipit probationem in contrarium.*

16 *Iurans falsum: partem & Deum offendere dicitur.*

17 *Committens verè delictum: tantum hominem lædit seu Iudicem contemnit.*

18 *Dolus semper præponderat culpæ.*

19 *Declaratio ad text. in l. penult. §. in eum. ff. ne quis eum qui.*

20 *Declaratio ad text. in auth. nouo iure. C. de iur.*

CONSILIVM LXXXVII.

1 QVIA articulus, de quo agitur, an † contra iuramentum in litem præstitum parti admittatur probatio in contrarium, ambiguus est, vt in quit Ripa in l. admonendi. numero 69. verſic. ex his. ff. de iureiur. Ideo oportunum esse duxi, veritatem ipsius arguere ad vtramque partem, & incipiendo à parte negatiua vi
2 detur dicendum q. non. Quoniam † licèt vera sit iuris conclusio, quòd standum sit iurpmento alicuius & q. contra illud admittatur probatio in contrariũ vt est text. vbi Abb. & cæteri in capit. proposuisti, de probatio. Bald. in cap. primo, columna prima, ver. & facit statutum. si de inuestit. inter dom. & vasal. lis oriatur. Abb. in consilio 51 vers. quintò adduco. volumine primo, in cap. continebatur, vbi Calde. Gofred. Ioan. Zoch. & Card. Alexand. de desponsa. impub. Saly. in l. prima, per glo. ibi primam. C. de reb. cred. Angel. in l. qui restituere. columna secunda, per illum text. ff. de rei vind. Tamen sententia ipsa locum habere non videtur, si ille, contra quem est iuratum, fuit contumax vel in dolo, quia tunc contra iuramentum probari non potest, vt probatur in l. penultima. §. in eum. ff. ne quis eum qui. vbi cõtra eximentum datur actio ad interesse, æstimandum per actorem etiam si is exemptum per contumaciã in ius vocasset, & sic eo in casu lex velle videtur, Iuramentum solùm attendendum esse, & contra illud probari non posse.

¶ Secundò per text. in anth. nouo iure. C. de iud. vbi taxatione facta de expensis & secuto iuramento in odium contumacis, iudex habet sequi iuramẽtum, nec in hoc non debet esse clementior lege. §. oportet in authent. de iud. & ita videtur esse de mente Bart. post Iacob Butrig. ibi dum dicunt, quòd taxatio veniret contra iuramentum, sentientes quod iudex tunc nõ possit per suam interlocutoriam detegere periurium.

¶ Tertiò, ista sentẽtia probatur auctoritate Imo. & Rom. in l. qui bona. §. qui damni ff. de dam. infect. Innoc. in cap. cum dilectus. de ord. cogn. & ita sentire videtur Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurand. dum vult, quòd sententia lata prætextu iuramenti præstiti in casu capituli fina. quod met. cau. & l. si quando. C. vnde vi non retractatur per instrumẽta de nouo reperta. Butr. in c. fina. de iureiur. Bald. in l. 3. §. ait prætor. ff. de iureiuran. Angel. in tract. malef. in verbo necnon ad denuntiationem. num. 15.

¶ Verum maturius & diligentiꝰ cõsiderando, sententiam contrariã: vti magis æquã & cõmuniter receptã, amplectandam arbitramur, q. imò in casu de quo agitur, dominus Albertus de Trotis admitti debeat ad probandũ contrarium huius, q. iurauit dominus Hieronymus de Salucijs. Quod probatur ex infrascriptis, & Primò quia clara est doctorum
3 sententia q. † vbicunque à lege vel statuto disponitur, quòd stetur iuramento alicuius, illud intelligitur nisi per aduersarium probetur contrerium. glo. in l. 2. §. si absens. vbi Castren. Socin. Alex. & Iaſ. ff. si ex noxa cau. aga. Iacob. Butrig. Bald. & Salice. in l. 1. C. de reiud. Cato Sachus. Ptolo. Cur. Sen. & Ripa in l. admonendi ff. de iureiura. Cotta in Memor. suo incip. damnum Inno. Imol. & Abba. in capitul. fi. quod
4 met. cau. Nam † illud est, quòd iuramentum ad probandum sufficiat, aliud est quòd aliæ probationes reijciantur, cùm sint valde diuersa. Bald. in capitul.
5 nonnulli. columna 3. numer. 11. de rescrip. vnde † lex vel statutum vnum disponens, aliud censere non videtur. Abb. Felyn. & Dec. in dicto capit. proposuisti. de probatio. Dec. in capit. cognoscentes. de constitutionibus: quia † lex vel statutum strictè est interpretandum, tanquam exorbitans à regula iuris cõmunis, capitul. cum dilectus. de consue. l. secundo.
7 C. de noxa. & quia versa vice † facultas probationũ est fauorabilis, & temerè non coangustanda. l. quoniam, in fi. C. de hæret. Phanu. in tract. de iureiut. in 9. par. num. 11.

¶ Secundò facit, quod scribit Rom. in cons. 102.
8 col. secunda, dicens, q. † si statuto caueatur, quod debitor lapsis decem annis liberetur inrando debitũ esse solutum, potest tamen probari contrarium. per l. videamus. §. item videdum. iuncta l. fi. ff. de in lit. iur. Rursus in cons. 241. in princ. Paul. de Castro in cons. 163. in antiquis, Fely. in capit. fi. num. 7. vers. dixit de præscrip. Grat. in responso 201. in fi. volum. 2. Paris. in cons. 66. nume. 102. volum. 3. Imol. in consil. 123. columna penult. Tiraquel. in tract. de retract. solio mihi. 411. num. 1. Phanu. in tract. de iureiur. part. 3. num. 9.

¶ Tertiò accedit, quòd voluit glo. in vers. affecta
9 ta. in cap. eos. de temp. ord. in 6. vbi † & si ignorantia probetur per iuramentũ illius, qui dicit se ignorasse. c. si verò. il 2. de sen. ex com. c. fi. qui matr. accusa. pos. tamen potest probari contrarium. Rom. in l. ad monendi in 15. col. de iureiur. vbi etiam Iaſ. Felyn. in c. cognoscentes. col fi. vbi etiam Dec. de constit. in secunda lect. colum. fin. Marsi. in rubrica. C. de probatio. col. 28. Felyn. in cap. quondam. col. fin. vers. 6. est aduertendum. de præscrip. Curt. Sen. in d. l. admonẽdi. nu. 321. vers. 3. mouetur.

¶ Quar-

10 ¶ Quartò confirmatur hæc ſententia. Nam † ſi qui penes aliquem deponit ciſtam vel valiſiá & illi vel reſerata vel diſigillata reddatur, ſi deponens alleget ex ea aliqua abſtracta, ſtatur eius iuramento reſpectu eorum, quæ in ipſa extabant propter dolum depoſitarij, qui illico arguitur ex eo, ꝙ reſtituit ciſtam vel valiſiam reſeratam vel diſigillatam qui ꝓbandus non eſt. Sal. in l. prima, §. ſi ciſtam. ff. de poſſ. ita limitando tex. in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. Roma. in l. in actionibus. vbi etiam Alex. numero 18. ff. de in lit. iur. & tamen admittitur probatio in contrarium, ſi depoſitarius voluerit probare quòd in ciſta vel valiſia non erant tot res. Plot. in l. ſi quando. num. 415. C. vnde vi. Pariſ. in conſ. 74. numero 6. volu. 1. Menoch. in tract. de arbitr. iud. caſu 208. in fine.

¶ Quintò corroboratur huiuſmodi pars ex dictis Ange. in l. qui vas. in prin. ff. de fur. per illum text. in verſ. cur. vas obtulit. vbi dicit, ꝙ cùm de iure communi per tex. in l. ſi quando. C. vnde vi. diſpoſitum
11 ſit, ꝙ † de damno vel robaria ſtatur iuramento damnum paſsi, qui iurauit æſtimationem rerum ſuarũ tantum valere, tamen ꝙ aduerſarius, qui damnum dedit, poterit probare contrarium. ſequitur Iaſo. in d. l. ſi quando. colum. 5. in fi. verſic. quid tenendum. vbi dicit veram eſſe ſententiam Inno. ibi per eum relati, ꝙ in caſu dict. l. afferuntur probationes ad inſtantiam partis, iudex poteſt diminuere taxationẽ. Curt. Sen. in dict. l. admonendi. numero 353. verſic. vnum addendum putaui. Plot. in ipſa l. ſi quando. §. 49. numer. 22. vbi inquit, limitandum eſſe illam l. &
12 cap. fina. quod met. cau. & † omnia iura communia & ſtatuta & decreta, quibus cauetur, credi iuramento damnum paſsi, vel creditores ſeu camparij, vel ſaltuarij, vel alterius officialis, vt procedant, niſi pars accuſata vel conuenta vellet probare contrarium.

¶ Sextò accedit text. in l. videamus. §. 1. ff. de in lit. iur. ibi. & magis eſt, vt ex magna cauſa, & poſtea repertis probationib. poſsit. & ſic ibi eſt text. quod iuramentum in litem poteſt retractari per probationes poſtea repertas. Curt. vbi ſuprà, numero 350. Phanut. in tract. de iureiuran. in tertia parte numer. vndecimo. Plot. in dicta. l. ſi quando. §. 49. numero 22. & numero 24. verſ. & in tantum. vbi dicit, quòd
13 non † obſtante lege vel ſtatuto, quibus caueatur, aliquem poſſe in litem iurare in odium vel contumaciam alterius, & vigore talis iuramenti in litem prę ſtiti fuiſſet lata ſententia, quòd poteſt nihilominus contra ipſum iuramentum & contra ſententiam latã vigore dicti iuramenti probari contrarium, ſecũdum communem opinionem.

14 ¶ Penultimò facit, nam † iſta probatio per iuramentum conceſſa à lege vel ſtatuto, non debet plus operari quàm probatio per teſtes, quæ de iure communi admittitur, & nihilominus recipit probationem in contrarium. l. cum indebito. ff. de probationibus l. in exercendis. C. de fide inſtrument. Paul. de Caſtro in leg. qui bona. §. quæ damni. ff. de damno infect. Curt. Sen. vbi ſuprà numero ducenteſimo quinquageſimo ſecundo. verſicul. ſecundo, moueor. Phanut. vbi ſuprà numero vndecimo, vbi
15 inquit hoc eſſe verum: quia † lex diuina dicit, quòd in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. c. in omni. de teſtib. cap. relatum. de teſtam. & tamen contrarium probari poteſt. Ratio etenim præmiſſarum concluſionum eſt: quia & ſi dolus & contumacia
16 illius contra quem iuratum eſt præceſſerit, † tamen maior eſt dolus falſum iurantis, qui partem & Deũ offendere dicitur. cap. debitores. de iureiurand. l. ſecunda. C. de rebus cred. quàm ſit delictum illius, qui
17 † tantum hominem lædit ſeu iudicem contemnit. Dolus enim ſemper præponderat culpæ. l. Item ſi obſtetrix. ad fin. ad leg. Aqui. cum non debeat licere iuranti ſe vindicare aduerſus contumacem ſeu delinquentem periurando. l. ſi quis à ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi publi. Curt. vbi ſuprà numero 252. verſic. tertio moueor. Phanu. vbi ſuprà nu. 9. veſic. ab hoc. Cùm igitur ita à iure ſtatuatur vtique dicendum venit, quòd in caſu noſtro probatio in contrarium admittatur.

¶ Supereſt modo vt adductis in contrariũ reſpõ-
18 deatur, & † deueniendo ad primum fundamentum dictæ l. penult. §. in eum reſpondetur, ꝙ illud, quod ibi dicitur, fuit ſtatutum in pœnam propter grauitatem delicti. Item & vbi conſtat de mẽte legis, quę vltra procedit diſponendo, ꝙ præcisè iuramentum attendatur, quamuis actor calumniatus ſit. Secus in quæſtione noſtra, in qua lex loquitur ſimpliciter, & videtur conſiderare intereſſe, & intentio eius non videtur fuiſſe, ꝙ aliter cum falſo iuramento lucretur, niſi aliter de mente legis appareat ita Dec. in c. propoſuiſti. nu. 4. de proba. Phanu. in dicto trac. de iure iuran. in tertia part. num. 9. vbi etiam alio modo reſpondet.

20 ¶ Secundò † non obſtat tex. in auth. nouo iure C. de iud. Quia reſpondetur, quòd illa authen. intelligitur: niſi in contrarium facta fuiſſet probatio, ſecundum Inno. in cap. fi. quod met. cau. vbi etiam Io. Andre. & Butr. Imol. in l. ait prætor. §. 1. & in l. quod iuſsit. de re iud. dicentes, quòd dicta auth. intelligitur, quando taxatio fuit facta, & pars aduerſa non contradixit. & probationes in contrariũ non fecit, aliõquin ſecus.

¶ Vltimò non obſtant auctoritates Roma. & Imol. in contratium allegatæ: quia contra eos eſt cõmunis opinio, vt atteſtantur Didac. in 2. libro variarum reſolutionum, nume. 17. verſ. 4. verò. Plot. in dicta l. ſi quando § 49. num. 26. Imò. magis recepta doctorum ſententia, vt inquiunt Curt. Sen. in d. l. admonendi. nu. 352. in fi. Ripa nu. 69. Tiraq. in tract. de retract. fol. mihi 412. nu. 3. verſ. ſed prior, & Phanut. vbi ſuprà nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Negans ſe poſsidere prædium nomine proprio ſed alieno. ſi conuincatur de mendacio auferetur ei poſſeſsio, & in actorem transfertur in pœnam ſui mendacij, & nu. 8. amplia vt in nu. 10.*

2 *Fideiuſſor ſi negat ſe fideiuſsiſſe, & conuincatur de mẽdacio, perdit beneficium diuiſionis epiſtolæ Diui Adriani, excuſſionis & cedendarum, declara vt in num. 18.*

3 *Negans ſcripturam manu propria ſcriptam ſi conuincatur exceptionem non numeratæ pecuniæ amittere videtur.*

4 *Emphyteuta negans rem eſſe emphyteuticam, ſi de mendacio conuincatur, iure emphyteutico priuatur.*

5 *Negans ſe ſocium perdit beneficium legis, ne exigatur vltra quàm fatere poſsit.*

6 *Vaſallus, ſi negat rem eſſe feudalem, priuatur feudo, ſi conuincatur.*

7 *Maritus, qui habet beneficium, ne exigatur vltra quã facere poſsit, ſi negat matrimonium & conuincatur, perdit tale beneficium, declara vt in numero 19.*

8 *Tenentes res alienas regulariter non tenentur illas reſtituere, niſi actor de iure ſuo probauerit.*

9 *Requiſita ad obtinendum in remedio legis fina. ff. de rei vind.*

10 *Actor eo ipso quòd reus negat se possidere, cautus esse debet, vt petat à Iudice quòd mittatur in possessionẽ rei negatæ tanquàm vacantem, & iudex debet illum mittere.*

11 *Reus, qui negauit se possidere nomine proprio sed alieno confessionem suam negatiuam reuocare potest, antequàm lis contestetur, & actor onere probationis grauetur.*

12 *Confessio facta in iudicio tendens ad præparationem iudicij ante litem contestatam reuocari potest.*

13 *Reus conuentus, negans se possidere cum iuramento, potest reuocare eius confessionem ante litem contestatam.*

14 *Testis sicut potest eius dictum in continenti corrigere, ita & pars eius confessionem negatam reuocare.*

15 *Negationem per pœnitentiam reuocare licèt ante consummatum delictum ad euitandam pœnam.*

16 *Possessio vt transferatur in actorem inter alia requiritur, quòd actor probauerit reum possidere, & sic quando assumpserit in se onus probandi, secus si antequam probauerit constet reum possedisse.*

17 *Hæres negans rem esse hæreditariam conuictus de mendacio, licèt perdat falcidiam, tamen hoc limitatur locum habere nisi talis negatio fuerit ante litem contestatam reuocata.*

18 *Statutum si dicat: quòd confitenti maleficium dimittatur tertia pars pœnæ, & qui negauerit maleficium, sed postea consequitur, tertiam partem pœnæ: dummodo ante litem contestatam confessus fuerit.*

CONSILIVM LXXXIII.

1 QVOD † dom. Antonio de Campo, qui negauit nomine proprio sed alieno possidere prædia, de quibus agitur, & qui conuictus fuit de mendacio, auferri debeat bonorum ipsorũ possessio, & in D. Franciscum de Troiuate actorem transferri in pœnam sui mendacij faciunt infrascripta. Primò, quia nemini dubium est,

2 quòd † si fideiussor negat se fideiussisse & conuincatur de mendacio, perdit beneficium diuisionis & epistolæ diui Adriani. vt not. in l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. quoniam secundùm Bald. ibi, negat id, quòd est causa beneficij sui. l. sed hoc ita. §. quod autem ff. de rei iud. Bald. in authent. contra qui propriam. columna 3. C. de non num. pecun. vbi inquit, fideiussorem vigore dicti mendacij amittere beneficium excussionis & beneficium cedẽdarum, Iaſ. in l. 1. col. pen. vers. circa prædicta. C. de transact. in l. quod te. col. 9. in princ. vers. nunquid. ff. si cert. petat. in §. Item si quis. columna 15. de actio. versic. probo tamen, Marſ. in rubrica. ff. de fideiusſo. num. 19. & 324. Alex. in l. licèt. §. licèt colum. 2. ſolut. matr. & in addit. ad Barto. in dicto. §. ita demum. Anton. Gabr. in ſuis com. opin. in tit. de acqui. vel amit. poſ concluſ. 5. nume. 13. Ang. in §. ſi plures. colum. 5 de fideiuſſo. Iacob. de Sancto Georgio in inueſtit. ſua feud. in verbo dictique vaſalli promiſ. non commit. felo. col. 11.

3 ¶ Secundò facit. Nam † debitor, qui negat ſcripturam manu propria ſcriptam, ſi conuincatur, amittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt eſt caſus. l. expreſſus in authen. contra qui propriam. vbi Bal. Sali. & alij. C. de non nume. pecun. Iaſ. in l. quod te. numero 30. ſi cert. petat. Anto. Gabr. vbi ſuprà numero vndecimo.

¶ Tertiò accedit, quod voluit Angel. in l. fina. ff.

4 de rei vind. in 1. colum. vbi inquit, quòd † ſi emphyteuta negat rem eſſe emphyteuticã & conuincatur de mendacio, & priuetur iure ſuo emphyteutico, vt tenuit Inno. in c. cæterum. in fi. de iureiur. Marſ. in rubrica de fideiuſſ. num. 125. Port. Imol. in ſuis com. opin. in libro primo, reg. 30. colum. finali, verſ. ſecus ſi in emphyteutã. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 65. Iaſ. in §. omnium. nu. 87. inſtitu. de actio. Anto. Gabr. in ſuis com. opin. tit. de acquire. vel amit. poſ. concluſ. 5. nu. 3. Iacob. de Sancto Georgio in inueſt. ſua feud. in verbo dictique vaſal. promiſ. non commit. felo. col. 10. in prin.

¶ Quartò adducitur, quod voluit tex. in l. ſi vnus §. fi. pro ſocio. † vbi ſi quis negat ſe ſociũ, perdit beneficium legis, ne exigatur vltra quàm facere poſsit, iuxta. l. ſunt qui. de re iud. Bart. in l. ne dubitetur. §. ita demum. de fideiuſſ. Iaſ. in d. l. quod te. columna 11. ſi cert. petat. in l. prima, columna penultima, C. de tranſact. Angel. in §. ſi plures. columna ſecunda, Inſtit. de fideiuſſ. Iacob. de Sancto Georgio vbi ſuprà colum. 11.

¶ Quintò facit q. voluit Bald. in cap. 1. §. fin. vaſallus. il primo, ſi de feud. fuer. cõtro. inter dom. & agn.

6 vbi † ſi vaſallus negat rem eſſe feudalẽ priuatur feudo, Abba. Felyn. & Dec. in ca. cæterum. de iud. Iaſon. in l. quod te. columna 11. ſi cert. petat. & in §. Item ſi quis. colum. 15. de acio. Marſ. in rubr. de fideiuſſ. nu. 326. Port. in ſuis commu. opin. lib. primo, regula 30. Ang. Gabr. in dicta ſua concluſione 5. in prin. Iacob. de Sancto Georgio vbi ſuprà columna nona, in fin. Curt. Iun. in tract. feu. in 4. part. in 19. cauſa priuationis, Dominus Oſaſc. in deciſione pedemon. 29. columna 2.

¶ Sextò fortificatur hæc ſententia ex his, quæ notabiliter ſcribit Bart. in l. etiam. circa fi. ff. ſolut. ma-

7 tri. vbi ait, q. † maritus, qui habet beneficium, ne exigatur vltra quàm facere poſsit, negando matrimonium, pdit iſtud beneficium. Iaſ. in l. prima, columna penultima, C. de tranſact. & in l. quod te. columna 11. ſi cert. pet. Marſ. in rubrica de fideiuſſ. nu. 327.

¶ Septimò, accedendo magis ad proxima, dicitur q. ſi actor agat rei vindicatione cõtra illũ, qui negat poſsidere nomine ſuo ſed alieno, ſi conuincatur de mendacio: quia per actorem probatum ſe poſsidere nomine ſuo, debet ab eo incontinenti auferri poſſeſſio & in actorem etiã nihil probantem, transferri in

8 pœnam dicti mendacij, etiam † q. regulariter tenentes res alienas illas reſtituere non teneant̃ niſi actor probauerit de iure ſuo. l. ſi ff. de rei vind. vbi notant omnes Iaſ. in §. omnium. col. 5. de actio. in §. Item ſi quis. colum. 15. & in §. ex maleficijs. eo. tit. in l. prima colum. pen. C. de tranſact. in l. quod te. columna 11. ſi cert. petat. Abba. Felyn. & cæteri in cap. cæterum. de iud. Abb. in c. pen. de iura. calum. Barba. in conſi. 36. colum. 3. vol. 3. & in conſi. 82. colum. 2. volum. eod. Roma. in conſ. 59. in vltimo dubio, & in conſilio 76. col. 4. Afflict. deci. 18. Gra. in conſ. 93. numero 29. vol. 1. & 115. numero 31. vol. eod. Marſ. in rubrica. ff. de fideiuſ. nume. 337. Iacob. de Sancto Georgio in inueſt. ſua feud. in verbo dictique vaſal. pſomiſ. non commit. felo. col. 10. Anto. Gabr. in d. 5. concluſ. in princ. & Port. in citata quæſt. 30. in prin. quæ cõcluſio ampliatur procedere, etiem ſi reus negans vellet recuperare poſſeſſionem infra annum ſoluti s expenſis. Butr. & Abb. in ca. cum cauſam. de iureiur. Fely. in c. cæterum. colum. ante pe. in fi. de iud. Ant. Gabr. vbi

9 ſuprà: & † eo magis hoc dicendum venit, cum omnia requiſita, vt habeat locum d. l. fin. interuenerint, quod demonſtratur. Nam primò, dictus dominus Franciſcus actor, interrogauit præfatum dominum Antonium, an poſſideret prædia, de quibus agitur, vt inſtruunt Angel. & Iaſ. in §. omnium. columna 15.

10 verſ. & prædictis. vbi † dicunt, optimam eſſe cautelam in practica, vt actor, qui cõuenit reum, ſemper in prin-

in principio iudicij faciat interrogari eum, an possideat vel detineat rem: quia intendit cõtra eum intentare actionem in rem, & si conuentus dixerit se possidere, poterit postea actor securè contra eum agere, quia etiam si in veritate non possideat, tamen est condemnandus, quia ex quo in iudicio respondit se possidere, dicitur liti se obtulisse. l. is qui obtulit. l. finautem. in prin. de rei. vind. Secus tamen esset, si non posset reus condemnari, etiã posito ꝙ extra iudicium dixisset se possidere, secundũ Bar. in dicta l. is qui se obtulit. finautem ipse reus conuentus neget se possidere, & tunc si hoc verũ est, non est vlterius contra eum procedendum, finautem cõpertum sit eum mentiri, quia possidet, conuentus debet sustinere pœnam dictæ l. si quia priuatur possessione, & illa incontinenti in actorem transferetur. Anto. Gabr. in suis com. opin. in titul. de acquir. vel amit. pos. conclusione. 5. n. 33. vbi ait, necesse esse, vt primò reus fuerit per actorem interrogatus, si rem petitam possideat vel ne. per gl. in ver. interrogationibus in cap. pen. de iureiur. Bar. in d. §. fin. vbi vult, ꝙ sit interrogandus, etiam cum cõminatione. Gui. Pap. in cons. 3. nu. 2.

¶ Secundò adest, quòd cum dolo respondit, se nõ possidere proprio nomine sed alieno, cum ignorantia non cadat in re propria, qui dolus vel lata culpa requiritur, vt habeat locum dispositio dictę legis finalis, vt per Bal. in capitulo primo, §. vasallus, il primo, per illum textum in verbo ex certa scientia. si de feudo. fuer. contro. inter domin. & agna. Fely. in c. cæterum. col. pen. & Dec. col. fi. de iud. Alex. in consil. 35. vol. 5. Roma. in cons. 70. col. secundda, Port. in dicta sua quæstione 30. in vers. limita primò, & Anton. Gabr. in allegata conclusione 5. nu. 26. vbi multos alios citant.

¶ Tertiò, dicta dispositio habet etiam locum in eo, qui dicit se possidere nomine alieno & non proprio, si conuincatur de mendacio, ita Bald. in d. l. fi. post Spec. in titul. de primo & secundo decreto. §. restat. versic. sed quid. Hyppol. in singu. 242. Afflict. in decis. 18. Abb. & Butr. in c. quoniam frequenter. §. ꝙ si super. vt lit. non contest. Anto. Gabr. vbi suprà numero. 18. Port. in citata quæstio. 30. vers. amplia etiã. Bart. & Bald. ac Castren. in l. secunda. C. vbi in rem actio. Iaſ. in §. omnium. colum. 14. vers. vnum etiam de actio. Roma. in cons. 70. colum. quarta. versi. vltimò quæro.

¶ Quartò probatum fuit, reum possidere nomine proprio, quod sufficit, vt habeat locum dispositio. d. l. fi secundum Abb. in c. penul. n. 18. de iur. calum. omnes in d. l. fi. Anto. Gabr. & Port. vbi suprà. vnde cum omnia requisita, ad hoc vt habeat locum d. l. fi. interuenerint, dicendum videtur, ꝙ d. Dn. Io. Franciscus immitti debeat in possessionem rerum negatarum ex officio iudicis sine libello seu litis cõtestatione & sine iuramento calumniæ. iuxta glo. in §. illud. il secundo, in auth. de trien. & semiſ. quam sequitur Bal. in l. fi. col. penult. C. de excut. rei iud. vbi dicit, non reperiri alibi. Iaſo. in d. §. omnium. nu. 89. vbi etiam Ang. in l. ibi dicit gl. ipsam meliorem. quæ reperiatur. Anto. Gabr. vbi suprà nu. 25. & quã multum not. inquit Bar. in d. l. fi. & tanquàm vacantem vt per Cepol. caut. 235. Iaſ. in d. §. omniũ. col. 17. vers. aduerte. vbi ait, ꝙ eo ipso, quòd reus negat se possidere, cautus esse debet actor, vt petat à iudice quòd mittatur in possessionem rei negatæ tanquam vacantem, & iudex debet illum mittere.

¶ Verum in casu præsenti sententiam contrariã omnino tenendam esse arbitror, quòd dispositio d. l. fin ex sequentibus sibi locum non vindicet in casu nostro, sed ꝙ admitti debeat reuocatio dictæ confessionis factę per dictum dominum Antonium, ꝙ possideat nomine proprio. Quoniam communi calculo doctorum admittitur, ꝙ † si reus, qui negauit se possidere nomine proprio sed alieno, reuocat suã confessionem negatiuam, antequàm lis cõtestetur & actor onere probationis grauetur, ꝙ dispositio dict. l. fin. locum habere nõ potest. Iaſ. in l. omnium. col. 18. vers. & ex prædictis. instit. de actio. in §. item si quis nume. 87. & in §. ex maleficijs. nume. 28. eod. tit. Roma. in cons. 59. in vltimo dubio. & in consilio 70. col. secunda, Barba. in consil. 36. col. prima, volu. 3. in cons. 82. col. sexta, vol. eod. Bal. in dicta l. fina. de rei vindica. Alex. in l. hęreditatum. §. fin. ad l. Falcid. Maria in cap. quoniam frequenter. §. ꝙ. si super. col. penult. vt lit. non contest. Boer. in vers. interrogatio in fing. primo, & 2 Port. in quæst. 30. in primo libro suar. opin. com. Anto. Gabr. in suis etiam com. opin. tit. de acqui. vel. amit. pos. conclus. quinta, nume. 28. Iacob. de Aret. & Cyn. in l. electio. §. neque ff. de noxal. per illum tex. vbi qui negauit seruum habere in potestate, vt euitet noxale iudiciũ, potest postea fateri se habere eum in potestate: Nam in præparatorijs licitum est ante litem cõtestatem pœnitere. l. is qui se obtulit. ff. de rei vin. vbi sic inquit formaliter: Nota ꝙ † confessio facta in iudicio tendens ad præparationem iudicij potest reuocari ante litem cõtestatam, nec curo vtrum sit actoris captio vel ne idẽ Ang. in d. l. fin Natta in consil. 381. colu. secunda vbi dicit, quòd in præparatorijs iudiciorũ locus est pœnitentiæ ante litem contestatem, ita ꝙ potest reus qui negauit confiteri, & ꝙ confessus est negare. Nec reuelat (secundum eum) dicere, ꝙ dicta negatio nõ potest reuocari, ex quo ius parti iam fuit acquisitũ propter exceptionem huiusmodi negationis. Quia respondetur, ꝙ fuit ius quæsitum parti reuocabiliter & non aliter, iuxta id quod habetur in l. in bello §. si quis seruũ. vbi Bart. ff. de capt. Nec etiam refragatur secundum eundem si dicatur, ꝙ fuit interpositum iuramentum super ipsa negatione, & iuramẽtum actũ ex præsentia reuocabilẽ redit irreuocabilem. Quia † respondet Natta, ꝙ in casu præsenti iuramentũ nihil obstat quoniam reus cõuentus, qui negat se possidere cum iuramẽto, si nunc dicat se possidere, secundum ipsius facti veritatem non contrahit periurium, sed à periurio discedit, & in hoc non decipitur actor, se pœnitendo nunc reus verum fateatur, nec mirum esse videtur, si admittatur huiusmodi pœnitentia in casu ptæsenti. quoniã, vt inquit Roma. in consil. 59. in vltimo dubio. ac in consil. 70. col. secunda, tria suadent, vt possit fieri dicta reuocatio negatæ confessionis: quorum primum est: quia sicut † testis potest eius dictum in continẽti corrigere. c. præterea. de testibus cogen. ita & incontinenti potest pars reuocare responsionem factam. gloss. in verbo, iusta causa. in cap. cum positionib. de iuram. calum. in 6.

¶ Secundum, quia † ad euitandam pœnam, licèt ante consummatum delictum factam negationem per pœnitentiam reuocare. auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. Bart. inl. contra negantem. C. ad leg. Aquil.

¶ Tertium quia cùm hæc pœna sit legalis, meritò licitum est vt in alijs similibus ad eam euitandã pœnitere. Barba. in consil. 36. colum. secunda, vol. 3. & in consi. 82. col. prima. vol. eod. vbi dicit etiã rationem esse: quia licèt reus dixerit se non possidere nomine proprio sed alieno, si antequàm conuincatur de mendacio ac lis contestaretur pœnituit, & dicat verum esse se possidere, non dicitur conuictus de mendacio, cum qua sententia etiam pertransit Abb. in cap. penult. num. 18. de iura. calum, vbi ait, ꝙ † ad

hoc

hoc vt transferatur possessio in actorem, inter alia requiritur, quòd actor probauerit reum possidere, & sic quòd assumpserit in se onus probandi, secus si antequam probauerit, constet reum possidere. Felyn. in c. cæterum. col. pen. in fi. de iud. vbi ait, ante litem contestatam admissibilem esse talē confessionem, nisi reus iam esset conuictus de mendacio, licèt nondum esset lis contestata.

¶ Et pro confirmatione huius sententiæ faciunt etiam infrascripta, & Primò, quòd & si fideiussor negauerit se fideiussorem propter quam negationem amiserit beneficium diuisionis, excussionis, & cedendarum actionum, vt in locis suprà citatis, tamē si pœniteat se negasse ante litem contestatam, & antequam probatum sit contrarium, non perdit huiusmodi beneficium. Bartol. & Ang. in l. non dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. Ange. & Imol. in l. sed hoc ita. de re iud. Marsil. in rub. de fideiuss. numer. 337. Alex. in l. etiam. §. licèt. col. quarta. solut. matr. Iason in §. item si quis. colu. 17. versic. probo tamen. de actio. vbi vult plus, quòd negans recuperaret beneficium excussionis amissum, si illum pœniteret negationis, etiam post litem cōtestatam, ante tamen quàm contrarium probaretur, per text. not. in l. de ætate. §. fin. vbi Bal. de interrog. actio. Iason in l. sed hoc ita. §. quod autem. de re iud.

¶ Secundò ex notatis per Alex. in dicta. l. etiam. §. licet. col. quarta. vers. succesiuè quærit hīc Bar. vbi concludit, q̄ quamuis maritus cōuentus actione de dote negauerit se maritū perdat priuilegium. l. maritum. ff. eo. tit. tamen q̄ d. Bar. limitatur, nisi ante litem contestatam pœniteat & confiteatur.

¶ Tertiò accedit, quod voluit Ale. in l. hæreditatum. §. si quis. ff. ad l. Falcid. vbi † licèt hæres negãs rem esse hæreditariam, & conuictus de mendacio, perdat falcidiam, tamen hoc procedit, si talis negatio fuerit reuocata ante litem contestatam. Iason. in dicto. §. quod autem. num. 3. dum dicit, limita istum text. & prædicta. 17

¶ Quartò facit, quòd dixit Alex. in l. sed hoc ita. §. quod autem. de re iud. in primo notab. vbi si negãs perdat beneficium, de quo ibi, illud procedit si perseuerat in mendacio vsque ad litis contestationem aliàs secus, per dictam l. electio. §. neque. Idem ibi tenuit Iason. col. 2.

¶ Quintò adducitur, quòd voluit Bald. in l. 1. colum. fi. C. de fur. in verb. quintus. vbi dicit, q̄ † si fatutum dictat, q̄ confitenti maleficium remittatur tertia pars pœnę, & quis negauerit maleficium, sed postea confiteatur, q̄ consequitur tertiam partem pœnæ, dummodo qui, ante litem cōtestatam excipiendo negauerit & postea confessus fuerit, secus si post litem contestatā. Et rationem esse inquit: quia negatio ante litem contestatam non inducit actori onus probandi, sed solùm ea, quæ fit in contestatione, & Bal. sequitur Alex. in l. eum qui. in princip. col. tertia, in fi. ff. de iureiur. idem voluit alibi Bald. in l. contra negantem. in princip. versic. quæro igitur C. ad l. aquil. cum quo tran sit Barba. in consi. 82. col. secunda, circa finem, vol. 3. & hanc esse magis communem opinionem attestatur Clarus in pract. crimin. in quæst. 81. stat. 9. in fi. cuius sententiam etiam amplectitur Dominus Bursa. (in cons. 79. num. 7.) necnon & Iason. in dicto §. quod autem colu. secunda, vbi asserit hanc esse communem: Plura alia possem allegare pro cōprobatione huius conclusionis, sed illa pro nunc omittenda duxi cum supradicta satis sufficiant ad victoriam huius causæ. 18

¶ Vnde ex his concludendum videtur, q̄ stante huiusmodi reuocatione facta per dominum Antonium ante litem contestatam & antequam probauit contrarium, & quam inuita parte & iudice facere potuit, vt per doctores communiter in l. eum qui de iureiur. & Fely. in cap. cæterum. colu. antepenult. in fina. de iud. q̄ auferri non potest possessio à dicto domino Marco nec transferri in Dominum Franciscum ex vi d. l. fi. de rei vind.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione est in iure solidissimum.*

2 *Donatio facta per nepotem patruo de bonis suis, in quibus pater habet vsumfructum sine eius consensu nō valet.*

3 *Quod ampliatur procedere, etiam si filia se nupsit.*

4 *Patri debetur vsusfructus bonorum filij aduentitiorū, data etiam quòd ei fuerit ablata administratio propter eius malam administrationem.*

5 *Donatio facta per filium de bonis aduentitijs, in quibus pater habet vsumfructum sine eius consensu nō valet, quamuis iuramento fuerit firmata,*

6 *Episcopus cogere non potest filium ad obseruationem iuramenti præstiti in donatione iurata per eum facta in alterum de bonis, in quib. habebat vsumfructum reseruata morte patris.*

7 *Filia de dote profectitia in qua pater habet vsumfructum, licèt totam actionem habeat, non tamē potest facere donationem iuratam de tali dote sine consensu paterno.*

8 *Donatio facta sine consensu paterno non confirmatur per liberationem filij à patria potestate subsequutam.*

9 *Donatio, in qua facta est mentio mortis, præsumitur facta causa mortis.*

10 *Donatio causa mortis facta per filium sine consensu paterno non valet.*

11 *Consensus patris in donatione, causa mortis facta per filium requiritur ad integrandum personam filij.*

12 *Consensus specialis patris requiritur in donatione causa mortis facta per filium.*

CONSILIVM LXXXIX.

1 AD REGVENDO † à sufficienti partiū enumeratione: quod argumentum in iure solidissimum est. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligat. capit. cum dilectus. & ibi Abbas de iure patr. cap. per venerabilem, qui filij sint legit. Bero. in consilio 67. numero 52. vol. primo, in cons. 76. num. 2. volu. 2. & in cons. 202. num. 5. vol. 3. Ripa in l. re coniuncti. num. 14. de lega. 3. & in l. admonendi. nume. 64. ff. de iureiur. Gra. in responso 10. nu. 17. in prima par. & in consilio 35. numero 1. ea. part. Alex. in cons. 53. num. 8. vol. 4. Paris. in cons. 67. num. 18. vol. 4. videtur dicendum, quòd † donatio facta per Io. Antonium Alexium Dominicō eius patruo sine tamen consensu sui patris de iure subsistere non possit. Nā aut donatarius vult se fundare in ipsa donatione, tanquam facta inter viuos & de bonis, in quib. patri nullus vsusfructus debebatur & non potest, quia & si clarissimi iuris sit, q̄ si filius habet bona, in quibus patri non acquirātur vsusfructus, possit de dictis bonis facere donationem inter viuos sine consensu patris, vt habetur in l. nemo. C. qui testa. fac. pos. Rub. Alex. in cons. 49. col. prima, Craue. in cons. 83. num. 9 in consi. 37. col. prima, & 92. colum. prima, vbi inquit, in dictis locis hanc esse communem opinionem, quæ à nemine rē probatur, per tex. ad literam in auth. vt licet matri 2

& auiæ.in princ.ibi res autem ita relictas. vbi text. clarè inquit, ꝙ de rebus donatis vel relictis filijs familiâs sub ea conditione, vt patri vsusfructus non quæratur possunt ipsi filij familiâs quo volunt modo disponere. Paul.de Castro in l.seruum. colu.prima, C.qui testa.fac.pos.quam partem vti communem sequunt Clar.in suis sentẽtijs in §.donatio.quæstione sexta, vers.aut quæris. & Didac.in titu.de testa.in tertia par.in rub.nu.9.in fi.Soc.Iun.in l.sciendum, nume.20.de lega.primò, per text.in l.fi.§.filijs autem.C.de bon.quæ lib.in his duntaxat casibus, vbi ille text.infert necessariò, ꝙ bona in quibus patri non quæritur vsusfructus, filius familiâs potest liberè donare, Tamen dicitur, ꝙ id procedit, quãdo constat, ꝙ in bonis donatis per filium pater nõ posset habere vsumfructum, secus vbi constat de cõtrario ex dispositione legis, quæ habet, quòd pater habet vsumfructũ in bonis filij tam maternis quã aduentijs l.1.C.de bon.quæ lib. Paul.de Castro in consil.382.in 2.quæsito.vol.1. Crot.in l.frater à fratre.n.
3 116.ff.de cond.indeb.& num.96.vbi † ampliat, hoc procedere etiam si filia se nupsit, quòd inquit notãdum Crot.in l.secunda.§.quòd in patris nu.3.solut.
4 matr. Imò plus dicitur, ꝙ † etiam in bonis filij aduenticijs, cui ablata fuit administratio patri, ob id ꝙ malè administrabat, patri debetur vsusfructus. Cacialup.in d.l.frater à fratre.nu.121.

¶ Aut vult se fundare in donatione facta per filiũ ex eo, ꝙ sibi donata fuerunt bona inter viuos, in quibus pater habet vsumfructum in bonis filij ipse non potest in ꝓiudicium paterni vsusfructus de bonis ipsis disponere & sine eius consensu. text.est in l.fin. §.filijs autem.C.de bon.quæ lib. vbi filij nõ possunt de aduenticijs absque patris voluntate disponere in contractu vel in vltima voluntate. Paul.de Castro in citato consil.382.in 2.quæsito. Clarus in dicto §.
5 donatio.quæst.sexta, verfic.aut quæris.& † in tantũ vera est huiusmodi conclusio, ꝙ etiam illa procedit dato ꝙ donatio esset iuramento vallata. vt per Bald. Ang.Abb.Paul.de Castro & Salycet.in dicta.§.filijs autem.& ibi etiam inquit Bald.ita tenuisse Spec.in tit.de actione.in §.primo, versicul.sed quid si super.
6 subdens, ꝙ † etiam patre mortuo non potest Episcopus cogere filium ab obseruationem talis iuramenti inualidi.Imol.in consil.primo, colu.secunda, Curt. Iun.in consil.152.colu.tertia, vbi alios citat, tradens hanc esse magis communem conclusionem doctorum, & vbi etiam † concluditur quòd filia de dote
7 profectitia, in qua pater habet vsumfructum, licèt filia totam actionem habeat, non potest facere donationem cum iuramento de tali dote sine consensu paterno, & adeo etiã procedit hæc sententia, ꝙ in
8 quit Paul.de Castro vbi suprà, ꝙ † etiam filio liberato à patria potestate per eius mortem vel emancipationem subsequutam non confirmatur dicta donatio facta sine consensu paterno. Graue in consil.39. num.3.vers.sed præmissis. Alexand.in consil.127. in fi.& 10.nu.10.vsque ad fi. post Bald.& alios ibi per eum citatos.

9 ¶ Aut † vult se iuuare, quòd sit donatio causa mortis, prout præsumitur esse cum facta fuerit mẽtio mortis pluries in ipsa donatione.l.Seia.in princ. & vbi gl.de dona.caus.mort.l.Seia.ff.de dot.prælega.Alex.in consil.81.vol.1.Dec.in consil.305.in secunda col.Coras.in l.qui liberos.num.31.de ritu nupt.Soc. Iun.in l.secunda.numero 11.de legat.primò. Duen. in reg.218, & quando est collata tempore mortis. Clarus in §.donatio.in quarta quæst.in verbo.cæterum.vbi inquit notandũ esse perpetuò, ꝙ hæc duo requiruntur ad probandum donationem etiã cau-
10 sa mortis, & † etiam dicitur ꝙ ex quo illa facta repe-

ritur sine consensu patris non valet. Nam de substãtia requiritur ipsius consensus. Iaf.in l.seniũ. versic. 8.C.qui testa.fac.pos.vbi inquit, omnes ita tenere. Alexa.in consil.53.num.8.vol.7.& 246.volum.6. qui
11 quidem † consensus patris requiritur non modo respectu sui præiudicij sed etiam ad integrandam personam ipsius filij, & sic ad actũ solennizandũ. Soc.in l.prima, §.fuit quæsitum.ff.ad Trebel. & in consilio 112.nume.8.versic.hoc etiam voluit. vbi asserit hãc esse communem. Idem Soc.in l.secunda, ff.de leg.1. gl.in l.prima.§.in filij.ff.ad Treb.in l.fi.§.filijs autẽ. C.de bon.qnæ lib.Bar.in l.cum filius.ff.de donatio gl.in l.fi.§.necessitatem.C.de bon.quæ lib. vbi Bal. Alex.in l.penult C.qui testa.fac.pos. & Corne.in l. senium.C.eod.tit.vbi ait, ꝙ periculosum esset recedere ab hac sententia, & hanc etiam esse cõmunem inquit Ruin.in dict.l.secunda, licèt teneat contrariũ Ascan.Clem.in tract.de patr.potest. in decimo effectu.Rub.Alex.in consil.46.col.secunda, & terria, & in cons.127.num.8.vbi quoque tradit, hanc sententiam communiter receptam, vbi inquit, ꝙ si filius donet, licèt efficiatur sui iuris, nõ confirmatur donatio: quã conclusionẽ etiam magis communẽ amplectitur Clarus in §.donatio.in quæst.sexta, verbo. habes ergo. Nã si patris consensus requireretur dũtaxat causa sui ptæiudicij sequeretur, quòd posset filius donare causam mortis aduentitia sibi pleno iure quæsita sine eius consensu, quod tamen ab omni veritate est alienum, vel saltem quòd posset illa patri donare cum eius consensu, cuius contrarium communiter tenetur.gl.in l.prima, in verbo rem acquirit.ff.de aucto.tuto.quæ cõmuniter approbatur secundum Imol.in l.prima, §.quæsitum.col.fin.versi. extra gl.ff.ad Trebel. quem refert Soc. in consil. 23. nu.15.vol.4.quam partem vti communem sequuntur Bald.in consil.62.num.3.volu.4.Soc.in cons.112. nu.8.Dec.in cons.245.colum.tertia, & in consi.279. colu.secunda, magis communem Paris.in consi.97. num.41.vol.3.Clarus in dicto.§.donatio.in sexta q. in verb.quæro etiam. & tamen hoc vltimo casu nullum prorsus præiudicium patris considerari potest, imò euidens vtilitas, vt patet ad sensum. Clarus vbi suprà vers.habes ergo, in fin. Quòd autem ista opinio sit vera, ꝙ huiusmodi cõsensus requiratur ad integrandam personam filij demõstratur alio modo:
12 quia † requiritur specialis consensus, ergo ad integrandam personam filij, quia aliàs sufficeret generalis.Spec.in tit.de fide instrume. verb.cõpendiose, quam sententiam communem dicunt Ruin.in l.secunda, in septima column. & 14.ff.de lega.primo, & Rub.Alex.in consi.127.col.tertia, glo in l.qui in potestate, in verb.nihilo magis.ff.de testa.Soc.in cons. 122.nume.7.vbi in hoc nemo discrepat, Clarus vbi suprà quæst.sexta, vers.successiuè quæro. vbi ait, ꝙ talis consensus requiretur ad solemnitatẽ actus, nõ autem respectu præiudicij patris. Didac.in rubrica de testa.in tertia par.nume.10.Vnde ex his omnino concludendum esse arbitror, prædictam donationẽ vti factam sine consensu patris nullius esse valoris atque momenti.

SVMMARIVM.

1 *Arguendo ad vtranque partem veritas magis in lucem explendescit.*
2 *Filiorum causa est prima in successione paterna.*
3 *Quod procedit siue filij sint mares siue fœminæ.*
4 *Successio paterna est æqualiter debita filijs.*
5 *Votum naturale patris est vt bona ad filios transferantur.*

6 *Castrum in dubio præsumitur allodiale.*
7 *Fœminæ succedunt in Castro allodiali, in quo continetur iurisdictio, ac merum & mixtum imperium.*
8 *Castrum præsumitur allodiale, si in eo non fit mentio de feudo.*
9 *Feudi enim vbi non fit mentio, præsumptio est allodij.*
10 *Omnia bona in dubio præsumitur allodialia.*
11 *Res feudalis quandam dicitur habere seruitutem, quæ non præsumitur.*
12 *Feudi natura est, quòd dominium directum remaneat penes concedentem, & iura vtilia transferantur in vasallum.*
13 *Fœmina succedit in feudo emptitio.*
14 *Feudum quando est hæreditarium, in eo non admittitur qui non est hæres nedum sanguinis sed hæreditatis.*
15 *Res allodialis potest effi feudalis.*
16 *Rem meam si recognosco in feudum valet recognitio, nam breui manu videor donasse & recepisse.*
17 *Castrum recipiens per inuestituram dicitur dominium & omne ius in Principem transtulisse, & ab ea postea in feudum suscepisse.*
18 *Moderator & arbiter vnusquisque est in re propria, etiam abutendo.*
19 *Ingenuis hominibus non potest auferri administratio bonorum suorum.*
20 *Fœminæ regulariter sunt incapaces bonorum feudalium.*
21 *Et ratio ponitur.*
22 *Feudi mentio vbi fit, arguitur feudum.*
23 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.*
24 *Inuestitura est signum necessarium feudi.*
25 *Inuestitura propriè conuenit contractui feudi.*
26 *Inuestire vel de inuestire sunt signa, quib. dignoscitur feudum ab alijs contractib. videlicet à donationib. & alijs concessionibus.*
27 *Inuestitura est iustus & ordinatus modus, quo quis feudum & eius ius acquirit.*
28 *Feudum per inuestituram declaratur & probatur.*
29 *Vasalli propriè illi dicuntur qui astringuntur ad ea, de quibus in cap. primo, de forma fidelit.*
30 *Iuramentum fidelitatis præstantes tenentur ad ea, ad quæ astringuntur veri vasalli.*
31 *Vasallus is propriè est cui feudum conceditur, hinc dicitur feudatarius.*
32 *Vasallus sine feudo esse non potest.*
33 *Iuramentum fidelitatis non solet præstari, nisi à veris vasallis, ad hoc vt quis teneatur ad præstandum iumentum fidelitatis necesse est, vt sit verè vasallus & aliquid recognoscat à domino.*
34 *Iuramentum secundum formam nouæ & veteris fidelitatis non præstatur, nisi à vasallis non autem ab habentibus terras nostras, qui solum tenentur ad iuramentum assecurationis.*
35 *Differentia magna est inter iuramentum, quòd præstatur à vasallo & à iuramento assecurationis.*
36 *Feudum probatur ex propria confessione.*
37 *Hæres non potest contrauenire confessioni paternæ.*
38 *Supinum est veritatem claram offuscare.*
39 *Veritas ob omnibus amanda est.*
40 *Veritas est mater iustitiæ.*
41 *Sententia quæ habet, quod fœmina succedat in feudo emptitio non est tuta.*
42 *Fœmina & si succedere possit in feudo emptitio, tamen illud procedit, quando feudum simpliciter pretio integro emitur, & vltra pretium seruitium non est præstandum.*
43 *Fœmina non succedit in feudo emptitio ratione iuramenti fidelitatis præstandæ.*
44 *Clericus, qui religionem professus est, licèt succedere possit in feudo pro quo præstatur seruitium reale vel personale clericis honestum, tamen hoc fallit quando in inuestitura vltra seruitium reale vasallus iuramentum fidelitatis præstaret secundum formam antiqua & nouæ fidelitatis: quia tunc non succederet.*
45 *Fœmina licet possit succedere in feudo franco, quamuis præstetur iuramentum fidelitatis, & similiter Monasterium, quia tunc non tenetur ad seruitium personale, tamen secus quando ex pacto se obligat ad contenta in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis.*
46 *Feudum hæreditarium licet quis non possit habere nisi sit hæres, tamen hoc fallit, vbi ei non fuisset delata hæreditas defuncti.*
47 *Feudum ex pacto & prouidentia dicitur, quando feudum est concessum pro se & filijs.*

CONSILIVM XC.

TOTA Machina præsentis consultationis in hoc versari videtur, an Castrum Montiselli, de quo agitur, sit talis naturæ quòd in eo succedere debeant Magnificæ Dominæ Helena & Iulia filiæ quondam Magnifici Domini Philippi Rottarij per eius mortem excluso Comite Lelio Rottario earum consanguineo.

1 ¶ Et † quia veritas magis in lucem explendescere solet, si arguatur ad vtranque partem. l. numerũ. §. mixta. ff. de mune. & hono. Ideo primò capiendo partem ad exclusionem dicti Comitis & in fauorem ipsarum filiarum, cùm † in successione paterna prima causa sit filiorum ac eorum descendentiũ §. primo, instit. de hæred quæ ab intesta. §. primo, in auth. de hæred. ab intesta. Paris. in consil. 3. in princ. vol. 3. Soc. Iun. in cons. primo, nume. 43. volum. primo, quòd † procedit, siue filij sint mares, siue fœminæ, & maximè vbi sunt tantum fœminæ, vt in casu præsenti, & bona sint patrimonialia vel allodialia. l. maximum vitium. C. de lib. præter. §. placebat. instit. de legit. agnat. succes. successio † enim paterna est æqualiter debita filijs. auth. in successione C. de suis & legit. hæred. Paris. in cons. 72. nu. 27. vol. primo, cons. 6. nu. 47. vol. 2. facit l cum ratio. ff. de bon. damn. vbi lex naturali ratione & æquitate vocat filios ad successionem patris: est † enim votum naturale patris, vt bona ipsius ad filios transferantur. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testa. l. scripto. ff. vn de lib. At in facto præsupponitur, & ipsa est veritas, quòd solùm adsunt dictæ Magnificæ Dominæ Helena & Iulia, & † quòd Castrum Montiselli est patrimoniale allodiale, & prout in dubio præsumitur. Paul. de Castro in cons. 163. in princ. secundum antiquam impressionem. Iacob. de Sancto Georgio in inuestit. sua in verbo & de Castro rubei. colum. tertia, versic. Item quæro an Castrum. Bos. in tractat. suo in tit. de Principe num. 238. Paris. in cons. 16. num. 19. volu. 4. Grat. in cons. 3. nu. 10. vol. primo, ergo in eo succedere debent dictæ Magnificæ Dominæ Sorores vti filiæ & hæredes prædicti quondam Domini Philippi earũ patris. Nam † in Castro allodiali, & si merum mixtum imperium & iurisdictio cõtineatur, fœminæ sunt habiles ad succedẽdum ac succedunt, vt in cæteris bonis patrimonialibus, ac iurisdictionem & merum ac mixtum imperiũ in eo exercere possint iuxta notata per Abb. in cap. significauit. de rescript. Alex. in cons. 1. col. 9. vol. 5. Grat. vbi suprà.

¶ Secundò, quòd sit allodiale demõstratur ex in

strumento venditionis ipsius Castri, vbi nullum pe nitus verbum fit de feudo, ergo allodiale. Paul. de Castro in citato cons.163.colu.fi.vbi arguit feudum non esse, quia non fuit nominatum. Dec.in consilio 32.col.secunda,269.col.prima,413. colu. secunda,& in cons.498.num.11.Paris.in cons.23.column. prima
8 vol.primo, vbi concludit, ꝙ † feudum non dicitur, quando in iaueſtitura nullibi habetur mẽtio de feu do, nec ibi legatur aliquis actus inueſtientis merus
9 vel fictus: feudi † enim vbi non fit mentio, præſum-
10 ptio eſt allodij, cum † in dubio omnia bona præſumantur allodialia. Ioan. And. & alij in cap. nimis. de iureiur. Alex. in cons.129. in princip. vol. primo, vbi dicit, quòd res præſumitur allodialis & libera, cum
11 res † feudalis quandam dicatur habere ſeruitutem. glo. in l. ſi cuius. in verbo oportet. ff. de vſufruct. quę nõ præſumitur l. altius. C. de ſeruitut. & aqua. Grat. in conſ.9.num.120.vol primo. Soc.Iun.in conſilio primo, num.19.vol.4.& 102.nu.26.volum.2.vbi feu dum dici non poteſt, vbi nulla eſt facta mẽtio de in ueſtitura vel de eo, quod pro inueſtitura habetur. Pariſ.in conſ.20.colu.1.volum.1.Menoch.in conſil.1 num.109.

¶ Tertiò dicitur, ꝙ in ipſa venditione nulla facta fuit reſeruatio dominij directi in venditores, ergo
12 venditio non eſt feudalis: cum † feudi natura ſit, ꝙ dominiũ directum remaneat penes concedentem. Oldra.in conſ.159.Cec.in conſil.498. colu. ſecunda, Pariſ.in conſ.13. num.5.vol.primo, Alba. in conſilio 64.nume.30.Ruin.in conſi.18.nume.6. volu.primo, & 42.nu.4.vol eod. Nam (ſecundum communem) de natura feudi eſt, vt iura directa remaneant penes concedentem & vtilia transferantur in vaſallum, & iſtud eſt vnũ de requiſitis pro ſubſtantia feudi. Bal. in l. ſi plures. col. ſecunda, verſic. dicitur autem, de cond. inſert. & ſi non reſeruatur, quòd dicatur dominium tranſlatum, & ſic ꝙ venditio non ſit feudalis. Cepha. in conſ. primo, nume.16. Grat. in conſil.9. num.103.vol.primo, vbi inquit, de natura feudi eſſe, vt proprietas remaneat penes concedentem, vt probatur ex diffinitione feudi, quod eſt ſecundum tex. in cap. primo §. fi. ex quib. cau. feu. amit beneficium, quod ex beneuolentia datur, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ remaneat apud concedentem. Afflict. eod. tit. in c. primo, nu.284.

¶ Quartò facit, quia dato ꝙ iſtud Caſtrum ſit feu
13 dale, tamen eſt emptitium † in quo fœminæ admittuntur. Bald. in capit. primo. §. decedenti. qui feud. dar. poſ. Roma. in conſ.367. Cur. Sen. in conſ 49. col. ſecunda, Dec in conſ.139. col. ſecunda, 269. colum. ſecunda, in fi. Iaſ. in conſ.152. col. ſecunda, vol.2. vbi iſtud prouenit magis ex natura contractus quã feudi, in conſ.78. num.4. vol. primo, Gozad. in conſ.10. num.48. & in conſ.9. num.65. Ruin. in conſ. 16. nu.2. vol. primo, & 18. num.18. vol. eod. vbi inquit, doctores communiter ita tenere, & idem dicit Dec. in conſil.390. num.7.

¶ Quintò dicitur, quòd in dicto feudo non poteſt ſuccedere Comes Lelius: quoniam eſt hæredita
14 rium, quia conceſſum pro ſe & hæredibus † in quo quis non admittitur niſi ſit hæres. Bart. & Alexand. in l. facto. §. fin. ff. ad Trebel. Bald. in capit. primo, §. hoc quoque, vbi etiam Iſer. de ſucceſ. feu. Lofred. in conſ.14. num.38. Grat. in conſ.4. num.42. volum. primo, vbi aſſerit hanc eſſe communem, prout & dicit Clarus in §. feudum. quæſt. tertia, verſi. nunc proſequendo dixi in conſ.10. nume.19. volu.3. & hanc eſſe crebriorem inquiunt Cepha. in conſ.234. nume.57. & Menoch. in conſ. primo, num.318. & non tantum requiritur ꝙ ſit hæres ſanguinis ſed etiam hæreditatis. Alex. in conſ.19. verſi. non obſtat. volu.5. vbi firmat hanc eſſe communem. Curt. Sen. in conſ.82. colum. prima, Pariſ. in conſ.2. num.28. vol.1.16. nume. 15. & 23. nume 192. volu. eod. vbi ait hanc eſſe magis communem, dixi in dicto conſ.10. num.20. & in conſil.87. nume.41. volu.1. Alciat. in conſ.160. numer.9. At dictus Comes Lelius non eſt hæres dicti quondã domini Philippi, ſed dictæ dominæ Helena & Iulia eius filiæ, ergo &c.

¶ Re tamen ipſa maturius perpenſa & examinata contrariam ſententiam vti veriorem ſequendam arbitror, nempe prædictas Dominas Helenam & Iuliam filias quondam Magnifici domini Philippi nullatenus admittendas eſſe ad ſucceſsionem dicti Caſtri Montiſelli ex rationibus & cauſis infraſcriptis, & primò, quoniam nulli dubium eſt, ꝙ res alio
15 dialis poteſt effici feudalis, vt conſtat ex notatis per Bar. in l. ſi rem aliquam. col. ſecunda, ff. de acqu. poſ.
16 vbi inquit, ꝙ † ſi quis ſciẽter rem ſuam, tanquã ſuam ab alio recognoſcat in feudum vel emphyteuſim ab eccleſia, illa res efficitur feudalis vel emphyteutica, quæ deciſio Bar. ab omnibus approbata videtur, vt ibi per Ripam num.25. Bal. in addit. ad ſpecul. in tit. de feud. in ver. ſi rem meam. vbi dicit, ꝙ ſi rem meã recognoſco in feudum, valet recognitio: quia breui manu videor donaſſe & recepiſſe. Caſtren. in conſil. 153. ſecundum antiquam impreſsionem, vbi concludit, quòd ſi quis fecit ſe inueſtire de rebus ſuis tanquam Epiſcopi vel eccleſiæ: quia ſciebat non eſſe p̃dictas res eccleſiæ ſed ſuas, ꝙ res ipſæ effectæ ſunt feudales, dixi in conſ.2.nu.109.volu.1.quib.ſcriptis addo Cur.Iun.in conſ.21.nu.6. Nat.in conſ.301.nu. 1. circa finem. Curt.Iun.in conſ.140.numero 13. vbi inquit, ꝙ licèt venditio ſit facta iure proprio & per allodium, tamen quia emptores dicta bona recognouerunt tanquam feudalia, reſultat concluſio ꝙ ſi aliquis res patrimoniales recognoſcat in feudum efficiuntur feudales. Iacob. de Sancto Georgio in titul. de homag. col. tertia, in princi. Zaſ. in tract. feud. in tertia parte in fi. Afflict. in cap. primo, numer. 285. ex quib. cau. feud. amit. Cepha. in conſ.168. num.71. vbi inquit, ꝙ vnuſquiſque poteſt res ſuas ab aliquo Principe in feudum recognoſcere. Soc.Iun. in conſ. 3. nume.22. volu.4. vbi ſic ait, ꝙ licèt aliàs Caſtrum eſſet liberum ſiue allodiale, tamen ſi quis fecerit ſe inueſtire vti de feudo, præſumitur effectum feudum, cũ per inueſtituram feudum declaretur & ꝙ
17 betur, nam † quando quis recipit Caſtrum per inueſtituram dicitur dominiũ & omne ius in Principem tranſtuliſſe, & ab eo poſtea in feudum ſuſcepiſſe, in conſ.65. num.8. cum ſequenti vol. primo, & in conſilio 91. nn.7. vol. 4. Menocha vir conſumatiſsimus in ſcinntia legali in conſ.2. nume. 238. & in caſu præſenti, licèt quondam Magnificis Dominis Perciuali & Aymoneto fuerit facta venditio dicti Caſtri Montiſelli cum tranſlatione directi & vtilis dominij pro ſe & vice Magnificorum Dominorum Antonij & Andreæ eorum fratrum, Tamen in approbatione dictæ venditionis factæ per Epiſcopum Aſtenſem & Capitulum eccleſiæ Cathedralis dicti loci, ipſi domini Perciual. Aymonetus & Andreas, tã nomine ſuo quàm Antonij fratris, fuerũt inueſtiti de dicto Caſtro cum vno anulo aureo. Vnde ſtante dicta recognitione facta per dictos fratres, quam face-
18 re potuerunt: quia † vnuſquiſque eſt moderator & arbiter in re propria. l. in re mandata. C. manda. l. nemo exterus. C. de iudeis. Soc.Iun.in conſ.91.numer. 25. vol.2. & 64. nume.11. vol.3. etiam abutendo. l. ſed & ſi lege §. conſuluit. in verb. dum ſe abuti putant ff.
19 de pet. hæred. & † ingenuis hominibus non poſsit auferri libera adminiſtratio bonorum ſuorũ. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſ. ſequi-

tur,

tur, quòd dictæ filiæ nullo modo in dicto Castro feu
20 dali succedere possint earum patri, quoniam † fœminæ regulariter sunt incapaces bonorũ feudaliũ cap. primo, §. & quia vidimus qui feud. dar. pos. cap. primo. §. filia, de succes. feud Bald. in consilio 401. in princip. volum. 5. & 232. in princi. vol. 3. Cur. Iun. in
21 cons. 21. num. 7. Ratio etenim est, quia † dominum iuuare non possunt, nec pugnam facere glos. communiter approbata in dicto capit. primo, §. hoc autem. qui feud. dar. pos. Alex. in cons. 10. col. prima, in fina. vol. 5. Soc. in cons. 257. num. 2. volu. 2. Paris. in cons. 4. col. secunda. in princip. vol. 1.

¶ Secundò, ꝙ sit feudum demonstratur: quia fit mentio de feudo dicti Castri Montisselli, quo casu si cut quando nulla fit mentio de feudo non præsumi
22 tur feudum, vt per Dec. & alios suprà † citatos. ita
23 quando fit mentio de feudo, arguitur feudũ, vt † idem operetur oppositum in opposito quod propositum in proposito.

¶ Tertiò accedit, ꝙ de dicto Castro facta fuit in-
24 uestitura, quæ † est signum necessarium feudi, c. 1. §. fi. de feud. cogn. Bero. in consi. 65. nume. 53. volu. 1.
25 & in cons. 115. num. 5. volum. eod. vbi † inuestitura
26 propriè conuenit contractui feudi, inuestire † vel deuestire sunt signa, quibus dignoscitur feudum ab alijs contractibus, videlicet à donationibus & alijs concessionibus. Bero. in consil. 67. nu. 4. vol. primo.
27 Soc. Iun. in cons. 76. nume. 40. vol. 1. vbi † inuestitura est iustus & ordinatus modus. quo quis feudum & ius eius acquirit. Hinc dixit Bal. in l. prima, §. sed
28 & si quis. C. de lat. lib. tol. quòd † per inuestituram feudum declaratur & probatur. Soc. Iun. in consi. 3. num. 22. vol. 4. & in cons. 65. num. 3. vol. 1. & 71. num. 7. vol. 4. Afflict. in cap. 1. num. 285. ex quib. cau. feud. amit. vbi ait ꝙ si dico inuestio te de tali Castro, hoc verbum inuestimus, importat feudum. Inno. in ca. veritatis. de iureiur. Ceph. in cons. 197. nu. 17. Ruin. in consil. 34. numero 7. vol. 1. & Menoch. in consil. 2. num. 238.

¶ Quartò facit, quia supradicti domini Perciual. Aymonetus & Andreas iurarunt se esse imperpetuum fideles vasallos Episcopi & ecclesiæ Astensis. Nã
29 † vasalli propriè illi dicuntur, qui astringuntur ad ea, de quibus in cap. primo, de form. fidel. Alexand.
30 in cons. 9. col. 2. volum. 5. vbi inquit, † præstantes iuramentum fidelitatis teneri ad ea, ad quæ tenentur
31 veri vasalli. Ceph. in cons. 151. num. 24. vbi † vasallus is est propriè, cui feudum conceditur. hinc dicitur feudatarius, vt in rubro & nigro si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Nam † vasallus sine feudo esse non potest. Affl. in c. imperialem. §. istud. nu. 27. de prohibit. feudi alie. per Feder.

¶ Quintò confirmatur ista sententia: quoniam ipsi iurarunt fidelitatem & promisserũt plenissimè obseruare, quæ continentur in capitulis nouæ & ve
33 teris formæ fidelitatis, quod † iuramentum non solet præstari, nisi a veris vasallis & propter feudum. Cephal. in cons. 205. nume. 10. Card. Alexan. in cap. 1. qualiter vasal. iur. deb. fidel. dom. vbi dicit, quòd ad hoc vt quis teneatur ad præstandum iuramentum fidelitatis est necessè vt sit verè vasallus, & aliquid recognoscat à domino, sequitur Rub. Alexan. in cons. 11. num. 5. & 7. post Isern. in dicto cap. primo, in fi. vbi dicit, quòd soli vasalli, qui tenent feudum, præstant iuramentum fidelitatis. vt not. in c. nimis, de iureiur. Neuiza. in cons. 11. nume. 13. versi. quinto
34 principaliter, vbi inquit, quòd † iuramentum secundum formam nouæ & veteris fidelitatis non præstatur, nisi vasallis non autem ab habitantibus terras nostras, quia isti soli tenentur præstare iuramentum assecurationis. Iacob. de Sancto Georgio in in-
ueſt. sua in verbo qui quidem inuestiti. in princip.
35 Cephal. in cons. 176. nu. 34. nam † maxima est differẽtia inter iuramentum quog qræstatur à vasallo & à iuramento assecurationis: quia plus cõtinet iuramẽtum fidelitatis vasalli quàm aliud, vt per Rub. Alex. in d. cons. 11. nu. 6. & Iacob. de Sancto Georgio vbi suprà, dixi in consilio 53. numero 9. volumine secundo. Natta in consilio 538. numero 10. cum duobus sequentibus.

36 ¶ Vlterius dicitur, quòd † dictum Castrum Montisselli feudale probatur ex propria confessione quõdam Magnifici Domini Philippi patris ipsarum Magnificarum Dominarum, quæ confessio si ipse viueret sibi præiudicaret. Dyn. in cons. 15. de quo faciunt mentionem Bald. in l. prima. C. quando liceat ab emp. disced. & Afflict. in cap. primo, numero 298. ex
37 quibus cau. feud. amit. ergo † & eius hæredibus, qui nõ possunt impugnare cõfessionem paternam, nec illi contraueniri. Curt. Iun. in cons. 184. colũ. tertia circa finem Alciat. in cons. 160. nu. 26. De confessione autem patris constat ex transactione inita inter Magnificum Dominum Philippum patrem dictarum dominarum & dominos Perciualem & Lelium eius nepotes & fratre domini Troili facta de anno 1560. die 13. Iunij vbi inter cætera adest vnum capitulum. Piu, che li antiqui boni feudali cio à di Montisello &c. & sic tam ipse quondam Dominus Philippus quàm domini Perciual, & Lelius fatentur Castrum Montisselli esse feudum antiquum, tem & ibi; Piu, per il reddito del feudo di Montisello, nec non & ibi Piu, per la qualita & quantita delle possessioni, che suono suprà le fini di Mõtisello si feudali come allodiali &c. item & ibi: Voleno, transigeno; paleſano & conuengono condebite, pmissioni è renouationi, che li beni & iurisdictione di Montisello sia nel grado, forma è natura di feudo, ahe sono li beni di Piea Plus ibi: Piu hano dette Illustre parti; ibi dirano annunciarano il reddito & prouento de loro feudi che possedono &c. hoc idem demontratur ex instrumento inuestituræ à quon. Magnificis dominis Odono & Philippo fratribus reportatæ de anno 1528. die 11. Iunij à Seuerendo Domino Vicario Curiæ Episcopalis Astensis, vbi petunt se inuestiri de dimidia parte Castri, loci, territorij & iurisdictionis Montisselli, ꝙ Castrum habent pro indiuiso cum Magnifico Domino Honorato eorum patruo, ac etiam ex alio instrumẽto inuestituræ reportatæ de anno 1534. die 14. Octobris à Reuerendiſ. Domino Episcopo Astense, vbi petunt se inuestiri dicti Domini Odonus & Philippus de dimidia Montisselli feudi Episcopatus Astensis, Vnde stantibus tot, tantisque confessionibus, quòd Castrum Montisselli est feudale, nescio videre quomodo istæ dominæ Helena & Iulia possint contrauenire dictis confessionibus paternis, cum sint eius hæredes. l. venditrici. C. de reb. alie. non alien.

¶ Vltimò dicitur, quòd inficiari non potest quin dictum Castrum Montisselli sit feudale cum post primam inuestituram reportatã à dictis quõdam Magnificis Dominis Perciuale, Aymoneto & Andrea primis acquisitoribus dicti Castri, semper dicti Domini Odonus & Philippus filij prædicti domini perciualis fuerunt inuestiti de dicto Castro Montisselli tanquam de feudo Episcopatus Astensis, vt constat ex multis instrumentis auctenticis. Vnde cum res clara sit à verbis ipsarum inuestiturarũ nõ est recedendum. l. non aliter. de lega. 3. Nam sicut stultissimum est sub clarissimo sole mortale lumen afferre
38 teste Quintiliano, ita † quoque supinum est veritatem claram offuscare, quæ † omnibus amanda ve-
39 nit, Bal. in tract. scisma. in prima col. & in l. cũ ita. ff.

40 de condit. & demon. cum † sit mater iustitiæ. Bal. in l. libertini. ff. de stat. hom.

¶ Supereſt modo, vt diluantur, quę in contrariũ allegata fuerunt, deueniendo ad primum argumentum, illi reſpondetur, quòd & ſi illud verum ſit, ꝙ quando Caſtrum conceditur ſimpliciter, vt loquũtur Caſtrenſ. & alij ſuprà citati, tamẽ ſecus eſt: quando conſtare poteſt, quòd illud ſit feudale, vt in caſu noſtro, vbi ſatis ſuprà demonſtratum fuit.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſicut quando non fit mentio de feudo argumentũ ſumitur ꝙ res non ſit feudalis, ſed allodialis, ita etiam dicendum venit, ꝙ quando fit mẽtio de feudo, ꝙ præſumatur res feudalis, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito ꝙ propoſitum in propoſito & vt contrariorum eadem ſit diſciplina, vt ſuprà dictum fuit.

¶ Similiter reſpondetur ad tertium de non reſeruatione dominij ex ſupraſcriptis ſatis cõſtare dictũ Caſtrum fore feudale: Secundò dicitur ꝙ etiam ex pacto agi poteſt, ꝙ omne dominium in feudatariũ transferatur, Ioan. Monach. in c. 1. de reg. iur. Ruin. in conſ. 18. nu. 13. vol. 1.

¶ Non obſtat denique, ꝙ dictũ Caſtrũ & ſi feuda le ſit emptitium, in quo fœmina ſuccedit, quia pluribus modis reſpondetur, & primò, ꝙ licèt dictũ Caſtrum à principio fuerit emptum in allodiũ, tamen poſtea fuit recognitũ in feudũ, vnde attãta recognitione de eo facta non põt dici feudũ emptitium.

41 ¶ Secundò reſpondetur, quòd † præmiſſa ſententia nõ eſt tuta. cum contrariũ teneat Iſern. ſummus feudiſta in c. primo. §. hoc autem, qui feud. dar. poſſ. vbi inquit Præpoſ. in eod. tit. in §. & quia videmus, rectius loquitur Iſer. vbi ſuprà in hoc quàm in alijs. Iacob. de Sancto Georg. in inueſtitura ſua, in verbo. & fœminis. num. 6. vbi dicit, ſe vidiſſe aliter iudicare: quam ſententiam vtiq; etiam ſecutus eſt in conſilio vltimo num. 22. cum ſequenti. vol. 2. qui citatis nonnullis quos refert, atteſtatur hanc eſſe communem. Brun. in conſ. 18. num. 9. vbi etiam aſſerit hanc eſſe magis receptam doctorum ſententiã. Menoch. in conſ. 1. nu. 470. Feder. Schench. in tract. ſuo feud. quarta parte num. 38.

42 ¶ Tertiò reſpondetur, ꝙ † poſita etiam opinione præmiſſa pro vera, quòd illa procedit quando feudum ſimpliciter integro pretio emitur & vltra pretium aliquod ſeruitium non ſit præſtandum. Bal. in cap. 1. §. & quia qui feud. da. poſſ. vbi Bald. vult, quòd duo requirãtur vt fœmina ſuccedat in feudo emptitio. Primò, quòd ſi integro pretio emptum, & quòd nullum ſeruitium ſit præſtandum, & hanc eſſe communem opinionem inquit Soc. Iun. in conſil. 65. nu. 16. verſi. vel & 3. vol. 1. Cepha. in conſ. 172. numer. 15. Burſat. in conſ. 4. numero 17. Alex. in conſil. 9. col. ſecunda, verſ. & quia ad hoc. volum. 5. Celſus in conſi. 26. nume. 67. Brun. in conſi. 18. colum. tertia, Pariſ. in conſi. 16. num. 10. vol. 4. dixi aliàs in conſ. 23. numer. 33. volum. 1. Curt. Iun. in tract. feud. in tertia par. verſicul. limitate. Anto. Gabr. in ſuis com. opin. in titul. de feud. concluſione ſecunda, nume. 6. & 8. ſed in caſu de quo agitur, vltra pretium interuenerunt ſeruitia, de quibus. in c. 1. de for. fidel. & de vete. for. fidel. quæ ſunt multa, quæ cũ ibi videri poſſunt, & notantur per Scribentes non tranſcribo.

43 ¶ Quartò & vltimò reſpondetur, ꝙ † etiam in feudo emptitio ratione iuramenti fidelitatis præſtandę fœmina non admittitur. Alex. in conſ. 30. col. quinta, in fi. vol. 1. dupplicato in conſ. 2. volu. 5. quia cum præſtitum fuerit iuramentum fidelitatis, vt in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis, de cuius natura eſt, quòd vaſallus teneatur iurare ſe facturum, quòd ſit in colume, tutum, honeſtum, & vtile, & rẽ quam caſu fortuito, vel inuito amitteret dóminus cũ ipſo recuperabit, & alia faciet, quæ ſunt de natura dicti iuramenti, vt in c. 1. de veter. form. fide & ea non poſsit explicari, ideo non poteſt in eo ſuccedere. Dec. in conſ. 139. col. penult. in fin. & in conſi. 193. col. quarta, in princip. Pariſ. in conſ. 16. nume. 11. vol. 4. Idem tenuit Curt. Sen. in conſil. 50. colu. ſecunda, verſic. & iſto caſu Afflict. in deciſ. 320. col. tertia, vbi dicit ꝙ ſi feudum de ſui natura præſtat iuramẽtum fidelitatis, ſub quo continentur illa ſex, de quibus in capit. 1. de no. for. fidel. quæ omnia non poſſunt per monaſterium explicari, quòd ex perſona Monachi in huiuſmodi feudo ſuccedere nõ poterit monaſterium, cum cõtineat iuramentum fidelitatis ſeruitium perſonale, quod per monaſterium præſtari non poteſt, ſubdens ita votatũ fuiſſe per ſacrũ Conſiliũ, iterum Afflict. in conſt. regni, conſti. errores col. ſecunda, verſic. ſed hoc. vbi tradit, quòd licet quando feudum præſtat ſeruitium teale, clericus ſit capax ſucceſsionis feudalis, tamen ſecus eſt, ſi feudum de ſui natura debet præſtare fidelitatem, ergo & fortius quando ex pacto ſe aſtrinxit cum iuramento ad ea. Brun. in conſilio decimo octauo, in 2. articulo in verſiculo ſecundo ſuccedere nõ poſſunt, pro qua opinione facit quod ſcribit Oſaſc. deciſ. 27. numero 9. vbi dicit, quòd † licet clericus, qui religionem profeſſus eſt, ſuccedere poſsit in feudo, pro quo præſtetur ſeruitium reale vel perſonale clericis honeſtũ, tamen hoc non procedit, quando in inueſtitura vltra ſeruitium reale vaſallus iuramentum fidelitatis præſtaret ſecundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis, prout in inueſtituris communiter fieri ſolet, quia tunc, cum ſit promiſſum ſeruitium perſonale & militare, quod per religioſum explicari non poteſt, clericus religioſus ſuccedere non poteſt. allegat. Afflict. & alios vt ibi per eum, & ratio eſt ſecundum eum numero octauo, quia dictum iuramentum præſtitum ſecundum formam, de qua ſuprà, in qua promittitur perſonale & militare ſeruitium vt ex ipſorum titulorum lectura apparet, ergo idem in caſu præſenti dicendum venit, cum fœmina non poſsit explicare ſeruitium perſonale & militare.

¶ Ex his igitur concludendum venit, quòd omnibus ſupradictis ſimul collectis nullatenus veniũt admittendæ prædictæ Dominæ Helena & Iulia ad ſucceſsionem dicti Caſtri, & quòd hæc interpretatio, quòd ſit feudum, veniat ſumenda, cum tendat ad commodum & beneficium eccleſiæ Aſtenſis, cuius erat prius dictum Caſtrum: quia res ſemper deſiderat peruenire ad priſtinam naturam. l. ſi vnus §. pactum. ff. de pact.

45 ¶ Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd † in feudo franco præſtatur iuramentum fidelitatis, & tamen mulier in eo ſuccedit Dec. in conſ. 269. col. ſecunda, in fin. Ruin. in conſ. 18. nu. 13. volu. 2. vbi etiam idem dicit, ꝙ in tali feudo ſuccedit monaſterium, quia in hoc æquiparantur fœmina & Monaſterium capit. 1. in fi. an mutus. Quia reſpondetur, ꝙ etſi ex diſpoſitiona conſuetudinis feudalis ſit diſpẽſatum cũ muliere, vt non teneatur ad ſeruitium perſonale in feudo franco, tamen id ſecus eſt quando ex pacto quis ſe obligat ad contenta in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis: quia tunc ad vnguem debet ea obſeruare & ſic præſtare ſeruitiũ perſonale à quo mulier excluditur. Brun. in conſi. 18. col. quarta, verſic. 2. ſuccedere, vbi ſi quis eſt obligatus ſecundum ꝙ alij vaſalli ſunt obligati virtute nouæ & antiquæ fidelitatis, mulier non ſuccedit in tali feudo. Pactum enim ſeruandum eſt. l. prima, ff. de pac. l. prima ff. de conſtit. pecun. Oſaſc. vbi ſuprà deciſ. 27. nu. 9.

¶ Vltimò

46 ¶ Vltimò non obstat, quòd † in feudo hæreditario quis non admittatur nisi sit hæres: quia respondetur duobus modis. & primò, q̃ præmissa sententia locum sibi vindicat vbi delata fuisset hæreditas dicti quondam Magnifici domini Philippi iam dicto Comiti Lelio: quia tunc non potest separari feudum ab hæreditate, secus si nõ fuerit sibi delata hæreditas. quia absque ea potest consequi feudum. Iacob. de Beluiso Bald. & Alua. in capitul. 1. ex quibus cau. feud. amit. Dec. in cons. 208. Bald. in cap. 1. colu. tertia, versicul. quid si filius. an agnat. vel filius, vbi dicit, quòd si viuo patre filius renuntiat hæreditati paternæ cum iuramento, talis renuntiatio in feudo sibi non præiudicat: quia non obligatur filius per legem ad impossibile. Iaco. de Beluis. ibi, vbi sic formaliter dicit: Quod dixi de filio, quòd non liceat ei repudiare hæreditatem, intellige quando filius potest habere hæreditatem patris, vel quia pater eum instituit hæredem in testamento, vel quia mortuus est ab intestato. Si verò non potest habere hæreditatem tanquàm hæres, quia alius fuit institutus, tunc filius poterit habere feudum licet non sit hæres. idem tenent ibi Mart. Lauden. in versic. Item nota Præpos. in sexta columna. versic. quæro ab extra. Alua. colum. tertia. Aflict. col. secunda, num. 7. vt ait hoc menti tenendum, quia singultre, quod nunquam audiuit, & credit verum, & sic ibi communiter feudistæ hoc tenent: & quia de hoc alias abundè scripsi in con. 53. nu. 15. cum duobus sequentibus volum. 3. quibus addo Ioan. Baptistam Ferret. in consi. 178. num. 7. cum sequenti. Cephal. in consi. 224. num. 26.

¶ Secundò respondetur, q̃ dictum feudum non est hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia, stante transactione inita inter quondam dominum Philippum patrem ipsarum dominarum Helenæ & Iuliæ & dictum Comitem Lelium, approbatam per Reuerendissimum Antistitem Astensem, in qua conuentum fuit, quòd bona & iurisdictio Montisselli sint in eodem gradu & natura feudi, vt sunt bona & iurisdictio Pieæ, & quod in alienationibus & successionibus non sit peior conditio vnius loci Montisselli quàm alterius Pieæ, sed sint in vna eadé qualitate: Cui conuentioni contrauenire non possunt dictæ dominæ sorores, cum sint hæredes patris l. cum à matre. C. de rei vindicat. l. venditrici. C. de reb alie, non alienan. sed feudum Pieæ est ex pacto & prouidentia: quia concessum pro filijs. Iser. in capit. 1. §. hoc quoque. colum secunda de succes. feud. dixi in consilio 28. columna prima, volumine tertio, in
47 † quo quis, succedere potest licet non sit hæres, vt est communis opinio secundum Ias. in l. si post mortem, in princ. numero 3. de leg. primo, Clar. in §. feudum, quæstio. nona, versic. quandoq; verò dixit alàs in pluribus locis.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia procuratoris in non appellando nocet Domino.*

2 *Dispositio l. primæ. ff. quando appellan. sit. locum etiam habet, quando procurator appellauit, sed postea apostolos non petijt infra terminum iuris: quia apostoli sunt appendices appellationis.*

3 *Procurator si est verus contumax non præiudicat domino in appellando.*

4 *Contumax verus dicitur citatus personaliter ad videndum proferre sententiam.*

5 *Contumax verus excluditur ab appellando.*

6 *Contumax verus dicitur citatus personaliter ad sententiam ferendam, licet in toto processu non fuerit contumax.*

7 *Tempus ad appellandum incipit currere à die sententiæ.*

8 *Procurator si fuerit contumax verus in appellando, domino incidit currere tempus non à die scientiæ sed sententiæ.*

9 *Dominus sicut non potest appellare post decendium, ita nec appellationẽ prosequi interpositam à vero contumace: quia tunc appellatio habet initium vitiosum.*

10 *Appellationi friuolæ non est deferendum.*

11 *Appellans friuolè de iure canonico per iudicem à quo potest excommunicari vt contumax.*

12 *Appellans friuolè potest multari.*

13 *Iudici fit iniuria per appellationes friuolas, adeò quod agere potest actione iniuriarum contra appellantem.*

14 *Procurator qui neglexit appellare, si non est soluendo Dominus potest post decendium appellare.*

15 *Dominus potest appellare post decendium à die sententiæ, intra tamen decem dies à die notitiæ domini, petita prius restitutione in integrum & obtenta.*

16 *Causa appellationis si deseratur dolo vel negligentia procutatoris, domino non competit restitutio, nisi procurator non sit soluendo.*

17 *Pupillo vel adulto, qui passi sunt damnum negligentia tutoris vel curatoris, si non sunt soluendi, datur in subsidium restitutio in integrum.*

18 *Procurator dicitur non esse soluendo, quando non habet bona in territorio, vel ibi propè.*

CONSILIVM XCI.

EGREGIVS Antonius Catelanus procurator Domini Laurentij Serpontis per ordinarium Legi, citatus fuit personaliter ad videndum proferri sententiam in causa coram eo vertente inter Dominum Franciscum Lanceum actorem ex vna & dictum Dominum Laurentium ex altera, & in contumaciam ipsius procuratoris fuit lata sententia contra prædictum dominũ conuentum à qua parte ipsius procuratoris minimè appellatum extitit, Vnde dubitari contingit, an contumacia ipsius procuratoris in non appellando noceat domino suo. In qua dubitatione sequendo veras & communes doctorum sententias videtur distinguendum. Nam aut contumacia procuratoris fuit ficta, aut fuit verus contumax, si fictus contumax, contumacia † sua habet præiudicare domino in appellando, text. est clarus in l. prima, §. fin. ff. quando appellan. sit. Bartol. in l. prima, §. si procurator. in secunda columna, versic. si verò. ff. si quis iusd. non obtemp. Ias. ibi col. quinta, in versic. quinta conclusio. vbi † etiam extendit differentiam text. in ipsa l. prima, locum habere, quando procurator appellauit, sed postea apostolos non petijt infra terminum iuris: quia apostoli sunt appendices appellationis, secundùm Bald. in cap. primo, in sexta colu. vt lite non contestata. vbi inquit, quòd est nouus passus non tactus ab alijs, sequitur Ferrettus in cons. 200. colu. secunda, & cum Barto. transeunt Dec. in cons. 295. colum. fi. Inno. & cæteri in dicto capit. primo, vt lite non contesta. Franc. in capit. Nicolao. colu. penult. de appella. in capit. cum speciali. §. porrò. colu. penult. versic. vltimo quæritur. eod. tit. Alex. in cons. 95. colum. tertia, vers. quoniam respondeo. vol. 2. Zas. in dicto §. si procurator.

1 2

nume.22.vbi asserit hanc esse communem: quia ap-
3 pellare incumbit domino. si † verò procurator est verus contumax non præiudicat domino in appellando: quia dolus seu contumacia procuratoris non habet obesse domino. Bart. in dicto §. si procurator. colu. secunda, & in dicta l. prima, §. fi. ff. quando appellan. sit. in l. fi. colu. penu. vers. quæro vtrum. ff. de in integr. restit. vbi inquit, ꝙ ex facto procuratoris non punitur dominus, quia quando procurator non appellauit infra decem dies ius apellandi perit sui natura: quia non viuit plus, non autem finitur hoc in pœnam nō appellantis, sed quod verus contumax non audiatur, est in pœnam contumaciæ. vt per Innoc. in dicto ca. primo, vt lite non contesta. vbi etiam Felyn. col. quarta, versic. prædictam conclusionem. notant omnes in dicto §. si procurator. Franc. in dicto cap. Nicolao. colum. penult. circa. finem. Alex. in l. properandum. §. sin autem reus. in fi. C. de iud. Capi. in decis. 139. col. fi. vers. 35. casus.

¶ Stante igitur dicta distinctione, quæ vera est, & ab omnibus recepta, videndum restat, an dictus procurator fuerit verus contumax vel ne? & concludendum venit, quod dicatur verus contumax
4 † cum fuerit citatus personaliter ad videndum proferri sententiam, vt voluerunt Cuman. & Imol. in l. à sententia. §. primo. ff. de appella. vbi citatus personaliter
5 in dubio præsumitur verus contumax † qui excludit ab appellando l. ex consensu. §. primo, de appella. Franc. in cap. bonæ memoriæ. colum. sexta, in princip. de appella. Alexand. in dicto §. sin autem reus. colum. penul. vers. 8. conclusio. & in l. sæpe. colum. 24, de re Iud. Capic. in citata decis. 139. column. 3. Felyn. in cap. quoad consultationem. col. 13. versi. secundus est casus. de re Iud. Maran. in tract. de ord. Iud. in sexta par. in versic. contumacia. nu. 17. versic. septima pœna est. Iterum in dicta 6. part. in vers. secundus actus principalis. nume. 273. & 275. vbi ait, veram esse conclusionem quantum ad propositum
6 nostrum, ꝙ † ille dicitur verus contumax, qui citatus fuit personaliter ad sententiam ferendam, licet in toto processu non fuerit contumax: Cum igitur ex prædictis constet, procuratorem ipsum fuisse verum contumacem. Ideo dicendum venit, directum dominum Laurentium admittendum fore ad appellandum.

¶ Sed quia difficultas oriri videtur quo tempore incipiat currere tempus ad appellandum dicto domino Laurentio, an à die sententiæ, vel notitiæ, vel scientiæ, vt sciat an sit exclusus dominus ab ap-
7 pellando vel ne. prima facie videretur, ꝙ † non currat tempus condemnató, nisi à die notitiæ sententiæ, vel scientiæ. Spec. in titu. de appellat. in §. restat. versic. sed nunquid dies, glo in cap. primo, & in cap. concertationi. de appellat. in 6. Franc. in capit. ex ratione. in princip. eod. tit. de appella. & in cap. bonæ, columna quinta: versicul. octauò debet appellari. eod. tit. Tamen in casu nostro contratium est ve-
8 rius, quòd † imò tempus incipit currere non à die notitiæ sed sententiæ, latè Bart. in l. prima, in fi. ff. quando appellan. sit. Inno. in dicto capit. primo, vt lite non contesta. vbi etiam Butr. col. octaua, versic. & ex his deciditur. Imol. in vltimo notabili. & Felyn. col. 3. versic. aduerte tamen dupliciter, vbi inquit, omnes ita tenere. Franc. in cap. Nicolao. colu. penult. versic. sed difficultas est. de appella. vbi dicit ita tenendum esse. Capic. in decis. 139. in fin. Felyn. in capit. quoad consultationem. in 11. conclusione de re Iud. Ferret. in consil. 290. numero primo, & ait
9 Card. in dicto ca. primo, quòd † sicut dominus non potest appellare post decendium, ita non potest prosequi appellationem interpositam à vero contumace: quia tunc appellatio habet initium vitiosum quod dicit notabile, & cum Card. ibi pertransit Felyn. vbi suprà.

¶ Ex his igitur firma remanet conclusio, ꝙ cum dominus Laurentius non appellauerit à dicta sententia infra decem dies numerandos, à die latæ sententiæ, quòd nulliter & minus legitimè appellauerit, & quod relectio dictæ appellationis legitimè fa-
10 cta fuit. Nam † appellationi friuolæ non est deferendum. Gemin. in cap. cum appellationibus colu. secunda, versic. quæro. de appella. in 6. quia ab omni actu est prohibita, cum lex ipsam non admittat. cap. cum apellationibus. de appella. libr. 6. Angel. in
11 cons. 140. Imò † qui friuolè de iure canonico appellat, potest per iudicem à quo excommunicari vt contumax. Abb. in cap. solitudinem. in primo notabili. de appellat. vbi plus dicit, quod † potest etiam mulctari & in tantum lex odio habet appellationes
12 friuolas: quod non solum introduxit pœnas suprà-
13 dictas; verum † etiam censetur fieri iniuria iudici à quo, adeò quod iudex potest agere actione iniuriarum. glo. sing. in l. fi. in glo. fi. C. quando prouo. non est necess. gloss. in cap. si quis præpostera. in gloss. secunda, 50. distinctione. Maran. in tracta. de ord. iud. sexta par. in §. secundus actus. num. 337.

14 ¶ Hæc tamen dicta esse intelligantur, nisi † procurator, qui neglexit appellare, non esset soluendo, adeò quod dominus non posset ab eo suum consequi interesse: quia tunc dominus potest etiam appellare post decendium, gloss. fin. in l. prima, in fi. ff. quando appellan. sit gloss. tertia in auth. hodie. C. de appella. Bald. in l. ab eo. col secunda: versic. extra quæro. C. quom. & quando iudex, & hoc ne aduersarius cum alterius iactura lucretur, quam incurreret dominus, si excluderetur à beneficio iuris, & non posset recurrere contra procuratorem. Felyn. in dicto cap. primo: colum. quinta, vt lite non contesta. vbi subdit, quod illud quod dictum fuit, quod
15 potest appellare post decem dies † intelligitur post decem dies à die sententiæ: intra tamen decem dies à die notitiæ domini: inquiens prædicta tenenda esse in practica tanquàm approbata à communi sco la doctorum: In hanc quoque sententiam inclinat Fulgos. in dicto §. si procurator. quem refert ibi Ias. in quinta columna, versiculo limita. vbi ait tenendum esse menti huiùsmodi limitationem. sanè tamen intelligendam: petita prius restitutione in integrum & obtenta, non tamen ioso iure. vt singulariter voluit Bald. in capit. significauit. in columna penulti. de appellatio. vbi dicit hoc notandum. Alexand. in consilio nonagesimo quinto. colum. tertia, versic. & licet glos. volum. secundo, pro qua sententia facit, quod voluit Cassador. in decisio. suis in
16 tit. de appella. decis. quinta. vbi dicit, quod † si deseritur causa appellationis dolo vel negligentia procuratoris, non excusatu dominus, nec ei competit restitutio, nisi procurator non esset soluendo: quia tunc restitueretur. Fran. in cap. ex ratione. in octaua columna. versicu. circa quartum impedimentum. de appella. ad idem facit text. in l. properandum, in
17 §. fina. C. de iud. vbi † pupillo minori quatuordecim annis vel adulto, qui passi sunt damnum medio tutorum vel curatorum suorum negligentium si non sunt soluendo, datur in subsidium restitutio
18 in integrum; & † qui procurator non dicitur esse soluendo, quando non habet bona in territorio vel ibi paopè, vt decidit Bald. in cap. ex ratione: de appella. per text. in authen. de exhiben. reis. in §. sancimus. & per notata in l. fi. C. de Princi. agen. in rebus. lib. 12. quem sequitur ibi Fran. in d. col. 8. in vers. circa quartum impedimentum.

¶ Vnde

¶Vnde si dominus posset probare procuratorem suum non esse soluendo: vtiq; sibi danda foret huiusmodi restitutio ad effectum prædictæ appellationis. Et in casu simili aliàs ita iudicatum fuit in hoc sacro consilio Montis ferrati.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta alijs præiudicare non debet. limita. vt in num. 19.*
2 *Conuentio facta cum vna persona alij non nocet nec prodest.*
3 *Sententia non præiudicat substituto non citato.*
4 *Sententia lata contra prohibitum alienare non nocet substituto seu fideicommissario, qui non fuit citatus. declara vt in num. 21.*
5 *Sententia lata contra emphyteutam non nocet proprietario non citato.*
6 *Sententia lata contra vasallum super feudo antiquo non præiudicat alijs agnatis non vocatis.*
7 *Citari licet non debeat, nisi ille, contra quem petitio dirigitur & de cuius interesse agitur principaliter, tamen, vt sententia lata contra vnum noceat alteri, citari debet ille, de cuius præiudicio tractatur. sed contra vt infrà.*
8 *Sententia lata contra donantem non nocet donatario non citato.*
9 *Sententia lata contra primum substitutū non præiudicat sequentibus non citatis.*
10 *Alienare qui non potest, similiter actiones exercere non potest.*
11 *Sententia lata contra hæredem non præiudicat substituto, qui ignorauit litem esse motam.*
12 *Sententia lata contra vasallum nocet domino scienti litem motam esse, secus si ignorauit, declara vt infrà.*
13 *Sententia lata contra emphiteutam nocet directo domino scienti & tacenti.*
14 *Sententia lata contra venditorem emptori ignoranti litem esse motam non præiudicat.*
15 *Sententia lata contra hæredem institutum adeo præiudicat substituto non citato, quod ex tali sententia contra eum datur actio iudicati.*
16 *Sententia lata contra hæredem conuentum præiudicat legatarijs & fideicommissarijs, quia hæres dicitur principalis persona, contradictor legitimus & caput testamenti.*
17 *Sententia lata pro hærede agente contra debitores hæreditarios prodest cohæredibus.*
18 *Sententia lata contra patrem nocet filio primogenito successuro in regno.*
19 *Reprobatur Bar. in d. l. filius familias. §. diui. de legat. primò.*
20 *Sententia lata contra vnum nocet alteri ignoranti substituto.*
21 *Sententia lata contra hæredem licet faciat præiudiciū substituto non citato, tamen tale præiudicium non affert, quin ab eo appellari possit infra decem dies à die notificationis dictæ sententiæ.*

CONSILIVM XCII.

SENTENTIAM latam ad instantiam Magnifici Domini Anselmi Isnardi creditoris quondam Magnifici domini Troili Spandolini contra Magnificum dominum Odonium Zafardinū ipsius Magnifici domini Troili hæredem vniuersalem ex testamento non obesse domino Alberto Spandolino substituto tanquam non citato in lite mota contra prædictum hæredem & eo ignorante litem ipsam agitari ex sequentibus demonstratur.

¶ Quoniam regula est generalis, quòd †res inter alios acta alijs præiudicare non debet, capitulo dilecto. de præben. in fin. l. sæpè. ff. de re iudica. toto titul. C. res inter alios acta. Neuizan. in consilio 20. numero quarto, Socin. Iun in consilio 181. numero 88. volum. secundo, facit l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vbi † conuentio facta cum vna persona alij non nocet nec prodest, vbi Iaſ. in prin. vbi multa ad hoc allegat.

¶ Secundò q; † dicta sententia non præiudicet dicto substituto non citato probat. Bart. in l. filius familias. §. diui. col. 2. ff. de leg. 1. vbi sententia lata contra prohibitum alienare non nocet substituto seu fideicommissario, qui non fuit citatus. Afflict. in decis. 380. nu. 6. vbi † sententia lata contra emphyteutam non nocet proprietario non citato.

¶ Tertiò accedit, quod scribit Isern. in cap. primo. §. si vasallus de suo. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agna. quem ibi sequuntur Præpos. Aluar. & Afflict. in numero. 20. vbi † sententia lata contra Vasallum super feudo antiquo non præiudicat alijs agnatis non vocatis, & Isern. etiam sequuntur Felyn. in c. fin. circa medium. de maior & obed. Dec. in cons. 445. nume. 32. vbi dicit hanc esse communem opinionem, similiterque quòd sententia lata contra vnum non nocet alteri cui debet fieri restitutio ex causa fideicommissi: nisi fuerit citatus: latè Dominus Osasc. in decis. 157. per totam: Capic. decis. 20. nume. 23. Curt. Iun. in tract. feud. parte 7. quæst. 11. Zas. de feudi alie. numero 21. Nam † licet quoad validitatem sententiæ satis sit citare illum: de cuius interesse agitur principaliter, gloss. in l. de vnoquoq; ff. de re iud. tamen vt sententia lata contra vnum noceat alteri: debet citari ille alter: de cuius præiudicio tractatur. Innoc. in cap. fin. de maior. & obed. Bald. in l. ab eo. colum. fi. versicu. extra quæro. C. quomod. & quand. iud. Alexand. in dicta l. de vnoquoque: in princip. colum. fina. in. l. decem in princip. nume. 10. ff. de verbo. oblig. in consil. 84. colum. penult. volum. 3. Dec. in cons. 445. num. 32. 564. colu. secunda, versic. non obstat. in consi. vlt. in fi. & in l. iure ciuili. num. 4. de reg iur. Cepha. in consilio 106. colum. fi. & 279. num. 14. Curt. Iun. in consil. 23. nu. 3. Soc. Iun. in cons. 181. nu. 97. volu. 2. quam sententiam citat communem Iaſ. in l. decem. nu. 42. vers. ego contra. ff. de verb. oblig. & magis communem Soc. in cons. 282. num. 4.

¶ Quartò facit, quod inquit Soc. Iun. in cons. 49. col. fi. vol. 2. vbi ait: quòd † sententia lata contra donantem non nocet donatario non citato: & in consilio 181. numer. 89. & 95. volum. 2. vbi post Bald. ibi per eum citatum dicit: quòd † sententia lata contra primum substitutum non præiudicat sequentibus non citatis.

¶ Quintò, quòd noceat probatur. nam † qui non potest alienare: non potest actiones exercere. l. ait prætor. vbi Bart. ff. de iure delib. Dec. in consil. 445. col. quinta. Bal. in consil. 250. colum. prima, volum. 4. Craue. in cons. 90. numero primo, Cagnol. in l. res iudicata. num. 5. de regu. iur. Isern. & Afflict. in cap. 1. §. si vasallus de suo. si de feud. fuer. contro. inter domin. & agnat. & ratio ista esse videtur secundum Dec. vbi suprà: quia in iudicio quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. & ideo sicut non potest alienare per viam contractus, idem videtur in quasi contractu: quia potest sequi alienatio mediante sententia.

¶ Sextò principaliter dicitur, quòd † sententia lata contra hæredem non præiudicat substituto,

qui

qui ignorauit litem esse motam. Isern. in dicto §.
12 si vasallus de suo. vbi concludit, sententiam † latam contra vasallum nocere domino scienti litem motam, alias secus si ignorauit, quem ibi sequuntur Alliarot. Præpos. & Afflict. nume. 20. vbi dicit, quòd si agnati ignorabant litigium eis non præiudicat sententia, & ideo quod si secundus agnatus & tertius sciebant litem agitari & quartus ignorabat illis scientibus præiudicat sententia & non quarto ignoranti. Iterum Afflict. in decis. 396. colu. secunda. vbi
13 † sententia lata contra emphiteutam nocet directo domino scienti & tacenti. Socin. Iun. in consilio 49. colum. fi. volu. 2. vbi dicit quòd sententia lata contra donantem non præiudicat donatario ignoranti
14 litem esse motam: per l. sæpè. ff. de re. iud. vbi † sententia lata contra venditorem emptori ignoranti litem esse motam non præiudicat. Ceph. in consilio 239. num. 14. in cons. 107. colum. fi. & in consilio 133. num. 38. Fely. in cap. fin. nume. 5. de maio. & obed. & in cap. exhibita. in princip. de iud. Zas. in tract. feud. carta 73. Dec. in citato cons. 445. num. 23. Alex. in dicto §. diui. vol. 4.

¶ His tamen † & alijs similibus non obstantibus contraria sententia est de iure verior. Nam clarum
15 est in iure, quòd † sententia lata contra hæredem instituturn præiudicat substituto non citato. adeò q; ex tali sententia datur actio iudicati contra substitutum non citatum. l. ex contractu. ff. de re iud. Bar. in l. in diem. ff. de aqua. plu. arcen. per l. primam. §. penult. ff. de ventr. inspi. vbi dicit legem illam notabilem ad hoc, & cum Bart ibi pertranseunt Roman. & Imol. Paul. de Castro & Alexand. in d §. diui. in 3. & 4. columna, Ias colum. 7. versi. subdit, vbi inquit, omnes ita tenere. Alex. in cons. 156. colum. fi. volum. 2. & 65. numero 27. vol. 6. Soc. Iun. in cons. 181. num.
16 96. volumine 2. vbi dicit: sententiam † latam contra hæredem conuentum præiudicare legatarijs, & fideicommissarijs: eo quia hæres dicitur principalis persona & contradictor legitimus & caput testamenti. Felyn. in cap. exhibita. in princi. de iud. Rod. Suar. in l. post rem iudicatam. colum. secunda, de re iud. facit l. si patroni. secundum vnam lecturam. ff. ad Trebell. vbi sententia lata contra hæredem præiudicat fideicommissario. Ruin. in cons. 19. colum. fi. volu. 2. Alex. in dicto consi. 65. num. 27. Ias. in §. diui, in prima lectura, colum. 1. vers. & facit. & in 2 lectura, col. 11. Ripa. nu. 60. & Ferd. Loaz. nu. 126. vbi dicũt hanc esse communem, Roder. Suarez. in allegatione 27. num. 3. verficul. sed quod. quam etiam partem vti communem sequitur Arius Pinel. in l. 1. in 3. par. folio 373. in ver. crebrius. C. de bon. matern. Bero. in consil. 102. num. 46. versic. quare. volum. 2. vbi consuluit, quòd si creditores hæreditarij agunt contra hæredem, & sic ex facto & contractu testatoris, & sententia feratur contra hæredem, illa præiudicat substitutis & fideicommissarijs, per dictam l. ex
17 contractu. & d. §. diui. sicut † lata pro hærede agente contra debitores hæreditarios prodest cohæredibus. vt not. in l. si hæres. ff. fam. ercis. & ratio est secundum Paul. in dicto §. diui. in fin. Nam ex quo fuit lata sententia contra hæredem, & bona pro satisfaciendo creditoribus hæreditarijs vendita fuerunt, præiudicium fit legatarijs seu fideicommissarijs: quia bona, quæ fuerunt testatoris, quoad hunc effectum videntur esse hæredis, qui omnibus hæreditarijs creditoribus tenetur. Didac. lib. prat. quæst. cap. 13. numero sexto, vbi hanc esse crebriorem doctorum sententiam.

¶ Nec habet obstare, quòd dicta l. ex contractu. debet intelligi, si substitut⁹ citatus fuerit, vt inquit, Dec. in dicto consilio 445. numero 30. versi. sed replicari potest: Quia respondetur, quòd ista est manifesta diuinatio ad illum textum. Alex. in dicto §. diui. col. 3. & Ias. in l. decem. nu. 42. in versic. sed ista solutio. ff. de verb. obli. vbi etiam dicit, quòd ille text. redderetur penitus indubitabilis: quia esset sine dubio, quòd sententia præiudicaret substituto non citato. Arius Pinel. in l. prima. in 3. par. folio 374. C. de bon. mater.

¶ Facit quod voluit Oldra. in cons. 44. col. fi. vbi
18 dicit, quòd † sententia lata contra patrem nocet filio primogenito succesſuro in regno: quam sententiam secuti sunt etiam Alber. de Rosa. in l. penult. colum. 4. C. de dona. inter vir. & vxor. Mart. de Laude. in tract. de primogen. in fi. Tiraq. in trac. de iure primogen. quæst. 35. numero 17. Arius Pinel. in l. 1. in 3. par. numer. 48. vers. sed contraria opinio. C. de bon. mater. Boe. decis. 255. col. antepen. in fi. cum princip. sequentis. Dec. in l. pactum. quod dotale. nu. 17. versi. in contrarium. C. de collatio.

¶ Superest modo vt remoueantur, quæ ex aduerso adducta fuerunt, & deueniendo ad primum argumentum dicitur, quòd etsi res inter alios acta alteri non præiudicet, tamen hoc fallit in multis casibus, inter quos est præsens, per dictam l. ex contractu. & alia suprà citata.

¶ Vlterius dicitur, q; dicta regula hic rectè non applicatur: quia necessario & consequenter iudicium agitatum censetur cum successore, si similiter actum fuit cum antecessore, Arius vbi supra folio 375.

19 ¶ Non † obstat secundò dictum Bartol. in dicto §. diui. Quia respondetur contra Bart. ibi esse communem opinionem, vt firmant ibi Ripa & Ferd. Loaz. item Barto. est sibi contrarius, vt in dicta l. in diem. nisi dicatur, quòd dicta sententia potest saluari ab eius contrarietate, videlicet: quod in quantum in dicto § diui. dicit, quod substitutus debet citari, debet intelligi quantum ad effectum, vt sententia lata contra hæredem noceat substituto omni respectu, adeò quod appellari non possit, quando sententia transiuit in rem iudicatam contra principalem hæredem. & in quantum vult in ipsa l. in diem. quòd non sit opus citare substitutum: debet intelligi quãtum ad hoc, vt sententia illi obsit: quia talis sententia contra hæredem nocebit substituto non citato: sed omni respectu: quia licet hæres principalis appellare non possit, tamen substitutus poterit. ita Ferd. Loaz. in d. §. diui. num. 131.

¶ Similiter obstare non videtur decisio Andr. de Isern. & sequacium in d. §. si vasallus de suo: Quia respondetur duobus modis. Primò, contrarium tenuerunt Alex. in l. sæpè. ff. de re iud. Iacob. de Sancto Georgio in inuestit. sua in verbo & dicti vasalli pro dictis rebus. col. 12. in versi. quæro an sententia. vbi inquit, hanc partem veriorem, & hãc esse magis communem tradit Didac. in libro prat. quæstion. cap. 13. numero 6. vbi reprobat Dec. in citato consilio 445. dicens hanc esse receptiorem Arius pinel. in lege prima, in 3. par. folio 372. de bon. mater. Secundo, quod decisio ipsa procedit quantum ad hoc vt non possit appellari: quia quantum ad hunc effectum non nocet talis sententia, aliàs secus. ita Crot. in d. §. diui. num. 41. & Ferd. Loaz. nume. 130. Osasc. in decis. 157. num. 12.

¶ Similiter non obstant scripta per D. Osasc. in dicta decis. 157. quia in casu suo tractatur de præiudicio irreparabili aliorum qui habebant ius commune, æquale & non secundario cum condemnato quod non est in casu nostro.

¶ Pariter non refragatur, quòd licet ad validitatem sententiæ quando agitur principaliter contra

hæres-

hæredem non requiratur citatio, tamen secus est vt sententia noceat: Quia respondetur, hanc distinctionem reprobatam à iure: quia contra text. in dicta l. ex contractu, ac notatorum in dicto §. diui. & in l. si patroni. secundum vnam lecturam, ad Trebellia. & in alijs locis suprà relatis: & Didac. vbi suprà in versiculo sunt verò. vbi miratur de Iaſ. qui in dicta l. decem numero 42. dixerit hanc esse communem: quia in contrarium est veritas: quia hæc restrictio tollitur auctoritate Iurisconsulti in dictà l. ex contractu. & per Imol. in dicto §. diui. & alios ibi per eum relatos. Arius Pinel. vbi suprà folio 375. versi. id enim. vbi inquit hoc ridiculum esse, cum nemo dubitare possit, an sententia & iudicium noceret ei, cum quo actum est, & tandem quod ista cauillatio manifestè confutatur ex d. l. ex contractu. & doctrina d. §. denunciare.

¶ Non obstat denique quod voluit relatus per Socin. Iun. in dicto consilio 181. quia reprobatur ab Ario Pinello vbi suprà carta mihi 378. circa principium.

¶ Vlterius non obstat, quod dicta sententia non
10 nocet ignoranti. Quia respondetur, quòd † imo ea obest substituto ignorati, per dictam l. ex contractu & per Didac. vbi suprà in versiculo, nam sententia, vbi tradit, quòd sententia lata cum legitimo defensore & cum eo, qui primas ac potiores habet defendendi partes, nocet omnibus his etiam nec citatis nec scientibus, quia à iure victi & condemnati ius proprium deducere conantur & coguntur, per l. si suspecta. in princip. ff. de inofficio. testament. Iacob. de Sancto Georgio vbi suprà. D Oſasc. in decisione centesimo quinquagesimo septimo. numer. decimo quinto. Arius Pinel. vbi suprà columna 378. in princip. Secundò responderi potest, quòd huiusmodi sententia posset habere locum, vt non noceat substituto quoad omnem effectum, aliàs secus per supra dicta.

11 ¶ Non habet etiam obstare, quòd † licet huiusmodi sententia substituto facit præiudicium, quam uis non fuerit citatus, non tamen affert tale præiudicium, quin ab ea appellari possit infra decem dies à die notificationis sibi factæ de tali sententia, vt per Alex. in dicto §. diui. in tertia colum. Ripam numer. 62. & Ferd. Loaz. num. 128. versic. secundò illam regulam: vbi dicunt, quòd licet teneat iudicium non citatis his, quorum secundariò interest, possunt tamen appellare pro interesse suo, quando eis fuerit notificata sententia vel fuerint certificati de tenore sententiæ: quia tunc eis currit tempus ad appellandum, in tantùm quòd si ignorauerint causam agitari in prima, secunda & in tertia instantia, adhuc possent appellare, licet principalis non posset. Bartolus & alij in l. à sententia. ff. de appellat. Abb. & alij in capitul. cum super. de rei iud. Vnde cautela est secundum Angel. in dicta l. à sententia. quòd talis tertius, qui comparet pro suo interesse iuret, quod nuper, & maximè à decem diebus citra, habuit notitiam dictæ sententiæ à qua, cùm possit aliquo modo lædi, appellat, & talis appellatio respectu illius tertij erit prima, vt dicunt Cardin. & Felyn. in dicto capitul. cum nuper. & in capitul. tua nobis. colum. fin. versicu. 4. fallit, extra de appellat. dominus Oſasc. vbi suprà. Arius Pinel. vbi suprà carta 380. in fin. versic. limito tertio, idem voluit Crot. in dicto §. diui. nume 39. versicu. 2. fallit. Port. in consil. 172. num. 12. Soc. Iun. in cons. 181. colum. fi. vol. 2. Afflict. in cap. 1. §. si vasallus de feudo, versicu. 7. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna. Curt. Iun. in cons. 23. colum. penúlt. in fi. Quia respondetur, quòd in casu, de quo agitur, iste Dominus substitutus nedum infra decem dies postquàm notificata fuit sententia non appellauit, sed nec post duos menses, vt constat ex iuribus exhibitis, ergo, &c. & ad hoc adducitur consilium Baro. in consil. 30. numero 25. & 63. volu. 2. vbi tradit, quod substituto licet non currat tempus ad appellandum, donec sibi fuerit notificata sententia, quod incipit currere à die ipsius notitiæ, tamen eo elapso amplius substitutus, legatarius vel fideicommissarius, cui in consequentiam, potuit præiudicari per sententiam contra hæredem ratione obligationis factæ per defunctum, non est audiendus contra tales sententias, quod & volunt cæteri doctores suprà relati, quos amplius transcribendos non duxi.

SVMMARIVM.

1 *Testibus affirmantibus magis creditur quàm negantibus.*

2 *Quod amplia procedere etiam si negantes essent plures & digniores: quia clerici, & affirmantes laici.*

3 *Clerici duo si deponunt, me commisisse fornicationem tali die, & laici duo dicant, me fuisse cum illis eo die præponendi sunt laici.*

4 *Testes plures quando contrariantur alijs si aliqui sunt digniores etiam si pauciores sint, si autem æquales in dignitate, vel vnus non sit dignior altero, præferuntur plures.*

5 *Testibus affirmantibus magis creditur, quando probantes negatiuam dicerent super interrogatis nihil scire.*

6 *Testes affirmantes præferuntur negantibus in negatiua improbabili sui natura, vel si testes deponerent super negatiua non reddentes rationem: secus si super negatiua sui natura probabili.*

7 *Testibus negantibus, quando cum negatiua est coniuncta affirmatiua, ita creditur sicut affirmantibus.*

8 *Negatiua quando est coarctata loco & tempore, magis creditur testibus negãtibus pro reo, quàm affirmantibus pro actore.*

9 *Testibus deponentibus super negatiua magis creditur quàm affirmantibus.*

10 *Quod amplia procedere, etiam si negantes sint laici & affirmantes clerici.*

11 *Testes si inuicem contrariantur, neutri creditur.*

12 *Testes nobiliores præferuntur alijs.*

13 *Seniores præferuntur alijs.*

14 *Testibus diuitibus magis creditur quàm pauperibus.*

15 *Testes si sint maiores numero præferuntur.*

16 *Testibus rei magis est deferendum in dubio quàm testibus actoris.*

17 *Quod ampliatur procedere, etiamsi testes ex parte actoris in aliquo excederent.*

18 *Testes actoris si sunt digniores & minus digni pro reo, minus digni præferuntur.*

19 *Testes masculi & si regulariter præferantur fœminis, tamen secus si fœminæ deponant pro reo.*

CONSILIVM XCIII.

IN causa, de qua agitur, reperiuntur examinati plures testes, qui delictũ de quo in inquisitione, affirmant: Ex aduerso autem videntur examinati alij plures testes: videlicet: Nobiles Antonius de Plano, Zaninus Rotta, Petrus Filisius, Ioannes Cantarana, Franciscus Rampinus, & Ricardus de Zerbis, qui de directo testi-

cto testificantur negatiuuam. Quibus sic stantibus per dominum Iudicem maleficiorum fuerunt condemnati testes rei, tanquam falsarij & extra ordinē in quadam summa pecuniarum à qua condemnatione appellauerunt: Modo verò refricatur in dubium: nunquid sententia ipsa malleo subsistere possit. Primaque facie videretur dicendum quòd sic:
1 quoniam ambigui iuris non est: quòd † magis creditur testibus affirmantibus quàm negantibus. gl. in l. diem proferre. §. si plures. vbi Barto. & alij. ff. de recep. arbitr. glos. in cap. 1. de præscrip. in 6. Felyn. in cap. in nostra. col. 2. de testib. Craue. in cons. 134. col. 3. Grat. in consilio 93. num. 2. volum. 1. & 81. numero 32. volum. 2. Bero. in consilio 34. num. 9. volu. 1. Anto. Gabr. in suis comm. opin. concluſ. 4. in princip.
2 in tit. de testib. Quod † ampliatur procedere: etiam si negantes essent plures numero. gloss. in dicta l. si plures. quam ibi sequuntur Doctores, Bartol. in l. prima, ff. de ventr. inspic. Mantua in consilio 308. nume. 76. volum. 1. Boer. decis. 101. nume. 3. Bero. in consilio 34. colum. penult. in fin. volu. primo: & digniores: quia clerici: & affirmantes laici. glo. in cap.
3 clerici. 82. distinct. vbi glo. dicit: quòd † si duo clerici dicant: me commisisse fornicationem tali die: & duo laici dicant me fuisse cum illis, ea die preponendi sunt laici.

4 ¶ Secundò dicitur, quòd † quando plures testes contrariantur alijs, si aliqui sunt digniores, præferuntur alijs quibus contradicunt, etiam si pauciores sint, si autem sunt æquales in dignitate, vel vnus non sit dignior altero, præferuntur plures. ita Bosi. in titulo de oppositi. contra testes. numero nono. At in casu præsenti dicunt fiscales, testes fisci deponere affirmatiuam & plures esse numero digniores quàm contradicentes, ergo sententia valida.

¶ Sed si diligenter contemplentur: quæ continentur in processu inquisitionali formato contra dictos testes vtique apparebit iniustè & nulliter contra eos iudicatum fuisse. Absolutum enim est in iure quòd & si testibus affirmantibus magis credatur quàm negantibus, secundùm regulam gloss. in dicto §. si plures: Tamen dantur plures limitationes quæ benè adaptantur ad casum nostrum, & primò.
5 quòd † conclusio ipsa locum habet, quando probantes negatiuam dicerent super interrogatis se nihil scire: quia tūc creditur testibus magis affirmantibus quàm negantibus, secus si testes dicerent se scire & se referunt ad negatiuam coarctatam: quia tunc tàm negantibus quàm affirmantibus creditur: ita Iacob. de Aret. Barto. Oldra. Bald. & alij in dicto §. si plures. Ias. in cons. 81. col. fin. volum. quarto, Calcane. in cons. 42. col. quarta: Anto. Gabr. vbi suprà. numero quarto. Claud. in l. vt vim. nume. 95. de iust. & iure.

6 ¶ Secundò dicitur, quòd † gloss. ipsa procedit in negatiua improbabili sui natura, vel si testes deponerent super negatiua non reddendo rationem. Bald. in l. cum hi. §. integra. ff. de transac. secus si super negatiua sui natura probabili, vt quia proponeretur per medium alicuius sensus. Aret. in capitu. in nostra. colum. quinta, de testib. Anton. Gabr. vbi suprà num. 3. Grat. in consil. 92. num. 15. vol. primo, & 31. num. 68. volum. 2. Bero. in consi. 102. nume. 36. volum. 3.

¶ Tertiò limitatur dicta conclusio: vt non procedat,
7 quando † cum negatiua est coniuncta affirmatiua, vt quia dixerunt testes, quòd tales non erant, & quòd esse nō potuissent, quin vidissent. Bart. Bal. & alij in l. hæredes palam. circa finem principij. ff. de testa. Paul. de Castro in cons. 94. col. 2. vol. 1. Fely. in capit. cum nostra. colum. quinta, de testib. Ruin. in cons. 9. colum. 4. volum. 2. Anton. Gabr. vbi suprà nume. 6. Alex. in cons. 110. colum. 2. vol. 1. & in cons. 147. num. 15. volum. 6. Clarus in prat. crim. in §. fi. q.
8 52. versic. scit autem. Nam † quando negatiua est coarctata loco & tempore, magis creditur testibus negantibus pro reo: quàm affirmantibus pro actore, Abb. & Felyn. in cap. ex literis. colum. 2. de proba. vbi Abb. instruit iudices, vt non de facili præponant testes actoris, sed velint potiùs errare in absoluendo quàm in condemnando. Curt. Iun. in cons. 7. num. 5.

¶ Quartò declaratur dicta gl. non procedere in
9 criminalibus: quia † tunc magis creditur deponentibus super negatiua quàm affirmantibus. gloss. in cap. clerici. 81. distinct. Ias. in l. vt vim. columna prima, ff. de iust. & iur. in cons. 167. columna penult. & fin. volu. quarto, versic. item Ascanius. & hoc fauore liberationis, quam glo. dicit singularem. Roma. & illam à Bald. didicisse in l. in illa. in vltima colum. ff. de verb. oblig. Anton. Gabr. vbi supra num. nono.
10 versicul, tertio limita. vbi † ampliat hanc limitationem procedere, etiam si negantes sint laici & affirmantes clerici. Ias. in rubrica de iureiur, columna penul. in fin. Calca. in consilio 94. columna octaua, Gerard. in sign. 11. Curt. in tractat. de testibus, conclusione secunda, Riminald. in consilio 136. nume. 13. inter consilia crimin. Orat. Vit. in consilio 168. nume. 24. inter dicta consilia crim. Roma in consil. 241. columna sexta, Dec. in cap. ex literis. de probatio. maximè in consilio 41. numero 22. Marsi. in consilio secundo, nume. 12. & in sing. 141. Claud. vbi suprè numer. 94. sed in casu præsentis processus, si linceis oculis contenta in eo inspiciantur, vtiq; comperietur, quòd dicti testes, & si deponant Antonium, Ioannem & Baptistam ac Franciscum non adfuisse rixæ exortæ in loco, tamen reddunt rationem per sensum & coarcta tam loco & tempore & negatiuam coniunctam cum affirmatiua, quòd esse non potuisset, quin vidissent, ergo eis magis credendum, cum deponant pro reo, vt suprà & maximè in criminalibus. Vide ex hoc capite videtur dicendum, quòd testes ipsi ex eo, quod deposuerint negatiuam: non potuerunt puniri extraordinariè ob temerariam assertionem, prout contra temerarios videtur velle Clarus in §. falsum, versicul. solet etiam. cum hic non datur temeraria assertio sed veridica.

¶ Secundo dicitur, quod respectu contrarietatis ipsorum testium non potuerunt condemnari in pœna de qua in sententia, nec in alia viliori potuisse sent condemnari, quoniam magis communis sen-
11 tentia doctorum est, quòd † neutri creditur ipsorum testium inuicem contrariantium, Ioan. Anto. & alij in cap. in nostra. de testibus, Gramat. in consilio 26. numero 21. vbi dicit, hanc esse magis receptam doctorum sententiam, prout & ita etiam affirmant Alexan. in consilio 34. colum. fi. in princip. volumin. 3. Foller. in prat. sua crim. folio mihi 537. num. 10. Clarus in prat. sua crimin. in §. falsum. versiculo conuincitur. Cephal. in consilio 223. numero 17. Ratio est: quia licet constet, aliquem esse periurum, non tamen constat, quis eorum sit, & propterea nemo pœna afficiendus est. Alexand. & Ias. in l. duobus, §. fina. ff. de iureiur. Alexand. in consilio 179. volumine secundo, iterum Cephal. in consilio 104. numero 11. Foller vbi supra folio mihi 200. numero 29. Bero. in consilio 198. column. fina. volumine 3. vbi etiam dicit, quòd non sunt reducendi ad concordiam, vt proben, etiamsi reduci possent. l. eos. in fin. de fals. & in consilio ducentesimo, numero

ltero 8. volum. eo. Si igitur nulli creditur. ergo nec puniri potuit in pœna, de qua in ipsa sententia.

¶ Solùm nunc superest respondere ad adducta in contrarium. & primò, quòd testibus affirmantibus magis credendum est, quàm negantibus: quia suprà ad dictam conclusionem datæ fuerunt quatuor declarationes omnino contradicentes ad casum nostrum, adeò quòd obiectum subsistere non potest.

¶ Ad secundum respondetur, quòd stante contrarietate ipsorum testium si magis credendum esset aliquibus ex ipsis, standum esset magis testibus rei quàm alijs multiplici ex capite, & primò: quia sunt nobiliores, quàm testes aduersæ partis, quo casu † nobilioribus magis credendum est, cùm pro 12
eis multum præsumatur. glo. in c. illud. 40. distinct. Bald. in l. testium. col. fi. C. de testib. Calcan. in consil. 9. colum. 3. Fel. in cap. cum nostra. col. 4. in princ. de testib. vbi pauci nobiles præferuntur multis rusticis, l. 3. in prin. ff. de testib. Marsil. in cons. 30. & consilio 65. nu. 43. Ruin. in cons. 158. num. 26. vol. 5. Port. conclus. 24. lib. 2. Natta in cons. 537. nume. 65. Curt. de testibus. conclus. 16. Neuizan. in cons. 47. nu. 41. Crauet. in cons. 249. colum. 13. in fin. vers. præferri. vbi dicit, quòd data contrarietate testium præferuntur nobiliores, dixi in cons. 3. num. 7. vol. 3. & in cons. 12. num. 2. & 27. num. 25. volum. 25. eodem. Auton. Gabr. in suis com. opin. in titul. de testibus. conclus. 4. num. 34. vbi hoc ampliat in num. 37. si testes digniores essent numero inferiores.

13 ¶ Sunt † quoque seniores, qui cæteris contrariantur, ideo præferendi sunt. iuxta notata per Doctores in l. eum qui. ff. si cert. petat. Felyn. in capitulo, in nostra. colum. 4. de testibus. Roman. in l. si verò. §. de viro. in 24. fallentia. soluto matrimonio. Port. conclusio. 31. libro secundo. facit l. semper. ff. de iure immu. vbi dicit lex. Semper in ciuitate nostra veneranda senectus. Neuizan. in consilio 47. num. 15. Parpal. in l. cùm quid. nu. 10. ff. si cert. petat.

14 ¶ Plus † quia diuites, quibus ratione diuitiarũ etiam magis creditur quàm pauperibus, qui de facili corrumpuntur. Specula. in titul. de accusa. colum. 8. versic. Item excipitur: quòd est pauper. Crauet. in citato cons. 6. num. 29. & 249. num. 13. Crot. in l. si constante. num. 21. solut. matrim. Menoch. in consilio 60. numero 16. Neuizan. vbi suprà. Ioan. Crot. in l. si constante. numero 21. soluto matrimo.

15 Item † maiores numero. l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus. in cap. in nostra. extra eodem titu. Alexand. in consil. 85. columna secunda, volumine secundo. Port. lib. 2. conclusione 26. Bursat. in consilio 116. num. 35.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd hoc magis procedere debet in casu præsenti, in quo agitur de fauore reo-
16 rum. Nam † in dubio magis differendum est testibus rei quàm actoris, cap. literis. de probatio. Dec. in l. qui accusare. num. 16. C. de eden. Ratio autem est: quia vbi pares sunt probationes, ex latere rei vna semper adest præsumptio, siue in criminali, siue in ciuili iudicio versemur, ne quis deliquisse credatur. l. merito. ff. pro socio. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 92. num. 2. & sequenti. Grat. in cons. 81. Anton. Gabr. in suis commun. opinio. in titul. de testibus. conclus. 21. num. 21. Bursat. in cons. 126. numero 35. vers. 2. deponunt.

17 ¶ Quod † extenditur etiam locum habere, etiam si ex parte actoris probationes in aliquo excederet, vtputa si testes actoris essent digniores testibus rei. & ideò videmus, quòd si testes actoris essent clerici & testes rei laici, quamuis regulariter testes clerici præferantur. cap. clerici. 81. distinctione nihilominùs in fauorem rei præualent testes laici: quoniam qualitas testium non debet posse tollere absolutionis prærogatiuam. Abb. in cap. ex literis. de probat. Claud. in l. vt vim. num. 95. de iust. & iure. Gratia. in cons. 81 num. 70. volum. 2. gloss. in l. 3. in §. eiusdem. ff. de testib. Anton. Gabriel. in suis commun. opin. in titul. de testib. conclus. 4. nu. 41. vbi inquit, quòd
18 † si testes digniores essent pro actore & minùs digni pro reo, minùs digni præferuntur. Et ideo videmus, quòd regulariter præualet testimonium masculorum, testimonio mulierum. Bald. in l. fin. ff. de fide instrumen. Alex. in cons. 136. volum. 6. Petr. in sing. 11. Roman. in Rubr. de arbitr. num. 36. ratione
19 instabilitatis, & † tamen præualet testimoniũ mulierum testimonio virorũ, vbi testes fœminæ sunt pro reo. Marsil. in cons. 2. num. 21. & in consil. 63. numero 45. Grammat. in consil. 45. colum. 2. Anton. Gabr. vbi suprà num. 42. Port. in conclus. 24. Bursa. in cons. 70. num. 4.

¶ Cùm igitur ex præmissis appareat malè fuisse iudicatum contra prædictos nominatos per dominum Iudicem à quo, vtique venit pronunciandum bene fuisse per eos appellatum, & in pace dimittendos.

SVMMARIVM.

1 *Iudicantes diligenter oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere.*
2 *Iudices ex officio subtili ingenio eorum innocentiam perquirere debent.*
3 *Iudices non debent esse seueriores, & crudeliores legibus.*
4 *Iudices in benigniorem partem semper inclinare debent.*
5 *Iudices maiorem honorem consequuntur in absoluendo quàm condemnando.*
6 *Pœna homicidij regulariter est mortis.*
7 *Inquisitio si contra aliquem formari non potest, minùs valent, quæ sequuntur.*
8 *Exceptio ineptitudinis reddit iudicium retrò nullum & opponi potest post sententiam.*
9 *Fuga licèt faciat aliquem haberi pro confesso, tamen id procedit, quando inquisitio est valida & in casu permisso.*
10 *Inquisitio formata non præcedentibus legitimis inditijs non valet.*
11 *Quod ampliatur procedere, etiam si Princeps mandaret inquiri.*
12 *Et etiamsi Iudex in criminalibus posset liberè procedere.*
13 *Agi potest contra Iudicem formantem inquisitionem nullis præcedentibus inditijs.*
14 *Testibus periurij non creditur.*
15 *Periurus excluditur à testimonio, quamuis falsitas esset circa accessoria.*
16 *Maledicis non creditur.*
17 *Infames de facto & de iure licèt faciant inditium ad inquisitionem, quando dictum eorum perseuerat in tormentis, tamen hoc fallit in periurij.*
18 *Testis emendatus de crimine licèt sit idoneus testis, tamen secus in periuro emendato.*
19 *Periurus non videtur habilitatus sub generali dispositione, qua habilitatur testis.*
20 *Socius criminis licèt in aliquibus casibus faciat inditium ad inquisitionem, non tamen periurus, in quo deficit fides testimonij.*
21 *Periurus non facit inditium ad torturam ad emendationem, nec ad capturam, etiam si in tortura deposuerit.*

22 *Doctori atteſtanti de conſuetudine, qua verſatus eſt, creditur.*

23 *Teſtis quando dicit vnum cum iuramento extra iudicium, & poſtea aliud in iudicio, ei non creditur tanquam falſario.*

24 *Depoſitio reiterata videtur fortior & magis deliberata.*

25 *Depoſitioni primæ tendenti in fauorem rei, ſi eſt iurata, magis creditur quàm ſecundæ.*

26 *Inquiſitio formata nulla præcedente diffamatione non valet.*

27 *Quod amplia procedere, etiam ſi ſtatuto caueatur, quòd in criminalibus poteſtas poſſit liberè inquirere.*

28 *Inquiſitio formata non præcedente diffamatione in tantum non valet, vt ſi poſtea probetur delictum per teſtes, probatio non præiudicat.*

29 *Reus ſi confiteatur delictum ſuper inquiſitione facta nulla præcedente diffamatione, talis confeſſio ſibi non præiudicat.*

30 *Iudex inquirens nulla præcedente diffamatione tenetur ad expenſas inquiſito: quia contra eum præſumitur de calumnia.*

31 *Inquiſitio formata nulla præcedente diffamatione, etiam de mandato Principis ſimplici non valet.*

32 *Statutum diſponens, quod cõtumax habeatur pro confeſſo & conuicta, locum non habet in minore, muliere, & ruſtico.*

33 *Teſtibus ſibi ipſis contrarijs non creditur.*

34 *Blaſphemator repellitur à teſtimonio.*

35 *Blaſphemator cùm ſit Deo infidelis, hominibus fidelis eſſe non poteſt.*

36 *Incarceratus pluries de delictis repellitur à teſtimonio.*

37 *Luſor repellitur à teſtimonio.*

38 *Ludus eſt crimen.*

39 *Ludens præſumitur dilapidare bona ſua, adeò quod dicitur malè vti ſubſtantia ſua.*

CONSILIVM XCIIII.

1 SI † iudicantes diligenter cuncta rimarent, & ordinem rerũ plena inquiſitione diſcuterẽt, vt eos inſtruit text. in cap. iudicantem. 30. quæſt. 5. & maximè mali latrunculatores, qui hodiernis temporibus funguntur nedum officio iudicis, ſed & partis, conantes
2 innocentes illaqueare, prout † eorũ innocentiam ſubtili ingenio ex officio proprio perquirere deberent. l. ſi non defendantur. ff. de pœnis. & hoc vt ſæuiores videantur, quòd equidem leges valde abhorrent, † cùm non deberent eſſe ſæuiores & crudeliores ipſis legibus. §. oportet. in auth. de iudicibus. c. ſanè. vbi Doctores de offic. delega. ſed † in benigniorem partem ſemper inclinare deberent. leg.
5 Arrianus. ff. de actio. & oblig. quoniam † maiorem honorẽ conſequũtur in abſoluendo quàm in condemnando, Paul. de Caſtro in conſ. 296. in fin. quem ſequitur Dec. in conſ. 175. colum. penult. in fin. vbi allegat Ancha. in conſil. 23. qui inuehit contra Iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando procedunt per viã inquiſitionis. Dec. in conſ. 189. col. fin. Marſil. in pract. ſua crim. in §. occurrunt. num. 7. Crauet. in conſil. 9. colum. final. in princip. vtique non videremus tantas iniuſtitias & oppreſsiones, ſed ve illis: quia ſi ignorantes non ſint, ſcire debent, quòd habent Deum vltorem, qui benignè audit voces oppreſſorũ, & ſuis loco & tempore dabit maleuolis iudicibus illam ſæueram ſententiam. Ite maledicti in ignem æternum.

¶ Coactus fui præmiſſa in mediũ adducere cõtra præſentem Iudicem, qui poſtergata omni iuſtitia pauperem Antonium Nicetum condemnauit
6 in pœnam mortis ex cauſa homicidij, † quæ pœna regulariter imponitur his, qui verè homicidiarij ſunt. l. 3. legis Corneliæ. ff. de ſiccar. leg. qui vltimo. ff. de pœnis. Marſil. in conſil. 7. in princ. 90. in princ. & 110. num. 2. in quam pœnam certè condemnare non potuit, vt ex ſequentibus demonſtratur. Quo-
7 niam indubitata eſt iuris concluſio, quòd † ſi inquiſitio formari non poteſt contra aliquem, minùs valent, quæ ſequuntur, vt per Ang. in conſi. 178. vbi etiam inquit, quòd Guliel. de Cuneo dixit in l. ſi li-
8 bertus patronum. ff. de iureiur. quòd † exceptio ineptitudinis reddit iudicium retrò nullum, & quòd etiam poſt ſententiam poteſt opponi. Marſi. in conſilio 128. num. 8. & 130. num. 17. Boſ. in titulo, de inquiſit. numero 77. Socin. Iun. in conſ. 37. in princi. volumine 2. & in conſil. 38. num. 21. volum. eod. Pariſ. in conſilio 163. colum. fi. volum. 4. Galea. Malua. in conſ. 110. numero 37. inter conſi. crimin. diuerſo. vbi inquit, quòd vbi inquiſitio contra aliquem per Curiam formata de iure non procedit, omnia quæ ex ea ſequuntur dicuntur nulla, adeò quòd torturæ eſſe locus non poteſt. Grat. in conſil. 97. numero 12. volum. 1. Foller. in pract. ſua crim. in 4. part. 3. part. in verbo, & ſi confitebuntur. num. 60. vbi tradit,
9 quòd † licèt fuga faciat aliquem haberi pro confeſſo, & dicta confeſsio ſuum ſortiatur effectũ, requiritur, quòd præceſſerit inquiſitio valida & in caſu permiſſo, aliàs non ſortiretur effectum, ſed inquiſi-
10 tio † in caſu præſenti nullirer fuit formata contra prædictum Antonium nullis præcedentibus inditijs legitimis, ergo non valet, Fulgoſ. in conſil. 107. & 149. in fin. Marſil. in §. conſtante. numero 33. in conſ. 2. num. 23. in conſil. 117. num. 5. & 120. numero 28. & 134. num. 6. Clarus in ſua pract. crim. queſt. 20. verſic. ad formandam. vbi ait, malè facere Iudices, qui nullis præcedentibus inditijs formant inquiſitiones. Grat. in conſ. 57. numero 11. volum. 2. vbi inquit, Doctores intrepidè ita tenere, Catus in conſil. 99. num. 1. inter conſ. crimin. diuerſ. lib. 1. vbi totus mundus hoc ſequitur, ſubdens hanc cõcluſionem valde tritam, & quòd conſulentes omnes ipſam affirmant. Ruin. in conſ. 7. num. 2. volum. 5. Cephal. in conſ. 204. num. 18. & 206. num. 21. Crauet. in conſil. 262. in prin. Marc. Angel. in conſ. 30. in princ. inter conſilia crim. diuer. & adeò recepta eſt communis hæc concluſio, vt ea etiam locum habeat, † ſi
11 Princeps mandaret inquiri: quia adhuc intelligitur inditijs præcedentibus. Bald. in c. licèt vndiq;. per gloſ. ibi, de offi. delega. Boſ. in ſuo tract. crim. in titu.
12 de inquiſit. num. 23. Item † ſi Iudex in criminalibus liberè poſſet procedere. Bald. in c. 1. de offi. ordi. per illum text. in verbo libera. Marſ. in conſ. 25. num. 5. Grat. in reſponſo. 74. num. 8. volu. 2. Imò plus dici-
13 tur, quòd † contra Iudicem formantem inquiſitionem contra aliquem nullis præcedentibus inditijs agi poteſt. Grat. in conſ. 97. num. 12. vol. 1.

¶ Nec habet obſtare, quòd hic adſunt duo teſtes deponentes de dicto homicidio. Quia aduertendũ eſt, quòd ipſis nullatenus eſt credendum ex multis, & primò: quia ſemel extra iudicium & cum iuramento dixerunt ſe nihil ſcire de dicto homicidio, & bis in iudicio, licèt tertiò de dicto homicidio de-
14 poſuerint etiam in iudicio. Nam † teſtibus periuris non creditur. Alexan. in conſilio 114. colum. 2. volumine 4. 93. colum. fin. vol. 5. & 53. colum. 4. volum. 7. vbi aſſerit hanc eſſe communem: quia tota fides teſtis dependet à iuramento, & adeò hoc eſt verum, quod ſcribit Crauet. in conſilio 56. num. 14.

quòd

15 quòd † excluditur à testimonio periurus, quamuis falsitas esset circa accessoria, & quòd non faciant in specie inditium ad inquisitionem probatur. in cap. qualiter & quando. de accusatio. vbi textus dicit, quòd ante inquisitionem debet præcedere fama, quæ ortum non habeat à suspectis, & à personis ma-
16 ledicis. † si ergo maledicis non creditur, secundùm Salycet. in l. ea quidem. C. de accusatio. ex quo consueuerunt malè dicere. l. si is cui. §. cum ijsdem. ff. de accusat. ergo nec periuris. c. testimonium. vbi Doctores de testibus. cùm vtroq; casu sit eadem ratio, ergo idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. Rui. in cons. 146. colum. 2. volum. 5. vbi etiam inquit, quòd etsi Bald. in l. cunctos populos. in 10. colum. C. de sum. Trin.
17 & fide Cathol. velit, quòd † infames de facto & de iure faciant inditium ad inquisitionem, quando dictum eorum perseuerat in tormentis, quasi sentiat aliàs secus, tamen quòd dictum Bald. non procedit in periuris. per gloss. in cap. per tuas. in verbo adul-
18 terij. de simonia. quæ vult, quòd † quamuis emendatus de crimine sit idoneus testis, tamen secus in periuro emendato: quia adhuc laborat contra eum suspitio, ex quo semel deierauerat, vnde credendũ est, quòd iterum sit deieraturus, quam glo. ibi sum-
19 mè notat Abb. dicens, quòd † sub generali dispositione, qua habilitatur testis, non videtur habilitatus periurus: nunquam ergo (dicit ipse) debet admitti periurus in testẽ. Alciat. in tract. de præsump.
20 in 2. reg. in 10. præsumpt. vbi tradit, quòd † licèt in in aliquibus casibus socius criminis faciat inditium ad inquisitionem, non tamen periurus, in quo deficit fides testimonij, videlicet, fides, quod inquit singulariter notandum. quod & priùs voluit Fulg. in consil. 173. colum. 2. Cephal. in cons. 204. num. 30.
21. & in cons. 234. colum. 1. vbi † periurus non facit inditium ad inquisitionẽ, torturam nec ad cõdemnationem, imò nec quoad capturam, vt per Alciat. in loco suprà citato, quod ampliatur procedere etiam si in tortura deposuerit. Craue. in cons. 6. nu. 16. Menoch. de arbitr. iud. casu 108. num. 16. Viuius in suis com. opin. lib. 1. in verbo in testem non admittitur. vbi est communis, Boer. in decis. 315. nu. 5. dixi aliàs in cons. 16. in 1. volum. & in consil. 73. nu. 6. & 18. vol. eodem. Bos. in tit. de ind. & considerat. num. 156. & quamuis dicat contrariũ seruari, prout & idem dixit Clar. in pract. sua crim. in §. fin. quæst. 21. in vers. scias. tamen illud, debet intelligi in statu Mediolani & non alibi, in quo fuerunt senatores & officiales & meritò, per ea quæ dicit Guald. in caut. 35. in titu. de substit. vbi concordando opiniones, an Doctori
22 attestanti de cõsuetudine sit credendũ, dicit † standum esse Doctori attestanti de consuetudine, in qua versatus est Doctor, non autem in alijs locis, sequitur Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de probat. concluſ. 4. num. 3. dicit tamen Bos. vbi suprà, quòd nescit respondere ad defectum periurij, idem Bos. in titul. de inquisit. num. 48. Burſat. in consil. 20. num. 61. 34. numero 8. & 79. num. 11. vbi citat hanc esse communem.

¶ Si ergo iste iudex vidit hos testes coram eo bis deponere, & attestari cum iuramento se nihil scire de dicto homicidio commisso & impicto dicto Antonio, & etiam semel extra iudicium, & cum iuramento, licet postea in iudicio tertio loco dixerint contrarium, ego nescio videre, quomodo fuerit ita promptus ad formandã ipsam inquisitionem contra prædictum Antonium, sub dicto dictorum periurorum & contrariorum.

¶ Nam, vt inquit Ruin. in cons. 149. num. 24. vo-
23 lum. 5. quando † testis dicit vnum extra iudicium cum iuramento, & in iudicio cõtra illud iuramentum, ei non creditur tanquam falsario, secundùm Abb. in c. per tuas. de proba. si ergo non creditur in in tali casu: ergo multò minùs quando vnum dixit extra iudiciũ cum iuramento, bis in iudicio, & tertio loco dixit contrarium eius quod dixit extra iudicium & bis in iudicio cum iuramento. Ant. Gabr. in suis com. opin. in tit. de crimina. concluſ. 31. nu. 4. & hoc maximè virtute reiterationis factæ corã eo-
24 dem iudice, † quæ videtur fortior & magis deliberata. iuxta gloss. fina. 2. quæstio 3. cap. si quis iuratus. Dec. in cons. 189. col. 6. in fi. dixi in cons. 16 nu. 23. vol. 1. & in cons. 73. num. 32. cum sequenti. vol. eodem. Burſat. in cons. 34. nu. 11. vbi dicit communem esse,
25 quòd † magis creditur primæ depositioni: si tendit in fauorem rei: si est iurata, quàm secundæ.
26 ¶ Secundò, quòd † dicta inquisitio sit nulla ex alio demonstratur. Quoniam ad eam per dictũ iudicem deuentum fuit nulla præcedẽte diffamatione. cap. qualiter & quando. il 2. de accusat. Marsil. in pract. sua crim. in §. 2. num. 87. in consil. 48. num. 10. 49. num. 7. & in cons. 50. in princ. Gand. in tract. malef. sub Rubrica quo. de malef. agit. per inquisitionem. colum. 2. versic. in primis. Ang. in tract. malef. in verbo hæc est quædam inquisiti. & ibi Hieron. in additione. num. 58. vbi citat hanc esse communem. Nouel. in pract. crim. folio 63. num. 17. Bero. in consil. 172. numero 4. volum. 3. vbi dicit, quòd ad hoc vt solenniter & specialiter contra certas personas possit de certo delicto inquiri requiritur publica infamia contra eum, contra quem vult inquiri, & quòd talis fama probata fuerit, & processerit à pluribus non maleuolis, alioquin de delicto contra aliquem inquiri non potest. c. cùm oporteat. de accusa. quod secundùm eum demonstratur. Nam quodlibet iudicium ad minus constat ex tribus personis, ex accusatore, siue actore, reo & iudice, alioquin iudicium non subsistit. c. forus. de verb. signif. & in iudicio inquisitionis fama est loco accusatoris, dicto cap. qualiter & quando. c. licèt Hely. de Simo. ergo absq; fama præcedente iudex nõ potest inquirere nec procedere, subdens quòd ita se habent cõmunes opiniones. Bart. in l. congruit. ff. de off. præsid. Grat. in consil. 59. nu. 6. volum. 2. & in tantum est vera hæc
27 sententia, quòd † etiam stante statuto, quòd in criminalibus potestas possit liberè inquirere, tamen non poterit inquirere contra non diffamatum. Bal. in c. 1. de offic. ord. Iaſi in l. milites. C. de milit. testa. Dec. in consil. 175. colum. 2. versic. non obstat. Marſ. in cons. 48. num. 10. 49. num. 9. & 50. num. 3. Gratia. in cons. 59. num. 8. volum. 2. & in cons. 74. num. 8.
28 volum. eodem. Imò plus dicitur, quòd † in tantum istud habet locum, vt si postea probetur delictum per testes, probatio non præiudicat. Specul. in titul. de inquisit. §. nunc videndum. in 3. colum. & ibi Bald. in addit. dixi in cons. 3. nume 9. cum pluribus sequentibus. vol. 3. quibus scriptis addo Grat. in cons. 59. num. 7. volum. 2. & 74. num. 7. volum.
29 eodem. vbi etiam dicit, quòd † si reus confiteatur, confessio sibi non præiudicat. Cæpol. in consil. 40. Marſ. in con. 78. colum. 3. & adeò hoc est receptum,
30 quòd † etiam iudex tenetur inquisito ad expensas: quia contra eum præsumitur de calumnia. Paris de Puteo, in tracta. de syndica. in verbo inquisitio. colum. 2. dixi in dicto cons. 3. num. 13. quæ sententia si-
31 militer procedit, dato † etiam, quòd inquisitio fieret de mandato Principis simplici. Felyn. in c. cùm oporteat. in 4. notabili. de accusat. vbi etiam Anan. in 2 notabili. Alexand. in consil. 184. columna final. vers. non obstat. vol. 2. Menoch. in cons. 100. num. 68.

¶ Ex istis igitur defectibus sequitur, quòd ipsa inquisitio redditur nulla, & per consequens, pronun-

ciatio delicti prò confesso & conuicto, cùm pronunciatio ipsa resultare videatur, ex inquisitione nulla, & pessimè formata contra dictũ Antonium: & ad hoc bene facit, quod suprà dixi, quòd licèt fuga faciat, quem haberi pro confesso, tamen id procedit, quando inquisitio est valida, aliàs secùs. Foler. in pract. sua criminal. in verbo, & si confitebuntur. num. 60.

¶ Vlteriùs dicitur, quòd etiam dato quòd inquisitio legitima formata fuisset (quod tamen nullo modo admittitur) nihilominùs non potuit iudex
32 vigore statuti disponentis, † quòd contumax habeatur pro conuicto & confesso, delictum homicidij impictum dicto Antonio pronunciari pro confesso & conuicto. Quoniam licèt valeat tale statutum. Bal. in l. ne diu. C. de pœnis. Natta in cons. 174. num. 26. Menoch. in consil. 100. num. 154. Folern. in sua pract. crim. in verbo, etsi confitebuntur. numero 2. tamen illud locum non habet in minore, muliere vel rustico, vt patet ex notatis per Paul. de Castro, in l. vbi exigitur. ff. de edend. vbi inquit, quòd minor, mulier & rusticus citati personaliter, & si non compareant, nõ præsumũtur esse in dolo, adeò quòd poterunt appellare, secùs si dicerent, nolle comparere, vel iudicem contemnerent: quia tunc non excusarentur à contumacia, cùm sint in dolo vero, quod inquit perpetuò menti tenendum, & cum Castren. ibi pertranseunt Alexand. colum. 2. versic. & prædicta. & Ias. colum. fin. versic. in gloss. 2. Alex. in l. 2. colum. 2. in verbo, in text. vbi rusticitati. ff. si quis in ius voca. non ierit. Ias. in l. si quis id quod. colum. 9. ff. de iurisdict. om. iud. Dec. in consil. 4. colum. penult. vers. vltimò considerandum est. Franc. in c. Nicolao. colum. fin. in princ. de appellat. vbi ait singulariter hoc menti tenendũ, & propriè in terminis nostris ita dixerunt Marsil. in pract. sua crim. in §. postquam. num. 60. & in l. de vnoquoq. num. 184. ff. de re iud. Foller. vbi suprà. num. 7. versic. tertiò requiritur. Brun. in 3. part. stat. in verbo, contumax. num. 6. & 22. & quamuis Natta in cons. 541. col. 2. videatur velle intelligere dicta per Doctores vbi suprà, quando post contumaciam per se vel per procuratorem comparuerit: quia per comparitionem purgatur cõtumacia, aliàs secùs, quam declarationem habeo pro dubia, tamen in casu nostro sumus extra difficultatem, cùm procurator dicti Antonij post dictam pronunciationem comparuerit, & contra eam suas fecerit legitimas oppositiones sed reiectas. Si igitur dicta pronunciatio maleo subsistere non potest, ergo nec sententia condemnatoria ad mortem lata contra dictum Antonium prætextu allegati homicidij, & tantò magis hoc dicendum videtur, cùm probati fuerint dicti testes periuri in defensionibus ipsius inquisiti, quibus non creditur per iura & auctoritates suprà ci-
33 tatas. Item † sibi ipsis contrarij vigore diuersarum depositionum, quo casu reijciendi. l. qui falsò. ff. de testibus. l. eos. C. de falsis. Alex. in cons. 43. num. 12. volum. 4. Grammat. in cons. 44. num. 10. Plus dictus Ioannes franciscus Cengia est blasphemator
34 publicus, † qui repellitur à testimonio, Alexand. in consil. 152. colum. 3. volum. 5. Dec. in consil. 143. colum. 11. Oria. in c. quoniam contra. in verbo testium depositiones. columna 12. de probatio. & ratio esse
35 videtur, † quia cùm blasphemator sit Deo infidelis, hominibus fidelis esse non potest. Bald. in cap. cùm Ioannes. de fide instrum. Curt. Sen. in consil. 55. colum. 2. Foler. in pract. sua crim. folio mihi 537. numero 9. Grammat. in consil. 12. num. 29. Item Alber-
36 tus de Bersano alius testis est vilis, † quia pluries incarceratus de delictis, quo casu repellitur à testimonio. l. item lex Iulia. ff. de testibus. vbi gloss. dicit, quòd isti vinculati repelluntur. & ita per dicta iura dixit Grammat. in cons. 17. num. 13. & in consil. 35. num. 32. Oria. in c. quoniam contra. in verbo, testiũ depositiones. col. 30. in prin. in ver. præmissis addedo probat. vbi citat hanc esse communem. Accedit
37 quoq; quia criminosus, cùm † sit lusor publicus, &
38 † ludus sit crimen. Bart. in §. illud. in prœmio Di-
39 gestorum. nam † ludens præsumitur dilapidare bona sua, adeò, quòd dicitur malè vti substãtia sua, ergo repellendus à testimonio. Bald. in auth. quod locum. in fi. C. de collatio. Gramma. in consil. 2. numero 29. & voto 22. num. 3.

¶ Vnde ex his omnibus quæ suprà dicta fuerunt concludendum esse arbitror, per dictum impium Iudicem fuisse malè iudicatum, & dictum pauperem omnino absoluendũ à dicta intitulatione homicidij, nulliter & iniustè sibi impicta.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ sunt prohibitæ de iure naturali, canonico, & iure ciuili.*
2 *Crimen vsurarum est contra Deum & hominem, & vtrag; testamenti pagina detestabile.*
3 *Iudex laicus est incompetens in causa vsurarum.*
4 *Crimen vsurarum est Ecclesiasticum.*
5 *Causa vsuraria est principaliter fori Ecclesiastici.*
6 *Statutum laicorum disponens de modo probandi contractum vsurarium non valet.*
7 *Iudex laicus non potest inquirere de vsura, nisi inter Iudæos.*
8 *Iudex secularis non potest cognoscere, an contractus sit vsurarius, sed illum articulum remittere debet ad Iudicem Ecclesiasticum.*
9 *Vsurarum causa licèt non sit spiritualis, tamen quia agitur de periculo animarum ratione peccati, si dubitetur, an contractus sit vsurarius, de ipso cognoscendum est per Iudicem Ecclesiasticum.*
10 *Contractus in dubio non præsumitur vsurarius in foro cõtentioso, cùm semper interpretatio fieri debeat in bonam partem.*
11 *Vsuram qui allegat, illam probare tenetur.*
12 *Actore non probante reus debet absolui, siue agatur in criminalibus, siue in ciuilibus.*
13 *Testibus deponentibus in casu & facto proprio non est credendum.*
14 *Testis idoneus non est ille, qui habuit ab aliquo pecunias sub vsuris, ad probandum illum vsurarium, nisi affirmaret quòd ex dicto eius non intendit aliquod commodum quærere.*
15 *Testibus periuris in nullo creditur.*
16 *Periurus vbi quis est, Iuramenti religio nulla in eo considerari potest.*
17 *Testes contrarij sibi ipsis, repelluntur à testimonio.*
18 *Testes singulares sufficiunt ad probandum quẽ vsurarium in genere.*
19 *Singularitas vbi est, ibi est veritas & vnitas: quia quilibet est solus.*
20 *Dicto vnius quod credatur est contra ius diuinum & humanum.*
21 *Testes singulares tanquã diuisi & lacerati non probant.*
22 *Excommunicatus publicè repellitur à testimonio.*
23 *Et tantò magis si est excommunicatus excommunicatione maiori.*
24 *Excommunicatus maiori excommunicatione est turpis persona, cũ remoueatur à consortio Catholicorũ.*
25 *Frater si instituit excommunicatum maiori excommunicatione fratre præterito, frater habebit querelam contra testamentum fratris: quia talẽ personam turpem instituit.*

26 *Inimicus capitalis repellitur à testimonio.*
27 *Inimicus capitalis repellitur à testimonio, nedum in casu homicidij, sed etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
28 *Inimicitia capitalis oritur ex percussionibus.*
29 *Inimicus capitalis non facit indicium.*

CONSILIVM XCV.

SI perspicere potuissem, quòd Dom. Antonius de Arcellis intitulatus, & inquisitus, quòd instrumentũ vsurarium celebrauerit, vitio vsurariæ prauitatis fuisset inuolutus, vtique pro eo verba non facerẽ, cùm sciam
1 † vsuras esse prohibitas de iure naturali, de iure diuino. Euangelico. Didac. in libro 3. var. resolut. c. 1. num. 5. dicens, quòd hanc sententiam tenent frequentissimo omnium consensu Theologi, ac etiam de iure canonico, toto titul. de vsur. Beros. in consil. 203. num. 3. volum. 3. vbi inquit, quòd vsuræ hodie tàm de iure ciuili, quàm canonico sunt prohibitæ, & consequenter improbæ. cap. quia in omnibus. de
2 vsur. & in num. 10. vbi † crimen vsurarum est contra Deum & hominem, & sic contra bonos mores, & vtraque testamenti pagina detestabile & punibile. dicto cap. quia in omnibus. & in cap. super eo. de vsur. Iul. Clar. in sua practic. crimin. in verbo vsura. versic. sciendum est autem. Tamen quia mihi relatum fuit à Nobilibus valde fide dignis, quòd dictus Dominus Antonius est timoratæ vitæ, viuitq; laudabiliter ac religiosè, innocentiam suam defendere non recusaui: cùm proprium officium consulentium sit, liberare oppressos & indebitè intitulatos à morsibus caninis.

¶ Inquisitio etenim formata reperitur contra prædictum Dominum Antonium de allegato contractu vsurario, cõtra quam duo opposita fuerunt,
3 videlicet iudicis incompetẽtia, quòd † iudex laicus non potest cognoscere, an contractus sit vsurarius. Alterum, quòd etiam data dicta cognitione, ipse est in portu absolutionis, de quibus sigillatim est videndum.

¶ Et deueniens ad primum dico, dictum iudicem laicum non fore iudicem comperentem in al-
4 legato crimine vsurarum, cùm † crimen ipsum sit Ecclesiasticum, vt aliàs demonstraui in consil. meo 75. nu. 16. ac per totum volum. 1. Verùm quia nonnulli nisi sunt improbare sententiam meam, ideo illam confirmandam duxi ex auctoritatibus infrascriptis, videlicet, ex Alberic. in Rub. de vsur. in cap. 1. de off. ord. Bald. in consil. 192. colum. pen. volum. 2. vbi ait, quòd regulariter crimen vsurarum est Ecclesiasticum. & in consil. 449. in fin. volum. eodem.
5 vbi † causa vsuraria est principaliter fori Ecclesiastici, rursus in consil. 275. colum. 1. volum. 5. vbi Iudex secularis nõ potest ferre condemnationem in causa vsuraria, cùm hoc veniat in derogationem iuris Ecclesiastici & etiam contineat peccatum, Alexan. in consil. 59. colum. 2. volum. 1. duplicato in consil. 39. volum. 4. vbi post Feder. de Senis in consil. 16. dicit,
6 non † valere statutum laicorum disponens de modo probandi contractum vsurarium, quia vsurariorum causa non spectat ad laicos, c. cùm sit generale. de foro compet. Paul. de Castro, in consil. 71. colum. 2. secundùm antiquam impressionem. Dec. in consil. 18. colum. 2 Corne. in consil. 227. colum. penul. vers. & longè minùs. volum. 3. & in consil. 19. col. 3. vol. eodem. Archiep. Floren. in tract. de vsur. in §. 7. Crauet. in consil. 6. num. 101. Socin. Iun. in consil. 83. num. 12. volum. 2. vbi dicit, sententiam Bald. & Sal. in l. improbum. C. ex quibus caus. infa. esse de iure veriorem, quicquid dixerit ibi Iacob. Butrig. Natta in consil. 198. num. 25. Lapus alleg. 56. Ias. in consil. 153. col. penult. in fin. cum prin. seq. vol. 4. Grat. in con-
7 sil. 39. colum. 2. vol. 2. vbi † Iudex laicus non potest inquirere de vsura, nisi inter Iudæos, Rub. Alexand. in consil. 65. in fi. vbi determinat, quòd licèt fœneratori possit imponi aliqua pœna pecuniaria, tamen illa est arbitranda per iudicem Ecclesiasticum, cùm vsura sit crimen Ecclesiasticum, Rodulph. in tract. de vsur. quæst. 114. vbi dicit, consuetudinem esse in toto terrarum orbe, quòd solus Ecclesiasticus cognoscit de vsura, & hanc partem vti communẽ amplectuntur Ambros. de Vigna. in tracta. de vsur. numero 125. Osasc. in decis. 127. ac etiam Didac. libro pract. quæst. cap. 13. & tanquam crebriorem. Beros. in consil. 207. num. 19. vol. 3. vbi refert Doctores magis communiter ita tenere in illo articulo, an vsura dicatur crimen merè Ecclesiasticum seu Spirituale, subdens quoque quòd eius cognitio etiam ad iudicem secularem spectat quoad effectũ restitutionis, non autẽ quoad puniendum vsuariũ aliqua pœna. Cùm igitur hæc sententia sit communiter approbata, ab ea non est recedendũ, & maximè in casu nostro, vbi tractatur de quæstione iuris; an contractus sit vsurarius, vt etiam per Alex. in l. Titia. ff. sol. matr. Bald. in consil. 311. col. 2. volum. eod. vbi inquit,
8 quòd † iste strepitus, an quis sit vsurarius vel ne, iudex debet hunc articulum remittere ad iudicẽ Ecclesiasticum: quia causa vsurarũ est causa Ecclesiastica, nec pertinet ad iudicem secularem, vbi disceptatio opus sit: quia res sit dubia. 11. quæst. 1. in summa. Causæ enim Ecclesiasticæ cognoscuntur hoc modo: quia quandocunq; iudex Ecclesiasticus non habet sequi sententiam iudicis secularis, signum est quòd illa causa est Ecclesiastici fori. c. vlt. de except. in 6. & in consil. 348. col. fi. volum. 3. vbi tradit, quòd
9 † licèt causa vsurarum non sit spiritualis. tamẽ quia agitur de periculo animarum ratione peccati, si dubitetur an cõtractus sit vsurarius, in isto dubio habet cognoscere iudex Ecclesiasticus. Fulg. in consil. 134. col. fi. vbi concludit, quòd iudex secularis non potest cognoscere neque iudicare, an contractus sit vsurarius, cũ talis quæstio sit Ecclesiastica, & quòd sententia lata per iudicem secularem est nulla tanquam lata à iudice non competente. Vnde si parte dicti Dn. Antonij fuit opposita dicta exceptio, vtiq; tanquam legitima admittenda erat, & causa ipsa remittenda ad iudicem Ecclesiasticum.

¶ Circa secundum caput dicitur, dato (sed non permisso) quòd iudex laicus posset cognoscere de causa vsurarum, quòd prædictus Dominus Antonius est in portu victorię & absolutionis. Quoniam instrumentum, de quo agitur, (si bene legatur) non apparet in aliqua parte sapere vsurariam prauitatem, prout & in dubio vsurarium non præsumitur:
10 † quia (vt dicunt Doctores) contractus in dubiõ non præsumitur vsurarius in foro cõtentioso, cùm semper interpretari debeat in bonam partem. l. si ex pactione. C. de vsur. Bald. in consil. 39. in fin. & in consil. 210. volum. 3. Crauet. in consil. 145. num. 2. vnde
11 † qui vsuram allegat, illam probare tenetur. Nam in foro contentioso donec probetur contrarium, standum est formæ contractus. cap. in ciuitate. de vsur. nisi quis sit solitus fœnerari. Crauet. in consilio 48. colum. fin. & in terminis nostris nulla reperitur facta probatio legitima, quòd dictus con-
12 tractus fuerit vsurarius, ergo † absoluendus, per regulam. l. qui accusare. C. de edend. quæ lex secundùm Doctores ibi, ita habet locum in criminalibus, sicut in ciuilibus.

¶ Nec habet obstare, quòd imò sunt tres testes deponentes, quòd dictus contractus, est vsurarius, videlicet, Ioannes franciscus, Iulianus & Thadeus fratres de Tosanis, quo casu eis standum l. vbi numerus. ff. de testib. c. in nomine Domini. extra eod. 23 tit. Quoniam aduertendum est, quòd † testib. ipsis, tanquã deponentibus in casu & facto proprio non est credendum. l. in omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eodem tit. Marsil. in consil. 2. num. 48. & in consil. 102. nu. 9. & in specie in terminis, de quibus agitur, ita voluerunt Bald. in l. dictantibus. C. de testa. Fe- 24 der. de Senis, in cons. 64. vbi dixerunt, quòd † ille, qui habuit ab aliquo sub vsuris, non est idoneus testis contra illum ad probandum ipsum vsurarium: quia essent testes in causa propria. Nam si conuinceretur ipse vsurarius, posset testis ipse repetere vsuras ab eo extortas. Alexan. in consil. 72. col. 7. num. 30. vol. 1. vbi hoc approbat, nisi testes affirmarent, quòd ex dictis eorum non intendũt aliquod commodum quærere, in consilio 107. colum. fi. volum. eod. & in consil. 174. volum. 2. Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 4. circa fin. Abb. & Felyn. in c. personas. de testib. Roma. in sing. 555. Ripa in responso 8. col. pen. & fin. in 2. part. Ancha. in consil. 189. colum. fin. Marsi. in cons. 2. colum. 4. in fin. Crauet. in consil. 73. nu. 29. & in cons. 6. num. 102. Dec. in cons. 542. colum. 3. vers. accedit. Ias. in consil. 78. colum. 3. vol. 3. Osasc. in decis. 72. colum. penult.

¶ Secundò, quia periuri cùm iurauerint omnia & singula contenta in instrumento fore & esse vera, & postea deposuerint contrarium. Nam † testi- 25 bus periuris in nullo creditur. Bald. in l. si ex falsis. C. de transact. Dec. in consil. 189. colum. 4. & in consilio 233. num. 3. Crauet. in consilio 6. num. 48. vbi etiam vult, quòd non stetur dicto periuri cum tor- 26 tura: quia † vbi est periurus iuramenti religio nulla in eo considerari potest. Alexand. in consil. 45. colum. 2. volum. 2 in consil. 134. num. 6. in consi. 2. numero 7. volum. 7. & hanc esse communem opinionem inquit Alexand. in cons. 53. num. 12. vol. 7. & in cons. 183. colum. penult. in princip. per cap. testimonium. de testibus. volum. eod. Grammat. in consil. 44. num. 11. & in terminis nostris. ita decidit Osasc. in dicta decis. 72. col. penul.

¶ Tertiò, quia † contrarij sibi ipsis: ergo repel- 27 lendi. l. qui falsò. ff. de testib. l. 1. in princ. eodem tit. Grammat. in cons. 44. num. 10. & in voto 30. numero 29. Nam testis in vno falsus & contrarius in totum repellendus est. l. vbi repugnantia. de reg. iuris. Grat. in cons. 50. nu. 23. in prima part. Port. in consilio 181. num. 15.

¶ Similiter nõ habet obstare, quòd sunt alij duo testes, de quorum interesse & commodo non tractatur: Quia duobus modis respondetur, & primò, 28 quòd † si isti testes: qui sunt singulares: & quibus regulariter non adhibetur fides. Bal. in l. de quibus. ff. de legibus. Dec. in cons. 363. num. depositi essent super aliqua inquisitione formata in genere, an dictus Dominus Antonius esset vsurarius, vtique dubitari posset: an facerent fidem: per ea quæ tradit Bald. in l. prima. colum. penult. & final. C. de testa. Crauet. in consil. 75. columna prima & 8. Socin. Iun. in consil. 37. colum. prima. volum. 2. vbi dicunt: quòd ad probandum quem vsurarium: sufficiunt testes singulares. Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de testibus. conclus. 2. num. 28. cum duobus sequentibus. quamuis Osasc. in dicta decis. 72. colum. final. teneat receptiorem sententiam in contrarium: sed in casu præsenti duo deponunt de actibus particularibus: ergo non faciunt fidem. Felyn. in c. licèt ex quadam. col. 6. de testibus. Anton. Gabr. vbi suprà. num. 30. & in tit. de crimin. conclus. 20. in fine: dum se remittit ad dicta per eum in citata conclus. secun- 29 da. Crauet. in cons. 73. num. 32. Vbi † enim est singularitas, ibi est varietas, & vnitas: quia quilibet est 30 solus, & † contra ius diuinum & humanũ est, quòd credatur dicto vnius tantùm. Bal. in cons. 406. vol. 1. & singularitas testiũ diuidit testimonia & lacerat 31 ea: quia omne diuisum laceratum est, ideo † testes singulares tanquam diuisi & lacerati non probant. Bald. in cons. 25. colum. 1. in fin. volum. 3. Crauet. in consilio 41. colum. fina. Osasc. in dicta decisio. 72. in fine.

¶ Præterea dicitur, quòd Ruffinus Cazola est communicatus publicè, vt constat ex publicatione 32 dictæ excommunicationis, † qua repellitur à testimonio. c. decernimus. de sent. excom. in 6. cap. licèt. 33 eod. tit. de sent. excom. & † tantò magis cùm sit excommunicatus maiori excommunicatione, vt per glos. in d. c. decernimus. in verbo & testificando. in in princ. de hæret. in 6. Ant. Gabr. in suis com. opin. 34 tit. de testibus. conclus. 20. num. 25. nam † excõmunicatus maiori excommunicatione est turpis persona: quia remouetur à consortio Catholicorum. Bald. in cap. intelleximus. de iud. vbi ex hoc infert 35 menti tenendum, quòd † si frater instituereret excommunicatum maiori excõmunicatione fratre præterito, quòd frater præteritus habebit querelã contra testamentum fratris, qui talem personã turpem instituit, sequitur Ant. de Bessetis in l. 1. nu. 68. C. de sacrosanct. Eccles.

¶ Alter verò testis Baptista de Matinotis est inimicus capitalis dicti Dom. Antonij: quia aliàs fuit vulneratus à dicto Dn. Antonio, vt ipsemet attestatur in sua depositione, quæ iniuria dicitur atrox. §. 36 atrox. instit. de iniur. & † facit vt ipse repellatur à testimonio. Alex. in consil. 99. vol. 1. Crauet. in cons. 99. num. 3. latè Clarus in pract. sua crimina. in §. fin. quæst. 24. vers. Item quæro. Marsil. in cons. 20. nu. 27. 37 vbi dicit, quòd † testis inimicus nedum repellitur à testimonio in causa homicidij, sed etiã in criminibus exceptis, & etiam in crimine læsę Maiestatis, 38 c. per tuas. de sim. Nam † ex percussionibus oritur inimicitia capitalis. Bald. in l. his. §. 1. ff. solut. matr. Marsil. in d. cons. 20. num. 28. & in consil. 28. num. 7. 39 & in tantum hoc est verum, quòd † etiam dictum inimici capitalis non facit indicium. Bald. in consil. 316. in 4. vol. Marsi. in citato cons. 20. num. 29.

¶ Ex his igitur tenendum esse arbitror, dictum Dn. Antonium omnino absoluendum ab omnibus & singulis cõtentis in dicta inquisitione cõtra eum formata.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum causa prima est in successione parentum, siue sint mares, siue sint fœminæ.*

2 *Accusatores naturæ reputantur, qui differentiã inter mares, & fœminas constituunt.*

3 *Statutum si dissonat, quòd filia dotata à patre vel à matre non possit venire ad successionem parentum cum fratribus, procedit in filia dotata post mortem patris, licèt non dotata tempore successionis paternæ.*

4 *Filius, qui tempore delatæ successionis erat habilis, si postea reddatur inhabilis propter qualitatẽ superuenientem, attẽditur qualitas & tempus existens tempore agnitionis.*

5 *Statutum si dicat, quòd dotata à patre vel à matre non succedat, si filia fuit dotata à patre post delatã successionem maternam, sed ante eam aditam, excluditur à successione materna.*

6 *Qualitas iuncta verbo debet intelligi & regulari secundùm tempus verbi.*
7 *Statutum quando disponit quòd dotata à patre vel à matre nihil vlteriùs petere possit occasione successionis paternæ vel maternæ, sufficit, quòd filia sit dotata tempore petitionis.*
8 *Statutum Mediolani, quòd mulier nupta extra territorium non succedat in Mediolanensi territorio, habet locum in acquirendis, & non in acquisitis.*
9 *Filius postquam se immiscuit hæreditati paternæ, si est factus frater minor, proximiores ei non succedunt, secùs si nondum se immiscuit hæreditati paternæ.*
10 *Statutum excludens filiam dotatam ab hæreditate patris vel matris, requirit quòd filia sit dotata tempore, quo illi delata est hæreditas illius, de cuius successione agitur.*
11 *Absurdum est contra iura, quòd qui semel est hæres, desinat esse hæres.*
12 *Statutum excludens filiam dotatam, tanquam odiosum debet strictè intelligi, & non extendi ad casum, in quo non reperitur qualitas requisita à statuto.*
13 *Recedere non debemus à lege communi, nisi quatenus reperitur in statuto.*
14 *Statutum si disponat, quòd dotata à patre vel à fratre, cõtenta esse debeat, nec venire possit ad successionem cum fratribus in bona paterna vel fraterna, requiritur vt excludatur, quòd fuerit dotata tempore delatæ successionis.*
15 *Statutum exclusiuum fœminarum: quia contra ius commune, locum non habet, nisi in casibus in eo expressis.*
16 *Liberorum successiones restringere odiosum est.*
17 *Statutum non intelligitur priuare, nisi quem priuat nominatim.*
18 *Quis nunquam excluditur à statuto nisi à personis in eo specificatis.*
19 *Statuti verbis tenaciter est inhærendum.*
20 *Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur & non plus.*
21 *Interpretatio semper debet fieri in statutis per quam minus lædatur dispositio iuris communis, & minus tertio præiudicetur.*
22 *Quod procedit etiam si statutum sit fauorabile.*
23 *Et etiam si hæc de causa verba deberent impropriari.*
24 *Statutum excludens filiam dotatam propter fratres, intelligitur de fratribus ipsius filiæ.*
25 *Romanus in consilio 442. reprobatur communiter.*
26 *Declaratio ad text. in l. final. ff. vnde liberi. & ad l. tertiam. §. si emancipatus. il secundo de bon. possess. contra tab.*
27 *Tempus successionis de iure ciuili attenditur in suo hærede.*
28 *Suus efficitur illicò hæres, adeò quòd non est dare medium inter mortem & existentiam sui hæredis.*
29 *Hæres suus licèt habeat beneficiũ abstinendi, tamen istud beneficium est de iure prætorio, & non de iure ciuili.*

CONSILIVM XCVI.

SI sola iuris cõmunis dispositio contemplanda esset, vtique dubiũ non est, quòd Magnifica Domina Aluisia de Anglerio succedere deberet quòn. Magnifico Domino Antonio eius patri, cùm † in successione parentum prima causa sit filiorum. §. primo, in authent. de hæred. ad intesta. §. 1. instit. de hæred. quæ ab intesta. siue sint mares, siue fœminæ: quia † accusatores naturæ reputantur, qui inter eos faciunt differentiam. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Paris. in consil. 110. numero 27. volumine 3. Socin. Iun. in consilio 30. numero 26. volum. 1. Gratia. in consil. 3. num. 8. volum. 1. Sed quia obstare videtur statutum disponens, quòd † filia dotata à patre vel à matre, non possit venire ad successionẽ parentum cum fratribus. Ideo videndum erit, an dicta Domina Aluisia, quæ tempore mortis patris non erat dotata, sed postea dotata fuit ante aditam hæreditatem per matrem excludatur à successione paterna.

¶ Prima quidem facie videretur dicẽdum, quòd sic: quia huiusmodi statutum etiam procedit & locum habet in filia dotata post mortem patris, & sic post eius successionem sibi delatam, & antequam se immiscuerit in hæreditate paterna: quia vt quis à iure hæreditario remoueatur sufficit, quòd in eo reperiatur qualitas repellens tempore actualis acquisitionis, licèt non adesset tempore delatæ successionis. l. fi. in fin. C. vnde lib. vbi † filius, qui tempore delatæ successionis erat habilis, si reddatur postea inhabilis propter qualitatem superuenientem, quæ producit inhabilitatem & impedit acquisitionem, attenditur qualitas & tempus existens agnitionis bonorum paternorum, ad idem est text. in l. 3. in §. si emancipatus. il secundo. ff. de bono. poss. contra tabu. per quæ iura consuluit Roma. in consil. 442. quòd † stante statuto, quòd filia dotata à patre vel à matre non succedat, quòd si filia fuit dotata à patre post delatam successionem maternam, ante tamen eam aditam, excluditur à successione materna. & Roma. sequitur Dec. in consil. 24. in fi. colum. Curt. Iun. in cons. 10. colum. penult. & seq. vbi dicit, quòd licèt statutũ excludens dotatam à successione, videatur solùm intelligendum de ea, quæ reperitur dotata tempore delatæ successionis: qa † qualitas iuncta verbo debet intelligi & regulari secundùm tempus verbi, l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. tamen quod secùs est, quando statutũ dicit, quòd † dotata à patre vel à matre, nihil vlteriùs petere possit occasione successionis paternæ vel maternæ, & sic quando verbum dotata refertur ad verba petere possit. Quia retorquendo in contrarium, quòd qualitas adiecta verbo debeat intelligi secundùm verbum, satis erit, quòd sit dotata tempore petitionis. Ruin. in consilio 75. numero 5. volum. tertio. Cornel. in consilio 123. colum. 2. volumine 2. Socin. in consil. 42. colum. 2. in princip. volum. 4. vbi decidit, quòd si statutum disponat, quòd filia dotata nõ possit dotes repetere, quòd illa qualitas donationis iuncta verbis, quòd non possit dotes repetere, non requiritur tempore, quo potestas repellendi defertur, sed tempore actum exercendi & actionem de dote: cùm illud verbum dotata referatur ad petitionem siue iudicialem, siue extraiudicialem. & Socin. sequitur Ripa in l. ex facto. numero 33. verficulo, quæ decisiones. ff. de vulgar. & pupil. substit. idem cum Roman. tenuit Socin. Iun. in consilio secundo, numero 16. volumine primo, pro qua sententia adducit Bald. in l. si matre. C. de legit. hæred. vbi ait, quòd † si statutum Mediolani dictat, quòd mulier nupta extra territorium non succedat in Mediolanẽsi territorio, & mulier mortuo patre se immiscat hæreditati paternæ, & demùm nupsit cuidam Mutinensi, quòd non perdit hæreditatem: quia statutum intelligitur in acquirendis & non in acquisitis priusquam nuberet, allegat dictam legem fin. ff. vnde libe. secùs ergo innuit si nupsit antequam se immiscuerit, quòd & voluerunt Roma. & Cuman. in l. hæres per seruum. ff. de

acquir.hæred.Cuma.& Alexand.in l.prima.§.veteres.ff.de acquir.poſſeſ.Socin. in conſil. 81. colum. 3. volum.3.Merſil.in l. fin. nu.102. ff.de iuriſdict.om.
9 iud.ſubdens vbi ſuprà.Bal. quòd ſi filius poſtquam ſe immiſcuit hæreditati paternæ factus eſt frater minor,quòd bona vacant, ſed ſi nondum eſſet immixtus, proximiores ſuccedunt patri iſtius fratris minoris,& Bald.ſequitur Soc.Iun.in conſil.2.col.3. volum.1.

¶ Verùm maturiùs conſideranti,contrariã ſententiam vti veriorẽ amplectendam fore arbitror. Et primò, quia extat communis Schola Doctorum
10 quæ habet,quòd † ſtatutum excludens filiam dotatam ab hæreditate patris vel matris requirit, quòd filia ſit dotata tempore, quo ei delata eſt hæreditas illius,de cuius ſucceſsione agitur,ita Bartol.in conſilio 31. vbi decidit, quòd ad hoc vt filia excludatur à ſtatuto dicente, quòd filia dotata non ſuccedat patri, requiritur, quòd ſit dotata tempore delatæ ſucceſsionis paternæ.Socin.in conſilio 121.colum. prima.verſicul.ſed ad hoc. volum.primo. quia qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundùm tempus verbi,per dictum §. ſi extraneus. & in conſilio 147.colum.1.vol.eodem.vbi inquit,ita aliàs conſuluiſſe,& quòd ſuo conſilio ſe ſubſcripſerunt doctiſſimi viri. Alexand. in conſil.162. colum.2.volum.6. Paulus de Caſtro in conſ. 108. ſecundùm antiquam impreſsionem. Anchar.in conſilio 300. vbi tradit, quòd ſi ſtatutum excludit fœminã dotatam à quocunq; ab hæreditate patris,requiritur, quòd ſit dotata tempore,quo defertur ſucceſsio patris, & ideo in caſu ſuo conſuluit, quòd ex quo filiæ fuerant dotatæ à patruo poſt mortem patris, quòd filiæ non excluduntur ab hæreditate patris : quia aliàs ſequeretur, quòd hæreditas patris iam filiabus acquiſita,quia tempore mortis patris non fuerant dotatæ, ſi contingat eas dotari per patruum vel aliũ agnatum dudum poſtea, quòd priuarentur tali hæreditate quæſita, quod eſſet abſurdum & contra iura,
11 quòd † qui ſemel eſt hæres,deſineret eſſe hæres. l.& ſi ſine.§.ſed quòd.ff.de minor. Abb.in conſ. 103. co-
12 lum.fin.verſ.reſtat.volum.2.dicens, quòd † ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſsione paterna vel materna, non excludit filiam ab hæreditate matris, ſi non erat dotata à patre tempore mortis, quia cùm dictum ſtatutum ſit odioſum tanquã excludens filias à ſucceſsione materna contra l.maximum vitium.C.de libert.præter.debet ſtrictè intelligi, & non extendi ad caſum, in quo non reperitur qualias requiſita à ſtatuto.c.circa ſtatutum.de elect.
13 in ſexto. Nec † debemus recedere à lege communi, niſi quatenus reperitur in ſtatuto.l.præcipimus.C. de appella.

¶ Nec habet ſecundùm eum obſtare ſi dicatur, imò filia fuit maritata à patre. Quia reſpondetur, ſtatutum eſſe intelligendum, quando tempore ſucceſsionis maternæ reperitur dotata à patre, adeò quòd non ſufficit, quòd poſt hæreditatem delatam fuerit dotata: quia qualitas appoſita in aliqua oratione intelligitur ſecundùm tempus verbi,ad quod refertur.Bart.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. Nam cùm verba ſtatuti dicũt, quòd filia dotata non ſuccedat,illud verbum dotata, refertur ad verbũ ſuccedat,vnde debet eſſe dotata tempore ſucceſsionis, & non poſt.Cornel.in conſ.75.litera E.volum.1.& in litera S.in verſic.vtrùm autem.Cephal.in conſ.5. num.29.Iaſ.in l.fin.colum.6.in verſ.tamen D. Abbas.C.de pact.Curt. Iun. in conſ. 10.colum.3.in fin. Dec.in conſ.71.colum.1. 105. colum.1.in fin.261. colum.3.in princip. & 266.colum.1.Natta in conſ.74. colum.penult. Brun. in tracta. excluſ. fœmin. in 6. articulo principali.in 16.quæſt. Socin.Iun.in conſil. 5.num.16.volum.2. quam opinionem communem eſſe atteſtantur Alex.in conſil.83.colum.penul.verſ. non obſtat.volum.3. Ripa in l.ex facto. num.31.de vulg.& pupil. Ora.Mandos. in addit. ad Roman.in dicto conſ.442.

¶ Et in terminis quæſtionis noſtræ ita voluit Alexand.in conſil.151.colum.prima.volum.ſecundo.
14 vbi ait, quòd licèt valeat ſtatutum, quo † dotata à patre vel à fratre ſecundùm vires patris vel fratris ſui debeat dote eſſe contenta, nec venire poſsit ad ſucceſsionem cum fratribus in bonis paternis vel fraternis, per notata in capitul.Raynutius.de teſtament. tamen vt filia excludatur ab hæreditate paterna,requiritur eam fuiſſe dotatam tempore delatæ ſucceſsionis, & ſic tempore mortis patris, adeò, quòd actus dotandi ſuperueniens poſt mortem patris non habet excludere eam à ſucceſsione paterna ſibi delata tempore mortis patris, idem voluit Socin. in conſilio centeſimo vigeſimoprimo, col.1. volumine primo, vbi poſt Bartolum ibi per eum citatum dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd dotata de bonis patris vel matris, non poſsit venire ad ſucceſsionem alicuius ipſorum, quòd mulier dotata à fratre poſt mortem patris de bonis communibus poteſt petere reſiduũ portionis ſuæ, quia ſtatutum debet intelligi de illa, quæ reperitur dotata tempore mortis.Natta in conſilio 74.columna quarta, in fin. verſiculo vlteriùs. vbi dicit, quòd in caſu ſuo ſtatutum conſiderat potentiam,quæ competit filiæ veniendi ad hæreditatem parentum, & excludit eam à dicta potentia veniendi, vnde vt excludatur à ſtatuto,debet eſſe maritata tempore, quo venire poteſt ad hæreditatem,quod eſt tempus delatæ hæreditatis.Cornel.in conſilio 171. columna ſecunda, volumine quarto, vnde cùm in terminis noſtris habeamus deciſiones claras, ab illis non eſt recedendũ, ſed illis inhærendum,vt Bononienſes Carrocio, iuxta gloſſ.in l.omnis diffinitio. ff. de regul. iuris.

15 ¶ Secundò facit, nam † ſtatutum excluſiuum fœminarum : quia contra ius commune. l. maximum vitium.C.de liber.præter. locum non habet,
16 niſi in caſibus in eo expreſsis : quia † odioſum eſt reſtringere ſucceſsiones liberorum.Bald.in l.quoties. la prima. C. de ſuis & legi. in l. ſi defunctus. eodem
17 titul. vbi † ſtatutum non intelligitur priuare, niſi quem nominatim priuat. Dec. in conſilio 349. columna fin.ſed ſtatutum, de quo agitur,videtur velle,quòd non poſsit venire ad ſucceſsionem parentum fauore fratrum, ſed hæc Domina Aluiſia non habet fratres,ſed patruũ, qui eam dotauit, & vellet eam excludere à ſucceſsione parentum ergo ex-
18 cludenda non venit.Nam † quis nunquam excluditur à ſtatuto. niſi à perſonis in eo ſpecificatis. Bald. in l.ſed & milites.in princip. ff.de excuſa. tuto.Dec. in conſ.625.colum.1.553.num.4.& 569. colum. fina. vbi ponuntur exempla. Rub. Alexan. in conſil.94.
19 colum.final. ſtatuti † enim verbis tenaciter eſt inhærendum.Corn. in conſ.9.colum.3.volum.3.quæ
20 † tantum diſponunt, quantum loquuntur, & non plus.Bal.in l.teſtamentum non ideo.C.de teſta.Soc. Iun.in conſ.1.num.10.volum.1. & in conſil. 20. nu-
21 mero 15. volum.eodem. Item † in ſtatutis ſemper debet fieri interpretatio, per quam minùs lædatur diſpoſitio iuris communis, & minùs tertio præiudicetue. Socin.Iun.in conſil.6. num.octauo, & 30.
22 volum. 1. quod † etiam procedit (ſecundùm eum) ſi ſtatutum ſit fauorabile,& in conſil.11.numero 12.
23 volumin.eodem. etiam † ſi hac de cauſa verba deberent impropriari, & in conſil. 20. numero nono,

18. Volum. eodem. sed nulli dubium est, quòd si dictum statutum non extendatur ad principium, minùs læditur dispositio iuris communis, & minùs præiudicatur tertio, ergo &c.

24 ¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd † dictum statutum dum loquitur de fratribus, debet intelligi non de fratribus ipsius Dominæ Aluisiæ, sed de fratribus patris defuncti, vt videntur voluisse Roma. in cons. 16. Curt. Sen. in consilio 9. columna 7. versiculo & ita in proposito. & in l. 1. C. de succes. edict. Natta in tracta. exclus. fœmin. in tertia quæstione principali. versic. quintò quæro. vbi inquit, ita aliàs consuluisse Dominum Vbertinum Nattam auum suum paternum Iurisconsultum maximum, qui ab his, qui agrũ Astensem incolebant, vulgariter nuncupabatur (il Sauio) Campeg. in tracta. dot. in vltima parte quæstione vigesimaquarta, vbi etiam tradit, ita consuluisse in hac ciuitate Casalis, & in ciuitate Cremonæ, Ripa in tertio responso columna 2. parte 1. Curt. Iun. in consilio 5. Ias. in consilio vigesimoquarto, in primo volumine. & in consilio trigesimoseptimo, Neuizan. in Sylua nupt. folio 114. columna quarta, versic. sed quæro. & quam vti magis communem sequitur Port. in consil. 35. numero decimosexto. Gratia. in responso 43. numero vigesimoquinto, volumine primo. Brun. in tract. exclus. fœmin. articulo duodecimo, quæstione decimaseptima. Quia respondetur, Portium aberrare, dum inquit, hanc magis receptam, quia cõtrarium tenuerunt Ias. in consil. 24. columna 9. versic. restat modò. volumin. primo. in l. prima. C. de succes. edi. vbi etiam Dec. in consil. 364. in fine. vbi inquit dictum Roman. non esse verum. Paris. latè in consilio 110. volumine tertio, per tres column. vbi asserit non esse standum singulari opinioni. Romao. cùm contra eum sint tres opiniones, Brun. in tracta. exclus. fœmin. articulo 12. quæstione decimaseptima. veriorem Socin. Iun. in consilio sexto, columna final. volum. primo, quibus scriptis addo Rub. Alex. in consilio 94. columna finali. & in consilio 118. numero 3. quem sequitur Cephal. in consilio 22. numero 25. Ferd. Loaz. in repet. l. filiusfamiliâs. §. diui. num. 69. versic. per quæstio. de legat. primo. vbi optimè loquitur, Cravet. in consilio suo nondum impresso, quod auctenticum penès me extat. Orat. Mundos in addit. ad dictum consilium Roma. 16. in addit. incip. testatoris.

¶ Secundò respondetur, quòd posita opinione Romani pro vera, quod tamen non admittitur, vt latè dixi in dicto consil. 55. tamen ea non militat in casu nostro, videlicet, quòd dicta verba cum fratribus, debeant intelligi, nedum de fratribus dominæ Aluisiæ, sed etiam de fratribus defuncti: quia prædictum statutum in casu præsenti locum habere non potest: quia disponit, quòd filia dotata stantib. fratribus, non succedat patri & matri, & sic loquitur tàm de ascendente masculo quàm fœmina, & tàm de patre, quàm matre defuncto & defuncta. Vnde si verum esset, quòd verbum fratribus, verificaretur etiam in fratribus personæ defunctæ ascendentis, sequeretur, vt dicunt Ias. in dicto consil. 24. col. 4. & fin. ac Paris. in consil. 100. colum. 3. in fin. volum. 3. quòd si moreretur mater relicta filia dotata, & fratre ipsius matris defunctæ, quòd frater matris excluderet filiam à successione matris, ex quo verbũ fratribus determinat, & respicit tàm patrem quàm matrem descendentis, & hoc ne vna & eadem simplex dispositio statuti diuerso iure intelligatur. leg. eum qui ædes. ff. de vsucapio. c. cùm in tua. de decimis. Et iste intellectus esset verus, quòd verbũ fratribus, intelligi deberet etiam de fratribus personę defunctæ, hoc est, contra mentem & rationem statuti: quia cùm frater matris sit de aliena familia & agnatione quàm sit mater, quæ propter matrimonium effecta est de familia viri, in fratre matris cessaret ratio conseruãdæ agnationis & familiæ ipsius matris, quæ (vt dixi) est de familia viri. Vnde cùm ipsa ratio conseruationis familiæ non possit verificari in fratre matris, licèt secus in persona fratris patris ratione euitandæ absurditatis, ne vna & eadem dispositio statuti diuerso iure cẽseatur, dicendum est, quòd verbũ fratribus, intelligatur de fratribus ipsarum filiarum, & isto modo dictum verbum fratribus, verificabitur tàm in matre quàm in patre, & in vtroq; locum habebit ratio conseruandæ agnationis, qua moti fuerunt statuentes, sic illa determinatio vniformiter determinabit, & nõ diuerso iure, &c.

¶ Restat modò, vt respondeatur ad allegata in 25 contrarium. Et primò dicitur, quòd † nullum penitùs fundamentum fieri potest in dict. cons. Rom. 447. cùm contra eum recepta sit Doctorũ sententia, vt satis liquet ex auctoritatibus suprà citatis, & quæ etiam confirmatur auctoritate Gulielmi Benedicti in repetitione cap. Raynutius. in versic. duas habens filias. num. 184. de testa.

26 ¶ Secundò † non obstat text. in dicta l. final. C. vnde libe. & d. §. si emancipatus. quia pluribus modis respondetur. Et primò, secundum Cornel. in consil. 171. colum. 2. versic. per hoc. volum. 4. quòd dicta iura loquuntur in terminis iuris communis, in quo qualitas superuenit facto ipsius cui delata est hæreditas, vnde est, quòd sibi imputetur, sed in terminis nostris qualitas superuenit facto tertij, qui dotauit: Nam inconueniens videtur, quòd stet in facultate tertij priuare filiam in iure sibi iam delato.

27 ¶ Secundò respondetur, dici posse, quòd † in suo hærede attenditur quoad successionem tempus iuris ciuilis, quo iure loquitur statutũ l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, & procedat opinio, quæ vult, quòd debeat esse dotata tempore mortis testatoris, secus quoad bonorum possessionem, prout loquitur dicta l. fi. ff. vnde lib. ita Cornel. in consilio 75. litera V. volumine primo, & in consilio 96. columna 4. volumine secundo, vbi inquit, hanc partem amplectendam esse de iure ciuili pro filia in successione patris, in qua attenditur tempus mortis 28 patris, & non aliud tempus, cùm † illicò sit hæres. l. si fratris. C. de iure delibe. adeò, quòd non sit dare medium inter mortem & existentiam sui hæredis. l. si post mortem. l. quæsitum. de lega. primo. & ideò dicit glos. communiter singularis. in l. cùm hæreditas. C. depos. quòd in suo non est dare hæreditatem iacentem. Ideo licèt in hæredibus circa capacitatem attendantur tria tempora, tempus testamenti, tempus mortis, & aditæ hæreditatis. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inst. & ab intestato duo tantùm, scilicet, tempus mortis, & aditæ hæreditatis, tamen in suo & necessario ab intestato solùm tempus mortis attenditur, & non tempus agnitionis, prout voluit glos. in dicto §. in extraneis. & 29 licèt † suus hæres habeat beneficium abstinendi, tamen istud est beneficium de iure prætorio, & non de iure ciuili. § sed & his permittit prætor. instit. de hæred. qualita. & differentia. & ideo cùm statutum ciuitatis excludens fœminam sit ius ciuile, dicta leg. omnes populi. respectu huius successionis iuris ciuilis considerari habet tempus mortis, seu delatæ hæreditatis, postea non se intromittit amplius ius ciuile. Bart. in l. fin. in fin. ff. de cond. instit. & ideo in istis terminis non consideratur

dotatio facta post mortem, sed quantum ad successionem de iure prætorio, putà per bonorum possessionem vnde liberi. pcedit opinio contraria, quòd attendatur etiam tempus agnitæ bonorum possessionis per d.l.fi.ff.vnde liberi. Brun.in tract. exclus. fœm.in sexto articulo, quæst.16.

¶ Non obstat consilium Curt.& aliorum, qui dicunt, attendendam esse petitionẽ, ad quam habuit respectum statutum: Quia dicitur, quòd in casu nostro non faciunt ad propositum scripta per Doctores, vbi suprà: quia statutum dicit, quòd filia dotata non possit venire: non autem dicit, quòd non possit petere: Vnde cùm diuersa sit ratio inter vnum casum & alium, diuersa esse debet censura. l. Papinianus exuli.ff.de mino.cum similibus. & maximè cùm sint decisiones apertæ in casu præsenti, à quibus nullus videtur discrepare.

¶ Secundò respondetur, quòd de dicto Curt.Iunior.dubitandum est, vt inquit Brun. in tracta. exclus.fœmin.in sexto articulo, in decimasexta quæstione. & non sine causa, cùm contrarium tenuerit Alexand.in consilio quadragesimooctauo, columna prima, volumine tertio. vbi consuluit, quòd si statutum dictat, quòd si quis intestatus decesserit relictis filijs vel liberis masculis legitimis vel naturalibus & filiabus, si filiæ sint dotatæ ab aliqua ex personis ibi nominatis, debeant esse dotæ contentæ, & non possint succedere, nec aliquid petere in bonis patris vel matris, quòd ad hoc vt filia dicatur esse exclusa à statuto, quod requiritur, quòd fuerit dotata tẽpore mortis patris, de cuius hæreditate agebatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum est quid facti, quod non præsumitur, nisi probetur.*
2 *Bona semper præsumuntur libera, & nullo vinculo fideicommissi subiecta.*
3 *Intentio cuiuscunque, siue agatur, siue excipiatur, siue asseratur, siue negetur, debet probari.*
4 *Fideicommissum factum non præsumitur, nisi appareat, cùm auferat facultatem disponendi.*
5 *Fideicommissum est onus.*
6 *Fideicommissi ademptio est fauorabilis, datio verò odiosa.*
7 *Pronunciandum est in dubio, onus non subesse.*
8 *Interpretatio semper fit, ne hæres grauetur.*
9 *Fideicommissum vt excludatur, semper fit interpretatio, vt minùs fuerit scriptum quàm dictum.*
10 *Testator non loquitur, velle non præsumitur.*
11 *Testatorem non sufficit ita voluisse, nisi volũtas eius transeat in dispositionem.*
12 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
13 *Omissum à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso.*
14 *Volũtas testatoris tacita nõ præsumitur in casu omisso per testatorem.*
15 *Testatoris mens coniecturata non sufficit ad inducendum fideicommissum.*
16 *Fideicommissarius pendente conditione non transmittit ius fideicommissi ad filium, sed efficitur caducum.*
17 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando sunt vocati nominatim & proprijs nominibus.*
18 *Expressio nominis proprij præcisè restringitur ad personam nomine proprio designatam.*
19 *Filiorum appellatione licèt aliàs contineantur nepotes, tamen id fallit, quando testator loquitur de filijs nominatim, licet postea dictum fit, & si aliquis ex dictis filijs decesserit: quia verbum dictis, refertur ad nominatos nomine proprio, & non quoad non nominatos.*
20 *Verbum ipse, sui natura relatiuum & repetitiuum operatur repetitionem præcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*
21 *Dictio ipsa personam velut ad oculũ demonstrat, nec eam egreditur.*
22 *Prohibitio facta hæredi, licèt aliàs extẽdatur ad hæredes, tamen hoc non procedit si dictum sit, hæres ne alienato: quia tunc ad eum tantum prohibitio pertinet, non ad hæredes illius, propter dictionem ipse.*
23 *Dictio eius, repetitiua ac relatiua, est restrictiua dispositionis ad quam refertur.*
24 *Verba vbi sunt clara, ab ipsis non est recedendum.*
25 *Verba vbi sunt apertissima, non est facienda aliqua disputatio.*
26 *Verba clara interpretationem non recipiunt.*

CONSILIVM XCVII.



Iso testamento Nobilis Ioannesmariæ Burij Astensis, ac eius considerato tenore, videtur omnino dicendum per dicta verba apposita in ipso testamento nullũ inductũ esse fideicommissum ex rationibus infrascriptis. Et primò, quia † fideicommissum est 1
quid facti, quod non præsumitur nisi probetur.l.in bello. §.factæ. ff. de captiuis & postlim. reuers. ergo illud alleganti incumbit onus probandi. Cephal. in cons.67.num.27. & in consil.268.numero 4. Nam
2 † bona semper præsumuntur libera, & nullo vinculo fideicommissi subiecta. Alciat.in consil.135.in fine.in tertio Tomo. Item fundans se in aliquo, illud probare tenetur.gloss.in cap.venerabilis.de sentẽn. excom.in sexto. facit quod scribit Port.in cons.169.
3 num.6.vbi ait, illud † ad iuris nostri regulas absq; dubio pertinere, vt cuiusque intentio probetur, siue agatur, siue excipiatur, siue asseratur, siue negetur.l.ab ea parte.ff.de proba.& ideo in terminis nostris tradit Paris.in cons.11.num.1.vol.3.vbi † fidei-
4 commissum non præsumitur factum, nisi appareat, cùm auferat facultatem disponendi de re sua. Alcia. in cons.100.in fin.in 3. Tomo.

5 ¶ Secundò facit. Nam † fideicommissum est onus.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil. Alciat in consilio 81.numero 6.in tertio Tomo.in consilio 117. numero sexto, eod. Tomo. Beros.in consilio septuagesimonono, numero tertio, volumi. secundo, l. si fuerit. vbi Castrens. & Socin. in quinto
6 notabili.ff.de reb. dub. vbi † ademptio fideicommissi est fauorabilis, & datio odiosa. Alciat. in consilio decimo, numero octauo, in tertio Tomo. 35. numero decimosexto, 46. num. octauo, 66. numero octauo, eodem Tomo. & † quia onus in dubio
7 8 pronunciandum est non subesse, quia † semper fit interpretatio, ne hæres grauetur. lege vnum ex familia.§.si rem.de leg.2. Alciat. vbi suprà, & in consil. 81.numero 7. in tertio Tomo, 117.num.7.& 112.numero 9.in eodem Tomo, dixi in consil.46.in princ. volum.3. Bursat. in consil.64.numero 1. Cephal.in
9 consil.45.num.12. vbi etiam inquit, quòd † ad exclusionem fideicõmissi fit interpretatio, vt minùs fuerit scriptũ quàm dictum, & sic ad fideicommissi exclusionem persona extrinsecus subintelligitur, contra regulã.l.ita stipulatus. §.Grisogonus.de ver. oblig.Dec.in cons.465.num.15.Cephal.in cons.46. num.15.cum seq.

10 ¶ Tertiò accedit. Nam † quòd testator non loquitur, velle non præsumitur. Bald.in l.prima.§.sin

autem

autem ad deficientis. per illum text. C. de cadu. tollen. Dec. in cons. 465. num. 7. & 696. num. 19. Paris. in consil. 3. num. 8. volum. 3. & 39. nume. 3. vol. eod.
11 Port. in consil. 15. num. 14. & † non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disposuerit. Bald. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. Dec. in consil. 61. colum. 2. in princip. 205. num. 5. 477. in fin. Ias. in cons. 228. colum. 3. volum. 2. Paris. in consil. 87. num. 81. vol. 2. vbi asserit, hanc esse communem. Menoch. in consil. 85. num. 87. Port. in consil. 43. num. 14. Item
12 † propositum in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob cau. Port. in dict. consil. 43. num. 14. sed in casu præsenti testator non fecit expressam substitutionē de filiabus, de quibus potuisset facere si voluisset, ergo habetur pro omissa. Nam vt dicit Bal. in l. cùm proponebatur. in secun-
13 da oppositione. ff. de legat. secundo, illud † quod omittitur à testatore in scriptura & platione ver-
14 borum dispositiua habetur pro omisso, Plus † in casu omisso per testatorem non præsumitur adesse tacita voluntas ipsius, Bald. in consil. 167. columna secunda, volum. 5. per textum in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de milita. testam. nam præsumptio est, quòd nec lex, nec testator aliquid voluerit, cùm facilè illud exprimere potuit, & nō expressit. Menoch. in cons. 30. uum. 6.

15 ¶ Quartò dicitur, quòd † ad inducendum fideicommissum non sufficit coniecturata mens testatoris. Bald. in l. cùm virum. C. de fideicommis. Ias. in l. is poteſt. ff. de vulgar. & pupil. Alciat. in consil. 207. numero quinto. quia cessantibus verbis, nunquam dicimus subesse fideicommissum. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellian. vbi Dyn. Iacob. & Alber. & hanc tacitam voluntatem non sufficere admittunt. Ruin. in consil. 153. numero sexto, volum. secundo. Socin. Iun. in consil. 100. num. 18. volumine tertio. Dec. in consilio 205. & nonnulli alij relati per Menoch. in consil. 85. numero 86. quibus addo Fab. Acorombo. in l. hæredes mei. §. cùm ita. num. 25. ad Trebel. Zucard. in l. 1. numero vigesimonono, cum duobus sequentibus. C. de pactis. Cora. in l. cùm virum. colum. 2. C. de fideicommis. nume. 10. inquit, quòd licèt dicatur, quòd ex sola mente coniectura testantis inducatur fideicommissum. l. vnum ex familia. §. final. de legat. secundo. Tamen (vt ibi Bal. docet) non temerè capienda est præsumptio fideicommissi, dicta l. Lucius. §. tres hæredes ad Trebel. cùm fideicommissum onus sit & grauamen, dicta l. cohæredi. §. cùm filiæ. & nemo hæredem grauasse præsumatur. l. vnum ex familia. §. si rem. de legat. secundo. oportet coniecturas necessarias esse aut multum probabiles, vt ex his inducatur fideicommissum.

¶ Secundò principaliter dicitur, quòd etiā dato, quòd in casu præsenti esset inductum fideicommissum, quòd illud extinctum fuit in persona ipsius Dominæ N. quæ mortua fuit pendente conditione fideicommissi. l. 1. §. dies. l. hæres meus. circa principium. ff. de cond. & demonst. Doctores in l. cùm filio. de legat. primo. vbi Socin. num. 1. & Ripa in secunda columna, in vltimo notabi. Soc. Iun. in consilio 30. num. 3. volum. 4. 114. numero octauo, volumine primo, Cepha. in consil. 158. numero nono,
16 versic. si † pendente conditione fideicommissi fideicommissarius moriatur, fideicommissum efficitur caducum, & existenti substituto vel coniuncto applicatur, quo deficiente remanet penès grauatum & eius hæredes. l. 1. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. Paris. in cons. 18. numero 69. cum duobus sequentibus. volum. 2. quam spem succedere per fideicommissum dicta Domina non videtur potuisse transmittere in filiam. glos. communiter approbata in l. prima. vbi Bald. & alij. C. de his qui ante apert. tab. Bartol. & alij in l. is cui. reprobata glos. ibi. ff. de actio. & obligatio. Soc. Iun. in consil. 101. numero secundo, volum. primo, 98. num. 7. volum. secundo, 141. num. 1. volum. eodem. 78. num. 10. volum. tertio, 54. numero 13. volum. 4. 66. num. 6. volum. eodem. vbi asserit hanc esse communem. Ruin. in cons. 181. in princip. volum. secundo. Burs. in cons. 1. numero 31. dixi in consil. 46. numero quinto, volum. 3. Menoch. in consil. 105. num. 37. Port. in consil. 8. num. 43. vbi attestatur hanc esse magis receptam Doctorum sententiam. Paris. in consil. 18. num. 66. volum. 2. consil. 9. num. 26. cons. 37. colum. penult. vol. eodem.

¶ Tertiò dicitur, quòd etiam ex alio capite succedere nō potest cū dominis suis materteris. Quo-
17 niam in iure absolutum est, quòd † appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando filij sunt vocati nominatim & proprijs nominibus. Bart. in l. libertorum. colum. 2. ff. de verbo. sig. Doctores communiter in l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posth.
18 cùm † expresio nominis proprij præcisè restringatur ad personam nomine proprio designatā. Bartol. post gloss. in l. si quis ita. §. 1. ff. de testa. tutel. Alexand. in consil. 140. colum. 2. volum. 6. Dec. in consilio 218. colum. 4. in princip. 391. columna secunda, 465. num. 9. & 513. num. 12. Curt. Iun. in cons. 57. numero 2. vbi inquit, hanc conclusionem fore extrà communem disputationem Doctorū, vt fatentur omnes in dicto §. instituens. in consil. 113. in princip. vbi ait, quod impossibile est dicere, quòd quando de filijs est facta mentio nominatim, quòd appellatione filiorum veniant nepotes, & in cons. 121. nu. 9. At in casu nostro Nobilis Ioannesmaria Buzius voluit, quòd eueniēte casu, quòd Ioannesmarcus eius filius & hęres vniuersalis decederet sine filijs, vel filij filiorum prout euenit, quòd ipsæ filiæ eius non possint petere, nec habere in bonis suis præterquā dotes sibi legatas, vsquequo omnes prænominatæ eius filię sint nuptæ, post modum verò bona superstita diuidantur & diuidi debeant inter sese æquis portionibus.

¶ Nec habet obstare si dicat, quòd ex dictis verbis filiæ non sint nominatim vocatæ, & ideo quòd appellatione filiorum veniat etiam neptis.

¶ Quia respondetur, quòd appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando filiæ essent vocatæ proprijs nominibus, licèt postea dictum sit, si ipsæ filiæ eius, &c. quia respondetur ex dictis Gozad. in
19 consilio 29. num. 14. quòd † licèt aliàs appellatione filiorum contineantur nepotes, tamen illud non procedit, quando testator loquitur de filijs nominatim, vt notatur in dicto §. instituens. licèt postea dicat, & si aliquis ex dictis filijs decesserit, &c. quia verbū dictis, refertur ad nominatos nomine proprio, & non ad non nominatos, allegat Cornel. in consil. 248. in litera E. volumine primo, vbi voluit quòd ex quo testator se restringit ad filios prædictos, quos nominauerat, non veniunt nepotes. Ruin. in consilio 117. columna prima, volumine secundo, & in consilio 181. columna primā, volumine eodem. Dec. in consil. 465. numero octauo, Anton. Gabriel. in suis com. opin. in titul. de verb. significa. conclusio. prima, numero 84. At in casu nostro testator dum fecit legatum filiabus eius de dotibus suis, eas nominauit proprio nomine, videlicet, Catherinam, Helenam, Lucretiam, Annam, & Dorotheam. Nam ponderanda sunt illa verba, quòd
20 ipsæ eius filiæ, Verbum † enim ipsæ, sui natura relatiuum & repetitiuum operatur repetitionem &

ratio-

rationem in præcedentibus cum omnibus qualitatibus suis. l. à filio. §. testator. & not. Bartol. in leg. si quis seruum. §. final. de legat. primo, & sic refertur ad filias nominatas nomine proprio, non autem ad neptem nõ nominatam, vt in terminis voluit Cuman. in consilio centesimodecimooctauo, colum. 2. versiculo, cùm verò. quem sequitur Dec. in con-
21 filio suprà citato 465. numero octauo. Nam † dictio ipsam, personam ipsam veluti ad oculum demonstrat, nec eam egreditur, & ideo videmus,
22 quòd † licèt aliàs prohibitio facta hæredi extendatur ad hæredes hæredis, tamen hoc fallit, si dictum sit, ipse hæres ne alienato: quia tunc ad eum tantum prohibitio pertinet non ad hæredes illius propter dictionem ipse. Bald. in consil. 304. volum. 5. quod dictum valde singulare & mirabile dicit Iaſ. in l. filiusfamiliâs. §. diui. in secunda lectura, colum. penult. versic. pro ampliatione. de legat. primo. vbi etiam Ferd. Loaz. num. 498. & Ripa num. 111. Cattellia. Cotta in memor. incip. hæredis appellatione. & in memor. ipse pronomen. Menoch. in consil. 82. num. 158. vbi hæc dictio est demonstratiua personæ & rei ad oculum. Grat. in responso 36. num. 11. volum. 1. vbi dictio ipse arguit personalitatẽ, ita quòd excludit alios etiam de iure venientes. gloss. in verbo, in ipsa. in §. fuerat. instit. de actio. Paris. in consil. 53. num. 11. volum. 3.

23 ¶ Vlteriùs consideranda est illa dictio eius † quæ similiter est repetitiua, relatiua & restrictiua dispositionis ad quam refertur. Cornel. in cons. 9. col. penult. in fin. cum princ. sequentis volum. 1. Paris. in consil. 103. num. 14. volum. 1. & in consil. 18. num. 12. volum. 2. vbi inquit, dictionem eorum repetitiuam & relatiuam restringi debere secundùm dispositа in præcedentibus, ad quæ fit relatio cum omnibus qualitatibus suis, in consil. 86. numero 58. volum. eodem. ergo restringenda ad filias eius suprà nominatas nomine proprio, cùm neptis non sit eius filia.

¶ Præterea etiam aduertendum est ad alia verba subsequentia, dum dicitur: Vsque ad omnes prænominatæ eius filiæ sint nuptæ, Ponderanda enim sunt illa verba prænominatæ eius filiæ, quæ referuntur ad filias suprà proprio nomine nominatas. Nam si dictio dicta refertur ad personas tantùm suprà specificatas. vt per Paris. in cons. 86. num. 36. volum. 2. cons. 74. num. 34. vol. 3. ergo & vbi fit mentio de prænominatis filiabus.

¶ Vltimò etiam dicitur, quòd consideranda etiam sunt alia verba, ibi diuidantur & diuidi debeãt inter sese, nam si diceremus, quòd diuisio prædicta fieri deberet cum nepte ex sorore, non esset inter sese, id est, inter ipsas filias, sed cum alia persona. Cùm
24 ergo † verba sint clara, ab ipsis non est recedendũ.
25 leg. non aliter. de legat. tertio, & † vbi verba sunt apertissima, non est facienda aliqua disputatio. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. eodem titulo. Socin. Iun. in consil. 2. num. 29. volum. 1. & in consilio 65. nu-
26 mero 56. volum. eod. cùm † verba clara interpretationem non recipiant. Soci. Iun. in cons. 85. num. 8. volum. 1.

¶ Vltimò dici posset, quòd etiam dato quò inductum esset fideicommissum per dominũ Ioan. Mariam Buzium testatorem, quòd succedit alia conclusio, quòd in dispositione hominis, vt in fideicommisso, neptis non succedit cum matertera, vt per Bald. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. de legat. secundo. Ioan. de Imola, in consilio primo, per totum in consilio 87. in fine. in consilio 408. circa finem. vbi dicit ita iudicatum fuisse in Rota Curiæ Romanæ dum legeret Florentiæ. in cons. 478. in fine. hanc communem opinionem firmat alibi ipse Dec. in consilio 480. numero decimo. Paris. in consilio nono, columna tertia, volumine secundo, & decimooctauo, numero 82. volum. eodem. Angel. Aret. in §. cùm filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. in versiculo, deinde ista regula. vbi dicit, quòd regula, quæ ponitur in dicto §. cùm filius. quòd filius succedat in locum patris, habet locum quando succeditur titulo hæreditario, non autem quando titulo fideicommissario. Et ratio est secundum Bald. in dicto §. in fideicommisso. quia succedendo titulo hæreditario consideratur iuris dispositio, quæ est, quòd filia succedat in locum patris, in succedendo verò titulo fideicommissi consideratur affectio, quam quis videtur magis habere ad proximiores. Iaſ. in consilio quarto, columna secunda: volumine primo, Grat. in consil. 23. num. 20. volumine primo, vbi dicit gloss. in dicto §. in fideicommisso. quæ aliter sentit, communiter reprobari, & in consilio quinquagesimosexto, numero decimosecũdo, volumine secundo. Verùm quia multi in hac conclusione discordant, vt per gloss. in dicto §. in fideicommisso. & Ruin. in consilio nono, numero nono, volumine primo, & in consilio duodecimo, numero decimotertio, volum. eodem. vbi inquit, dictam gloss. communiter approbatam. Iaſ. sibi contrarius in consilio centesimoquinquagesimonono, volumine quarto, vbi etiam dicit, gloss. ipsam communiter approbatam. Ideo in ipsa pro nunc non facio magnam vim.

SVMMARIVM.

1 *Testibus deponentibus de facto proprio, standum venit.*

2 *Testis quis esse potest in causa propria, quando principaliter commodum ad eum non spectat, secus in consequentiam.*

3 *Legatarius in causa testamenti testis esse potest, quæ sit ratio. vide in num. 34.*

4 *Testes si deponunt, se vsuras soluisse, sunt idonei, quando principaliter commodum non consequũtur ex proprio testimonio.*

5 *Testium inhabilitas suppletur ex dictis aliorum habilium.*

6 *Testis valde dignus & testis infamis infamia facti plenè probant: quia integra fides vnius supplet defectum alterius.*

7 *Notarij duo si sunt adhibiti simul ad conficiendum instrumentum, & vnus ipsorum esset priuatus officio tabellionatus, & alter esset authenticus, sustineturinstrumentum propter Notarium authenticum.*

8 *Vsurarius in dubio quis non præsumitur.*

9 *Vsurarium aliquem allegans hoc probare debet.*

10 *Instrumentum est probatio probata, veritas euidens & manifestissima.*

11 *Confessioni suæ quis contrauenire nõ potest, cùm nulla maior sit probatio quàm propria oris confessio.*

12 *Confessio est maior quocunq; publico instrumento & quibuscunq; depositionibus testium.*

13 *Periurus nulla fides adhibenda venit, cùm sint falsi & infames.*

14 *Periurus nunquam admittitur in testem, nisi specialiter id caueatur.*

15 *Testi periuro non creditur: quia vbi est periurus, in-*
ramenti religio in eo deficit.

16 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

17 *Periuro non creditur, etiam si egerit pœnitentiam.*

18 *Testes criminosi, qui sub generali dispositione habi-*
litantur,

litantur, sub ea habilitari non videtur periurus.

19 *Periuro non creditur, etiam si fuerit tortus.*

20 *Testis periurus non facit inditium ad inquisitionem.*

21 *Socius criminis etsi in aliquibus casibus faciat inditium ad inquisitionem, tamen id fallit in periuro, in quo deficit fides testimonij.*

22 *Testis periurus non est sufficiens ad capturam.*

23 *Doctoribus attestantibus de consuetudine non est credendum, nisi de consuetudine illius curiæ, in qua versatur est Doctor.*

24 *Iuramentum est de iure diuino.*

25 *Deo acquiritur ius ex iuramento.*

26 *Contraueniens iuramento efficitur infidelis Deo.*

27 *Consuetudo irrationabilis nutritiua peccati & dans materiam delinquendi non valet.*

28 *Consuetudo, quæ non continet honestatem, non valet.*

29 *Testibus sibi ipsis contrarijs non est standum.*

30 *Testibus deponentibus in facto proprio non creditur.*

31 *Testi deponenti se mutuò recepisse pecunias sub vsuris à Titio non est credendum, & num. 33.*

32 *Similitudo causæ in persona testis eum repellit.*

33 *Tator non agens causam pupilli, licet pro eo testificari possit, tamen id procedit in eo, quod ipse non gessit, aliàs secus.*

34 *Testis inhabilitas non suppletur per alium, qui sit omnino inhabilis, cum testimonium vnius omnino nullum suppleri non possit ex alio non omni exceptione maiore.*

35 *Absurdum est enim, vt dictum vnius testis inhabilis qui indiget auxilio aliorum, vitia & defectus possit supplere.*

36 *Denuntiator criminis licet testis esse possit in denuntiatione Euangelica, tamen secus in alijs denuntiationib. quæ fiunt in foro seculari, vel ecclesiastico ob delicta.*

37 *Conuictus de crimine homicidij præcedente accusatione repellitur à testimonio.*

38 *Concubinarius testis esse non potest.*

39 *Concubinarius est turpis persona & infamis saltem in famia facti.*

40 *Pauperi diminuitur de fide.*

41 *Separata licet possint iungi ad faciendum plenam probationem, illud tamen procedit, quàdo separata sunt perfecta in genere suo.*

42 *Vnum quodque pro se, vel saltem quando vnum ipsorum separatorum est perfectum in genere suo aliàs secus.*

43 *Cæci duo facere non possunt unum videntem, sed necesse est, quod ambo cadant in foueam.*

44 *Testes reprobati perinde habentur, ac si non fuissent examinati.*

45 *Defectus plures in testibus eos repelluntur à testimonio.*

46 *Quòd ampliatur procedere, etiam in causis priuilegiatis.*

47 *Testibus nobilibus magis creditur, quàm alijs.*

48 *Tistibus nobilibus magis est standum, quam pluribus Ciuibus & rusticis.*

49 *Fama est thesaurus inextimabilis & sicut lilium dans suauitatem odoris.*

50 *Fama purgat inditia.*

51 *Corpus nostrum sicut illustrat sol, ita & bona fama.*

52 *Testes inhabiles licet videantur sufficere ad torturã, tamen id locum non habet, vbi sunt omnino inhabiles.*

53 *Testes inhabiles licet admittantur ad torturam, tamẽ id locum sibi arrogat, quando sunt torti.*

CONSILIVM XCVIII.

VIso processu criminali formato cõtra Magnificum dominum Antonium Altouitam de vsuraria prauitate. & termino defensionali sibi dato quare condemnari non debeat vel saltem torqueri ob mutuum vsurarium factum Nobilib. Gaspari Aluaroto, Baptistæ Sedoletto & Annibali Grasso. Prima facie dicendũ videtur, ꝙ dictus dominus Antonius condemnandus venit, quia contra eum extant quinque testes, videlicet, dicti tres Nobiles Gaspar, Baptista & Annibal, qui testificari videntur, ꝙ in tractatu mutui celebrati cum prædicto domino Antonio de trib. mille scutis, videlicet, de mille pro singulo eorum, conuenerunt cum eo ei tradendo scuta decem pro quolibet centenario occasione fictus ipsorum scutorum trium millium, & quòd facto instrumento remotis notario rogato de contractu mutui, & testibus instrumentarijs pro fictu primi anni deberent ei trade re scuta tercentum, quod equidem factum fuit per
1 eos in præsentia testium, quo casu cum ipsi testes † deponere videntur de facto proprio eis standum venit. l. cum probatio. ff. de proba. Castren. in seruos. C. de testib. & in consilio 368. in fin. volum. 1. Cepha. in consilio 228. num. 32. & in cons. 170. num. 42.

¶ Nec habet obstare si dicatur, ꝙ sint inhabiles: quia deponunt ad commodum proprium, & in causa propria, quis testis esse non possit. l. omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eod. titul. Quia duob. modis re-
2 spondetur, & primò, ꝙ † testes admittuntur, quãdo principale commodum causæ eos non tangit, licet in consequentiam illa causa concernat commodũ
3 suum, vt est videre in legatarijs † qui in causa testamenti possunt esse testes: quia principaliter non disputatur de legato licet secus in cõsequentiam. l. qui in testamento. in prin. cum ibi notat. ff. de testam. & in l. dictantibus, C. eod. tit. Cyn. & Bal. in l. omnib. C. de test. Doctores in c. insuper. extra eod. tit. Alex. in consi. 78. colum, prima, vol. 1. 172. num. 6. volum. 1. 299. volum. 5. & in consilio 10. nume. 17. volum. 6. Corne. in consilio 61. numero 15. volu. 3. & in termi-
4 nis nostris † ꝙ testes, qui deponunt se vsuras soluisse, sint idonei, quando principaliter non consequuntur commodum ex eorum testimonio sed in consequentiam; prout in casu præsenti. Bal. in consil. 405. col. 2. volum. 1. repetito in consil. 10. volum. 3. & in consi. 361. circa finem volu. 5. quem sequitur Crau. in consi. 73. num. 31.

5 ¶ Secundò respondetur, ꝙ † licet dicti tres testes sint inhabiles, tamen eorum inhabilitas suppletur, ex dictis aliorum duorum testium, quod sufficere videtur, vt notant Doctores in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. vbi Bald. & Ang dicunt,
6 ꝙ † testis valde dignus & testis infamis infamia facti plenè probant: quia integra fides vnius supplet defectum alterius, facit quod voluit Bal. in l. Imperator. la prima, in 4. col. versic. nota etiam. ff. de stat.
7 hom. vbi inquit, quòd † si duo notarij essent simul adhibiti ad conficiendum instrumentum, & vnus ipsorum esset priuatus officio tabellionatus, alter verò esset notarius auctenticus, nihilominus valet instrumentum propter illum notarium auctenticum, sequitur Marsi. plures alias citans auctoritates in consi. 84. num. 28. cum sequenti. plura ad hoc allegat idem Marsi. in consilio 68. à numero 24. vsque ad 28. inclusiuè. At in terminis nostris adsunt Ioannes Andreas Bessus & Arcangelus de Gratis, qui deponere videntur, quòd dicti Nobiles Gaspar, Baptista & Annibal postquàm receperunt mutuò dicta tria millia scuta à prædicto domino Antonio, & de dicto mu-

tuo fuisset rogatum instrumentum per set Candidum Lupum, quòd absentibus dicto notario & testibus instrumentarijs, ipsis duobus præsentibus retro tradiderũt dicto domino Anto. scuta tercentũ, videlicet, vnusquisque centum pro fictu illius anni dictarum pecuniarum, ergo ipsi testes tanquàm integri supplere debent defectum inhabilitatis prædictorum dominorum Gasparis, Baptistæ & Annibalis. Ista enim sunt fundamenta ex quibus mouentur fiscales contra dominum Antonium, vt potui perci pere ex dicto processu criminali contra eum formato.

¶ Verum re melius perpensa contrariam partem vti veriorem amplectendam arbitror, quòd imò dominus Antonius non possit puniri de vsuraria prauitate nec torqueri: quoniam fundatam ha-
8 bet suam intentionem, quòd † vsurarius non præsumitur. glo. in cap. nauiganti. de vsur. quam sequitur Marsi. in consilio 232. numero decimotertio. Nam
9 † qui allegat aliquem vsurarium, debet hoc probare. Purpurat. in l. prima, num. 33. C. de eden. Neuiza. in consilio 87. numero 40. Osas. in decis. Pedemon. 72. columna secunda, sed in casu nostro nõ fuit probatum (vt infrà demonstrabitur) dominum Antonium vsuram commisisse, ergo absoluendus. iuxta regulam l. ei qui dicit. ff. de probatio. l. actor quod asseuerat. C. eod. tit. l. qui accusare. C. de eden.

¶ Stante igitur hoc in concusso fundamento pro ipso domino inquisito, supereſt tantum, vt remoueantur, quæ contra eum & in fauorem fisci allegata reperiuntur. Et in primis non obstant depositiones dictorum Nobilium Gasparis, Baptistæ & Annibalis, quoniam eis nulla penitus adhibetur fides ex plu ribus, quæ sequuntur, & Primò: quia sunt periuri:
10 quoniã in instrumento dicti mutui, quod † est probatio probata, veritas euidens, & manifestissima, vt latè per Tiraquel. in tract. de retract. folio mihi 393. numero vigesimo, constat ex confessione iurata, q dictum mutuum fuit purum & gratuitum, & sic nõ
11 factum sub vsuris, † cui confessioni contraueuire nõ possunt. l. cum à matre. C. de rei vindicat. l. venditrici. Cod. de rebus alien. non alienan. cum nulla maior sit probatio, quàm propria oris confessio. l. cum
12 te. vbi scribentes. C. de transact. & † sit maior quocunque instrumento publico & quibuscunque depositionibus testium. Craue. in consilio sexagesimo primo, numero tertio, & 171. numero nono, dixi in consilio sexto, numero vigesimoquinto, cum duobus sequentibus, volumine tertio. Cùm igitur sint periuri, constat clarè, eis nullam adhibendam fidem capi. testimonium. de testibus. capit. sunt nobis. prope finem, vbi etiam Felyn. eodem titul. Marsi. in con
13 silio 31. numero 28. vbi † periuris nulla penitus fides adhibenda venit, cum sint falsi, & infames, qui non probant, nec admittendi in testes in aliqua causa, & maximè criminali. & in consilio quadragesimo, numero vigesimotertio, vbi eius dictum pro nihilo reputatur. Abb. in cap. per tuas. columna tertia, versic.
14 in gloss. in verbo furti. de simo. vbi † periurus, nunquàm admittitur in testem, nisi id specialiter caueatur. Cephal. in consilio 204. columna prima, vbi ratio est, quia præsumitur, quòd iterum sit periurium commissurus. Cephal. in consilio 233. columna prima, Grammat. in consilio quadragesimoquarto, nu
15 mero 11. Craue. in consilio sexto, numero 48. vbi † nõ creditur testi periuro: quia vbi est periurus, iuramẽti religio in eo deficit & considerari non potest. Natta in consilio 315. numero 4. Ruin. in consilio 146. colum. 1. volum. 5. quia secundum eum, ex quo consueuerunt falsum iurare, non debet amplius eis credi, & in consilio 147. numero 4. volumine eod. Alexan. in consilio 93. numero nono, volumine quinto, in consilio 114. numero 5. volumine quarto, & hanc esse communem asserit idem Alexand. in consilio 53. numero 12. volum. 7. & 183. col. 2. in princ. volu. eod. Dec. in consi. 189. nu. 10. in fine, Oria. in capitu. quoniam contra. in verbo depositiones testiũ. in 28. columna versic. redeundo ad primum, de probation.
16 quia † semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali, capitul. qui semel malus. de regul. iur.

¶ Quod ampliatur procedere † etiamsi egerint
17 pœnitentiam de periurio, vt est tex. ad literam. in d. c. testimonium. de testib. Oria. vbi suprà, Cephal. in consilio 234. colum. 1. Ruin. in consilio 145. nu. 4. vol. 5. quia secundum eum adhuc laborat contra eũ suspicio, quòd ex quo semel deierauit, quòd adhuc credatur iterum deierare, per gloss. in dicto capitul. per tuas. in ver. adulteri. de simo. quam summè ibi no-
18 tat Abbas dicens, Nota per illam, quòd † sub generali dispositione, qua habilitantur testes criminosi, nõ videtur habilitatus periurus: nunquàm ergo (dixit ipse) debet admitti periurus in testem, nisi de eo admittendo simpliciter caueatur, Craue. in consilio 6. num. 16.

¶ Item etiam ampliatur dicta communis senten
19 tia, vt ea procedat † etiamsi periuri fuissent torti, vt voluerunt Ruin. in dicto consilio 146. numero quarto, Cephal. in consilio 233. columna prima, & in consilio 234. columna prima, Craue. in cõsilio sexto, nume. 16. Dec. in cons. 189. numero decimo, vbi licet in causa ciuili periurium aut infamia testis purgetur per torturam, & stetur dicto eius in tortura, secus est in causa criminali: quia si deponat in tortura contra aliquem, ei tamen non creditur. Cassane. in consuet. Burdeg. titulo des iust. §. primo, rubrica prima, glo. sexta, numero quinto, Bursat. in consilio 79. numẽ. 21. & in consilio 35. numero 34. & in tantum quoque
20 procedit hæc conclusio, quòd † etiam nõ faciunt inditium ad inquisitionem Ruin. in citato consil. 146. numero tertio, quem sequitur Ceph. in consilio 233. colum. prima. & hæc est communis opinio, secundũ Viuium in suis commun. opin. in verbo in testẽ non admittitur. numero 20. Bursat. in consilio 20. numero 61. consilio 33. colum. prima, vbi nulla minima fides attribuitur, & in consilio 97. numero 21. Lauren. Chuco. in suis commun. opin. centu. quarta, conclusione 39. & 80. ac 81. dixi alias in consi. 73. numero 9. volum. primo, Alciat. in tract. de præsumpt. in secũda regula in decima præsumpt. in fin. vbi ait, quòd
21 † licet in aliquibus casibus socius criminis faciat inditium ad inquisitionem, tamẽ id fallit in periuris, in quibus deficit fides testimonij, quod inquit singulariter notandum, de quo dicto feci mentionem in consilio 16. numero decimo, volumine primo, & in d. consi. 97. num. 11. imò plus voluit Alcia. in loco suprà citato, quòd † dictum testis periuri non est sufficiens ad capturam, sequitur Cephal. in allegato consi. 133. nu. 5.
22

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd de consuetudine aliter obseruatur, vt per Bos. in suo tract. crimin. in tit. de inditijs, & considera. num. 156. in fin. vbi tamen subdit, quòd hoc non est de iure, & in tit. de inquisit. numero 46. ac per Clar. in pract. sua crimi. in §. fin. quæstione 21. versic. scias tamen. Quia respondetur, quòd ego non vidi aliquem ex doctoribus antiquis & modernis, qui dicant ita de consuetudine seruari, præterquam ipsi duo patres, quo casu eis non est credendum, nisi saluando eos dicamus quòd ipsi loquantur de consuetudine status Mediolani, vbi fuerunt Senatores meritissimi, vt declarant Gualden. in tractat. suo de arte testan. in titul.

de

de subst. cautela 33. vbi concordando opiniones
23 duas, quæ inuicem sibi repugnant, an † doctoriarte stanti de consuetudine credatur, dicit quòd prima opinio, quæ vult, quòd credatur procedit tantũ modo in illa Curia, in qua versatus est Doctor, qui suis scriptis de aliqua consuetudine testatur, non autem in alijs locis, & ita procedit altera opinio Ioan. Lupi in rubrica de donatio. inter vir. & vxorem. §. hodie. numero primo. Bursat. in consilio 43. numero 54. Menoch. in consilio 54. numero quinto, vlterius di-
24 citur, quod † cum iuramentum sit de iure diuino. cap. & si Christus de iureiuran. Marsi. in consilio 107.
25 nume. 16. & † ex eo, quòd quis iurat, ius est acquisitum Deo. Abb. in cap. quanto. de iureiuran. quam se-
26 quitur Marsi. vbi suprà, sequitur quod † ex contrauentione iuramenti quis efficitur infidelis Deo, er-
27 go † huiusmodi consuetudo tanquam irrationabilis nutritiua peccati & dans materiam delinquendi non debet valere, per ea quæ notat Craue. in consil.
28 116. numero quarto. Nam † cum non contineat honestatem non debet valere. capit. decorum. capitulo in omni. de vita & honesta. cleri. Craue. in cons. 137. num. 4.

¶ Secundò testibus ipsis fides adhibenda non ve-
29 nit: quia sunt contrarij sibi ipsis: quia instrumento dicunt contractum ipsum mutui purum, merũ, & gratuitum, & in depositionibus suis dicunt, mutuum fuisse factum sub vsuris. l. qui falsò. ff. de testibus capit. cum ecclesia. de cau. pos. & propr. Marsi. in consilio 6. numero 19. Grammat. in consi. 44. nu. 10. Paris. in consi. 83. num. 38. vol. 1. Ioan. Ferre. in consi. 55. nu. 3. & 186. nu. 8.

30 ¶ Tertiò ex alio capite † dictis testibus non est credendum: quia deponunt in causa propria, quo casu nullus testis est idoneus in causa propria. l. omnibus. C. de testibus. l. nullum. eod. titul. Marsi. in cõsilio 6. numero 3. 12. numero 4. & 29. numero 25. sed isti deponunt in facto proprio: quia si cõuinceretur, ipse dominus Antonius de vsura possent ipsi testes repetere vsuras solutas. Bald. in l. dictantibus. C. de
31 testa. vbi quærit. an † in causa Titij possit testificari dicens, quòd fœnerator mutuauit sibi ad vsuras, & concludit quòd non, nisi protestatur, quòd ex hoc testimonio non intendit aliquod ius quærere: quia ex necessitate & certitudinalitate expectat commodũ, & ideò nimirum si repellitur tanquàm testis in causa propria, sequitur Alexand. in consilio 72. numero decimo, volumine primo, vbi idem dicit tenuisse dominum Laurentium de Rodulphis in suo tracta. vsurarum in quæstio. 117. quia si ex illis probationibus ille pronuntiaretur vsurarius. saltem faceret ali quod argumentum postea in fauorem testium ipsorum & agentium postea contra illum tanquàm vsurarium, & pro illa parte dicit se vidisse pluries practicari in Curia Episcopali Florentiæ iterum in con-
32 silio 110. numero quinto. volum. eod. quia † similitudo causæ in persona testis eum repellit. Ripa in consilio octauo, columna secunda, in secunda par. Marsi. in consilio secundo. numero 46. & in consilio 29. numero 26. cum sequenti Crauet. in consilio sexto, numero 102. Abb. in consilio 223. colum. 4. vers. nec obstat, si dicatur. volum. 2. Iaf. in l. admonendi. numero 256. de iureiuran. & in consilio 78. columna 3. in prin. volumine tertio, dominus Ossasc. in decis. Pedemon. 72. numero 66, vbi alios citat, ex quibus respõsionibus apparet in nihil esse credendum ipsis testibus.

¶ Nec obstat, q̃ ex quo dicti testes non sentiant commodum nisi in consequentiam non repelluntur. Quia duobus modis respõdetur, & Primo, quòd communis opinio scribentium est, quòd repellantur dicti Nobiles Gaspar, Baptista & Anibal, vt constat ex Bal. in dicta l. dictantibus. & alijs suprà citatis quoniam ratione commodi, & quia similitudo causæ eos repellit, vt dictum fuit? Nec simile de legatarijs ad propositum facit, quoniam legatarius nõ solum admittitur ex eo, quòd sua interest secundariò, & in consequentiam, sed etiam quia cum eo concurrit maior numerus testium etiam rogatorum à testatore, ob quæ tria concurrentia in legatario iure speciali admittitur. Dec. in cap. insuper. numero 16. in fin. vers. similiter. de testibus, quẽ sequitur Ceph. in cons. 65. num. 34.

¶ Secundò respondetur, quòd dicta sententia procedit in testibus, qui deponunt de eo, quòd non est gestum ab eis sed ab alijs, & dum modo ipsis non possit damnum resultare, ita sentire videtur Imo. in l. qui testamento. numero 102. versicu. fortè tamen. quem sequitur Cepha. in dicto consilio 65. colum. 4.
33 vbi concludit ex hoc, quòd † tutor non agens causam pro pupillo possit testificari, tamen id procedit in eo, quod ipse non gessit, vt puta si testificaretur, hæredem fuisse institutum in testamento, in quo ipse testis esset, datus tutor, vel illud testamentũ esset solemne, vt loquitur Bart. in dicta l. qui testamento. verum de gestis per eum testimonium perhibere nõ potest, vt est aperta decisio Bart. in l. in omnibus. C. de testib. verficul. quæro vtrum finito officio. vbi quærit, an tutor possit esse testis pro pupillo, & distinguit, vt durante officio non possit in causa, quam agit, finito officio si producitur in testem in causa, cuius commodum vel incommodum spectat ad eum, non potest, aut ad ipsum commodum, nec in cõmodum spectat, & tunc si inducatur ad testificandũ super eo, quòd à dicto tutore dicitur actum, & non potest, si verò ab alio & potest, ergo idem dicendum in casu nostro ex suprà allegatis.

¶ Nec habet obstare, quòd dicta testium inhabilium supplentur per dicta suprà dictorum duorum testium idoneorum, Quia respondetur plurib. mo-
34 dis, & primò, quòd † dicta sententia non habet locum, quando alij testes sunt omnino inhabiles & repelluntur à testimonio: quia eius testimonium omnino nullum suppleri non potest, ex testimonio aliorum etiam omni exceptione maiorum, quia quod nullum est suppleri non potest. Corne. in consilio quadragesimo secundo, colum. fin. volum. primo, & 172. numero vigesimo, volumine secundo, vbi defectus vnius testis ita demum suppletur ex integritate alterius testis, quando talis defectus in totum non annullat testimonium, sed debilitat tantum, sequitur Craue. in consilio nono, nume. duodecimo, sed dicta ipsorum testium de quibus suprà, sunt in totum nulla, ergo suppleri non possunt. Rursus Craue. in consilio 99. numero 10. vbi tradit, quòd defectus vnius testis omnino inhabilis ad testimonium, quia in causa propria, non potest suppleri testimonium vnius propter testimonium alterius imperfe-
35 ctum & defectuosum † esset enim absurdum q̃ vnus testis inhabilis, & qui ipse auxilio & suppletione alirum indiget, aliorum vitia & defectus possit supplere, quomodo enim fidem alijs addere poterit, quam ipse non habet. regula nemo plus. de regulis iuris, Gualden. in tractat. de testa. ord. caut. 9. quòd quando testis repellitur ratione proprij commodi, eius inhabilitas non suppletur ex adiuncto. Socin. in l. si quis ita. columna quinta, de reb. dub. Ant. Gabr. in suis commun. opin. in titul. de testibus conclusio. 5. numero 4.

¶ Vlterius dicitur, quòd etiam dato (sed non concesso) quòd inhabilitas ipsorum testium possit suppleri per alios, illud procedit, quando qui sup-

plere debent, essent idonei, vt loquuntur Doctores in dicto §. cogentur. & in alijs locis suprà citatis, secus autem quando, & qui supplere debent, deberent & ipsi repelli à testimonio, vt in casu præsenti, vbi Ioan. Andrea. Balsus fuit denuntiator huius vsurę.

36 Nam clarum est in iure, quòd † licet denuntiator criminis possit esse testis in denuntiatione euangelica, tamen secus in alijs denuntiationibus. quæ fiunt in foro seculari, vel ecclesiastico ob delicta: quia testes esse non possunt denuntiatores. Doctores in capitulo in omni. de testib. Oria. in cap. quoniam cõtra. columna 30. versic. dubitatur. de probatio. Vlterius

37 † fuit conuictus de crimine homicidij præcedente accusatione, ex quo capite in criminalibus à testimonio reperitur, vt est communis opinio, teste Barba. in tractat. de testib. in 1. par. numero vigesimoquinto. Clarus in pract. crim. in §. fin. q. 24. versicu. scias tamen Oria. in d. cap. quoniam contra. columna 25. circa fin. versic. Item damnatus. Paris. in consilio 83. num. 37. & sequenti. vol. 1. Alex. in consi. 25. nu. 8. volum. 4. Item Archangelus de Gattis est concubinari

38 us publicus, † qui repellitur à testimonio. Clar. in di

39 cta quæst. 24. versi. quæro nunquid. nam † concubinarius est turpis persona & in famis infamia saltem

40 facti. Bero. in consilio 54. nu. 11. volu. 2. Accedit, † q est pauper. Rui. in consilio 158. nu. 20. in fi. volum. 5. Cepha. in consi. 169. col. fin. in principio, cui diminuitur de fide.

¶ Ex istis igitur defectibus clara resultat conclusio, quòd dicta suppletio fieri non potest. Alexand. in consilio 93. num. 15. vol. 5. vbi dicit, quòd licet habilitas vnius suppleat defectum alterius, tamen secus quando nullus eorum est idoneus testis & integer. Marsi. in consi. 20. num. 49. & sequenti. vbi inquit, q

41 † licet separata possint iungi ad faciendum plenam probationem, quod illud procedit, quando ipsa se-

42 parata sunt perfecta in genere suo † vnumquodque per se, vel saltem quando vnum ipsorum separatorum est perfectum in genere suo. Nam tunc si adiungatur vnum imperfectum facit probationem plenam: quia integra fides vnius supplet defectum alterius, secus quando nullus ipsorum testium est perfe

43 ctus: quia tunc simul non iunguntur. Nam † sicut duo cæci nõ possunt facere vnum videntem, sed necesse est, quòd ambo in foueam cadant. capit. quæ ipsis. 38. distinctione, ita etiam impossibile est, quòd non integer possit alium habilem reddere, cum regula sit trita, quòd nemo dat, quod non habet. l. si vniuersæ. C. de lega. Abbas & cæteri in cap. ex parte. de

44 testib. vbi † testes reprobati habentur ac si non fuissent examinati, sequitur Ioseph. Cum. in tract. sindica. in titul. de senten. numero octuagesimo septimo,

45 & eo magis dicendum venit, cum † omnibus prædictis testibus obstant plures defectus, qui eos repellunt in totum, iuxta notata per Cephal. in consilio

46 169. numero 16. & in consilio 204. nume. 9. q † & in causis priulegiatis etiam receptum est. Soc. in consil. 118 colum. antepen. volumine 1. Barba. in consil. 54. colum. 9. in primo volum. & 65. colum. 4. volu. 4. Dec. in consilio 133. colum. 3 Marsi. in sing. 378. 385. & in consilio 102 colum. penult. Riminal. Iun. in cõsil. 66. num. 38. Bot. in tract. suo crim. in titulo de pluribus violen. numero 86. Menoch. in consilio 68. numero 15. & in tract. de arbitr. iud. casu 66. numero 6. Cepha. in consilio 65. numero 27. etiam si aliter veritas haberi non posit, vt ibi per eum, iterum in cõsilio 169. nume. 16. & 204. vbi multos alios citat, dixi in consilio 6. & in consilio tertio, numero 32. volumine 3.

¶ Vltimò ad exclusionem dicti delicti impicti dicto domino Antonio concurrit bona fama ipsius, &

47 quidem probata personas nobiles † quibus magis creditur, quàm alijs. iuxta gl. in cap. illud. quarta distinctione, Bald. in l. testium. columna fin. C. de testi

48 bus, vbi inquit † magis credendum nobilibus, quã pluribus ciuibus & rusticis, quem sequitur Calca. in consilio 9. columna penultima. Craue. in consilio 6. columna sexta, Ruin. in consilio 36. col. fin. volu. 4. 158. col. pen. vol. 5. Tiraq. in tracta. de nobilit. cap. 20.

49 nu. 25 quæ † quidem fama cum sit thesaurus inæstimabilis & sicut lilium dans suauitatem odoris, secũ dum Bal. in l. prima. colum. quinta, C. de confes. pur

50 gat † iudicia. Nam † sicut corpus nostrum illustrat

51 sol, ita etiam bona fama. Bald. in cap. veniens. de testib. quem sequitur Corset. in cap. grandi. col. 14. de suplen. negligen. prelato. dixi in consilio 45. numero 44. cum sequenti, volum. primo, quę suprà dicta sufficiant respectu condemnationis.

52 ¶ Respectu verò torturæ dicitur etiam, q † & si testes inhabiles sufficere videantur ad indicium ad torturam, vt per Gram. in consilio primo, tamen q in casu præsenti testes tanquàm omnino inhabiles, & qui in totum repelluntur, ac qui habentur ac si interrogati non fuissent, & qui patiuntur tot defectus suprà specificatos, nullam penitus probationem, nec ad capturam, nec ad inquisitionem & torturam faciunt, vt suprà dictum fuit. Item dicitur, quòd dicta

53 † sententia Gramat. procedit & locum habet, quando ipsi testes torti fuerunt. Alexan. in consilio 12. numero 9. volumine 1. Marsi. in consil. 109. num. 15. vbi testes inhabiles à iure reprobati, qui admittuntur, quando aliàs veritas haberi non potest, sine tortura non admittuntur, & in consilio 78. numero 16. vbi nec quoad ipsum indicium ad torturam, Grama. in consilio 45. numero 21. & maximè hoc dicẽdum est, stante probatione bonæ famæ dicti domini Antonij de qua suprà dictũ fuit, sed in casu præsenti ipsi non fuerunt torti, ergo &c. Imò plus dicitur, quòd si ipsi Nobiles Gaspar, Baptista & Anibal fuissent torti, adhuc non facerent indicium ad torturam ratione periurij vt per Rui. in citato, consi. 140. in 5. volum. & alios suprà citatos.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ non censetur renuntiatum per conuentionẽ factam à filio matri de non alienando vel obligando bona paterna.*

2 *Legitimæ non videtur renuntiatum per renuntiationem generaliter factam de bonis paternis, nisi de ea specialis facta fuerit mentio.*

3 *Quod ampliatur procedere, etiam si in ea appositũ fuerit iuramentum. sed contra, num. 16.*

4 *Iuramentum non extenditur ad non cogitata.*

5 *Copula requirit concursum copulatorum, nec in altero tantum verificatur, & tanto magis cum sumus in pœnalibus.*

6 *Conuentionem quis non tenetur seruare, quando per alteram partem sibi non seruatur.*

7 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*

8 *Frangenti fidem fides frangatur & ei.*

9 *Quod ampliatur procedere, etiam si in conuentione esset iuramentum de obseruando.*

10 *Contrauenienti promissioni ex facto, & culpa alterius contrahentis non dicitur periurus.*

11 *Iuramentum semper habet in se tacitam conditionem, vt seruare debeat rebus sic stantibus.*

12 *Iuramentum licet transgredi ex tacita noua superuenienti.*

13 *Contrahens si deficit in vno minimo capit. licitum, est alteri non obseruare contractum.*

14 *Fidem falliere graue est & detestabile.*

15 Nihil

15 *Nihil fidei humanæ est conuenientius, quàm quæ placuerunt seruare.*

16 *Verba ipso iure & facto, important absque vllo hominis ministerio.*

17 *Verba ipso iure & facto, important canonem latæ sententiæ.*

18 *Regula licet sit generalis, quod sententia excommunicationis proferri nõ debet, nisi prænuntiatione præmissa, tamen hoc fallit quando ipso iure & facto inducitur excommunicatio: quia tunc iudex potest procedere ad excommunicationem monitione non præmissa.*

19 *Iuramẽtum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ seruandum est.*

20 *Iuramentum habet vim expressionis particularis.*

21 *Dispositio l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. locum non habet, nisi quando filius priuatur legitima, & nihil in recompensationem habet, secus quando aliquit consequitur in recompensationem.*

22 *Item locum non habet, quando inter contrahentes actũ est, quòd aliquis non possit aliquo modo alienare in totum vel pro parte de bonis paternis.*

23 *Verba nullo modo, sunt præcisa.*

24 *Verba negatiua & vniuersalia debent operari vniuersaliter.*

25 *Verba negatiua vniuersalia maioris æstimationis roboris, efficacius q̃ obligãt ac magis præcisè astringũt, quàm affirmatiua vniuersalia.*

26 *Negatiua vniuersalis nullum casum dicitur exceptuare.*

27 *Dictio vniuersalis, puta nullus, aut nulla omnia excludit etiam minima.*

28 *Verba vniuersalia includũt omnia, ita quòd nulla persona, nullus q̃ locus excipi possunt.*

29 *Verba vniuersalia prolata ab homine non recipiunt restrictionem, cum habeant, vim specialis expressionis.*

30 *Verba vniuersalia negatiuè concepta omnia comprehendunt etiam insolita.*

31 *Alienatione prohibita quoquomodo, intelligitur prohibita nedum voluntaria sed etiam necessaria.*

32 *Verba nullo modo, magnæ sunt virtutis: quia non tantum significant modum sed etiam tempus.* 1

33 *Dictio totam, videtur etiam includere legitimam.*

34 *Maritus licet lucretur dotem ex vi statuti vxore præmoriente sine liberis, tamen hoc locum non habet si totam dotem restituere promisit.* 2

35 *Grauatus restituere totam hæreditatem non detrahit Falcidiam.*

36 *Pactum factum de cuncta substantia non petenda, includit legitimam.*

37 *Conuentio vbi nihil posset operari, nisi extendatur ad legitimam, in ea comprehenditur ipsa legitima.*

38 *Bona subiecta fideicommisso non possunt in effectu alienari.*

39 *Bona subiecta fideicommisso adeo sunt prohibita alienari, quòd si euenerit casus restitutionis ipso Iure sine alia restitutione transit dominium in fideicõmissarium.*

40 *Interpretatio semper fieri debet, vt cõuentio sustineatur.*

41 *Renuntiatio facta de hæreditate & bonis patris includit legitimã, si in renuntiatione excipitur causa dotis vxoris.*

42 *Exceptio facta in vno firmat regulam in alio.*

43 *Mandatum datum procuratori ad agendum cũ clausula, quòd possit omnia facere quæ posset principalis excepto, quòd nõ possit iurare de calumnia, nec iuramẽtum deferre, operatur vigore dictæ exceptionis quod poterit expedire omnes alios actus, etiam requirẽtes speciale mandatum.*

44 *Renuntiatio facta de bonis paternis cum iuramento & clausula omni iuri & legum auxilio, extenditur ad legitimam.*

45 *Clausula omni iuri & legem auxilio, operatur renuntiationem cuiuscunque beneficy, etiam specialiratione indicti.*

46 *Causa finalis attenditur in conuentionibus.*

47 *Causa finalis quæ dicatur.*

48 *Mens semper est inspicienda in qualibet dispositione, & maximè cum sit verisimilis.*

49 *Mens est radix verborum, & eius substantiæ prima.*

50 *Cor est Imperator linguæ, & eam habet sicut mancipium subiuri ditione sua.*

51 *Legitima venit in renuntiatione, quando constat de intentione partium.*

52 *Legitima firmiori & validiori iure debetur, quã Trebellianica.*

53 *Legitima est potentior quàm sint aliæ quartæ.*

54 *Legitima prius ditrahitur quam Trebellianica.*

55 *Legitima est debita de iure naturæ, Trebellianica verò de iure positiuo.*

56 *Dictio autem, regulariter sumitur disiunctiuè.*

57 *Dictio vel, non solet poni, nisi inter diuersa.*

58 *Verba geminata magis enixam voluntatem transigẽtium demonstrant.*

CONSILIVM XCIX.

AIso Instrumento conuentionis, & pactionis initæ inter Magnificam dominã Camillam Gandinam & Magnificũ quõdam dominum Iacobum eius filium: Prima consideratione videtur dicẽdum, quòd per alienationẽ, vel obligationem bonorum factam per dictum dominum Iacobum non sit contrauentum conuentioni prædictæ, & si ipse promiserit matri, quòd modo aliquo non alienabit in totum, nec in parte bona quondam domini Pauesij eius patris. Quoniam ambigui iuris non est, quòd † per dictã promissionem non fuit renuntiatum legitimæ & Trebellianicæ eidem debitæ in bonis paternis, vt de ipsa legitima est text in leg. si quando. §. & general. ter. C. de inoff. testa. vbi † per renuntiationem generaliter factam de bonis paternis non censetur renuntiatum legitimæ, nisi de ea facta fuerit mentio specialis, & ibi ita tenẽt omnes Doctores nemine discrepante. Aret. in §. cum cautem. in fin. instrum. eod. tit. Cyn. Alber. Salycet. & Iaſ. in l. hæres instituta. in fine. C. de impub. & aliis substit. Iaſ. in l. quoties. columna tertia, C. de hæred. instit. Guliel. de Cuneo Alberic. & Bal. ac Angel. in l. de his. ff. de transact. Paul. de Castro & Roma. in l. 1. ff. de acquirend. hæred. Afflict. in decis. 187. numero tertio, Alexand. in consilio 69. volumine primo, vbi etiam dicit; quòd statutum generaliter loquens non videtur includere legitimam, sed in casu, de quo agitur, de legitima nulla habita fuit mentio, ergo promissio de non alienando non porrigitur ad ipsam legitimam, & idem dicendum videtur de Trebellianica, quæ sub generali dispositione vel renuntiatione etiam non continetur, sed specialem requirit mẽtionem, vt inquit Curt. Sen. in consilio 75. columna sexta, quem sequitur Dec in cons. 257. colum. fin. Bero. in consi. 68. col. fin. vol. 2. & 95. nu. 65. cum sequenti, vol. eod.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd prẽmissa sententia locum non habet, vbi in promissione vel renuntia-

nuntiatione est appositum iuramentum, vt voluit Roma. in l. prima. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Quia
3 respondetur, quòd † per iuramentum non censetur renuntiatũ legitimæ, nisi de ea fiat expressa mentio, vt voluerunt Bald. in rubrica, de iureiuran. columna penultima, versic. non obstat tamen. Roma. sibi contrarius in l. qui superstitis. ff. de acq. hæred. Aret. in dicto §. si quis ita, num. 17. vbi etiam Galiana numero 45. Iaſ. in dicto §. & generaliter. Guido Pa
4 pa quæstione 427. quia † iuramentum non extenditur ad non cogitata. l. fin. C. de non numera. pecun. Franc. in capit. quamuis. colum. 4. versic. fatetur. de pact. in sexto, Afflic. in capitulo si quis inuestierit. de feud. dat. in vicem. l. com. Tiraquel. in tract. de iure primogenit. quæst. 55. numero 3. Curt. Sen. in consilio 75. colum. 6. in princip. Guliel. de Cuneo in l. de his. ff. de transact. vt eum citat Barbat. qui ipsum sequitur in consi. 43. colum. fin. volum. 1. & in consilio 55. col. pen. volum. eod. Brun. in consilio 80. in fin. Bero. in consi. 93. num. 63. vol. 2. Crot. in repetit. capitu. Raynutius, columna 18. versic. aduerte, de testa. Fab. in authen. nouissima. in 16. quæst. C. de inoff. testa. Bertran. in consilio 9. numero 8. volum. 1. 68. colum. pen. volumine 2. & 3. numero 21. volum. 3. Michael Grosi. in suis com. opin. lib. 1. capit. decimo, quæstione tertia, & 4. & libro 2. capitulo 5. quæst. 21. Guliel. Benedict. in repetit. capit. Raynutius. versi. in eodem testamento relinquens, il primo, de testa. nume. 119. Gramat. decis. 57. numero 27. & 102. numero 87. Bursat. in consi. 114. num. 11. vbi asserit hanc esse communem, prout etiam idem voluit Boer. decis. 3. numero 20. Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de legit. cõclus. 8. nu. 9.

¶ Secũdò dicitur, q̃ virtute dicti pacti appositi in ipsa conuentione nõ censetur prohibita obligatio simplex, sed obligatio & distractio simul, & hoc virtute copulæ positæ inter distractionem & obligationem, † quæ concursum copulatorum requirit: nec
5 in altero tantum verificatur. l. si hæredi plures. ff. de condit. & demonstrat. & tanto magis cum simus in pœnalibus, vbi agitur de annullatione renuntiationis vsusfructus, quæ censetur pœna. l. non dubium. C. de legib.

¶ Sed re melius de gustata & diligentius perspecta contrariam sententiam vti veriorem tenendam esse arbitror, & moueor ex infrascriptis: Nam † quis
6 non tenetur ad obseruantiam conuentionis, quando per aliam partem sibi non seruatur. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi Bart. inquit illum text. esse notandum ad omnes contractus, quibus vltro citroque aliquid promittitur, vt quis non teneatur, cum effectu facere, si per aduersam partẽ omnia seruata non sunt. Iaſ. in consilio 216. colum. 2. volum. 2. & in consil. 111. colum. fin. vol. 4. Bald. in l. inciuilem.
7 C. de rei vind. vbi † qui non facit, quod debet, nõ recipit, quod oportet: quia hæc est natura conuentionum secundum Bal. in cap. primo, colu. fin. qualiter
8 dom. propr. priue. Item † frangenti fidem, fides frãgatur & ei. glo in c. cum inter seniorem. vbi Abb. de elect. Doctores in l. cum proponas. per illum tex. C. de pact. Soc. Iun. in consilio 97. nume. 143. volumine 1. Bero. in consilio 92. numero 20. volumine primo,
9 & consi. 8. num. 18. volum. 3. quod † etiam procedit, si inconuentione sit appositum iuramentum de obseruando. cap. quemadmodum. cap. peruenit, il 2. de iureiuran. vbi Abbas Doctores in dicta l. cum proponas Iaſ. in citato consi. 216. colum. 2. Alexan. in consi. 105. colum. 5. versi. Item respondeo. volum. 3. Bero. in citato consi. 92. num. 20. & 8. num. 18. volum. 3. Soci. Iun. in consi. 77. nume. 143. volumine 1. facit dictum Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. vbi vult,
10 quòd † si facto & culpa vnius ex contrahentibus al-
11 ter contraueniat. periurus non dicitur: quia † iuramentum semper habet in se tacitam conditionem & annexam hanc clausulam, vt seruari debeat reb.
12 sic stantibus, ex † causa enim superuenienti licet iuramentum transgredi: Inno. & alij in cap. primo, de
13 constit. prędictaque sententia procedit, etiam † si vnus contrahentium defecit in vno minimo capitulo: quia licitum est alteri non obseruare contractũ. Bald. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. quã legit. in l. iurisgentium. in princip. ff. de pact. quem sequitur Iaſ. in dicto consilio 218. columna secunda, sed in casu nostro Magnificus Dominus Iacobus cõtrauenit promissioni & conuentioni factæ cum Magnifica Domina Camilla eius matre, quod equidem
14 facere non debebat, cum † graue & detestabile sit fidem fallere. Socin in consilio 47. numero 24. volu-
15 mine 3. & † nihil fidei humanæ sit conuenientius, quàm quæ placuerunt seruare Socin. Iun. in consil. 85. numero 18. volumine 2. 60. numero 16. volumine tertio, & in consilio 35. numero 3. volumine primo, l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. vbi dixit prętor, pacta conuenta seruabo: Quod autem conuenta non seruauerit, & promissa non adimpleuerit demonstratur: quia in conuentione habita inter ipsas partes actum fuit, quòd dominus Iacobus mediante renuntiatione vsusfructus relicti dominæ Camillæ per eius virum & sic patrem ipsius domini Iacobi in suo testamento, non posset aliquo tempore, viuente ipsa domina Camilla, & sine eius expressa licentia, vendere, obligare & alinare aliquo modo, in totum vel in parte bona quondam Magnifici domini Pauesij ipsius patris, & si alienauerit, aut obligauerit, vel distraxerit, talis obligatio, aut alienatio, & distractio, sit nulla & nullius valoris, & in tali casu dicta domina Camilla sibi reseruat velle ipso iure & facto esse vsufructuariam dictorum bonorum alienatorum obligatorum & distractorum, cui conuẽtioni contrafecit dictus dominus Iacobus vendendo, vel obligando de dictis bonis, per quam contrauentionem consequi & habere debet domina Camilla vsumfructum, iuxta formam conuentionis absque aliquo ministerio hominis, & sic propria au-
16 ctoritate. Nam ponderanda † sunt illa verba ipso iure & facto: quæ important absque vllo hominis ministerio. Bartol. in l. iubemus. §. de sanè. C. de Sacro-
17 sanct. eccles. Ceph. consilio 88. numero 11. Nam † dicta verba important canonem latæ sententiæ. capit. primo. §. fin. & ibi Geminia. de homicid. in sexto, Iaſo. in consilio 128. columna tertia, versic. in primis. volumine quarto. Dec. in consilio 138. in princip. vbi ait, quòd dicta verba demonstrant, quòd ipso iure sit facta priuatio sine ministerio iudicis, & in capit. reprehensibilis, columna secunda, in princip. de ap-
18 pella. vbi licet sit regula generalis, quòd † sententia excommunicationis proferri debeat, nisi monitione præmissa. Tamen hoc fallit, quando ipso facto à iure excommunicatio inducitur, tunc enim nõ præmissa monitione iudex potest excommunicare. dixi in consilio 90. numero 21. cum pluribus sequentib. volum. 3.

¶ Stante igitur ipsa conclusione, quæ caret omni dubitatione supereſt vt respondeatur ad allegata in contrarium. & primò, quòd dicta conuentio & promissio non extenditur ad legitimam, de qua mentio facta non fuit, per dictum §. & generaliter, quia pluribus modis respondetur, & primò, quòd dispositio dicti §. & generaliter. locum non habet quando in renuntiatione vel conuentione interuenit iuramentum, vt voluerunt Roma in dicta l. prima. §. si quis ita, vbi Anton. de Alexan. & Barba. columna 13.

Bald.

Bald. in dicto §. & generaliter. Alexand. in consil. 181. numero 4. volum. 5. Ange. in ipso §. & generaliter. Ias. sibi ipsi repugnans in consi. 69. col. 2. in prin. vol. 1. & in consilio 207. columna tertia, versi. 3. facit. volu. 2. Ruin. in consil. 97. col. 2. versi. sed præmissis. vo
19 lum. 1. quia † vbicunque iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est. capit. quâuis. de pact. in 6. Dec. in consi. 26. col. 2. versi. præterea. 89. columna penultima, versi. si ergo, & in cõsilio 180. columna tertia, versi. ista tamen. Gozad. in consilio 69. numero 19. Rub. Alex. in consil. 73. num. 5 Natta in capit. quamuis. num. 26. versi. aduerte. de pact. in 6. Butigella in dicto §. si quis ita. num. 44. vbi sequitur Roma. vt refert Paris. in consilio primo. nume. 103. volumine 3. Anchar. in quæst. 50. numero 14. Paul. de Castro in l. ratione. la tertia, in fin. principij. ff. ad l. Falcid. Campeg. in l. si quis maior. numero 11. C. de transact. Bero. in consilio 49. numero 30. volumine 1. vbi dicit, quòd renuntiatio quam facit filia, cum iuramẽto, siue fiat expressè de legitima, siue generaliter & simpliciter de omnibus bonis comprehendit legitimam. Tiraquel. in l. si vnquam, in præfatione. numero 139. C. de reuocan. dona. & in legib. connub. glo. septima. numero 159. Bertran. in consil. 284. columna sexta, volumine tertio, Cassane. in cõsuet. Burgun. fol. 187. colum 3. Guliel. Benedict. in repetitione capituli Raynutius. in verbo in eodem testamento relinquens, il primo. numero 150. de testa. Marc. Anton. Baue. in suo tracta. de virib. iurament. numero 63. versi. secundò infertur, Soc. Iun. in consilio 136. colum. fin. volum. 1. & in consilio 130. num. 22. vol. 3. Barb. in c. ex rescripto. de iureiur. & in consil. 25. columna 7. volumine 1. & in rubrica de iureiu. Dida. in 3. parte. §. tertio. numero tertio. Mandel. in consilio 66. in fin. quam sententiam vti communem sequuntur Ripa. in l. hæredes. num. 70. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit non esse discedendum à sententia Roma. de qua in dicto §. si quis ita, quæ est communis per capitulum quamuis. de pact. in sexto, & in respõso 83. numero 13. Soc. Iun. in consilio 50. colum. pen. volumine 2. vbi etiam dicit ita sentire Angel. in l. senium. C. qui testa. fact. pos. vbi etiam dicit sufficere, quod in genere fuerit cogitatum de legitima: quia
20 † tunc iuramentum habet vim expressionis particularis. Rub. Alexand. in consilio 43. numero 14. Menoch. in consilio 71. numero 24. vbi ait, hanc esse magis receptam Doctorum sententiam.

¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd in dicta conuentione nullum interuenit iuramentum: quia dicitur adesse clausulam in ipsa conuentione, q̃ dictus D. Iacobus promittit omnia & singula suprà scripta fincerè, fideliter & prorsus inuiolabiliter attendere & obseruare, & illis non contrafacere, nec contraue nire sub pœna & obligatione prędictis, ac sub vinculo & virtute huius præsentis clausulæ vim iuramenti habentis, iuxta formam & limitationem, de quibus in lege municipali, quę clausula operatur, vt perinde ac si esset iuratum in forma cõmuni, vt in praxi videtur obseruari in ciuitate Mantuæ, vbi tractari videtur de virtute dictæ conuentionis.

21 ¶ Secundò respondetur, q̃ † dispositio dicti §. nõ vindicat sibi locum, nisi quando filius veniret priuandus legitima, & nihil in recompensationem haberet, secus quando aliquid consequitur in recompensationem, vt per Soc. Iun. in consilio 122. colum. fin. versic. præterea. volumine 1. quem sequitur Menoch. in consil. 71. num 9. & Anton. Gabr. in suis cõmu. opin. in tit. de legit. conclus octaua num. 15. si igitur in supradicto casu non procedit dispositio dicti §. & generaliter. ergo multo magis locum habere nõ debet in casu nostro, vbi filius non priuatur legitima, sed ei conseruatur: & vlterius habet recompensationem: quia Magnifica Domina Camilla renuntiauit sibi vsum fructum: de quo suprà: ad finem ne filius vllo modo alienaret vel obligaret bona sui patris: ne efficeretur pauperior: maximè cum iam fecisset multas alienationes vel obligationes.

22 ¶ Tertiò dicitur: quòd † dicta dispositio nõ potest habere locum in terminis nostris: in quibus inter contrahentes actum est, quòd dominus Iacobus non possit aliquo modo alienare in totum vel pro parte de bonis paternis: Nam illa verba, nõ possit aliquo modo, idem important acsi dictum fuisset nul
23 lo modo † quæ verba sunt præcisa. Menoch. in con-
24 silio vigesimo secundo, numero nono, & † tanquàm negatiua, & vniuersalia debẽt operari vniuersaliter, & sic tamen respectu legitimæ, quàm Trebellianicę. l. fi. ff. de lib. & pohum. l. si is qui ducenta. §. vtrum.
25 ff. de reb. dub. Nam † si id obtinet affirmatiua vniuersalis multò magis negatiua, quæ maioris est valoris, roboris efficacius q̃ obligat, ac magis præcisè astringit. Archid. in cap. si peccauerit. 2. quæst. 1. Abb. in cap. nouit. columna 12. de iud. Bero. in cõsilio 27. num. 11. volumine secundo, vbi verba negatiua vniuersaliter prolata magis negant, quàm affirmatiua vniuersalia affirment. glo. in l. alienatum. in §. donationi. ff. de verb. sig. vbi etiam subdit, quòd negatio generis secum trahit & includit omnes species & omnes modos, per quos peruenire possit ad prohibitum. vt voluit Bald. in capit. primo, in princip. columna fin. de prohibit. feudi alie. per Feder. & in consi-
26 lio 117. nume. quinto, volum. eod. vbi dicit, † quòd à dicta negatione vniuersali nullus casus dicitur exceptuatus: facit quoque quod scribit Riminal. Iuni. in consilio sexagesimo primo, numero 13. vbi postquàm dixit, quòd negatiua verba vniuersalia fortiter
27 us operantur quàm affirmatiua subdit, quòd † dictio vniuersalis, puta nullus, aut nulla, omnia excludit, etiam minima. glo. in capit. Statutum, in verbo nullum. de rescrip. in 6. Craue. in consilio 294. num. sexto. Rimina. in nepos in consi. decimonono, num.
28 decimoquinto, vbi † verba vniuersalia includunt omnia, ita quòd nulla persona, nullusque locus excipi possunt, vt per Bal. ibi per eum citatum: Cùm igitur in casu præsenti sint appposita dicta verba vniuersalia negatiua, dicendum venit, quod compre-
29 hendant & legitimam & Trebellianicam † cũ prolata ab homine non respiciant restrictionem. Ruin. in consi. 131. numero secundo, & 13. volumine 2. & 149. num. 10. vol. eod. & habeant vim specialis expressionis. Bart. in l. 2. ff. de nouat. Ias. in consi. 45. colum. penu. volum. primo, Craue. in consi. 308. nume. 6. vbi
30 inquit, q̃ † talia verba vniuersalia negatiuè concepta omnia comprehendunt, etiam insolita, & q̃ vigore dictorum verborum nõ habet locum tex. in l. Seio. §. primo, ff. de annu. lega. Cepha. in consi. 58. nu
31 mero 16. vbi etiam dicit, quòd † prohibita alienatione quoquo modo, intelligitur prohibita nedum vo-
32 luntaria, sed etiam necessaria. Nam † magnæ sunt virtutis illa verba nullo modo, quia non tantum significant modum, sed etiam tempus. Ruin. in consi. decimo, numero vndecimo, volum. 2. & eo magis dicta legitima comprehenditur in dicta conuentione, cum promissum fuerit per dominũ Iacobum Magnificæ dominæ Camillæ, quòd aliquo modo non alienabit dicta bona patris in totum, nec in parte,
33 † quæ dictio totum videtur etiam includere legiti-
34 mam: vt patet: Nam nos videmus, quòd † licet maritus lucretur dotem ex vi statuti, vxore præmoriẽte sine liberis, Tamen hoc locum non habet, si totã dotem restituere promisit. Ange. & mo. in l. damni infecti. §. cum parietem. ff. de dam. infect. & quòd

35 grauatus restituere totam hæreditatem non potest detrahere Falcidiam: Ruin. in consilio 56. in princi. volumine 5. & quia de hoc aliàs latè dixi in tract. de lucro dotis in quæstio. 38. ideo ad ibi scripta me remitto: Et ne illotis manibus videar transire sine aliqua decisione in casu isto adduco Ruin. in consil. 97. columna fina. in princip. versic. 3. dicitur volumine
36 primo: vbi concludit: quòd † si est factum pactum de cuncta substantia non petenda: quòd istud pactũ extenditur etiam ad legitimam propter illud verbũ cunctam: quia perinde est acti de ipsa legitima facta fuisset vel fieri debuisset mentio: per notata in l. decẽ ff. de fideicom. liber. Nam dictum verbum cũctam: importat idem: quòd totum: secundum Grammaticos: sequitur Menoch. in consilio 71. numero decimoseptimo.

37 ¶ Quartò respondetur: q † vbi conuentio nihil posset operari: nisi extendatur ad legitimam: quòd in ea comprehendatur ipsa legitima. Socin. Iuni. in consi. 136. numero 17. volumine primo: vbi dicit: q vbi remissio facta à filio nil aliud significaret seu operari posset, nisi remissionem legitimæ: quòd ea comprehenditur in tali renuntiatione. & cum Socin. se concordat Menoch in dicto consilio 71. num. 23. At in casu: de quo agitur: illa promissio de non alienando vel obligando: si non extenderet ad legitimam: fruſtratoria & sine virtute operandi esset promissio & obligatio: quod non est dicendum. argumento l. si quando ff. de lega. primo: cum dictus dominus Lacobus non haberet alia bona: quæ posset alienare &
38 obligare, quia subiecta fideicommisso † quæ in effectu non possunt alienari. anthen. res quæ. C. com. de lega. Soc. Iun. in consilio 185. numero 91. volum. 2. & in consilio 173. numero 12. volu. primo, Alba. in consilio sexto, numero 5. Paris. in consi. 83. num. 30. vol.
39 secundo, & in consi. 44. volumine 3. & † adeo prohibita censetur alienatio dictorum bonorũ subiectorum fideicommisso, quòd si euenerit casus restituti onis, ipso iure sine alia restitutione transit dominiũ in fideicommissarium. glo. & Bart. in l. Marcellus. §. res quæ. vbi & alij ff. ad Trebellian. vbi Alexand. & Ias. dicunt hanc esse communem. & vbique seruari, tam in scholis, quàm palatijs. Grat. in respõso 21. nu
40 mero 8. in 2. parte: Vt † igitur dicta conuentio sustineatur & suum operetur effectum, prout semper fieri debet interpretatio. l. quoties. ff. de verb. oblig. l. quoties. ff. de reb. dub. Cephal. in consilio 51 numero 38. cum sit regina omnium aliarum interpretatio num. Dec. in cap. quoniam Abbas. numero 17. de offi. deleg. in l. testamento. numero 11. C. de testa. milit. Ceph. vbi suprà. nume. trigesimonono. Paul. de Castro in l. ex imperfecto. in fina. C. de testa. Cephal. in consil. 146. in fin. videtur dicendum, quòd illa promissio, de qua in conuentione, extendatur etiam ad legitimam & Trebellianicam.

¶ Quintò ex alio demonstratur, quòd voluerit includere legitimam in tali conuentione, quod ex reseruatione facta probatur, dum reseruatur contractus possessionis della signata fiendus per dominũ Iacobum cum Magnificis dominis Fratribus de Frãbertis, cui præstitit consensum domina Camilla: Vnde ex hac reseruatione & exceptione arguitur, quòd ius in alijs bonis, & sic etiam in legitima, nihil sibi reseruare voluit, quòd probatur ex notatis per Socin. Iuni. in similibus terminis in cõsilio 50. numero 12.
41 volumine secundo, vbi inquit, quòd † in renuntiatione facta de hæreditate & bonis patris includitur legitima, dum à dicta renuntiatione excipitur causa dotis vxoris eius, & illam sibi specialiter reseruauit: quia ex hoc arguitur, quòd in omnibus alijs bonis, & etiam in legitima nihil sibi reseruare voluit:
42 quia † exceptio facta firmat regulam in alijs omnib. l. quæsitum. §. denique. & ibi glossa. & Bart. ff. de fundo instruct. Pro qua sententia adducit Geminia. in capit. qui ad agendum, §. fin. ad fin. de procura. in 6.
43 vbi dixit, quòd † si do procuratori mandatum ad agendum cum clausula, quòd possit omnia facere, quæ ego possem, excepto, quòd non possit iurare de calumnia, nec iuramento deferre, ista exceptio operatur, quòd expedire possit omnes alios actus, etiã requirentes speciale mandatum, sequitur Felyn. in cap. quoniam frequenter. in princip. vt lit. non contest.

44 ¶ Sextò dicitur etiam, quòd † dicta transactio extenditur ad legitimam, cum ipse renuntiauit cũ
45 iuramento omni iuri & legum auxilio, per † quam renuntiationem censetur renuntiatum omni beneficio etiam speciali ratione inductum. Bartol. in l. si quis sub conditione. colu. sexta, ff. de testa. tutel. Salycet. in authen. matri & auiæ. C. quando mul. tute. offi. fungi potest. Aret. in consilio 103. colum. 3. vers. 3. probatur. Curt. Iun. in consilio 18. col. fin. & in specie ad hoc allegatur decisio. Soc. Iun. in consi. 136. colum fin. vol. 1. vbi dicit, quòd generalis renuntiatio facta cum iuramento dicitur habere vim specialis renuntiationis, si renuntiatur omni iure Canonico, vel Ciuili contrarianti promissioni: quia tunc non procedit dispositio dicti §. & generaliter. ergo idem quando omni iuri & legum auxilio.

46 ¶ Septimò dicitur, quòd † in conuentionibus attenditur causa finalis. l. prima, C. de cond. ob cau. Soc. in consi. 251. columna quarta, vers. com. proba-
47 tur. vol. 2. & † quæ tunc dicitur, quando quis ad cõtractum nõ deueniſſet, nisi tale quid fieret. Natta in consi. 609. numero 10. Riminal. Iun. in consi. 81. nu-
48 me 33. Item † in qualibet dispositione mens partium inspicienda venit. l. regula. §. fin. ff. de iur. & facti ign. Soc. Iun. in consi. 73. numero 14. volumine tertio, & 142. numero 28. vol. eod. & maximè quando est veri similis. Bart. & alij in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Soc. Iun. in consilio 36. numero secundo, volumine
49 3. Craue. in consilio 51. num. 2. cum † sit radix verbo-
50 rum & eius substantiæ primæ: Nam † cor est Imperator linguæ, & eam habet sicut mancipium sub iurisdictione sua. Bal. in capit. mandatum. de rescript. quem sequitur Curt. Iun. in consilio vigesimosecundo, nume. 12.

¶ At in proposito nostro, si consideretur causa finalis ipsius conuentionis & mens dictæ dominæ Camillæ, vtique apparebit ad ipsam renuntiationem vsusfructus, de qua suprà, non deuenisse, nisi dominus Iacobus, quem quotidie videbat de pauperari, promisisset, q aliquo modo vel tempore, in totum, vel in parte non alienaret bona paterna & ea non obligaret, vt eum retraheret ab alienatione aliorũ bonorum non venditorum vel obligatorum, quo casu cum satis apertè demonstretur: talem fuisse intẽtionem dictæ dominæ Camillæ, & etiam eiusdẽ Domini Iacobi, qui sciebat matrem, renuntiationem vsusfructus fecisse, vt prouideret indemnitati suæ, de non alienando vel obligando amplius bona paterna aliquo modo, in totum vel in parte, vtique dicendum venit ex dicta ratione, quæ generalis est, & aptatur tam ad legitimam & Trebellianicam, quàm
51 ad alia bona, quòd † in dicta promissione includatur ipsa legitima & terminis, quòd quando constat de intentione partium & eorum mente, quòd dispositio dicti §. & generaliter. locum non habeat, decidit Soc. Iun. in consilio 133. columna fin. volumine primo, & in consi. 136. num. vigesimoprimo. volu. eod. & si hoc locum habet in legitima igitur & fortius in
52 Trebellianica: cum † legitima firmiori & validiori iure

ri iure debeatur: quàm Trebellianica. argumento. l. cum ratio. de bon. damnat. & l. scripto. in fi. ff. vnde lib. Bero. in consilio 135. numero tertio, volumine 2. & † sit potentior, quàm sint aliæ quartæ. Iaſ. in l. scimus. in princip. colum. fin. verſicu. ſexto notat. C. de inoff. teſta. quod patet: quia † prius detrahitur §. quamobrem. in authen. de reſtit. & ea, quæ parit. quia † debita de iure naturæ: Alia verò de iure poſitiuo, &c. Ap. Raynutius. de teſta. Bero. in conſilio 26. nume. 13. volumine 2. Iaſ. in l. filium quem habentem. columna 9. verſi. in tertia parte. glo. C. famil. ercisc. vbi dicit, legitimam fauorabiliorem, quàm Trebellianicam.

¶ Non obſtat vltimum fundamentum: Quia reſpondetur, quòd licet in primo capitulo dictæ tranſactionis ſint appoſita illa verba alienare, & obligare, in quibus fieri videtur fundamentum: Tamen aduertendum eſt, quòd in dicto met capitulo declarantur dicta verba per ſubſequentia, ex quibus apparet, quòd non requiritur concurſus copulatorum, ſed ſufficiat ſimplex diſtractio, vel ſimplex obligatio, vt patet ibi, (alienandole ò vero obligando ne ò in alcũ modo diſtrahendone) Rurſus & infrà ibi, (& in tal caſo eſſa Signora Camilla ſi reſerua voler & vole ipſo iure & facta eſſet vſufruttuaria de detti beni, vt ſuprà alienati ò vero obligati) Nam ponderandum eſt, quòd dicta verba (ò vero) non poſſunt importare, niſi idem, quod dictio aut † quæ regulariter ſumitur diſiunctiuè. l. ſi ex toto. §. primo, de lega. 1. l. ille aut ille, in princip. de legat. 3. l. Titio. de leg. ſecundò, vel quòd important, id quod dictio vel, † quæ particula non ſolet poni, niſi inter diuiſa, ſecundum ſuum proprium ſignificatum. Ignеus in authen. ex cauſa numero ſeptimo. C. de liber præter. Item & quòd ex ſequentib. declaratur, quis animus fuerit in præcedentibus. §. pauonum. inſti. de rer. diuiſ. in fi. Dec. in l. petens numero vndecimo. C. de pact. Cephal. in conſilio duodecimo, numero duodecimo, & in conſilio 148. numero 17. & tanto magis id dicendum venit, cum † geminatè prolatà fuerũt dicta verba, quæ magis enixam voluntatem tranſigentium demonſtrant iuxta regulam l. baliſta. ff. ad Trebellia. Nam magna eſt virtus geminationis Dec. in conſilio 191. columna prima, Socin. Iun. in conſilio 43. nume. 9. vol. 1.

¶ Ex quibus omnino concludendum eſſe arbitror, omnem iuſtitiam militare in fauorem dictæ Magnificæ Dominæ Camillæ, nullatenus quę moleſtari poſſe à creditoribus dicti quondam Domini Iacobi quærentibus ſatisfactionem ſuorum creditorum fieri ſuper fructibus perceptis per ipſam dominam Camillam, quod nequaquam admittendum venit cum per ipſam percepti fuerint iure ſic ſuadente ex vi reſeruationis vſus fructus, de qua in inſtrumento dictæ tranſactionis, vt ſatis abundè ſuprà demonſtratum fuit.

¶ Reperio quidem Burſat. in conſilio 102. nõnulla ſcripſiſſe in præſenti cauſa contra prædictam Dominam Camillam, quibus reſpondere non curabo, cum multa præſupponantur in facto, de quibus nõ ſum informatus, & ideo hanc partem derelinquo domino Conſultori prædictæ dominæ Camillæ tanquam melius de ipſo facto inſtructo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt erigere Caſtra in Comitatum.*
2 *Comites creantur ab Imperatore, & à Rege in ſuo regno.*
3 *Dignitates emanant ab Imperatore, velut à culmine.*
4 *Dignitates & nobilitates fiunt ab Imperatore tanquã à fonte.*
5 *Imperator appellatur Nobiliſſimus, Sanctiſſimus & Dominus mundi.*
6 *Imperator poteſt inueſtire alium de Caſtro.*
7 *Imperatori permiſſum eſt concedere in feudum Ciuitates & reſpublicas, non obſtante pace Conſtantiæ, quæ fuit temporalis.*
8 *Moderator & arbiter vnuſquiſque eſt in re ſua.*
9 *Liberam habet diſpoſitionem vnuſquiſque bonorũ ſuorum etiam abutendo.*
10 *Vnuſquiſque poteſt apponere rebus ſuis legem, quam vult.*
11 *Dominus feudi in ipſius conceſſione poteſt apponere legem quam vult.*
12 *Dux Mediolani in facto proprio potuit adycere omnia pacta quæ voluit.*
13 *Diſponere quis poteſt arbitrio ſuo de rebus allodialibus & ſuper illis ordinare & fideicommiſſum relinquere.*
14 *Venditio de re prohibita alienari & ad venditorẽ non ſpectante non valet.*
15 *Ducatus Mediolani per mortem Illuſtriſſimi Philippi Vicecomitis defuncti ſine liberis apertus fuit Cæſari penes quem erat directum dominium ipſius Ducatus ac ciuilis poſſeſſio.*
16 *Feudum finita linea reuertitur ad dominum.*
17 *Venditio facta per vniuerſitatem Mediolani de Arie, terra & plebe Angleriæ, & ſi confirmata ab Illuſtriſſimo Duce Franciſco Sforzia non valet tanquã confirmata à non inueſtito de Ducatu Mediolani à Cæſare.*
18 *Feudum iuſte poſſidet, qui auctoritate Imperatoris ſolennes tenet inueſtituras.*
19 *Inueſtitura eſt iuſtus modus & ordinatus, quo quis feudum & eius ius acquirit.*
20 *Poteſtas requiritur in quocunque actu.*
21 *Infeudatio non valet, ſi non fit à verò feudatario.*
22 *Dux ille non dicitur, niſi qui de iure eſt Dux.*
23 *Comes non dicitur vel Prælatus, niſi qui de iure eſt Comes vel Prælatus.*
24 *Renuntianti iuribus ſuis amplius non datur regreſſus ad renuntiata.*
25 *Iuri ſuo quilibet renuntiare poteſt.*
26 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
27 *Clauſula ſponte & ex certa ſcientia excludit omnem allegationem erroris.*
28 *Sententia quæ tranſiit in rem iudicatam, habetur pro veritate.*
29 *Facitq; rem notoriam.*
30 *Et de indebito dubium.*
31 *Et de albo nigrum & è conuerſo.*
32 *Et tantæ eſt auctoritatis & potentiæ, quòd naturalia vincula mutat & falſum in verum non eſſentialiter, ſed quoad effectum.*
33 *Sententia lata contra vaſallum præiudicat ſucceſſoribus.*
34 *Sententia lata contra prohibitum alienare præiudicat fideicommiſſario.*
35 *Quod amplius procedere, etiam ſi ſucceſſor ſcientiam litis motæ contrà vaſallum defunctum non habuerit.*
36 *Sententia lata contra patrem Regem præiudicat filio primogenito ſucceſſuro in regno.*
37 *Vaſallus, qui non petyt inueſtituram intra annum & diem, cadit a feudo, & illud applicatur domino.*
38 *Inſtrumentum qui habet proſe, fundatam dicitur habere intentionem.*
39 *Inſtrumentum facit plenam fidem & indubitatam.*

40 Necnon & probationem probatam, manifestam, & euidentissimam, ita quòd non indiget discussione fori, & de eo dici potest, noli me tangere.
41 Instrumenti casus vbi est, de eo non est dubitandum, sicut de casu legis.
42 Instrumentis standū est cum pro eis sit omnis præsumptio, nisi apertissimis, plenis & concludentibus probationibus de contrario appareat.
43 Venditio facta de re aliena non valet, nisi in præiudicium vendentis.
44 Nisi facta fuerit præsente domino à non domino.
45 Vel nisi interuenerit taciturnitas domini ipso sciente.
46 Vel ratificatio veri domini.
47 Confirmationis natura est, confirmata roborare & nō infringere.
48 Dux Mediolani in eo Ducatu omnia potest quæ Imperator in vniuerso vrbe.
49 Dispositio l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. locum etiam habet in Duce Mediolani.
50 Clausulæ ex certa scientia, & de plenitudine potestatis positæ in confirmatione Principis tribuunt ius.
51 Confirmatio facta cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis dicitur noua datio.
52 Confirmatio quando est facta cum clausula ex certa scientia, non potest apponi manus ad illum actum præterquàm à Principe confirmante.
53 Confirmatio facta ex certa scientia roborat, quod inualidum & nullum est.
54 Confirmatio facta cum narratione rei confirmatæ censetur facta ex certa scientia.
55 Clausula de plenitudine potestatis, vbi apponitur per Principem, nihil opponi potest, quod gratiam annullet.
56 Clausula de plenitudine potestatis vbi est apposita, non potest dici Principi, cur ita facis.
57 Plenitudini potestatis Principis nihil resistit, nam si libet licet.
58 Plenitudo potestatis Principis nulli necessitati est subiecta, nullisque iuris publici regulis limitata.
59 Clausula de plenitudine potestatis absolutè operatur, vt Princeps possit mutare rerum naturas.
60 Princeps duplicem habet potestatem ordinariam, videlicet & absolutam, quæ vltima nō est sub lege nec quo ad obseruantiam, nec quoad vinculum de iure positiuo.
61 Princeps quando apponit clausuam de plenitudine potestatis absolutè concessione immunitatis temerarium, & quasi sacrilegium est de validitate ipsius immunitatis amplius disputare.
62 Clausula de plenitudine potestatis absolutè operatur, & Princeps tertio voluerit præiudicare.
63 Clausula geminatæ plus operantur quàm simplices.
64 Clausula supplentes, &c. tollit omnes defectus iuris positiui, quamuis non specificatos.
65 Clausula triplicatæ plus operantur, , quam duplicatæ.
66 Cui licet quod est plus multò magis quod est minus.
67 Dux Mediolani potuit de rebus Ducatus donationem facere, quando non tendit in magnam diminutionē Ducatus.
68 Alienatio feudi facta sine consensu domini directi licet sit nulla ipso iure, tamen intelligitur domino volente, de cuius præiudicio agitur, & ita petente.
69 Priuatio emphyteusis ob canonem non solum non est in facto, sed potentia fieri domino volente.
70 Alienatio rerum subiectarum fideicommissō tenet nisi à fideicommissario reuocari petantur.
71 Alienatio rei prohibitæ alienari, donec in cuius fauorē fuit prohibita uoluerit, & petierit eā reuocari, valet.
72 Lex vel statutum, vbi annullat actum ipso iure in fauorem alicuius, debet intelligi si petatur.
73 Dominus si non declarauerit voluntatem suam eo viuente, hæres eius non poterit illam declarare.
74 Tertius non potest opponere, quòd in alienatione feudi non interuenerit consensus domini.
75 Ordinatio limitata limitatum producere debet effectum.
76 Prohibitio alienationis limitata extra familiam cessat in his qui sunt de familia.
77 Substitutio facta filijs decedentibus in vita testatoris, cessat si ei superueniunt.
78 Dispositio Papæ limitata præces, si veritate nitantur, cessat deficiente conditione.
79 Dispositio de præsentando personam idoneam cessat, si persona non est idonea.
80 Promissio limitata non extenditur ad alium casum.
81 Vnius inclusio alterius est exclusio.
82 Absolutoria continens limitas causas absolutionis limitatam producit absolutionem, & non generalē.
83 Renuntiatio facta per sororem, vt bona conseruentur in familia fratris, extinguitur mortuo fratre sine masculis.
84 Prohibitio limitata donec & quousque filij & descendentes masculi superuixerint, cessat non extantibus, descendentibus masculis.
85 Prohibita ad tempus post illius finem censetur permissa.
86 Recedendum non est à verbis priuilegij.
87 Prohibitio personalis non extenditur ad alias personas.
88 Prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes.
89 Concessio in comitatum facta inuestito de filijs non extenditur ad alios.
90 Contractus feudi dicitur esse stricti iuris strictéq; intelligendus, ita quod in eo omissum habetur pro omissio, & verba eius propriè intelligendo, nihilq; in eo subaudiendum.
91 Ciuitas libera & habens iura imperialia potest sibi creare Ducem & cum facere dominum suum naturalem.
92 Gentes liberæ, quæ non sunt sub Papa, vel alio Principe, possunt sibi Regem eligere.
93 Ciuitas, quæ non recognoscit superiorem, vel non est spes, quòd superior eam possit regere & gubernare, potest se submittere ei, qui eam regere & tueri potest de iure naturali.
94 Tutela sui corporis vnicuique est permissa.
95 Duces Mediolani aliàs non cognoscebant Imperatorem in superiorem.
96 Consensus Cæsaris ex vetustate tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, præsumitur interuenisse in donatione Ducis Mediolani facta per vniuersitatem ipsius ciuitatis.
97 Consensus domini præsumitur interesse, quando interuenit spatium longi temporis.
98 Interpretatio semper fit, per quam actus sustineatur.
99 Alienatio feudi & emphyteusis ob tempore diuturnitatem præsumitur facta de consensu & licentia domini.
100 Licentia concessa Cardinali de testando ex diuturnitate temporis præsumitur.
101 Vetustus centum & viginti annorum dicitur immemorialis.
102 Scientiam Imperatoris allegans, illam probare tenetur.
103 Scientia Imperatoris non requiritur, vbi agitur de tempore immemorali.
104 Vetustas antiquitas nedum operatur præsumptionem solennitatis extrinsecæ, sed etiam probationis tituli.

105 Tene-

105 *Tempus immemoriale habet vim priuilegij iustè & decenter concessi.*
106 *Item concessionis.*
107 *Necnon & pacti.*
108 *Et tamen potest quantum Imperator cum causa.*
109 *Renuntiatio licet possit nocere vasallo renuntianti, nō tamen successoribus venientibus ad feudum paternum vel antiquum.*
110 *Transactio facta per vasallū super feudo paterno, vel antiquo non nocet alijs agnatis transigentis.*
111 *Quod ampliatur procedere, etiamsi in renuntiatione interuenisset consensus domini.*
112 *Metus præsumitur vbicunque aliquid remittitur vel fit, quod non est verisimile fieri.*
113 *Spoliatus, si renuntiat ius suum, id facere præsumitur per metum.*
114 *Verisimile quod non est, repelli debet, tanquàm imago falsitatis.*
116 *Verisimile quod non est suspectum dicitur.*
116 *Verisimile valde consideratur in materia metus.*
117 *Iudex fidem adhibere non debet non verisimile.*
118 *Metus probatur pro locum à verisimilibus.*
119 *Iactare suum in dubio quis non præsumitur.*
120 *Fatuus est qui compromittit de eo, de quo modo aliquo molestari non potest.*
121 *Fatuus censendus est, qui renuntiat rebus emptis per suum antecessorem.*
122 *Vasallus si superiori suo nouum præstet iuramentum præter antiquam consuetudinem illud præsumitur extorium.*
123 *Indebita seruitia præsumuntur à domino per metum extorta.*
124 *Quæ per metum Principis fiunt non valent.*
125 *Metus Principis est quodāmodo vis præcisa, quæ tollit omnino consensum.*
126 *Iustus metus si inducitur, vbi agitur de lucro perdēdo, ergo multo magis si tractatur de graui damno in reb. proprijs.*
127 *Metus probatur ex inditijs & præsumptionibus, quæ relinquuntur arbitrio iudicis.*
128 *Veritatem ante oculos iudex habere debet.*
129 *Metus causa quæ gesta sunt, rata & firma haberi nō debent.*
130 *Iuramentum metu extortum non obligat aliquem mero iure.*
131 *Metus reuerentialis vnà cum enormi læsione sufficit ad rescissionem contractus, minis etiam præcedentibus.*
132 *Metus illatus per antecessorem afficit etiam successorem.*
133 *Clausula sponte & ex certa scientia, non operatur quòd contractus metu factus non dicatur meticulosus.*
134 *Clausula sponte ex certa scientia, apposita in instrumēto renuntiationis per metum facto præsumitur etiā per metum apposita.*
135 *Renuntiationes & clausulæ appositæ in contractu simulato & imaginario, iudicantur simulatæ, nullæ & inefficaces.*
136 *Contractus principalis si non tenet nec cæteræ clausulæ.*
137 *Verba & non aliter nec alio modo, virtutem habent præcisam.*
138 *Princeps contrahens in pertinentibus iuxta mortē sui principatus, sicut non potest contrauenire suo contractui, ita nec eius successor in dignitate.*
139 *Successor Principis, qui venit ad principatum nedum per viam successionis sed delectionis, tenetur obseruare gesta prædecessoris, quatenus pertinent ad dignitatem & officium suum.*
140 *Princeps, sicut mandata sua à successoribus obseruari, decens est, vt suorum prædecessorum mandatis venerationem præstet & custodiam.*
141 *Princeps non obseruando dat materiam dissoluendi eius gesta per successores.*
142 *Successor Principis contraueniens factis antecessoris dicitur sibi ipsi contrauenire, quia semper vnum est imperium.*
143 *Hæres non potest venire contra gesta, & ordinata per defunctum.*
144 *Dictio omnino, quæ præcisa est, idem significat, quod totaliter & integraliter.*
145 *Dominus directus non potest priuare vasallum, nisi cō uicta culpa.*
146 *Imperium est, quòd Princeps, qui est debitor iustitiæ, & scire debet, quod positum est, vt iustitiam faciat & iustum iudicium, velit renuntiationem à feudatarijs habere sine causa vel aliqua legitimo colere.*
147 *Princeps ius suum tribuendo subditis, dicitur Imperator iustitiæ.*
148 *Sententia parti non intimata, ei non efficit.*
149 *Ignorantiæ in dubio præsumitur.*
150 *Sententia si non est intimata parti, cum ea dolosè versatum videtur.*
151 *Iuri exequendi præscribitur spatio triginta annorum.*
152 *Omnis actio tollitur spatio triginta annorum.*
153 *Officio iudicis præscribitur spatio triginta annorum.*
154 *Sententia lata contra vasallum super feudo antiquo vel paterno non præiudicat sequentibus agnatis, nisi fuerint citati vel sciuerint causam agitari cum agnato.*
155 *Domini directi gratiosi esse debent erga suos vasallos, quando dolosè & in contemptum domini non deliquerunt, in non petendo inuestituram infra annū & diem.*
156 *Caducitas, quæ causatur per lapsum temporis, dicitur iniqua & odiosa.*
157 *Qui nititur ex tempore dicitur inniti ex circunuentione temporis, & sic remedio rigoroso.*
158 *Vasallus in regno Siciliæ feudum non amittit ob non petitam inuestituram infra annum & diem.*
159 *Feudum paternum, quod amitti potest ab non petita inuestituram, non reuertitur ad dominum sed transit ad agnatos.*
160 *Concessio Cæsaris non extenditur ad id, quod suā non erat tempore concessionis.*
161 *Nemo dat quod non habet.*
162 *Comes si concedit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali loco, concessio talis non valet, nihilq; operatur, nisi constet de iure concedentis.*
163 *Fundans ius suum in inuestitura alterius debet probare de iure inuestientis.*
164 *Successor debet probare de iure auctoris sui.*
165 *Regi conuenit iustitiam facere & ipsius terminos non egredi, bonaq; fidelium non percipere, & vasallos suos ab oppressionibus.*

CONSILIVM C.

MVLTIPLICI Ex capite prima frō te dicendum videtur in præsenti cōsultatione, quod Multum Illustri dō mino Ioāni Baptistæ Borromeo Cōmiti Aronæ nullum ius competat in Arce, terra & plebe Angleriæ, nō obstante vēditione aliàs facta Multo quon. Illustri Comiti Vitaliano etiam de Borromeis per inclitā Rem publicam Mediolani de anno 1449. die 18. mensis Ianuarij ex rationibus & cōclusionibus infrascriptis. Præmittendo tamen prius nonnulla pro maiori declaratione, quæ cōmuniter à Doctoribus recipiūtur videlicet, Vincislaum † Imperatorem potuisse erigere

gere in Comitatum dictam Arcem, terram & plebē
2 Angleriæ, quoniam † Comites creantur ab Imperatore, capitu. de feudo March. & à Rege in suo regno. cap. in apibus 2. quæst. 1. Iacob. à Sanct. Georgio in in uestitura sua: in verbo quæro in primis. Valasc. in l. Imperium. numero 116. ff. de iurisdict. omn. iud. Nā
3 dignitas emanant ab Imperatore velut à culmine. Bald. & Præpos. in capitulo primo, in 2. notabili. de
4 feud. March. & † ab eo tanquàm à fonte fluunt omnes dignitates & nobilitates. l. sacrilegij. C. de diuers. rescript. Dec. in consilio 468. numero 17. 498. nume. 13. & 573. in princ. Curt. Iun. in consilio 157. numero 32. Castald. in tract. de Imperato. numero 54. quæst. 15. Nec immerito secundum Præpos. in capitulo primo, colum. prima, quis dicatur Dux, Marchio, &c.
5 quia appellatur † Nobilissimus, & sanctissimus. l. quæris. ff. de natalib. restit. & dominus mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rod. de iactu. Item † & de dictis, Arce, terra & plebe Comitatus Angleriæ alterum inuestire, vt fecit Federicus Imperator, qui fecit Comitatum Papiæ inuestiendo Comitem de eo, & de pluribus alijs locis, vt tradit Bal. in capitulo primo, de natura feudi. quem sequitur Iacob. de S. Georgio in dicta inuestitura sua in verbo Princeps. columna prima, in fin. & in verbo, sed an Princeps. columna secunda. notant omnes in dicto capitulo primo, de natu. feudi. vbi dicunt: Imperatorem posse infeudare Castrum alicuius Ciuitatis Lombardiæ: quia omne Imperium omnisque iurisdictio est penes eum. l. 1. ff. de constit. Princip. Alexan. in consilio primo, numero 15. versic. non obstat. volumine 5. dicens Imperatorem potuisse concedere Illustris. Duci Ferrariæ Ducatum Regij cum suis pertinentijs. Socin. Iun. in consilio primo, numero 70. volumine quarto. Iaf. in consilio 56. columna secunda, versic. ad ista volum. primo, Bero. in consilio 75. numero 17. volumine pri
7 mo, vbi tradit, permissum † esse Imperatori in feudum concedere Ciuitates & respublicas non obstante pace Constantiæ: quæ fuit temporalis. capitulo 1. §. si per triginta. de pace Constan. cū quo pertransire videntur communiter feudistæ: Iterum in consilio 65. numero 88. volum. eod. Dec. in consil. 468. nume 17. & 498. num. 13.

8 ¶ Plus, clarissimi Iuris est: q. † vnusquisque est moderator & arbiter in re sua. l. in re mandata. C. manda. Bero. in consilio 40. numero secundo, volumine primo, Soc. Iun. in consilio 76. numero 118. volumine primo. consilio 80. numero 11. volumine secundo, Crott. in consilio 143. numero 23. Liberam q.
9 † habet dispositionem bonorum suorum. l. 2. ff. si quis à paren. fue. manumis. Soc. Iun. in consilio 72. columna fin. volumine 3. & 107. numero trigesimo quarto, volum. eod. etiam abutendo. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hære. Socin. Iun. in consilio 130.
10 numero octauo, volumine tertio, & † rebus suis pōt ponere legem, quam vult. c. verum. de cond. appos. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo Paris. in consil. 32. numero 28. volumine primo, 72. numero tertio, volum. eod. & in consilio primo, numero 116. volumine tertio, Cephal. in consilio 173. numero 14. vbi
11 † dominus feudi in concessione ipsius potest apponere legem quam vult. Iacob. Emilia. in consilio primo, numero primo, Curt. Sen. in cōsilio 48. colum.
12 20. versicul. nec est inconueniens. vbi † loquendo de Francisco Sfortia Duce Mediolani dicit, quòd in facto proprio potuit adijcere omnia pacta, quæ voluit & in consilio 50. colum. 4. versic. & sic est vera. Paris. in consilio 2. in fin. volumine primo, vbi † de rebus
13 allodialibus potest, quis suo arbitrio disponere, & super illis ordinare, & fideicommissum relinquere. Quibus sic præmissis, dicitur quod cum Vincislaus Imperator in concessione facta de dicto Comitatu Angleriæ de Anno 1397. die vigesimoquinto Ianuarij, in Illustrissimum Galeaz Ducem Mediolani, legem posuerit, quòd ipse & descendentes sui non possint, nec valeant dare, concedere, nec aliquo modo transferre dictum Comitatum in aliquam personā, etiam collateralem, nec ipsum Comitatum ab eis
14 aliqualiter abdicare, quòd † venditio facta de dicta Arce, terra & plebe per vniuersitatem Mediolani, vel per ipsius Procuratores dicto quondam Illustri Comiti Vitaliano: tanquam de re prohibita alienari: & ad eam non spectante, non valuit: quia dubium non
15 est, quòd † per obitum Illustrissimi Philippi Vicecomitis Ducis Mediolani filij prædicti Illustrissimi Galeaz & vltimo loco defuncti sine liberis: feudum Ducatus Mediolani fuit apertum non vniuersitati Mediolani, sed Cæsari, penes quem erat directū dominium ipsius Ducatus ac ciuilis possessio, Bero. in consilio 118. numero decimoseptimo, volumine tertio, cum quo directo dominio & ciuili possessione fuit consolidatum vtile dominium & naturalis possessio, quæ erat penes dictum Illustrissimum Philippum. Bal. in l. prima, quæstio. 41. ff. de rer. diuis. Abb. in cap. cum venissent. in secundo notabili de restit. spol. Gozad. in consilio decimo, nume. 14. & 47. Vnde ex hoc infertur, quòd non potuit vniuersitas Mediolani. quæ tempore alienationis Angleriæ erat sub Imperio Cæsaris, dominium & possessionem Arcis, terræ & plebis Angleriæ in alium transferre tanquā de re aliena. l. exempto. in verbo euictionis. ff. de actio. empt. Pet. Rebuff. in repetitione l. primæ num. 425. C. de sent. quæ pro eo, &c. dixi in consilio 57. nu
16 mero secundo, volumine tertio. Nam † feudum finita linea reuertitur ad dominum directum. capit. primo. de alie. feud. pater. Paris. in consilio 13. numero 11. volumine primo, & 22. numero 25. volumine eod. Soc. Iun. in consi. 102. num. 1. vol. 2. Cepha. in cō sil. 133. nu. 68.

¶ Nec habet obstare, si dicatur, q. etsi huiusmodi alienatio in effectu non valuerit: tamen q. & fuit cōualidata, laudata: & ratificata & confirmata cū clausulis ex certa scientia, & de plenitudine potestatis per quon. Illustrissimum Franciscum Sfortiā tunc Ducem Mediolani, quæ operatur: vt id: quod nullum erat: nedum confirmaretur: sed & confirmatum dicatur noua datio. & nouum pactum. Bart. & alij in l. quia. ff. de iurisdict. omn. iud. Cepha. in consilio 170. numero 50. D. Francis. Bursat. in consilio 30. numero decimoseptimo, dixi in consilio 71. numero 46.
17 volumine secundo. Quia † respondetur: confirmationem prædictam nullius esse valoris & momenti: tanquam factam à prædicto quon. Illustrissimo Frā cisco: qui nullā potestatem habebat faciendi huiusmodi confirmationem in dominio Mediolani: cum non esset inuestitus à culmine Imperiali de dicto Ducatu: quod habebat directum dominium ipsius sta-
18 tus: Nā † feudum iustè possidet: qui auctoritate Imperatoris solennes inuestituras tenet. Soc. Iun. in cō silio 76. numero trigesimo nono, volumine primo,
19 vbi dicit: † quòd inuestitura est iustus modus & ordinatus, quo quis feudum & eius ius acquirat. cap. 1. de feud. cog. cap. 1. quib. mod. feud. const. potest. Vn-
20 de cum † in quocunque actu potestas requiratur. l. cum te. C. de donation. ante nupt. capit. super eo. de offi. de leg. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi Bald. in consilio 326. numero secundo, volumine 1. quæ in casu nostro non interuenit, sequitur, q. ex defectu dictæ potestatis confirmatio ipsa redditur nulla: Minusque fieri potest vis in feudatione facta de dicta Arce, terra & plebe per dictum Illustrissimum Franciscum Sfortiam in personam dicti quon. Illu-

stris

stris Vitaliani, quoniam, & si feudatarius etiam sine licentia domini possit alium vasallum facere, dando ei rem feudalem. Afflict. in cap. 1. §. & quia. num. 60. qui feud. dar. pos. Ceph. in consilio 133. nume. 65. Socin. Iun. in consilio 77. numero 70. volumin. pri-
21 mo, Tamen id procedit, quando † infeudatio fit à vero domino, habente auctoritatem à lege illam faciendi, secus si ab eo, qui non est feudatarius, nec habet facultatem infeudandi, vt in casu isto, vbi illustriss. Franciscus Sfortia (vt dictum fuit) non erat inuestitus de Ducatu Mediolani, & in illo nullâ
22 penitus iurisdictionem habebat. Num † Dux ille non dicitur: nisi qui de iure est Dux. Bald. in cap. 1. in verbo Marchio. qui feud. dar. pos. vbi inquit: quòd
23 † Comes non dicitur vel prælatus: nisi qui de iure est Comes vel prælatus. allegat l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. ex defectu igitur potestatis infeudatio ipsa nulliter facta fuit.

24 ¶ Secundò facit. Nam † renuncianti iuribus suis amplius non datur regressus ad renunciata. l. quæritur. §. & si venditor. ff. de ædil. edict. l. fina. in fin. C. de cond. inse. c. quam periculosum. septima, quæst. prima, Soc. Iun. in cons. 94. numero 31. & 119. nume. 21. volumine tertio, Cepha. in cons. 94. numero 5. & 237. numero. 56. Paris. in cons. 12. nume. 12. volum. 2. 69. numer. 20. volumi. tertio, & 135 nume. secundo,
25 volum. quarto, quia † quilibet potest renunciare iuri suo. l. si quis conscribendo. C. de pac. Paris. in cons. 32. numero 30. volumine 4. & 72. num. 18. volumine tertio, Cephal. in cons. 18. numero. 5. At in casu præsenti per illustres Dominos Comites Ioannem, & Vitalianum de Borromeis facta fuit renunciatio dictæ terræ, Arcis & plebis per instrumentum publicum quond. Illustriss. Galeaz. Duci Mediolani in
26 ampla forma, † quod facit probationem probatam. Bald. in l. secunda, C. quando fisc. vel priuat.
27 Item sponte & ex certa scientia, † quæ clausulæ excludunt omnem allegationem erroris: vt de verbo sponte habetur in clem. prima. vbi Gard. de renuntia. & de clausula ex certa scientia per Bartol. & alios. in l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cautio. Bartol. & Alexand. in l. si dari. in fin. ff. de verborum obligati. Antonius Gabriel. in suis commun. opinio. in titul. de clausulis. conclusion. prima: numero 56. Burs. at. in consilio 47. in fin. & de vtroq; per Iacob. Emilia. in consilio 39. numero 8. Si igitur renuncianti non potest dari dictus regressus: Ergo nec prædicto multum Illustri Comiti Ioaani Baptistæ vti hæredi dictorum quond. Illustriss. Comitum Ioannis & Vitaliani.

¶ Tertiò ex alio capite nullum ius competere videtur dicto illustri Comiti, domino Ioanni Baptistæ in Arce terra & plebe Angleriæ: quoniam aliàs lata fuit sententia contra anteces sores ipsius per Magnificos dominos Magistros intratarum status Mediolani, per quam declarauerunt, antecessoribus suis nullum ius competere in dicta, Arce, terra & pertinentijs eius, & in qua etiam condemnarunt dictos suos antecessores ad restituendum dictam ter-
18 ram &c. Cameranæ Ducali, quæ † sententia cum transiuerit in rem iudicatam & habeatur pro veritate. l. ingenuum. ff. de stat. homin. Cephal. in consi lio 180. numero secundo, & 163. numero trigesimo
29 quarto, faciatq; † rem notoriam. capitulo vestra. de cohabit. cler. & mulier. Cephal. in cons. 26. nume. 5.
30 80. num. 2. & 227. num. 10 & † de indebito debitum l. 1. de condit. indeb. Cephal. in allegato consil. 180.
31 num. 4. † & de albo nigrum & è conuerso. Bald. in capit. nostri. de elect. Ias. in l. Iulianus verum debito rem. in secundo notabili. ff. de condit. indeb. Curt. Iun. in consil. 177. num. 12. Maran. in tract. de ordin. iud. in sexta par. in §. expedita. numero 129. Cephal. in consilio 162. numero octauo. Burs. at. in consilio
32 quinquagesimo nono, numero primo, & † sit tantæ auctoritatis & potentiæ, q; naturalia vincula mutat, & falsum in verum non essentialiter sed quoad effectum. Bald. in capitulo in præsentia de probat.
33 Curt. Ias. & Maran. Vbi suprà. habet † præiudicare etiam agnatis successoribus, & sic ipsi illustriss. Comiti domino Ioanni Baptistæ, argumento eorum, quæ notantur per Alexand. & alios in l. filius familiàs. §. diui. de lega. primò, dum inquiunt sententi-
34 am † latam super re prohibita alienare contra prohibitum, præiudicare, eo etiam non citato, ad quem ea res prohibita alienari transferri debet per fideicommissum, quam sententiam vti communem amplectitur Ripa in responso 161. numero sexagesimo, & eam magis communem tradit Didac. variar. quæstion. capitulo decimo tertio. numero sexto,
35 quam † dicit procedere etiam si successor scientiam litis motæ contra vasallum defunctum non habuerit. Oldra. in consilio nonagesimo quarto, columna
36 fina. vbi concludit sententiam † latam contra patrem Regem præiudicare filio primogenito successuro in regno.

37 ¶ Quarto & vltimo dicitur, quòd † dictus Illustris Comes dominus Ioannes Baptista excluſus fuit à dicto feudo Angleriæ ob non petitam inuestituram à sua Maiestate Catholica nunc Duce Mediolani intra annum & diem, & quod illud dictæ Maiestati suæ applicatum fuit. capit. primo. §. præterea si quis. de prohib. feud. alien. per Feder. capit. primo, in princip. de capi. Corra. Socin. Iun. in consilio 76. num. 78. volum. 1. & in consilio 115. in princip. volum. 2.

¶ Veruntamen diligentius omnia considerans matura deliberatione adhibita, his non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse arbitror: videlicet, q; molestari non possit nec inquietari valeat dictus Illustris Comes Ioannes Baptista in ipso feudo, Arcis: Castri & plebis Angle-
38 riæ: quoniam indubitati iuris est: quòd † ille, qui habet instrumentum pro se, fundatam dicitur habe
39 re intentionem, cum † faciat plenam fidem & indubitatam. Alexan. in consilio 37. nume. 16. volumine 2. Dec. in consil. 459. col. 1. Paris. in cons. 119. nume. 39. vol. 3. Ceph. in cons. 180. nu. 14. 225. nu. 29. & in cons.
40 289 num. 10. nec non † probationem probatam. manifestam & euidentissimam, ita q; non indiget discussione fori, & de eo dici potest, noli me tangere,
41 & q; † vbi est casus instrumẽti: de eo non est dibitandum, sicut de casu legis: vt latissimè apud Tiraq. in tract. de re trac. folio mihi 393. dixi in cons. 75. num. 19. volum. 2. & in cons. 57. numero 2. volumin. 3. sed Illustris Comes Ioannes Baptista Borromeus habet instrumentum venditionis aliàs factæ de dicta Arce: terra & plebe Angleriæ per vniuersitatem Mediolani quond. illustri Comiti Vitaliano Borromeo, vnà cum instrumento confirmationis ipsius venditionis factæ per quond. Illustriss. Franciscum Sfortiam, Ducem Mediolani cum clausulis ex certa scientia & de plenitudine potestatis, quæ cum non sit facta in forma communi, habet vim nouæ
42 donationis, vt infra dicetur † ergo ei standum est, cum pro eis sit omnis præsumptio, nisi apertissimis plenis, & concludentibus probationibus de contrario appareat. l. cum precibus. vbi gloss. C. de probat. Bero. in cons. 147. nu. 34. vol. 2. & 151. in fi. vol. 1. Port. in cons. 136. num. 6.

¶ Nec habet obstare, q; venditio ipsa fuerit nulla ex defectu potestatis, quæ in quocunq; actu requiritur. ca. super eo. de offic. de leg. Quoniam facta ab

Agentibus vniuersitatis Mediolani, quæ non erat directa domina dictæ Arcis, terræ & plebis Angleriæ, sed tantum Imperator, quo casu cum præmissa
43 †venditio facta reperiatur de re prohibita alienari, & ad se non spectante, sed ad Cæsaream Maiestatem, dicendum videtur, ꝙ ea non valuit, nisi in præiudicium vendentis. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. gl. in l. si quis alienam. ff. de action. empt. Alexan. in cons. 69. in princ. volum. 4. & in cons. 157. num. 9. volu. 6. Quia respondetur ꝙ etiam dato ꝙ
44 conclusio prædicta sit vera, tamen ꝙ † ea non procedit, vbi venditio rei alienæ facta fuisset præsente domino à non domino: quia tunc valet Io. de Imol. in l. quæ dotis, ff. solut. matr. vbi inquit, ꝙ valet venditio ad præiudicium domini præsentis, si dicat,
45 consentio saluo iure tertij, vel † nisi interuenerit taciturnitas domini, cuius res venditur per alium ipso sciente. Dy. in l. 2. in §. voluntate. & Bart. in dicta l. quæ dotis. in pen. col. ff. solut. matr. notatur in l. Gaius. ff. de pign. actio. Bald. in l. quoties. la 1. colu.
46 1. versicu. quæro nunquid. C. de fide com. vel † ratificatio & confirmatio veri domini. §. contra instit. quib. alie. non licet. ibi. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, ꝙ voluntate debitoris intelligatur pignus alienari. l. voluntate, in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solut. Petr. Rebuff. in repet. l. pen. numer. 425. C. de sent. quæ pro eo, &c. sed in præsenti casu contractus venditionis. Arcis, terræ & plebis Angleriæ fuit confirmatus per quond. Illustriss. Franciscum Sforciam Ducem Mediolani, tunc directum domi-
47 num Angleriæ, cuius † confirmationis natura est, confirmata roborare & non infringere. Soc. Iun. in cons. 192. nume. 22. volum. 2. ergo negari non potest
48 quin valeat, cum † in Ducatu Mediolani omnia poterat, quæ Imperator in vniuerso orbe. Paul. de Castro. in cons. 225. in fi. Curt. Sen. in cons. 61. colum. 4. in quinto dubio. & in cons. 101. nu. 3. Ias. in cons. 76. col. 3. vol. 1. & in cons. 101. col. 3. vol. 4. Paris. in cons. 2. colu. 2. vol. secundo, Socin. Iun. in consilio 92. numero secundo, vol. secundo, & in cons. 126. numero 11. volum. 3. Corn. in cons. 127. vol. 2. Ripa in respon: 171. in fi. Curt. Iun. in cons. 101. numero 3. & hanc esse magis communem inquit Socin. Iun. in cons. 65.
49 num. 6. volum. 3. vbi † tradit dispositionem. l. bene à Zenone, C. de quadr. præscrip. etiam locum habere in Duce Mediolani, sed Imperator in vniuerso orbe concedere potest alienationes Castrorum infeudare & confirmare contractus, ergo & Dux Mediolani in suo statu & dominio. Angel. in consilio 217. vbi ait, quòd Comes virtutum Dominus Mediolani censetur supremus Princeps, qui potest omnia in suo dominio sicut Imperator. Socin. Iun. in consilio 17. numero nono, volumine quarto, vbi loquitur de donatione facta per quond. Illustriss. Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani Illustriss. dominio Venetorum, concludens illam valere, & tanto magis dicendum est illam valere, cum facta reperiatur non in forma communi, sed cum clausula ex
50 certa scientia & plenitudine potestatis, † quæ clausulæ in confirmatione positæ tribuunt ius. Bartol. & alij in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. Imol. in cap. inter dilectos. in glos. in verbo appellari. de fide in-
51 strum. vbi † confirmatio facta modo præmisso dicitur noua datio. Dec. in rubric. de confir. vtili vel inutili, in consilio 341. numero 2. 526. colnm. 3. in princip. & in consil. 649. colum. fi. Alex. in cons. 30. num. 8. versic. tamen contrarium sentio. vol. 5. Bos. in suo tract. crimin. in tit. de Principe. nume. 354. vbi con-
52 cludit, ꝙ † quando confirmatio est facta cum clausula ex certa scientia, non potest apponi manus ad illum actum præterquam à Principe cõfirmante, & quod vbi actus qui confirmatur esset nullus tribue ret ius, secus si confirmatio facta fuisset in forma communi. Soc. Iun. in cons. 32. num. 14. versic. præ-
53 dicta igitur. vol. 3. vbi concludit † confirmationem factam ex certa scientia confirmare quod inualidum & nullum est. c. 1. cap. veniens, vbi glos. & Doctores. de transact. & tribuere ius de nouo. Bart. in l. more. in 2. oppos. quem ibi sequuntur communiter Scribentes. ff. de iurisd. om. iud. & gestis non subsistentib tribuere originem, & ea in esse producere si nulla per prius fuissent, & quod debet attendi confirmans & non confirmatum. Bar. per illum text. in l. si quis priore. ff. ad treb. Paris. in cons. 29. nume. 17. volum. 3. Ripa in responso. 184. nu. 2. & 7. Curt. Iun. in cons. 108. nume. 6. Crot. in l. omnes populi. num. 117. de iust. & iure. Dec. in consil. 341. nume. 6. in fin. & 516. colum. 3. & eo maximè id recipiendum venit, cum in confirmatione prædicta sit inserta tota substantia dictæ venditionis. Dec. in cap. venerabilis. in princ. & in c. porrecta. de confir. vtili. vel inutili. Paris. in cons. 3. num. 48. vol. 4. Rui. in cons. 196. nume, 6. volum. 1. Cepha. in cons. 170. nu. 50. vbi fortius di-
54 cit, quod † licet non esset expressa clausula ex certa scientia in confirmatione, tamen si ea facta est cum narratione rei confirmatæ, censetur facta ex certa
55 scientia. Accedit quoque, quod † confirmatio ipsa facta est etiam cum clausula de plenitudine potestatis, quæ vbi apponitur per Principem nihil opponi potest, quod gratiam annullare habeat. Bald. in pro œmio decreta. columna quarta, dixi in consilio 71.
56 numero 49. volumine secundo, & † stante tali clausula, non potest dici principi, cur ita facis. Bald. in prælud. feud. columna 9. versicul. sed pone. Dec. in consilio 373. numero 8. 191. numero 3. Ias. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offer. Socin. Iun. in consilio 76 numero 28. volumine primo, dixi in consilio 1.
57 numero 68. volumine tertio. Nam † plenitudini potestatis Principis nihil resistit. Nam si libet licet. Bald. in c. 1. colum. 11. de constitut. in cons. 333. circa principium. in 1. volum. in l. 2. in 7. col. C. de serui. &
58 aqua. vbi † plenitudo potestatis Principis nulli necessitati est subiecta, nullisq; iuris publici regulis li-
59 mitata, & † quidem de plenitudine potestatis etiam absolutæ, quæ clausula operatur, vt Princeps possit mutare rerum naturas. Afflict. in cap. 1. §. simili-
60 ter. num. 88. de capit. qui cur. vend. Princeps † enim habet duplicem potestatem, videlicet, ordinariam & absolutam. quæ absoluta non est sub lege, nec quoad obseruantiam, nec quoad vinculum de iure positiuo. Paris. in cons. 1. num. 29. volum. 1. Cur. Iun. in cons. 1. num. 19. & ideo inquit Ias. in consilio 101.
61 colu. 8. in prin. vol. 4. ꝙ † quando Princeps apponit clausulam de plenitudine potestatis etiam absolutæ in concessione immunitatis, temerarium & quasi sacrilegium est de validitate ipsius immunitatis amplius disputare. l. 2. C. de crimin. sacr. Socin. Iun. in consilio 17. numero 8. volumin. 4. vbi dicit, quod
62 † ex talibus verbis clarè constat, Principem tertio voluisse preiudicare, & qræsertim hoc verum esse
63 arbitratur, cum † dictæ clausulæ sint geminatæ. quæ plus operantur quam simplex funiculus. argumen. eorum quæ notantur per Scribentes in l. balista. ff. ad Trebel. & per Barto. in l. cum scimus. C. de agricol. & censi. libro 10. Doctores in capitulo primo de treug. & pace. Dec. in consilio 373. numero 8. Paris. in consilio 3. numero 91. & tanto magis id proce-
64 dere debet, cum etiam † sit clausula supplentes omnes defectus, quæ singulos defectus iuris positiui tollit, quamuis non specificatos. Ioan. And. in capit. primo. de transact. Alexan. in consilio 101. numer. 4. volum. 6. Curt. Sen. in consil. 65. col. 9. quæ quidem

clausulæ

clausulæ iunctæ cum alijs præcedentibus magis de
65 bent operari † cum sint nedum geminatæ sed tripli
catæ, per quas manifestissimè demonstratur, quanta fuerit enixa voluntas Principis confirmantis, & de nouo dantis Dec. in cons. 504. colum. fin. in princip. Crauet. in cons. 54. col. 2. Paris. in consil. 3. nu. 91. volum. 4.

¶ Secundò principaliter dicitur, quòd dictus Illustriss. Dux Franciscus potuit infeudare Illustrem quondam Comitem Philippum Borromeum antecessorem ipsius Illustrissi. Comitis Ioannis Bapti-
66 stæ de dicta Arce, terra, & plebe Angleriæ. Nã † si potuit quod est plus, multo magis ꝙ est minus reg. cui licet. de reg. iur. in 6. Paris. in cons. 107. nu. 82. volu. 3.
67 Plus, quia † etiam donare poterat de rebus Ducatus dummodo non tenderet in magnam diminutionẽ status l. prohibere. §. aut qui aliter. vbi Barto. ff. ꝙ vi aut clam. not. in c. intellecto de iureiur. dixi in cons. 1. n. 107. cum plurib. sequentib. vol. 2. ergo ꝙ est minus, & sic in feudare, vt in specie notatur. in c. 1. §. 1. cum sequenti qualiter feud. olim pote. alie. Alexan. in consil. 1. nume. 17. & 18. vol. 5. vbi loquens de Illustrissi. Duce Ferrariæ respectu feudi Ciuitatis Regij sibi concessi, concludit quod potuit concedere in feudum seu sub in feudare terram Sancti Thomæ Nobilibus de Gonzaga. sequitur Socin. Iun. in cons. 126. num. 6. vol. 3. de infeudacione autem constat ex instrumento celebrato de año 1450. die quinto Maij vbi postquam Illustrissi. Franciscus Sforcia Dux Mediolani, Angleriæque Comes confirmauit omnes venditiones factas quon. Comiti Vitaliano de Borromeis per communitatem Mediolani Illustriss. quon. Comiti Philippo eius filio, subiungit verba infrascripta. Et omnia & singula, de quibus suprà fit mentio per prælibatum Illustrissi. Principem visa, lecta & examinata, quæ hîc pro expressis specialiter haberi vult & intendit, factaque super his omnibus & singulis debita solenni deliberatione & cum maturo consilio ad petitionem, instantiam & requisitionem prædicti militis & Comitis D. Philippi, & flexis genibus coram prælibato Illustriss. D. Duce Mediolani constitutu stipulantis ac petentis renouationem suprascriptorum omnium, & offerentis debitam recognitionem & iuramenti fidelitatis debitum, laudauit, approbauit, cõfirmauit, ratificauit & renouauit, ac approbat, laudat, confirmat, ratificat & renouat prædicta omnia & singula suprascripta: & de quib. suprà fit mentio, prout iacent ad literam de verbo ad verbum, & ex abundanti ad cautelam ac de nouo: in quantum expediat: & prædicta omnia & singula innouando & omnib. modo iure: via & forma: quib. melius potuit & potest inuestiuit nomine suo &c. & postea infrà dicitur, in feudum perpetuum: liberum &c. deinde etiam sequitur. eo tenore fecit & facit prælibatus dominus Dux præsentem renuntiationem ratificationem feudalem inuestituram &c.

¶ Verùm quia totus pondus præsentis consultationis consistere videtur in remouendo ea: quæ ex aduerso allegata fuerunt: Ideo ad illorum resolutionem me conuerto. Et ad primum argumentum respondendo dico: ꝙ etsi alienatio Arcis: terræ & plebis Angleriæ erectæ in Comitatum per Vincislaum Imperatorem: non fuerit facta cum consensu Imperatoris, tamen ꝙ illa valuit, præsuppositoꝙ eius cõsensus necessarius fuisset: quia communis est schola
68 doctorum, ꝙ † licet alienatio feudi (prout est istud Angleriæ) facta sine consensu domini directi sit ipso iure nulla, tamen intelligitur Cęsare sic volente de cuius præiudicio agitur, & ita petente, vt est dec. Bald. in l. fi. in fi. C. de reuocan. don. Bartol. in l. 2. per illum textum ibi si modò voluerit. quem ibi se-
69 quuntur Bal. & cæteri. C. de iure emphy. vbi † priuatio emphyteusis ob canonem non solutum non est in facto, sed potentia fieri domino volente. Abb. in cons. 87. colum. 2. vol. 2. Alex. in cons. 173. col. fin. vol. 2. Dec. in consil. 138. colum. 2. vbi ait, quòd si in inuestitura dictum sit, quòd si solutio census nõ fiat in die statuto, ipso facto res cadat in commissum, quamuis ista verba importent, quòd ipso iure priuetur, tamen intelligitur domino volente. in consilio 85. colum. penult. in princip. 144. colum. penult. & in consilio 452. num. 23. Socin Iun. in consilio 111 colum. 2. volum. secundo. Cepha. in consilio tertio, numero vndecimo: & in cons. 27. num. 10. ac 47. numero decimosexto, & 133. numero 95. Ruin. in consil. 25. num. 14. volum. secundo. Brun. in consilio 41. colum. nona, vers. sextò videndum. Pro qua sententia facit, quod scribit Dec. in consil. 323. in princip.
70 vbi † alienatio rerum subiectarum fideicommisso tenet, nisi à fideicommissario reuocari petatur, quẽ sequitur Osasc. in decis. sua Pedemont. 94. num. 23.
71 vbi dicit, alienationem † rei prohibitæ alienari interim valere, donec is, in cuius fauorem fuerit prohibita, voluerit & petierit eam reuocari. l. quoties. la prima. C. de fideicom. Allegat enim notatã per Alex. in cons. 96. in princip. volum. 4. quem sequitur
72 Curt. Iun. in l. edita. numero 85. C. de edend. vbi † si lex vel statutum annullat aliquem actum ipso iure in fauorem alicuius, debet intelligi, si petatur, alias illud remedium sibi non succurrit. sed in terminis nostris non appareat, quòd Cæsar ita voluerit, ergo alienatio firma: & in tantũ est vera huiusmodi sen-
73 tentia, quòd † si dominus suam volũtatem non declarauerit, nec eius hæres poterit illã declare. Cum. in cons. 164. colum. 3. Socin. in cons. 66. num. 19. vo-
74 lum. 3. Nec † alius præter dominum huiusmodi defectum consensus obijcere potest. iuxta gloss. in l. his consequenter. §. 1. ff. famil. ercisc. Alexã. in cons. 173. colum. fin. vers. præterea. vol. 2. Cephal. in cons. 3. num. 122. & 133. num. 95.

¶ Secundò respondetur, quòd in dicta ordinatione facta per prædictum Vincislaum: in qua cauetur: quòd Dux Galeaz, & eius descendentes non possint nec valeãt dare, concedere, nec aliquo modo transferre dictum Comitatum Angleriæ in aliquam personã illius descendentis, qui post obitum Ducis Mediolani succedere deberet in dicto Ducatu, & qui tunc sit & vocetur Comes Angleriæ, nullum validum fieri potest fundamentũ, cùm illa extincta fuerit per mortem Illustriss. Philippi Ducis Mediolani, filij dicti quon. Illustriss. Galeaz mortui sine filijs & descendentibus. Quoniã clarissimi iuris
75 est, ordinationem † limitatã producere limitatum effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. l. age. C. de
76 transac. Hinc dixit Dec. in cons. 275. n. 3. quòd † prohibitio alienationis limitata extra familiam, cessat in eis, qui sunt de familia, quia limitata causa &c. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen. & in con-
77 sil. 434. num. 2. vbi † substitutio facta filijs decedentibus in vita testatoris cessat, si superuiuant testato-
78 ri, in cons. 602. num. 3. vbi † dispositio Papæ limitata, si preces veritate nitantur, cessat deficiente con-
79 ditione. 695. num. 16. vbi † dispensatio limitata, de præsentando personam idoneam, cessat si persona non est idonea, alibi dixit Gozad. in cons. 65. num. 3.
80 quòd † limitata promissio nõ extenditur ad alium casum. Paris. in consil. 33. num. 48. volum. 1. vbi assignatio limitata ad eum casum, quãdo Castella peruenissent ad hæredes collaterales, non debet extendi ad casum, quo Castella peruenerint ad alios hæ-
81 redes non collaterales: Nam † vnius inclusio alte-

rius est exclusio. l. cum prætor. in princip. ff. de iud.
82 in consi. 107. num. 17. volu. 1. vbi † absolutoria continens limitatas causas absolutionis limitatam producit absolutionem & non generalem. in consilio 32. numero 13. vol. 1. cons. 12. num. 90. cum seq. vol. 1.
83 vbi † renunciatio facta per sororem, vt bona conseruentur in familia & nomine fratris, extinguitur mortuo fratre sine masculis, & sic cessante causa finali, ob quam facta fuit renunciatio. consilio 19. nu. 50. vol. 3. vbi loquitur de limitato consensu & limitata renunciatione, & magis ad proxima. Deci. in
84 consi. 637. col fi. vbi † prohibitio limitata, donec & quousq; filij & descendentes masculi superuixerint, cessat non extantibus descendentibus masculis. Gozad. in consil. 30. nume. 117. vbi prohibitio facta respectu fideicommissi, non extantibus descendentibus testatoris extinguitur.

85 ¶ Accedit quoq; quod dici solet, quod † prohibita ad tempus post illius finem censentur permissa. l. Imperator. vbi doctores de postul. l. pater filium. §. fundum. de leg. 3. Soc. Iun in cons. 36. nume. 4. vol. 3. & in consil. 67. nume. 44. vol. secundo, & 187. nume. 11. vol. eod. & in materia prohibitionis. Alexand. in consi. 55. num. octauo, vol. 3. quem sequitur Paris. in cons. 25 num. 14. vol. 2. Vnde cum in casu præsenti
86 non constet de alia voluntate Cæsaris † non debemus à verbis ipsius priuilegij recedere l. non aliter.
87 ff. de leg. 3. si alij. ff. de vsufru. leg. Nam † prohibitio personalis, vt patet ad sensum, non debet extendi ad alias personas, vt communiter concludunt Scri-
88 bentes in l. filius fam. §. diui. ff. de leg. 1. vbi † prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes. gloss. in §. nos autem. sibi Bart. & Ang. in auth. de restit. fideic. Paris. in cons. 25. num. 23. vol. 2. & in cons. 31. nu. 27. vol. eod. Soc. Iun. in cons. 31. nu. 28. vol. 4. vbi attestatur doctores ita cõmuniter tenere, & subdit, quod
89 † concessio in Comitatum facta instituto & filijs non extenditur ad alios, & eo magis hoc dicendum venit, cum Comitatus Angleriæ fuerit concessus in feudum per Vincislaum Imperatorem Illustris.
90 Duci Galeaz. Vicecomiti qui † contractus feudi dicitur esse stricti iuris, stricteq; intelligendus, ita quidem, quod in eo omissum habeatur pro omisso: & verba eius propriè intelligenda: & nihil in eo subaudiendũ: vt de stipulatione dicitur in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. vt in cõtractu feudi firmant Soc. in con. 67. col. 2. vers. his tamen. & Soc. Iu. in cons. 31. nu. 14. vol. 4. ergo idem dicendum in terminis nostris. Ex præmissis igitur clara resultare videtur resolutio: q; dicta prohibitio alienationis tanquam personalis & limitata in prædictum Illustris. Galeaz. & eius descendẽtes extincta fuit per mortẽ dicti Illust. Philippi filij ipsius Galeaz sine prole.

¶ Pariter non obstat: q; dicta confirmatio seu noua datio non valet tanquam facta à dicto quond. Illustris. Francisco Sfortia: qui nullam habebat potestatem: seu facultatem in statu Mediolani faciendi huiusmodi confirmationem, cum non esset creatus & inuestitus Dux à culmine Imperiali. Quia duob.
91 modis respondetur: & primò, quòd † cum famosa & inclita ciuitas Mediolani tempore mortis quondam illustrissimi Ducis Philippi Vicecomitis esset libera, & haberet iura imperialia, potuit sibi creare in ducem præfatum Illustrissimum Franciscum Sfortiam, & eum facere suum naturalem Dominum. Bald. in cap. significauit. columna prima de rescript. & in l. ex hoc iure. col. 2. vers. tertiò quæritur, de iust. & iure. & ibi Angel. col. penu. vbi dicit, quod
92 † liberæ gentes: quæ non sunt sub Papa vel alio Principe, possunt sibi Regem eligere, & quòd ita fecerũt Vngari, qui Cardum quendam Capitaneum in Regem elegerunt, sed paulo post obtruncarunt, quem sequitur ibi Iaf. columna prima, vers. & an quælibet Mart. de Laude. in tractat. de Principe. conclusione 414. Bald. in capitulo primo, in secunda lectura de
93 iud. vbi inquit, quòd † ciuitas, quæ non recognosci superiorem, nec est spes, quòd superior eam possit regere & gubernare: quia spes est sine apparatu, tunc potest se submittere ei, qui potest eam regere & tueri, & hoc potest de iure naturali: quia
94 † tutela sui corporis vnicuique permissa est. l. vt vim. de iust. & iure & in cap. venerabilem. columna quarta, versic. Item gens. de elec. qui cum non recognosceret Imperatorem in superiorem, vt per Alexand. in consi. 30. numero nono, volumine quinto, & in consilio vndecimo, numero nono, volumine
95 septimo, vbi inquit † Illustrissimum Ducem Mediolani, de quo ibi per eum, nec anteccessores suos recognouisse Imperatorem in superiorem à tanto tempore citra, cuius initij memoria non est in contrarium. Curt. Sen. in consil. 65. columna 13. in princip. versic. quia ad ista. & col. sequenti in versi. & sic istud fundamentum. vbi ait, quod nihil potest Imperator in terris Ducatus Mediolani, nisi quatenus sibi permitteretur à Duce, sicut nec posset in terris Soldani, vel turcarum, vel alterius non recognoscentium Imperatorem de iure vel de facto. & in cons. 48. colum. 10. in fin. Niger. in l. prima, nume. 15. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & omnia posset in suo Ducatu: quæ Imperator in vniuerso orbe, vt per Alexand. in dicto consilio vndecimo: numero vndecimo: & in alijs locis supra citatis: potuit nedum ipsam venditionem confirmare cum dictis clausulis ex certa scientia, de plenitudine potestatis & clausula supplentes, sed etiam illam de nouo dare.

¶ Secundò dicitur, quòd si dicta ciuitas Mediolani non erat libera, nec habebat iura Imperialia,
96 quòd † talis erectio & creatio, quamuis nulla, validata fuit per confirmationem Cæsaris, resultantem ex vetustate tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt in casu de quo agitur: vbi sunt plus quàm centum & viginti anni, q; dicta creatio facta fuit, quæ vetustas operatur, quòd in ipsa creatione præsumatur consensus Cæsaris interuenisse. Iaf. in l. prima, in quinta limitatione in fin. Cepha. in consilio 148. nume. 17. vbi con-
97 cludit, quòd † consensus domini præsumit interuenisse, quando requirebatur pro solennitate: quia vbi apparet de substantia actus ex longo tempore, præsumitur interuenisse. l. si filius. C. de pet. hæred.
98 vbi Bald. nam † semper fit interpretatio, per quam actus sustineatur. l. quoties. ff. de reb. dub. & in consilio 273. num. 141. Gozad. in consilio 11. numero vn
99 decimo, vbi determinat † ob temporis diuturnitatem præsumi emphytensim feudumue fuisse alienatum de consensu & licentia domini. Aret. in consi-
100 lio 36. vbi † ex diuturnitate temporis præsumitur concessa licentia Cardinali de testando. sequitur Dec. in l. prima. nume. 82. C. qui admitti in consilio 375. nume. 3. & 409. per totum. Nam, si vbi excedit tempus triginta annorum, omne vitium censetur purgatum, quod possit considerari ad anullationem actus. cap. peruenit. de empt. & vendit. Dec. in allegato consilio 409. in princi. igitur à fortiori vbi interuenit vetustas centum & viginti annorum
101 † quæ dicitur immemorialis. Cyn. in l. secunda, in decima quæstione. C. de seruit. & aqua. Balb. in trac. de præscrip. in secunda par. tertiæ part. princip. in sexta quæstione columna quarta, versi. quod autem dicatur: Nec refragari videtur, si dicatur: quòd ex dicta diuturnitate temporis sumi non potest

præsumptio

præsumptio talis, nisi interuenerit scientia Imperatoris, dicta l. si filius. Alex. in consilio nono, column. fina. volumine tertio, Afflict. in decis. 107. in fin. vbi
102 † allegans præsumptionem solennitatis consensus vel licentiæ superioris, scientiam ipsam probare debet: Quia respondetur, præmissam conclusionem locum sibi non vindicare, quando res est de antiquo per tantum temporis spatium &c. quia
103 † tunc non requiritur scientia Imperatoris. Felyn. in cap. de quarta. columna fina. de præscript. Iaso. in l. Imperium. columna nona, de iurisd. om. iud. Dec. in consilio 85. columna secunda, & in consilio 496. columna secunda, Cur. Iun. in consilio 61. columna secunda, Rub. Alex. in consilio vigesimo primo, columna secunda, quam partem vti communem amplectuntur Balb. in dicto tract. de præscript. in prima quæstione secundæ, par. 4. par. princip. Dec. in consilio 341. columna penultima. Paris. in consilio 27. numero 34. & 83. volumine primo, & vti magis receptam. Alexand. in consilio sexto, numero sexto versi. vereor tamen, volum. primo, Ruin. in consil. 66. colum. tertia, in princ. volumine tertio, & Anto. Gabr. in suis com. opinio. in titu. de præscript. conclusio. 1. nume. 59. in fin. vers. tenendo tamen. imò
104 † plus dicitur, quòd dicta vetusta antiquitas, nedum operatur præsumptionẽ solennitatis extrinsecæ, sed etiã vbi ageretur de probatione tituli & substantiæ actus, cum tale tempus habeat vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æst. capit. super quibusdam. §. præterea. de verficul. sign. Ruin. in consilio 103. numero quarto volumi. quinto. Socin. Iun. in consil. sexto, nume. vigesimo-
105 primo volum. tertio, vbi dicit talem † vetustatem habere vim priuilegij iustè & decenter concessi. I-
106 tem † & concessionis. Paris. in consil. vigesimo tertio, numero decimoquinto, volum. quarto. Socin.
107 Iun. ibi suprà, necnon † & pacti Bald. in consil. 315. colum. prima volum. tertio, Anto. Gabr. vbi suprà nume. 69. nec non publici instrumenti, vt in decis. Neap. 239. in fin. & Anto. Gabr vbi suprà numer. 70.
108 & † tantum operetur, quantum Imperator cum causa. Anto. Gabr. in loco suprà citato nume. 67. dixi latè in cons. 89. nume. 9. cum pluribus sequentibus, volum. secundo. & eo magis hoc dicendum venit, cum videamus, confirmationes dictiquondam Illustrissimi Francisci Ducis Mediolani à Scribentibus recipi, vt per Bologn. in consil. primo columna prima. Ias. in cons. 101. colnm. secunda, volum. quarto, vbi loquitur de quadam immunitate confirmata per Illustrissimum Ducem Franciscum, & in colum. quinta, versicu. item quarto, vbi formaliter sic dicit, Item quartò, per illustrissimum Ducem Franciscum cum intentu Senatus iustitiæ, causa peripsum Senatum diligenter examinata, dictum priuilegium immunitatis & dictæ tres sententiæ fuerũt confirmatæ, & approbatæ, mandando ne contra eas quicquam amplius possit attentari, & sic imponendo perpetuum silentium. iuxta glo. in l. si contendat. ff. de fideiusso. post quod non debet amplius pars aduersa audiri. Bald. in titulo de pace Constan. §. si quis autem. in verbo non admittimus. Cur. Sen in cons. 48. col. vigesima, vers. nec est in conueniens. vbi loquendo de tali Duce inquit, q; potuit legem ponere rebus suis in Ducatu Mediolani.

¶ Non obstat quoque quòd fuerit renuntiatum dictæ Arci, terræ & plebi Angleriæ Illustrissimo Duci Mediolani per antecessores ipsius Illustris Comitis Ioannes Baptistæ. Quia respondetur du-
109 plicetur, & primò, quòd † licet dicta renuntiatio potuerit nocere renuntiationibus, non tamen successoribus, venientibus, ad dictum feudum paternum vel antiquum, per ea quæ dicunt Iſern. Aluarot. & alij in capit. 1. si vasallus de feudo. si de feudo
110 fue. con. inter do. & agna. vbi † transactio facta per vasallum super feudo paterno vel antiquo non nocet alijs agnatis transigentis: quia vasallus, licet possit transigere quantum ad sui præiudicium, non tamen in præiudicium aliorum agnatorum: Iacob. de S. Geor. in inuest. sua, in verbo & cũ pacto de alienando, colum. quarta, versic. quæro nunc. Cur. Iun. in tract. feud. in quarta parte in vers. septimo principaliter quæro. in fin. Paris. in cons. 16. numero 37. volumine primo, & ex notatis per gloss. in verbo inuestiri. in capitul. primo, de succes. feudi. vbi notant omnes, quòd renuntiatio facta de feudo, licèt præiudicet renuntianti, tamen non erit nociua filijs & agnatis. Doctor. in l. apud Iulianum. §. si quis. de lega. primo, Curt. Sen. in consilio 25. colum. fina. & in cons. 50. colum. quinta & sequenti. Dec. in consilio 78. columna secunda, & in consilio 185. per totum.
111 quòd † ampliatur etiam procedere, si in renuntiatione interuenisset consensus domini. Bald. & alij in c. primo. in §. hoc quoque, de succes. feud. sicut dicimus etiam de alienatione feudi paterni & antiqui. vt in c. 1. vbi notant omnes, de alie. feudi pater.

¶ Secundò respondetur, quòd renuntiatio ipsa dicitur celebrata per metum: quia facta nulla subsistente causa, quo casu communiter apud doctores
112 receptum est, quòd † vbi remittitur, vel aliquid fit, quod non est verisimile fieri, metus præsumitur. Bald. in l. interpositas. C. de transact. & in consilio 204. in fin. volum. 3. vbi dicit haberi pro probata id, cuius contrarium non est credibile, nec persuaderi potest alicui bona viro. sequitur Paris. in consilio 58. numero 67. volumine quarto, 60. numero 28. & 139. numer. 19. volumine eod. Alba. in consi. 74. numero vigesimoquarto, Craue. in consilio 49. nu. 4. vbi arguit, transactionem factam per metum: quia B. remisit bona ad se pertinentia ex titulo dationis in solutum, quia non est præsumendum, quòd quis sponte renuntiet iura sua, ita enim metum arguit text. in capitul. solicitè. vbi Doctores de restit.
113 spol. vbi † quando spoliatus renuntiat ius suum, præsumitur per metum id facere: At in casu præsenti non est verisimile, quod antecessores prædicti Illustris Comitis Ioannis Baptistæ renuntiauerint quondam Illustrissimo, Duci Mediolani sponte dicto loco Angleriæ cum plebe sua, nulla penitus sub-
114 sistente causa: Vnde † quod non est verisimile, repelli debet tanquam imago falsitatis, & attendi non debet. Bald. in l. prima, C. de seru. fugi. & in rubrica, C. de probatio. Parisi. in consilio 60. numero 27. volumine quarto, Cepha, in consil. 204. numer. 11. 287. numero vigesimoprimo. & in consilio 227.
115 numero 37. vbi † quod verisimile non est suspe-
116 ctum dicitur † verisimile valde consideratur circa materiam veritatis, & potissime in materia metus. Parisien. in consilio 139. numero septimo, volumine
117 quarto, Vnde † si quid verisimile non est, iudex illi fidem adhibere non debet. & in consilio decimo, numero 15. volum. tertio, & in consilio 13. numero nono, volumine eodem. vbi quod verisimile non est, præsumendum non venit. Craue. in consilio 43. numero quinto, vbi post Bald. in consilio 364.
118 colum. prima vol. tertio, dicit: quod † metus probatur per locum à verisimilibus: allegat Ioan. And. in c. bene. de appellat. sed in casu nostro, si bene oculis subijciantur, quæ gesta sunt, clare apparebit, quod nulla suberat occasio faciendi huiusmodi renuntiationem ipsi Illustrissimo Duci, ergo fatendum venit, sequendo sententiam Scribentium, ipsam per metum factam fuisse, & per consequens

quòd vocare non debeat præfato illustri Comiti
119 Ioanni Baptistæ. Nam in dubio quis † non præ-
sumitur iactare suum.l.si cum aurum.ff. de solutio.
& ideo dixit Ang.in consilio 208.columna secunda,
120 versiculo secundo probatur † factum esse,qui com-
promittit de eo,de quo modo aliquo molestari non
121 potest,ergo multo fortius † fatuus censendus est,
qui renuntiat rebus emptis per suum antecessorem
122 & ideo dicitur,quòd † si vasallus superiori suo no-
uum præstet iuramentum præterantiquam cõsue-
tudinem,illud præsumitur extortum:quia aliàs nõ
præsumeretur concessisse superiori suo id, ꝙ non
deberet,ne suum iactare videatur.Ioan.Andr. in no
uel.in capitulo primo,de præscript.in sexto, Bald.
in cap.primo,in verbo pactiones. de pace Constan.
123 vbi † indebita seruitia præsumuntur à dominis per
mętum extorta.& præsertim per potentes. Alex.in
addit.ad Bart.in l.prima, §. quæ onerandæ.ff. quar.
124 rer.actio dat.vbi quoque dicit † ea non valere, quæ
per metum Principis fiunt.secundum Bald. vbi su-
125 prà:quia † metus Principis est quodammodo vis præ
cisa,quæ omnino tollit consensum,Iacob. Emilia.
in consilio tertio,numero vigesimoprimo,cum se-
126 quenti. Nam † si iustus metus inducitur, vbi
agitur de perdendo lucro.Neuiza.in consilio 47.nu
mero decimooctauo.Cephal.in consilio 295. nume
ro 17.ergo multo magis vbi tractatur de graui dam-
no in rebus proprijs. Iacob. Emilia.in consilio 73.
127 numero decimo,cum † igitur ex indicijs,& præsum
ptionibus metus probetur. Bal.in cons. vigesimo-
sexto,volum.tertio,Dec.in consi.219.colum.prima
in fine.& in l.inomnibus.ff.de reg.iur.Alex.in cons.
98.volum.3.Corne.in cons.41.columna secunda vo
lumine secundo.Ruin.in consi.121.numero decimo
secundo,volumine tertio. Paris.in cons. 58. nume-
ro 68.volumine quarto,60.numero decimoquarto
& 39.columna prima volumine eod.Socin. Iunior.
in consil.47.numero 32.volumine tertio,quæ relin
quuntur arbitrio iudicis.Dec.in citato consilio 219.
columna prima,Paris.in cons. 66. numero sexto vo
lumine quarto,glo.& doctores in capitulo cum di-
lectus.ff.quod met.cau.Soc.Iun. in cons.77.nume-
ro 45.volumine primo.Cepha.in cons.295.numero
decimosecundo,profecto nescio videre neque ima-
128 ginari,quomodo iudex iustus,& sani iuditij † qui
veritatem ante oculos habere debet.l.quòd si Ephe
si.ff.de eo quod certo loco possit aliter iudicare,quã
quòd per metum renuntiatio ipsa facta fuerit, cum
nulla præcesserit causa deueniendi ad dictam renũ-
tiationem,prout in simili dixit Cuman.in cons. 68.
columna secunda,versiculo nec enim. vnde cum ea
129 † quæ metus causa gesta sunt rata & firma haberi
non debeant.l.prima.ff.quod met.cau.vbi vox Dei
posuit in ore Prætoris edictum de quo in dicta l. pri
ma,secundum Bald.in rubrica, de contro. inuestit.
in fine.versiculo quæritur vltimo.Boer. in decis. 110
numero primo,Paris.in consil. 130.numero primo,
& quarto,volumine quarto, Cephal.in consil.295.
numero 9.Socin.Iun.in consilio 77.numero 91. vo-
lumine primo.Concludendum venit,renuntiatio-
nem ipsam vti meticulosam & extortam nullo iure
sic suadente minimè nocere posse præfato Illustri
Comiti Ioanni Baptistæ, posito etiam quòd in ipsa
130 renuntiatione adesset iuramentum † metu extortũ
non obligat mero iure aliquem nec ligat.auth. sacra
menta puberum.vbi communiter doctores.C.si ad
uers.venditio.cap.quamuis de pact.in sexto, à con-
trario sensu.Ruin.in consilio 170. numero decimo-
octauo volum primo,Socin.Iun. in consilio 77.nu
mero 129.volumine primo,Cephal.in consilio 207.
numero 75.& 295. numero decimooctauo. Iacob.
Emilia.in consilio 73.numero 78.Nec obstare vide-
131 tur si dicatur, quòd † ex quo iste posset esse metus
reuerentialis,non sufficiat ad rescisionem contra-
ctus,nisi præcedant minæ. Quia dicitur conclusio-
nem ipsam non procedere,vbi datur enormis læsio
vt in casu præsenti,ita Ruin.in citato consil.170.nu-
mero 17.Socin.Iun.in consilio 47.numero 34.volu
mine tertio, Craue in consilio 114. numero primo,
Cephal.in consilio 207.numero 73. & 295. numero
decimotertio,Alba.in consilio 77. numero 11. Nec
132 pariter obstat, quòd † talis metus illatus per ante-
cessores non afficit successorem.Quia respondetur
oppositum esse verius,vt per Corne.in cons.127.co-
lumna octaua,litera Q. & columna decima, litera
C.volumine secundo,Mars.in singul.306.quos citat
& sequitur Neuiza.in consilio 11.numero quinto.
Nec etiam vis fieri potest,quòd in dicta renuntiati-
one dicatur sponte & ex certa scientia. Quia dicitur
133 ꝙ † verba ipsa non operantur, quòd contractus me
tu factus non dicatur meticulosus.Fulgos.in consi.
176.Emilia.in consilio 58.numero octauo,& 73.nu-
mero 33.cum sequenti. Abba. in consilio 77. Vlte-
134 rius dicitur,quòd † clausulæ prædictæ positæ in ip-
so renuntiationis instrumento per metum facto,
præsumuntur etiam per metum appositæ, & quòd
sicut dicta renuntiatio redditur inefficax, ita & dic-
tæ clausulæ redduntur sine virtute, vt constat ex
his,quæ dicit Bartol.in l.nemo potest.colum. secun
da,quem ibi communiter sequuntur doctores.ff.de
135 legat.1.vbi inquit,quòd † renuntiationes & clausu-
læ appositæ in contractu simulato,& imaginario iu
dicantur simulatæ, nullæ & inefficaces.Parisien.in
consilio 53.numero decimosecundo,volum.primo,
& 86.numero vigesimoquinto,volum.tertio, Ce-
136 phal.in consilio 118. numero trigesimosecundo,vbi
† si contractus principalis nõ tenet, nec cæteræ clau
sulæ.Socin.in consilio 159.columna septima: versi-
culo confirmatur prædicta.vbi dicit, quòd quo er-
rore quis ductus fuit ad ita contrahendum: eodem
errore ductus fuit ad opponẽdum illam clausulam
ex certa scientia,& in consilio 79.numero quadra-
gesimosexto,volum.quarto,quem sequitur Anton.
Gabr.in suis commun. opin. in titulo de clausulis,
conclusione prima,numero 53. Accedunt quæ scri-
bit Bart.in l.fin.§.idem quæsijt.ff. de condit. indeb.
vbi dixit, quòd quando quis per errorem promit-
tit,vel per errorem soluit indebitum, & in contra-
ctu est apposita clausula,quòd dominus promittẽs,
vel soluens renuntiauit conditioni indebiti & sine
causa, actioni in factum &c. non excluditur per
hoc à remedio condictionis indebiti, quia idem er-
ror, qui fuit in principali solutione vel promissio-
ne,fuit etiam in dicta renuntiatione, sequitur Ale-
xand.in consilio primo colum. penult. in l. fin.vol.
sexto,& tanto magis dicendum est, renũtiationem
ipsam meticulosè factam, cùm Illustrissimus Ga-
leaz. filius & hæres quond. Illustrissimi Francisci
Sfortiæ Mediolani Dux protestatus fuerit, se nolle
inuestire quondam illustres Comites Ioannem &
Vitalianum fratres,& filios quondam illustris Co-
mitis Philippi Borromei de Arce, terra & plebe
Angleriæ, quæ tenebant in feudum à Ducatu Me-
diolani, nisi mediante renuntiatione Angleriæ &
eius pertinentiarum vt constat ex inuestitura eis
facta sub anno Domini 1469. die septima Martij
ibi. Cùm protestatione etiam per præfatum domi
num Ducem facta & interposita, quòd aliter & a-
lio modo præsentem recognitionem & inuestitu-
ram non fecisset aut facturus esset,Nam ponderan-
da est illa protestatio superioris, & vlterius sunt e-
137 tiam considerandaillaverba † & non aliter nec alio
modo,

Modo, quæ virtutem habent præcisam. Soc. in consilio 251. colum. 4. verſic. poſtremò, & alia ſubſequẽtia non feciſſet, aut facturus eſſet, qnæ clarã, & manifeſtam, ac deliberatam volũtatem ipſius illuſtriſſimi Ducis demonſtrant, quòd omuino volebat, ꝙ dict. renuntiatio haberet effectũ, prout habuit: Quibus ſtantibus negari non poteſt, quin dicti Comites metu dictæ proteſtationis deuenerint ad ipſam renuntiationem, quã nullatenus procurare ac tentare debebat dictus illuſtriſsimus Dux duplici ex capite, quia tanquam ſucceſſor in Ducatu Medioalani debebat habere rata, grata & firma, quæ per eius
138 patrem geſta fuerunt, cum tritum ſit in iure, ꝙ † ſicut Princeps contrahens in pertinentibus iuxta morem ſui principatus contrauenire nõ poteſt, ita nec eius ſucceſſor in dignitate. Bald. in l. 1. in prima lectura circa principum ff. de conſtit. princip. Socin. Iun. in conſ. 60. num. 29. volum. 3. conſ. 1. num. 69. vol. 4. 115. num. 12. volum. ſecundo, Cephal. in conſi. vigeſimotertio, num. 50. laſ. in conſ. primo volumine primo, & ideo dixit Iacob. de Sancto Georgio in inueſtitura ſua, in verbo Princeps. columna prima, poſt Bald. & alios in capitulo primo, de natura feudi, ꝙ quia Federicus Imperator primus fecit communitatem Papiæ Comitatum, inueſtiẽdo eam de aliquibus Caſtris & terris, quòd nec ipſe nec ſucceſſor poſſunt reuocare huiuſmodi conceſsionem ſine culpa communitatis. Rurſus in verbo ſed an Princeps. columna ſecunda, in princip. Alexand. in conſilio 124. colum. prima, verſiculo ex quibus, vol. 1. vbi ait ſucceſſores in imperio ſeruare, vt contra contractum à prædeceſſore geſtum venire nequeant. Nulli enim
139 dubium eſt, quòd † ſucceſſor Principis, qui venit ad principatum non tãtum per viam ſucceſsionis, ſed electionis, vt Papa & Imperator, tenetur obſeruare geſta prædeceſſoris, quatenus pertinent ad dignitatem & officium ſuum. Brun. in conſilio primo colu.
140 4. Bald. in conſilio 359. volum. 1 Nam † ſi cupit mandata ſua à ſucceſſoribus obſeruari, conueniens eſt, vt ſuorum prædeceſſorum mandatis venerationẽ præſtet, & cuſtodiam, capit. iuſtitiæ. 35. quæſtio. pri-
141 ma, & † non obſeruando dat materiam diſoluendi eius geſta per ſucceſſores capit. iuſtitiæ 25. quæſt. ſecunda, & ideo dicit text. in capit. ſi ea 25. quæſtione ſecunda, ſi ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor ſed euerſor iuſtè comprobarer. item dicit Bald. in conſil. 226. colum. ter-
142 tia volum. primo, quòd † ſucceſſor Principis contra ueniens factis anteceſſoris dicitur contrauenire ſibi ipſi: quia ſemper vnum eſt imperium, dixi in conſ. primo, numero quadrageſimo, cum ſequenti, volumine 2.

¶ Secundò, quia cum fuerit hæres illuſtriſsimi eius patris ſimpliciter, vt conſtat ex inſtrumento celebrato de anno 1477. die vigeſimooctauo Decembris in prima pagina, ibi. primogenito ſuo ac legitimo hærede & ſucceſſore in vniuerſo dominio &c.
143 non † potuit venire contra ordinata & geſta per patrem, ſed ea obſeruare tenebatur. l. cum à matre. C. de rei vindica. l. venditrici. C. de reb. alien. non alie. Socin. Iun. in conſ. 72. numero 9. volumine primo, in conſil. 124. colum. fi. volum. eod. & in conſ. 77. nu. vigeſimo, volu. primo. Cùm igitur iſta pateant prorſtris, ambigendum non venit, quin dicta renuntiatio per metum facta fuerit, & ſi vnquam fuit verum, quod inquit Menoct. in tract. ſuo de arbit. iud. caſu 136. num. ſexto, quòd metus præſumitur, cum quis cum ſuo ſuperiore contrahit, id habet locum in præſenti caſu. Quod & alio modo comprobatur, quoniam etiam de anno 1467. die decima ſeptima Ianuarij illuſtriſsima quondam Duciſſa Mediolani Blanca & Dux Galeaz. confirmauerunt omnes & ſingulas confirmationes factas per quondam illuſtriſsimum Franciſcum Sfortium exceptis & reſeruatis pro ipſis Dominis Duciſſa & Galeaz. filio, terra, loco & Arce Angleriæ, quod & quas ſibi omnino reddi & reſtitui liberè per prædictos illuſtres
144 Comites Ioannem & Vitalianum valeant: Ponderanda eſt illa dictio omnino † quæ præciſa eſt, ſignificans quòd integraliter & totaliter. Ruinus in conſilio 150 numero 17. volumine ſecundo, & 154. numero octauo, volum. primo. Ecce enim quomodo ſine cauſa & totis viribus, nullo iure ſic ſuadente voluerunt ſupradicti reſtitutionem dictæ terræ, Caſtri cum pertinentijs ſuis, ergo per metum, Plus de anno 1477. die vigeſimooctauo Decembris, dum Comites Ioannes & Vitalinus ſupplicaſſent pro ſua inueſtitura, illamque etiam petijſſent cum reſeruatione, pacto & conditione, quòd reſpectu terræ Rochæ Angleriæ & alijs nullum intelligatur eiſdem Comitibus vel iuribus ſuis præiudicium fieri, quia prę tendunt dicta bona ſibi pertinere, & ſpectare iure vtilis dominij & tanquam in feudata & data ipſius Comitibus ſeu ſuis anteceſſoribus, & pro quibus aliàs plures recognitiones, & promiſsiones ea bona defendendi factæ & ſequutæ fuerunt, ad quorum defenſionem ipſa illuſtriſsima Duciſſa & Dux tenentur, non obſtantibus aliquibus inſtrumentis ceſsionum, tranſlationum ſeu renuntiationis, aut aliter quouis modo factis per eos Comites, qui nulliter ac ſine iuſta cauſa facta fuerunt, & pro quibus Rocha, terra & alijs prædicti Comites volunt & intendunt ex nunc debitam recognitionem facere, & iuramentum debitum fidelitatis præſtare, cum proteſtatione quòd per eos non ſtat neque ſtabit, quominus ex nunc prædicta fiant, & pro factis habentur. prædicta illuſtriſsima Duciſſa non conſentiendo prædictis proteſtationibus & reſeruationibus, ſed in hærendo ceſsionibus & renuntiationibus iam factis, declarauit ꝙ recognitionem prædictam facere non intendebat, niſi firmis manentibus ſupradictis renuntiationibus & ceſsionibus, proteſtans ſuo & nomine Ducis filij, ꝙ aliter non eſſet facturus nec facere ipſam recognitionem & feudalem inueſtituram. Ex quibus verbis datur intelligi, ꝙ omnino dicti Principes volebant dictum locum, & quòd aliter non erant facturi dictam recognitionem, niſi cũ dicta terra & Arce vigore cuius metus, & vt fieret eis dicta recognitio, aſtricti fuerunt eam recipere eo modo, quo potuerunt. Vnde ſtantibus ſupradi-
145 ctis, & ꝙ dominus † directus non poteſt priuare vaſſallum, niſi conuicta culpa, capitulo primo, de feud ſine culpa admittend. Dec. in conſil. 410. nume. duodecimo. Socin. Iun. in conſilio 134. numero vndecimo, volumine tertio. Ruinus in conſilio decimoquinto, num. nono, volum. ſecundo. Ferret. in conſilio 81. numero 27. Afflict. in capitulo primo, numero ſecundo, de nat. feudi, Cephal. in conſilio 12. numero ſexto, ſequitur clara & in concuſſa concluſio quòd dicta renuntiatio per metum facta videtur, quòd equidem iuſtitiæ non conueniebat, cum vigore inſtrumẽti confirmationis paternæ vel eius nouæ dationis teneretur defendere dictos Comites ab alijs, ſi in dictis terra & Rocha inferretur mole-
146 ſtia: Nam † impium eſt, quòd Princeps, qui eſt debitor iuſtitiæ, & ſcire debet, quòd eſt poſitus vt iuſtitiam faciat & iuſtum iudicium. Afflict. in rubrica
147 de pace tenen. num. ſeptimo, & † quiius ſuum tribuendo ſubditis ſuis dicitur Imperator iuſtitiæ. Afflict. vbi ſuprà numero trigeſimo quarto, voluerit renuntiationem habere è feudatarijs ſuis ſine cauſa vel aliquo legitimo colore.

¶ Vlte-

¶ Vlteriùs non obstat sententia ex aduerso allega-
ta, quia duobus modis respondetur. Primò, quidem
148 quòd † dicta sententia non fuit prædictis comiti-
bus contra quos fuit lata, intimata, & ideo præsup-
149 posita illius ignorantia † quæ præsumitur l. verius
ff. de probatio. c præsumitur. de reg iur. in 6. illa nõ
potuit officere d Comitib. gl. penu. in clem. 1. de ap-
pella. Ceph. in cons. 241. nu. 52. & 56. vbi dicit, quòd
150 † si sententia non intimatur parti, dolosè videtur
versatum, morant doctores in c fi. de appella. Ancha.
in cons. 372. col fi. vers. circa tertium.

¶ Secundò respondetur, quòd in ea nullum fun-
damentum fieri potest: quia cum infra triginta an-
151 nos executioni mandata non fuerat, dicto † iure ex
equendi præscriptum per tale longissimũ tempus,
Nam siue ex sententia descendeat actio in factum vel
iudicati ad eius obseruantiam, vt habetur in l. acto-
ri. C. de reb cred l. miles. §. quæ iudica. ff. de re iud.
siue competat officiũ iudicis pro eius executione l.
minor 25. annis, cui fideicom. ff. de mino. l. 4. §. ait p̃-
152 tor. ff. de re iudi. certum est, q; † omnis actio spatio
30. annorũ præscribitur. l. C. de præscrip. 30. annor.
153 vbi gl. in verbo persecutione. vbi † similiter idẽ di-
cit de officio iudicis, & in specie, q; executioni sentẽ-
tiæ scribatur spatio longissimo 30. annorum, deci-
dit Io. And. in addit. ad specul in tit. de execut. sent.
§. postremò, vers. 16 Bal. in rubr. de præscrip. col. fin.
vers. dubitatur. Bal. in tract. de præscrip. in 4. princi-
pali. in vers. 30. principaliter quæro. in princ. vbi prę
scribitur aduersus sententiam & eius executionem
Natta in cons. 22 per totam.

154 ¶ Tertiò respondetur, q; † sententia lata contra
vasallum super feudo antiquo vel paterno non præ
iudicat alijs sequentib. agnatis, ad quos feudum de-
bet transire, nisi illi agnati fuerint citati, vel sciue-
rint causam agitari cũ illo agnato, ita And. de Isern.
in c. 1 §. si de benefi. si de feud. fue. contro. inter dom.
& agna. quem ibi sequuntur Aluarot. & Præpos. in
c. si vasallus de beneficio, vbi etiam Afflict. num. 20.
Felyn. in c si. nu. 5. de maio. & obed. Cur. Iu. in tract.
feud. in 7. parte quæst. 7. Capic. decis. 20. nu. 23. Zas.
de feud. alie. nu. 21. & in l. sæpe. col. 11. vers. quid autẽ
de agnatis, de re iud. Iacob. de S. Georgio in inuesti-
tura sua in verbo & cum pacto de non alienãdo. col.
3. in vers. quæro nunquid. in fi. & hanc esse commu-
nem opinionem attestatur Dec. in cons. 445. nu. 30.
vers. 2. ad illud. vbi inquit, Alex. tenentem cõtrariũ
in l. filius familiâs. §. diui. nu. 9. malè loqui, dum te-
net contrarium, licèt affirmet hanc partẽ maximã
habere æquitatem, & hanc opinionem vti commu-
etiam sequuntur Soc. in cons. 291. nu. 93. vol. 2. & Do
minus Osasc. in decis. Pedemon. 158. colum. 3.

¶ Vltimò non obstat, q; predictus Illustris Io. Ba-
ptista sit exclusus à d. feudo Angleriæ propter non
petitam inuestituram in tempore præfixo à l feuda-
155 li: Quia respondetur, q; † domini directi gratiosi esse
debent erga suos vasallos, quando dolosè & in con-
temptum domini non deliquerunt. argum. l. si id q;
§. 1. de dona. inter vir. & vxor. c. 1 & ibi Afflict. nu. 19.
de prohi. feu. alie. per Lotha. nec eos priuare debent
feudis ex eo q; non petierint inuestituram infra an-
156 num & diem: quia † caducitas quæ causatur per la-
157 psum d. termini dicit iniqua & odiosa, eo quia † qui
nititur ex tempore, debet inniti in circunuentione
temporis, & sic remedio rigoroso, vt dicit text. in §.
nolumus. in auth. de his qui ingred. ad appella. & i-
deo refert Iser. in c. 1. quo tempore miles. col. 1. quòd
158 † in regno Siciliæ non perditur feudum, licèt vasal
lus non petierit inuestituram infra annum & diem
eo quia Princeps munificus non intendit angustare
vasallos iuris ignaros per Angustiam tẽporis, quia
dicitur se defendere ex circunuentione temporis, &
quæ est iniqua, & hoc nisi vasallus faceret seu negli-
geret petere ex contemptu domini directi, & Isern.
ibi sequuntur omnes feudistæ, Craue. in consil. 29.
col. fi. Soc. Iun. in cons. 115. n. 15. vol. 2. & quia de hoc
dixi abundè aliàs in cons. 64. volu. 2. & alibi, ideo ad
ibi dicta me remitto, & tanto, magis id fieri debet,
159 cum † feudum istud paternum nõ reuerteretur ad
dominum sed alios agnatos, vt scripsi in d. cons. 64.
Bursat. in cons. 91. nu. 14.

¶ Nec etiam obstare habet, q; inuictissimus Caro
lus Quintus quando inuestiuit nunc Catholicam
Maiestatem De Ducatu Mediolani, pariter eum in-
uestiuit de Comitatu Angleriæ, Quia respondetur
hoc esse plus quàm verisimum respectu dignitatis
ipsius Comitatus & directi dominij Angleriæ & e-
ius plebis, non autem de vtili dominio, de quo erat
in feudatus d. Illustr. Comes Ioann. Baptista vel eius
anteces sor, quod non erat apud suam Maiestatẽ Cę-
160 saream, quæ operantur, vt † concessio ipsius Cæsa-
ris non potuerit se extendere ad id, quod non erat
ipsius concedentis tempore ipsius concessionis. Nã
161 † nemo dat quod non habet l. si vniuersæ. C. de leg.
& ideo dicit Bar. in l. sic quem communiter sequun
162 tur Scriben. del. 1. quòd † si Comes concesit eccle-
siæ quicquid iuris habet in tali loco, concessio illa
non valet & nihil operatur, nisi constet de iure con-
cedentis, quia incertitudo impedit acquisitionem
possessionis, & per consequens vsucapionis. l. 3. §. in
certam ff. de acquir. pos. Alex. in consi. 187. nu. 9. vol.
2. vbi ait, hoc etiam procedere, si specificetur res sin-
gulariter & cum expressione confinium, quem se-
quitur Dec. in cons. 302. col. 3. in fi. Crau. in cons. 292.
col. 1. Hinc dixit Ruin. in cons. 13. n. 7. vol. 1. quòd do
natio imperialis facta Monasterio San. Michaelis de
Curia, quæ dicitur Zena, non tribuit aliquod ius ec-
clesiæ, nisi ostendatur, quòd illa Curia spectaret ad
Cæsaream Maiestatẽ, quia per illam Cæsar videtur
tantum donasse ius quod in illa habebat. l. quæ non
dum. §. q; dicitur ff. de pign. Craue. in consi. 124. vbi
163 post Castrens. in quit, q; † fundans ius suum in inue-
stitura alterius habet probare de iure inuestientis,
164 & istud est quod dicimus † successorem debere, p-
bare de iure authoris sui, quia non sequitur talis vẽ
didit vel donauit mihi rem, ergo erat dominus &
ius habebat in ea, Multa alia similia allegare possem
verum aliàs scripsi, vt in cons 82. nu. 8. cumpluribus
sequentibus vol. 2. & in cons. 1. nume. 16. volu. 3. ideo
ibi scripta amplius non repetam, ne videar membra
nas occupare. Vnde ex his concludendum omnino
esse arbitror, cum Comitatus Angleriæ sit quid sepa
ratum & distinctum à dicta Arca terra & plebe, prę-
fatum illustrem Comitem Ioañem Baptistam, pro
quo militat omnis iustitia & æquitas, in ipsa Arce,
terra & plebe in pace dimittendum, prout firmetur
credendum est, Maiestatem suam sic facturam, cum
165 moris semper sui fuerit iustitiam facere † vt Regi cõ
uenit 23. quæst. 5. cap. Regum. & ipsius terminos nõ
egredi. Isern. in prœm. constitutionum. in 2. carta.
bonaque fidelium non percipere. Afflict. in ca. Con
radus nu. 4. de prohibi. feudi alie. per lotha. & vasal-
los suos ab oppressionibus defendere.

Deo Gratis.

FINIS.

INDEX EORVM O-

MNIVM, LOCORVMQVE INSIGNIVM QVAE IN HOC QVARTO VOLVMI-

ne Consiliorum continentur.

A

ABLATIVI *absoluti important conditionem, cons.* 30. *num.* 12.

Absentia iusta etsi quem à pœnis legalibus excuset, non tamen à conuentionalibus, cons. 62. *num.* 9.

Absurda euitanda sunt. cons. 7. *numero* 26. *consili.* 14. *numero* 11. *cons.* 23. *numero* 31. *cons.* 3. *num.* 15. *consil.* 43. *num.* 56.

Absurditas vt euitetur, receditur à propria significatione verborum. cons. 23. *nu.* 32.

Absurdũ est & contra iura, quòd qui semel est hæres desinat esse hæres. cons. 96. *num.* 11.

Absurdum est enim vt dictum vnius testis inhabilis, qui indiget auxilio aliorum, vitia & defectus possit supplere. consi. 98. *num.* 95.

Absolutoria continens limitatas causas absolutionis limitatam producit absolutionem & non generalem. consi. 100. *nu.* 82.

Accessorium introduci non potest sine principali. consil. 74. *num.* 4.

Accusatores natura reputantur, qui differentiam inter mares & fœminas constituunt. consi. 96. *num.* 2.

Acquisitio bonorum quando ad tertias personas peruenit ex sola cõdemnatione, & immediatè originem sumit ab ea, & non ex alio actu, venit in restitutione bonorum: quia per restitutionem causa illius acquisitionis redit ad non causam. consi. 45. *num.* 25.

Acta faciunt rem notoriam, si eis non opponatur, aliàs secus. consi. 63. *nu.* 46.

Actio personalis non datur contra possidentem. consil. 60. *num.* 49.

Actionibus personalibus non præscribitur minori spacio 30. *annorum. consi.* 65. *nu.* 15.

Actor dicitur qui primò prouocat aliquem ad iudicium. consi. 10. *num.* 18.

Actor tenetur sequi forum rei. consi. 24. *num.* 8.

Actor probare debet, quod est fundamentum suæ intentionis. cons. 50. *num.* 1.

Actore non probante reus debet absolui, etiamsi nihil præstiterit. consi. 53. *num.* 13. *consi.* 95. *num.* 12.

Actor si petit plus debito, & reus solum negauit, in expensis condemnari non debet. consi. 62. *num.* 5.

Actor petens à debitore creditum cum clausula, paratus deducere quicquid legitimè persolutum apparebit reus constituitur in mora, si non offert, quod prætendit dare. ibidem num. 17.

Actor, eo ipso quòd reus negat possidere, cautus esse debet, quòd petat à iudice, quòd mittatur in possessionem rei negatæ tanquam vacantem, & iudex debet illum mittere. consi. 88. *nu.* 10.

Actus dubij sicut dignoscuntur & verificantur ex signis, vt testamentum à codicillis, institutio ab exhæredatione, donatio causa mortis à donatione inter viuos, contractus emphyteuticus ab emptione & venditione: ita feudum dignoscitur ex signis, vt quando de concessione est facta inuestitura & præstita fidelitas. consi. 1. *num.* 10.

Actus sequens declarat voluntatem præcedentem. consil. 7. *num.* 31.

Actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem. consi. 50. *num.* 11. *cons.* 54. *num.* 12.

Actus quando est nullus, eius reiteratio impeditur. consil. 52. *num.* 13.

Actum si quis facit, qui communiter licitus æstimetur, licet in contrarium sit veritas, vt quia sapiat vsuram, ex hoc non dicitur vsurarius. cons. 58. *num.* 20.

Actus gestus per canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à sede Apostolica, ruit conditione non impleta. cons. 63. *nu.* 23.

Ademptio substitutionis facta in codicillis nihil aliud est quam correctio. consi. 31. *nu.* 4.

Adoptio & emancipatio filij sacerdotis sicut debet fieri coram iudice patris & sic iudice ecclesiastico, ita & legitimatio. cons. 12. *nu.* 21.

Aduocatus aduertere debet quando allegat fraudem vt deducat & probet, quòd habito respectu ad futuros creditores, saltem de proximo creatos bona confitentis non sufficiebant, & quòd ita sciebat verè, vel præsumptiue, aliàs non videtur sufficienter probatum de fraude. cons. 74. *num.* 13.

Aequalitas debet esse iusta æqua arbitrio boni viri. consil. 13. *num.* 36.

Aequalitas in diuisione est seruanda inter fratres & inæqualitas euitanda. cons. 51. *nu.* 7.

Aequalitas est inductiua concordiæ, & inæqualitas discordiæ. ibidem. nu. 8.

Aequalitas est seruanda inter filios. cons. 70. *nu.* 20.

Aestimatio non facit emptionem, quando solum fit ad finem cognoscendi valorem rei, vt in futurum probari possit si esset deteriorata. cons. 64. *nume.* 2. *declara vt in num.* 19.

Aestimatio non facit emptionem, quando nõ correspondet valori rei. ibid. num. 3. *declara vt in num.* 20.

Aestimatio facit emptionem. ibidem. num. 4. *consil.* 86. *num.* 6.

Aestimatio quando facit emptionem rerum dotalium, fundus ex toto desinit esse dotalis, adeoq; sine consensu mulieris potest per maritum alienari, tanquam res propria. cons. 86. *num.* 7.

Affectione paterna erga liberos suos nulla maior reperitur. consil. 25. *nu.* 16.

Agens ex dispositione conditionali debet primò probare adimplementum: quia ante ipsum agere non potest. consi. 29. *nu.* 17.

Agens tanquam filius debet probare se filium. consil. 49. *num.* 23.

Agens ad rescissionem contractus venditionis ex vi l. 2. *C. de rescind. vend. debet probare se læsum vltra dimidiam iusti precij tempore contractus. consil.* 64. *numer.* 20.

Agenti obstat exceptio non adimplementi contractus in minimo etiam cap. cons. 69. *nu.* 6.

Agenti ex contractu vltro citroq; obligatorio obstat exceptio non adimplementi, etiam quòd in contractu sit apposita clausula, quòd pœna commissa vel soluta contractus remaneat firmus. ibid. num. 10.

Agens temerè in expensis est condemnandus. consi. 72. *num.* 1.

INDEX

Agi potest contra iudicem formantem inquisitionem nullis præcedentibus indicijs. cons. 94. num. 13.

Agnatus proximior dicitur per respectum ad illum, cui succeditur. cons. 38. num. 22.

Agnatus dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem, de qua in l. fi. C. de adic. diu. Adr. toll. vbicunq; incontinenti offert se probare, per modo constat per modo agatur bona esse feudalia. consil. 48. nu. 4. & nu. 54.

Agnatus, qui non reperitur nominatus in inuestitura non potest incontinenti probare de iure suo, etiamsi per interpretationem verborum, quæ in inuestituris habentur, vellet eius intentionem probare, cum huiusmodi probatio requirat altissimã indaginem, quæ non venit admittenda in iudicio possessorio, sed reseruanda in petitorio, cons. eod. nu. 6.

Agnatus transuersalis admittitur in feudo antiquo. ibidem nu. 23.

Agnati transuersales admittuntur in feudo nouo concesso iure feudi antiqui. ibid. nu. 24.

Alienatio si est prohibita quoquomodo non sõlùm intelligitur de voluntaria, sed etiam & de necessaria. consil. 2. nu. 36.

Alienatio feudi antiqui, auiti & paterni non potest fieri in extraneum per vasallum sine consensu Domini & agnatorum. cons. 3. num. 1.

Alienatio feudi antiqui facta per vasallum potest per agnatum proximiorem reuocari in vita alienantis, & sine pretio, si consensus Domini directi in ipsa alienatione non interuenerit. ibid. nu. 4.

Alienare qui non potest, rem in iudicio deducere non potest. cons. 22. nu. 6.

Alienare qui non potest, compromissum facere non potest. ibid. nu. 10.

Alienatio omnium bonorum si est permissa virtute illius dictionis omnium, comprehenduntur nedum bona tacitè prohibita alienari, sed etiam expressè. cons. 27. nu. 29.

Alienatio feudi nocet filiis, quando sunt hæredes patris, & agnatis, qui successerunt alienanti, quãuis ad feudum admitti potuissent, etiamsi hæredes illius non fuissent. cons. 30. nu. 38.

Alienatio rerum stabilium minorum vt valeat, requiritur quòd subsistas alienum. cons. 60. nu. 1. Et illud vrgeat de præsenti. num. 2. Plus, quòd creditores cum effectu instent, minorem seu eius tutorem vel curatorem ad sõluendum. nu. 3. Nec non & iudex debet adhibere causæ cognitionem, an creditor instet & petat sibi sõlui, aliàs ei non est sõluendum. nu. 4.

Alienatio rerum stabilium minoris antequam fiat requiritur quòd interueniat interlocutoria iudicis, per quã declaretur bona mobilia non extare. ibi. nu. 7.

Alienatio rerum minoris debet fieri de re sibi minus damnosa. ibid. nu. 8. Nec debet vendi res magna pro paruo debito. nu. 9.

Alienatio rerum minoris fieri debet interuenientibus subhastationibus. ibid. nu. 16.

Alienatio rerum minoris debet fieri cum subhastationibus 20. dierum. ibid. nu. 18.

Alienatio rerum minoris facta non seruata forma statuti redditur nulla. ibid. nu. 22.

Alienatio feudi licet ipso iure non valeat, tamen hoc intelligitur Domino volente. cons. 56. nu. 21.

Alienatio rerum minoris facta omissis substantialibus à iure requisitis non valet. cons. 72. nu. 9.

Alienare qui non potest, similiter actiones exercere non potest. cons. 92. nu. 10.

Alienatione prohibita quoquomodo, intelligitur prohibita nedum voluntaria, sed etiam necessaria. cõs. 99. num. 31.

Alienatio feudi facta sine consensu domini directi, licet sit nulla ipso iure, tamen intelligitur Domino volente, de cuius præiudicio agitur, & ita petente. cons. 100. num. 68.

Alienatio rerum subiectarum fideicommisso tenet, nisi à fideicommissario reuocari petatur. ibidem. nu. 70.

Alienatio rei prohibitæ alienari, donec is, in cuius fauorem fuit prohibita, voluerit & petierit eam reuocari, valet. ibid. num. 71.

Alienatio feudi & emphyteusis ob temporis diuturnitatem præsumitur facta de consensu & licentia Domini. ibid. nu. 99.

Alimenta seu vsuræ simpliciter promissæ pro dote nõ currunt, nisi à die interpellationis. cons. 65. num. 3.

Alimenta libertis relicta peti possunt tam pro tempore præterito quàm futuro, quamuis spacio longi temporis hæredes ad eorum sõlutionem interpellati non fuerint. ibid. nu. 10.

Aliud est vniuersitas, aliud sunt singuli homines ipsius. cons. 53. num. 6.

Aliud est, quòd iuramentum ad probandum sufficiat, aliud, quòd aliæ probationes reiciantur, cum sint diuersa. cons. 87. nu. 4.

Alleganti patrem habere alia bona pro cõstitutione dotis filiæ, quàm subiecta fideicommisso, incumbit onus probandi. cons. 19. nu. 9.

Alleganti scientiam incumbit onus probandi. cons. 66. num. 2.

Alteri per alterum iniqua conditio fieri non debet. cons. 69. nu. 48.

Amicus nullus melior reperitur quàm pater. cons. 25. num. 9.

Animi perseuerantia præsumitur. cons. 31. num. 8.

Anni centum sunt longissimum tempus vitæ hominis. cõs. 59. num. 8.

Antiquior possessio in remedio. c. reintegranda, sufficit, maximè si allegatum & capitulatum fuerit aduersarium possidere à se clam vel precariò respectu suæ antiquioris possessionis. cons. 32. nu. 12.

Appellari non potest à sententia lata in possessorio ordinario & minus in summario. cons. 8. nu. 33.

Appellatio quando interponitur à sententia iudicis, semper recurrimus ad superiorem iudicantis. cons. 24. num. 3.

Appellare quis non potest ab interlocutoria, in qua quis se iudicem competentem pronuntiat. cons. 33. num. 1. sed contra. nu. 2.

Appellatione à diffinitiua contra pronuntiationem, in qua quis se iudicem competentem pronuntiauit, non potest esse consultum. ibid. nu. 3.

Appellatio qua quis pronuntiauit se iudicem competentem, debet fieri in scriptis & in ea inserenda est causa grauaminis nominatim, nec sufficeret dicere, appello vt grauatus, vt in actis apparet. ibidem. num. 4.

Appellari potest à sententia, de qua suprà, & si non appelletur valet sententia, quæ transit in rem iudicatam. ibid. num. 5.

Appellatione descendentium veniunt omnes posteri. cons. 34. nu. 51.

Appellatione filiorum, secundum communem vsum loquendi, non venit nepos. cons. 43. nu. 29.

Appellationi friuola non est deferendum. consil. 91. numer. 10.

Appellans friuolè de iure canonico per iudicem à quo potest excommunicari vt contumax. ibid. num. 11.
Apellans friuolè potest mulctari. ibid. num. 12.
Approbatio facta à minore non seruata sólennitate iuris, ratione iuramẽti efficitur valida. consi. 60. nu. 53.
Arbiter & moderator est quilibet in re sua, etiam abutendo. consi. 1. nu. 16.
Arbitria sunt reducta ad instar iudiciorum. consil. 22. num. 4.
Arbitrorum potestas dependet à compromisso. consi. 28. num. 37.
Archinium quid sit. cons. 85. nu. 2.
Ardor amoris paterni inæstimabilis est, cons. 25. nu. 17.
Ardua qui conficere potest, multò fortius quæ sunt minora. cons. 5. num. 19.
Argumentum à communiter contingentibus est validum. cons. 1. nu. 42. consi. 4. num. 25. consi. 49. nu. 40. consi. 66. num. 26. cons. 68. num. 65.
Argumentum à sufficiente partium enumeratione est validum in iure. cons. 3. num. 24. cons. 45. nu. 1. consil. 60. num. 48. cons. 68. nu. 69.
Argumentum de emãcipatione ad legitimationem valet de iure. cons. 12. num. 22. declara in nu. 66.
Argumentum à verisimili, siue affirmatiuum, siue negatiuum est validum. cons. 25. nu. 3. cons. 68. num. 62.
Argumentum à contrario sensu habet locum in statuto de lucro dotis. cons. 46. nu. 20.
Argumentum procedit de feudo ad fideicommissum consil. 51. num. 4.
Argumentũ à contrario sensu est in iure validissimum. cons. 65. nu. 22. consi. 72. nu. 17.
Argumentum valet de locatore ad conductorem. consi. 69. num. 23.
Argumentum de crimine læsæ maiestatis diuinæ ad crimen læsæ maiestatis humanæ non valet, nisi in casibus à iure expressis. cons. 73. num. 17.
Argumentũ à sólutis est validum in iure. cons. 81. nu. 30.
Arguendo ad vtranque partem veritas magis in lucem explendescit. cons. 90. nu. 1.
Armorũ vsus prohibitus est ecclesiasticis personis. consi. 37. num. 5.
Arma clericorum sunt lachrimæ & orationes. cons. eod. nu. 7. fallit vt in num. 26.
Armorum vsus nedum prohibitus est clericis, sed etiam laicis, ibidem num. 21.
Articulus, an contra iuramentum in litem præstitum parti admittatur probatio in contrarium, est ambiguus. cons. 87. num. 1.
Ascendentibus grauatis computantur fructus secundum communem in Trebellianicam. consilio 31. numero 28.
Assasinus dicitur, cui datæ sunt pecuniæ pro delicto perpetrando. cons. 14. nu. 13.
Assertio mariti & vxoris, quod talis non sit eius filius, cõcurrente fama ciuitatis vel vicinię, operatur, quòd talis sit spurius & natus ex adulterio, cons. 11. nu. 2.
Assertioni matris, quòd filius sit adulteri, non standum in præiudicium filiationis. ibid. num. 10.
Asserenti fideicommissum extare incumbit ei onus probandi. cons. 23. nu. 2. cons. 30. nu. 4.
Assertio feudatarij nocet succedere volentibus. consil. 40. num. 16.
Asserenti feudum esse nouum incumbit onus probandi. cons. 18. num. 20.
Asserenti legitimationem non valere incumbit onus probandi. cons. 49. num. 2.
Asserenti contractum esse vsurarium incumbit onus probandi. cons. 58. nu. 10.
Auth. sed in ea. C. ad l. Falc. extenditur ad Trebellianicam. consi. 9.
Auth. res quæ. C. com. de le. locum etiam habet, quando est prohibita alienatio bonorum. cons. 19. nu. 7.
Auth. res quæ. nedum locum habet, quando dos præcessit fideicommissum, sed etiam si post. ibid. nu. 11.
Auth. res quæ. ita habet locum in dote restituenda, sicut in constituenda. consi. 20. num. 1. consi. 20. nu. 2.
Auth. res quæ, etiam habet locum, si mulier recepit fideiussorem pro dote restituenda. ibid. nu. 3.
Auth. res quæ. locum etiam habet, si grauamen iniunctum fuit ante dotis constitutionem. consil. 27. numer. 3.
Auth. res quæ. locum sibi vendicat, si testator expressè prohibuerit alienationem bonorum suorum. ibidem. num. 4.
Auth. res quæ. locum non habet, quando testator expressè prohibuerit alienationem ex causa dotis. ibidem num. 6.
Auth. res quæ. habet locum in liberis testatoris, & non in transuersalibus. ibidem nu. 6.
Auth. res quæ. locum non habet quando expressè est prohibita alienatio ex causa dotis, pariter locum non habet, quando prohibita est alienatio per verba habentia vim specialis prohibitionis ex causa dotis. ib. nu. 7.
Auth. quærem. C. de Sacros. eccles. etsi loquatur in emphyteusi ecclesiæ, tamen etiam locum habet in emphyteusi priuati. consi. 40. num. 6.
Auctoritas tutoris requiritur in venditione rerum stabilium minoris. cons. 60. num. 10.
Auxilium brachij secularis implorari debet per Episcopum pro executione iustitiæ. cons. 37. num. 2.

B

BALD. secundum Ias. nihil ignorauit, cons. 14. n. 1. Bald. fuit lucerna & pater omnium legistarum. ibid. num. 2.
Bal. cons. 477. volum. 3. reprobatur. consi. 39. nu. 28.
Bal. decisio in l. omnimodo. §. imputari. circa fin. C. de inof. testam. reprobatur. consi. 44. nu. 34.
Bald. in l. 1. col. fi. C. quando non pet. par. pet. accr. communiter reprobatur. consi. 51. num. 18.
Bartol. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. reprobatur. consil. 92. num. 19.
Bannum si fiat, quòd vnusquisque sub pœna viam aptatare debeat ante domum suam, si conductor domus aliquid expendit pro aptatione viæ, inconsulto etiam domino, poterit recompensare cum pensione domus. consi. 83. num. 3.
Baro si concedit castellaniam alicui cum quarta parte obuentionum, & contingat quòd aliquis committat delictum in Baronem, propter quod bona veniant publicanda, Castellanus non debet habere dictam partem, sed ea omnia applicantur Baroni. consil. 73. num. 13.
Beneficium principis latissimè debet interpretari. consi. 1. num. 36.
Beneficia dicuntur esse minoris valoris propter onera annexa. consi. 58. num. 13.
Blasphematores Dei & Virginis gloriosæ repelluntur à testimonio. consi. 57. nu. 43.
Blasphemator repellitur à testimonio. consil. 94. numero 34.
Blasphemator cum sit Deo infidelis, hominibus fidelis esse non potest. ibid. nu. 35.

INDEX

Bona in dubio præsumuntur allodialia. consilio 1. *numero* 31.

Bona libera & allodialia subiacent domino loci ratione iurisdictionis & superioritatis. ibid. num. 69.

Bona ecclesiæ & personæ clericorum tam de iure diuino quàm humano sunt immunia & immunes ab omnibus collectis, angarijs & perangarijs. cons. 2. *num.* 1.

Bona habens in dominio alicuius principis non dicitur propriè eius subditus, sed impropriè. cons. 15. *numero* 8.

Bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt dari in dotem per patrem filiæ, si non habet aliunde, vnde dotem constituat. cons. 19. *nu.* 6.

Bona omnia subiecta fideicommisso dari possunt in dotem pro filia, si aliàs honestè non posset se nubere. cons. eo. num. 10.

Bona subiecta fideicommisso deducuntur vt æs alienum, & fideicommissarius dicitur creditor, consilio 20. *numero* 10.

Bona vbi in fiscum deferuntur, is est loco hæredis, cum de actionibus dependentibus à bonis confiscatis agit & conuenitur. cons. 21. *num.* 4.

Bonorum confiscatio fit in pœnã damnati, vt nudus exulet, ibid. num. 6.

Bona habens in diuersis territorijs, quorum quodlibet habet bursam fiscalem separatam, si delictum commune committit, propter quod omnia vbicunq; sita publicentur, vnusquisque fiscus bona sui territorij occupat. ibid. num. 17. *Quod amplia procedere in crimine hæresis. nu.* 18. *cons.* 80. *num.* 39.

Bona existentia in territorio vasalli applicantur eius fisco, etsi Principis officialis tulerit sententiam confiscationis bonorum. ibid. num. 20.

Bona homicidæ de iure vadunt ad descendẽtes, ascendentes vel collaterales vsque ad tertium gradum. ibidem num. 21.

Bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt alienari ex causa dotis, vbi bona mariti non supersunt, in quibus dotem vxor consequi valeat. cons. 27. *nu.* 1.

Bona in dubio præsumuntur allodialia & non feudalia. cons. 32. *nume.* 19. *etiam si prædia vicina essent feudalia. num.* 22.

Bona alteri quæsita & alienata, secundum communem, non veniunt in restitutione principis. consil. 45. *num.* 9.

Bona acquisita per tertium ex condemnatione non veniunt in restitutione bonorum. cons. eo. num. 19. *sed contra secundum communem. num.* 26.

Bona in tertium alienata veniunt in restitutione facta per Principem, in qua declarauit condemnationem irritam & pro non facta, ita quòd de ea non possit obijci. ibid. nu. 22.

Bona acquisita per tertium veniunt in restitutione facta per Principem, quando constat de eius mente. ibidem num. 33.

Bona subiecta restitutioni fideicommissi assignata vni in diuisione, licet possint ab eo auferri, tamen euictio sibi non debetur, etiam si esset promissa: quia vbi euictio sequitur ex facto alicuius, vel eius auctoris, non potest in illo casu de euictione agere. consilio 51. *numero* 13.

Bona data in dotem æstimata iure proprio & in perpetuum pro se & hæredibus faciunt emptionem. consilio 64. *num.* 9.

Bona æstimata data in dotem cum clausula ad habendum, tenendum, vendendum, &c. faciunt emptionem. ibid. num. 10.

Bona subditi vasalli confiscata ex delicto criminis læsæ maiestatis in personam directi Domini commisso, siue sint in territorio vasalli, siue in dominio directi Domini offensi, spectant ad Dominum offensum seu ad eius fiscum. cons. 73. *nu.* 1. 8. & 17.

Bona confiscata si sunt in diuersis dominijs, vnusquisque Dominus territorij sui habet bona sita in suis finibus, licet alibi confiscatio facta fuerit. ibidem numero 16.

Bona clerici condemnati per Episcopum applicantur Domino temporali, de cuius dominio mouentur. ibidem num. 21.

Bona descripta in æstimo sunt tacitè hypothecata pro collectis in præiudicium eius, qui ea describi fecit in æstimo. cons. 79. *num.* 2.

Bona registrata sunt adeo hypothecata, quòd nullus creditor potest habere ius alterius. ibid. nu. 5.

Bona in dubio præsumuntur allodialia, nisi verè vel præsumptiuè probentur feudalia. cons. 85. *num.* 20.

Bona semper præsumuntur libera & nullo vinculo fideicommissi subiecta. cons. 97. *num.* 2.

Bona subiecta fideicommisso non possunt in effectu alienari. cons. 99. *num.* 28.

Bona subiecta fideicommisso adeo sunt prohibita alienari, quod si euenerit casus restitutionis ipso iure sine alia restitutione transit dominium in fideicommissarium. ibidem num. 39.

Boni domini non debent iniquè percipere res fidelium. cons. 40. *num.* 39.

Brachium seculare licet inuocari possit, tamen id procedit, quando remedia ecclesiastica deficiunt. consilio 37. *num.* 3.

C

CADVCITAS, *quæ causatur per lapsum temporis, dicitur iniqua & odiosa. cons.* 100. *nu.* 156.

Capellanus si moritur relicto hærede Laico inuentarium confici debet per curiam secularem. consil. 61. *num.* 9.

Capitula nouæ & veteris formæ fidelitatis continent seruitium personale & militare. cons. 48. *num.* 42.

Capitula dicuntur connexa, quando obligationes sunt correspectiuæ. cons. 69. *num.* 44.

Capitula omnia quando congregantur in vnam obligationem dicuntur connexa & correspectiua. ibidem num. 45.

Captura in se continet iniuriam. cons. 40. *num.* 10.

Captus nullis præcedentibus informationibus sine impensa relaxari debet. ibid. num. 12.

Captus sine aliquali informatione potest impunè à quolibet priuato eximi à carcere. ibid. num. 13.

Castrum si est dignitatis & Comitatus, in dubio concessio facta de ipso per Principem præsumitur libera & non feudalis. cons. 1. *nu.* 28.

Castrum in dubio præsumitur allodiale. consil. 90. *numer.* 6.

Castrum præsumitur allodiale, si in eo non fit mentio de feudo. ibid. num. 8.

Castrum recipiens per inuestituram dicitur dominium & omne ius in Principem transtulisse, & ab eo postea in feudum suscepisse. ibidem num. 17.

Casus omissus à testatore remanet in dispositione iuris communis. consil. 6. *num.* 2. *consi.* 38. *num.* 19. *consil.* 68. *num.* 36.

Casus omnes sub generalitate verborũ comprehenduntur, licet maior sit ratio in vno quàm in alio. cõs. 7. *n.* 21.

Casus omissus habetur pro omisso in promissionibus quæ stricti iuris sunt. cons. 81. num. 24.

Carcer est mala mansio & species tortura, imò morti æquiparatur. cons. 40. num. 15.

Carceratus iniustè potest impunè aufugere. ibidem numero 16.

Causa immediata est potentior quàm remota. consil. 5. numer. 31.

Causa si compromittatur in clericum & laicum simul, & eorum laudum petatur reduci ad arbitrium boni viri, adeundus est Episcopus. cons. 24. num. 5.

Causa in dubio non præsumitur in principe etiam contra subditum, vbi procedit sine citatione. consilio 35. num. 16.

Causa in dubio præsumitur pro Principe, quando disponit legem condendo generaliter vel etiam particulariter, sed motu proprio, aliàs præsumitur actum facere per importunitatem petentium. ibidem numero 17.

Caulam habere nihil aliud est, quàm habere titulum. cons. 42. num. 7.

Causa in dubio dicitur impulsiua. 44. num. 7.

Causa illa dicitur esse finalis, sine qua quis alias facturus non erat. ibidem num. 15.

Causa impulsiua efficitur finalis, quando quis non esset aliter facturus. ibid. num. 24.

Causa iusta litigandi licet excuset à pœna expensarum, non tamen ab expensis debitis ex dispositione hominis. cons. 62. num. 7.

Causa finalis dicitur, quæ respicit omnem dispositionem, & ad illam generaliter influit. consilio 69. numero 38.

Causa finalis dicitur illa, sine qua quis aliàs non esset facturus vel eo modo, nisi fuisset illa causa. ibidem numero 39.

Causa si ex forma statuti debet terminari intra tres menses, & aduersarius causa testium producendorum, quos dicit habere in longinquis partibus, petat dilationem, quæ vltra tres menses extendatur, nõ obstante statuto causa poterit etiam post tres menses terminari. cons. 82. num. 7.

Causa appellationis si non fuit expedita facto appellati intra instantiam ipsius causæ, ipso iure non currit, appellans conseruatur illæsus. ibidem num. 8.

Causa nulla non transfert dominium. consilio 63. numero 28.

Causa appellationis si deseratur dolo vel negligentia procuratoris, domino non competit restitutio, nisi procurator non sit soluendo. cons. 91. num. 16.

Causa vsuraria est principaliter fori ecclesiastici. cons. 85. num. 5.

Causa finalis attenditur in conuentionibus. consil. 99. numer. 46.

Causa finalis quæ dicatur. ibid. num. 47.

Cautela pro emptore emente frumentum ab ecclesia. cons. 61. num. 20.

Cautus debet esse ille, cui immunitas conceditur, vt in concessionibus dicatur ab omnibus ordinariis & extraordinariis. cons. 2. num. 13.

Cautus esse debet notarius, vt in instrumento atteſtetur, se fuisse rogatum, aliàs si hoc non facit, vel aliter constare non possit de rogatu, instrumentum pro nullo habetur. cons. 55. num. 6.

Cardinales, qui secundum consuetudinem curiæ Romanæ testari non possunt, ita nec codicillari. consilio 68. num. 10.

Caci duo facere non possunt vnum videntem, sed necesse est, quòd ambo in foueam cadant. consil. 98. numero 43.

Charitatem naturalem erga liberos qui non curat, morbum cerebri & defectum rationis habere dicitur. cõs. 25. num. 13.

Citatio est de processu & substantia sententiæ. consi. 35. num. 1.

Citatio est grauis solennitas, cuius omissio vitat sententiam. ibid. num. 2.

Citationis defectus in actu, in quo quis potest lædi, regulariter reddit actum nullum. ibid. nu. 4.

Citationem negans defensionem denegare videtur, quæ cùm sit naturalis auferri non potest. ibid. num. 7.

Citatio est fundamentum iudicij. cons. 53. nu. 16.

Citatio requiritur vt quis se defendere possit. ibidem numero 17.

Citationem negans, dicitur defensionem denegare. ibid. num. 18.

Citatio est de iure diuino. ibid. nu. 19.

Citatio dicitur de substantia iudicij, qua omissa sententia lata contra absentem non citatum, ei obesse non potest. ibid. num. 20.

Citatio in qualibet causa interuenire debet. ibidem numero 21.

Citatio per principem auferri non potest. ibidem numero 22.

Citatio necessariò requiritur pro ordine & validitate processus. ibid. nu. 23.

Citationis defectus potest semper opponi. ibidem numero 24.

Citatio contra singulares personas nominatim fieri debet. ibid. num. 26.

Citatus vt quis dicatur non attenditur commisso de citando. ibid. num. 25.

Citari licet non debeat ille, contra quem petitio dirigitur, & de cuius interesse agitur principaliter, tamen, vt sententia lata contra vnum noccat alteri, citari debet ille, de cuius præiudicio tractatur. cons. 92. nu. 7. sed contrà vt infrà.

Ciuis Anglicus habens bona in Anglia, vbi extat consuetudo, vt primogenitus in totum succedat, & etiam in Italia, vbi talis consuetudo non viget, si decessit pluribus relictis filijs, & in Italia non habet domicilium, primogenitus succedere debet, nedum in bonis Angliæ, sed etiam Italiæ. consil. 80. nume. 8. sed contrà infrà.

Ciuitas potest afficere subditum suum, etiam respectu rerum sitarum in alieno territorio. ibidem numero 9.

Ciuitas, si ignorante Papa vel Imperatore per tempus immemoriale exercuerit, præscribit tale ius. cons. 59. num. 24.

Ciuitas libera & habens iura imperialia potest sibi creare Ducem & eum facere Dominum suum naturalem. cons. 100. num. 91.

Ciuitas, quæ non recognoscit superiorem, vel non est spes, quòd superior eam possit regere & gubernare, potest se submittere ei, qui eam regere & tueri potest de iure naturali. ibid. num. 93.

Clausula, omnem Falcidiam, includit etiam & Trebellianicam, licet impropriè veniat appellatione Falcidiæ. cons. 2. nu. 19.

Clausula codicillaris in dubio censetur potius apposita ex communi stylo notariorum quàm ex mente & voluntate testatoris. cons. 6. num. 12.

Clausula, si non valet iure communi, valeat iure militari, tacitè inest in testamento militis. ibid. num. 8.

INDEX

Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis nil operatur rupto testamento præteritione filij ignoranter præteriti. cons. eo. nu. 17. secundum communem & magis receptam doct. sententiam. sed contrà nu. 20. & 29. vbi crebrior est opinio.

Clausula codicillaris, de qua suprà, apposita in testamento operatur, quòd testator censetur cogitasse de posthumo & de ruptura, quæ per eius natiuitatem sequi potest. ibidem num. 18.

Clausula codicillaris censetur apposita in testamento per notarium ex intentione testatoris, cum censeatur rogatus, vt apponat clausulas consuetas. ibidem numero 27.

Clausula, omni iuris & legum auxilio, qualecunque auxilium comprehendit. cons. 17. nu. 22.

Clausula substitutionis debet referri ad proxima præcedentia & non ad casum, de quo non loquitur. consilio 34. num. 35.

Clausula ad habendum, tenendum & possidendum & quicquid placuerit faciendum, operatur renunciationem cuiuscunq; iuris, re & in specie cõpetentis. ibidem num. 80.

Clausula ad habendum, tenendum, &c. si est apposita in instrumento diuisionis, operatur, quòd censetur facta remissio iuris emphyteutici alteri, cui quis cessit in diuisione, prædium emphyteuticum, ita quòd ille, in quem est facta alienatio, siue ex contractu inter vinos, siue in vltima voluntate conuenire non poterit. ibid. num. 86.

Clausula infrà scripta apposita in diuisione, videlicet, dantes, concedentes & mandantes sibi ipsis omnia iura, omnesq; actiones & rationes reales, personales, vtiles, directas, mistas & hypothecarias, & alias, & quascunque, & quæcunque ipsis bonis & fratribus spectantia & pertinentia, spectantes & pertinentes, & quæ in futurũ spectare & pertinere possunt & potuissent, important remissionem fideicommissi. ibidem numero 92.

Clausula ad habendum, tenendum, &c. censetur apposita de voluntate diuidentium. ibid. nu. 94.

Clausula codicillaris secundum cõmunem, censetur apposita de voluntate testatoris. ibid. nu. 97.

Clausula censetur apposita de voluntate testatoris, cum testamentum publicè legitur coram eod. ibidem numero 98.

Clausulæ, quæ substantialia vel accidentalia actus respiciunt, censentur appositæ de voluntate partium. ibidem num. 99.

Clausula non obstantibus, non tollit defectum citationis. cons. 35. num. 19.

Clausula non obstantibus, non nocet non subdito. ibidem num. 20.

Clausula supplentes omnes defectus, quia respicit defectus iuris positiui, non supplet defectum ciuitatis, quia est de iure naturali. ibid. nu. 21.

Clausula, ita quòd specialis non deroget generali, operatur, vt creditor non cogatur magis agere ex speciali quàm generali, etiam in præiudicium secundi creditoris. cons. 36. nu. 10.

Clausula, Et quibus dederit, apposita in inuestitura feudali operatur, vt illud sit transitorium ad quoscunque hæredes. cons. 42. nu. 3. & 4.

Clausula, non obstante oblatione alteri facta, debet intelligi de collatione inualida, ne alteri præiudicium fiat. cons. 45. nu. 16.

Clausula in fine posita refertur ad præcedentia. cons. 54. num. 5.

Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia, quæ sint contraria. ibid. nu. 6.

Clausula in fine posita etsi non referatur ad præcedentia specificata, tamen hoc fallit, si de contraria voluntate disponentium appareat. ibid. num. 11.

Clausula in fine posita quando est talis, quæ se expresse refert ad omnia præcedentia, tunc debet referri tam ad proxima, quàm ad remota & in principio posita. ibid. num. 23.

Clausula in fine posita de per se stans, nõ qualificans proximè præcedentia, ad omnia superiora refertur, ad quæ ratione recti sermonis potest referri. ibidem numero 25.

Clausula decreti annullatiua importat formam. consil. 60. num. 23.

Clausul aad habendum, tenendum & possidendum, & quicquid perpetuò placuerit faciendum, posita in instrumento diuisionis operatur remissionem fideicommissi inter scientes. cons. 64. nu. 11.

Clausula ad habendum, &c. æquipollet verbis, quibus prædicta bona concedere voluerit, & clausulæ quibus dederit. ibid. nu. 12.

Clausula ad habendum, tenendum & possidendum, &c. importat facultatem alienandi. ibid. nu. 13.

Clausula (saluo iure tertij) semper intelligitur. consilio 85. num. 65.

Clausula (omni legum & iuris auxilio) operatur renuntiationem cuiuscunque beneficij, etiam speciali ratione inducti. cons. 99. num. 45.

Clausula, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, posita in confirmatione principis tribuunt ius. consil. 200. num. 50.

Clausula de plenitudine potestatis, vbi apponitur per Principem, nihil opponi potest, quòd gratiam annullet. ibid. nu. 55.

Clausula de plenitudine potestatis, vbi est apposita, non potest dici principi, cur ita facis. ibid. nu. 59.

Clausula, de plenitudine potestatis, absolutè operatur, quòd Princeps possit mutare rerum naturas. ibidem num. 59.

Clausula, de plenitudine potestatis, absolutè operatur, quòd princeps voluerit tertio præiudicare. ibidem numero 62.

Clausulæ geminatæ plus operantur quàm simplices. ibidem num. 63.

Clausula supplentes, &c. tollit omnes defectus iuris positiui, quamuis non specificatos. ibid. nu. 64.

Clausulæ triplicatæ plus operantur quàm duplicatæ. ibidem num. 65.

Clausula, sponte & ex certa scientia, non operatur quòd contractus metu factus non dicitur meticulosus. ibid. num. 133.

Clausula, sponte & ex certa scientia, apposita in instrumento renunciationis per metum facto præsumitur etiam per metum apposita. ibid. num. 134.

Clausula sponte & ex certa scientia, excludit omnem allegationem erroris. ibid. num. 27.

Clericorum bona licet gaudeant eodem priuilegio cum bonis ecclesiarum, tamen mortuo clerico sine testamento bona eiusdem spectant ad suos consanguineos. cons. 12. num. 61.

Clerici etiam in patria potestate constituti licitè possunt disponere & testari de bonis aduentitiis. consilio 16. num. 3.

Clerici primæ tonsuræ quamuis remaneant in potestate patris, tamen gaudent priuilegio clericorum beneficiatorum. ibid. num. 7.

Clericus

Clericus in minoribus lato sumpto vocabulo dicitur esse in ordinibus sacris. ibid. nu. 9.

Clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt etiam constituti in minoribus. ibid. nu. 10.

Clerici primæ tonsuræ gaudent priuilegio fori. ibidem num. 12.

Clericus primæ tonsuræ distringi nõ potest vel condemnari à iudice laico, aliàs censura excommunicationis plectendus est. ibid. num. 13.

Clerici simplices gaudent omnibus priuilegijs & immunitatibus, dummodo clericaliter viuant, etiam in aliter acquisitis quàm ex clericatu. ibid. nu. 17.

Clericus vel laicus si volunt petere reductionem ad arbitrium boni viri, laicus illam petet coram laico superiore arbitratoris, si verò clericus coram superiore clerici. cons. 24. nu. 6.

Clericus arma deferens dignus est excommunicatione. cons. 37. nu. 6.

Clericus licet sit capax successionis feudalis, quando feudum præstat seruitium reale, secus tamen vbi feudum de sui natura debet præstare seruitium personale. consil. 41. num. 27.

Clerici & ecclesiæ non tenentur ad solutionem gabellarum. cons. 61. num. 1.

Clerici sunt immunes ab exactionibus secularium, quia potestas eorum penitus in clericos est interdicta. consil. 71. num. 6.

Clerici negotiantes gabellam soluere tenentur. ibidem num. 10.

Clerici & personæ ecclesiasticæ non tenentur ad solutionem pedagiorum & vestigalium pro rebus & aliis, quæ deferuntur vsus sui causa. ibid. num. 14.

Clerici licet non teneantur ad solutionem gabellæ, tamen tenentur bona sua profiteri gabellario. ibidem num. 32.

Clerici quòd deferant res vsus sui causa, standum est eius iuramento vel nunciorum suorũ, nisi qualitas personarum repugnet. ibid. num. 24.

Clerici etsi sponte vel coactè gabellam soluant, Episcopus loci, in quantum tangit ius publicum & nõ priuatum, poterit prohibere offensam factam Ecclesiæ vniuersali. ibid. num. 26.

Clericus, qui religionem professus est, licet succedere possit in feudo, pro quo præstatur seruitium reale vel personale clericis honestum, tamen hoc fallit, quando in inuestitura vltra seruitium reale vasallus iuramentum fidelitatis præstaret secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis, quia tunc non succederet. cons. 90. num. 44.

Clerici duo si deponunt, me commisisse fornicationem tali die, & laici duo dicãt: me fuisse cum illis ea die, præponendi sunt laici, cons. 93. num. 3.

Collatio facta sub conditione, ea deficiente redditur nulla. cons. 61. nu. 18.

Collecta imposita propter guerram, quæ est munus extraordinarium, superindictum appellatur. consil. 2. numero 14.

Collectis in imponendis mutata persona mutatur status rei & consideratur qualitas noui possessoris. consil. 61. num. 6.

Collectæ si non soluantur, bona allibrata vendi possunt. cons. 79. num. 3.

Collecta quando imponitur secundum æstimum, tunc nõ attenditur possessio bonorum. ibid. num. 9.

Collecta potest imponi ciui pro bonis, quæ in alieno territorio possidet. cons. 80. num. 10.

Coloni ecclesiæ sunt exempti & immunes à gabellis sicut ecclesia. cons. 61. nu. 4.

Colonus precarius ecclesiæ soluit decimas de sua parte, licet monasterium à quo conduxit eas non soluat. ibid. numero 14.

Coloni ecclesiarum tenentur soluere gabellam pro rebus & portionibus fructuum ad eos spectantibus. ibidem nume. 15.

Colonus non possidet, sed detinet. consilio 79. numero 13.

Colonus partiarius vel qui numis colit, non cogitur soluere collectas, sed dominus prædiorum. ibidem numero 14.

Comiti Palatino si non fit mentio de eo, quo expresso non faciliter concessisset legitimationem, gratia non valet. cons. 12. num. 11.

Comes Palatinus nõ potest legitimare filios sacerdotum. ibid. num. 19.

Comes Palatinus potest legitimare quoad bona temporalia patris. ibid. num. 64.

Comiti si est data potestas reuidendi statuta, & ipsa quædam improbet, cætera confirmare videtur. consil. 31. num. 22.

Comes Palatinus habens potestatem legitimandi ad feuda, licet quem non possit legitimare ad feuda sita in territorio alicuius principis sine licentia ipsius, tamen hoc limitatur locum habere, si Princeps opponeret se contra dictam legitimationem, & non aliter. consil. 49.

Comes Palatinus etsi vigore potestatis suæ possit legitimare ad feuda, tamen id procedit, quando legitimatio non peccat in obreptione vel subreptione. ibidem numero 32.

Comites creantur ab Imperatore & à Rege in suo regno. cons. 100. num. 2.

Comes si concedit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali loco, concessio talis non valet, nihilq; operatur, nisi constet de iure concedentis. ibid. num. 162.

Communis vsus loquendi in testamentis & in omnibus alijs dispositionibus est attendendus. consilio 43. numero 30.

Commune est si transtulit in aliquem quicquid iuris habet, proprietatis, & dominij ac possessionis. talis concessio dicitur donatio, & non feudum. consilio 85. numero 43.

Committens verè delictum tantùm hominem ladit, seu iudicem contemnit. cons. 87. num. 17.

Compensatio non admittitur in deposito. consil. 4. numero 3.

Compensatio non admittitur de liquido ad non liquidum. cons. 17. num. 4.

Compromissum de re feudali non potest per vasallum fieri sine consensu domini in arbitratorem. consil. 22. numero 1.

Compromissum de re feudali fieri potest per vasallum in arbitrum sine licentia domini. ibid. num. 2. sed contrà secundum communem nu. 11.

Compromissum in arbitrum de re feudali fieri non potest per vasallum in præiudicium domini transferendo in alium feudum, aliàs secus. ibidem numero 12.

Compromissum de re feudali factum in arbitrum nõ valet, nisi fiat in Pares curiæ. ibid. nu. 14.

Compromissum de feudo in arbitrum fieri non potest sine licentia Domini, nisi quando inter litigantes est quæstio super feudo: quia vnusquisq; dicit feudum ad se spectare. ibid. nu. 16.

Compromissum inter litigantes de feudo fieri non po-

test in arbitrum, quando vnus & alter essent ex alio feudatarij Imperatoris. ibid. num. 17.

Compromissum inter litigantes de feudo imperiali fieri non potest: quia solus Imperator inter eos iudicat. ibidem num. 18.

Compromissum est stricti iuris & strictè interpretandum. cons. 28. num. 34.

Cõpromissum extendi non debet nisi ad specificata etiam si amplissimas clausulas contineret, & iuramento esset vallatum. ibid. num. 35.

Compromissum vniuersitatis non est compromissum singularium personarum. cons. 53. nu. 11.

Concubinarius publicus testis esse non potest. consil. 98. num. 38.

Concubinarius est turpis persona & infamis, saltem infamia facti. ibid. num. 39.

Concessio non censetur feudalis, quando in ea nulla fit mentio de feudo. cons. 1. num. 15.

Concessionis qualitas ex tenore verborum dignoscitur. ibid. num. 17.

Concessio Principis in dubio potius debet iudicari donatio quàm feudum. ibid. num. 26.

Concessio remuneratoria latius est interpretanda. ibid. numero 40.

Concessio castri vel alterius, interueniente etiam iuramento fidelitatis dicitur simplex & mera donatio, si facta reperiatur per verbũ donamus, & ex causa remunerationis. ibid. num. 58.

Concessioni primæ standum est. ibid. num. 63.

Concessio castri si fiat per verba vniuersalia, illa etiam censentur concessa, & in quibus specialis mentio erat facienda ac si essent expressè concessa. consilio. 2. numero 10.

Concessio iurisdictionis facta per Principem alicui, videtur cumulatiuè facta & nõ priuatiuè. cons. 21. n. 1.

Concessio castri cum iuribus & pertinentijs, prædia possessa per inuestitos non præsumuntur feudalia, nisi id per alias probationes appareat. cons. 92. nu. 24.

Concessioni primæ facta per contractum præiudicari non potest per secundam, non facta mentione de prima. ibidem num. 68.

Concessio pro se & hæredibus quibuscunque, vel pro se & quibus dederit æquiparantur. cons. 34. num. 81.

Concessio censetur feudalis ex reseruatione homagij. consil. 85. num. 8.

Concessio, de qua in cons. 159. Oldr. est feudum, non obstante verbo donamus in ea posito. ibid. nu. 13. sed contrà secundum communem num. 55.

Concessio facta à Principe potius præsumitur donatio quàm feudum. ibid. num. 18.

Concessio non dicitur feudalis, quando in ea nullum penitus verbum fit de feudo. ibid. nu. 19.

Cõcessio facta per Principem de castro dignitatis vel comitatus, in dubio præsumitur libera & non feudalis. ibid. num. 22.

Concessio in qua non fit reseruatio dominij directi per cõcedentem, non dicitur feudum. ibid. num. 23.

Concessio, per quam transfertur directum dominium in recipientem, non est feudum, sed donatio. ibidem numero 29.

Concessio non dicitur esse feudalis, sed simplex & plena donatio, quando fuit facta liberè & cum omnibus iuribus suis absque aliqua reseruatione directi dominij. ibid. num. 30.

Cõcessio an sit feudalis seu donatio, inspicitur, quod principaliter agitur. ibid. num. 56.

Concessio in comitatum facta inuestito de filiis non extenditur ad alios. cons. 100. num. 89.

Concessio Cæsaris non extenditur ad id, quod suum non erat tempore concessionis. ibid. num. 160.

Concedens si in inuestitura transtulit in recipientem omnia iura & omnes actiones vtiles & directas, talis concessio non dicitur feudalis, sed potius donatio. consil. 85. num. 37.

Conditio nihil ponit in esse, sed actum & dispositionem suspendit antequam impleatur. cons. 29. nu. 16.

Conditio importat formam. consil. 30. num. 15. cons. 63. num. 38.

Conditio quando habet tractum successiuum, non sufficit eam momento temporis implere. cons. 59. num. 55.

Conditio si deficit, fideicommissum sub conditione est nullum. cons. 43. nu. 58.

Conditione deficiente deficit dispositio, & ea pro non facta habetur. ibid. nu. 59.

Conditione pendente non licet recedere à contractu. cons. 63. num. 7.

Conditio respiciens fauorem domini directi potest quandocunque per eum impleri. ibid. nu. 15.

Conditionale vbi aliquid deducitur in iudicio, illud effectum sortiri non potest: nisi prius liquidetur: conditionem esse impletam. ibid. nu. 19.

Conditionis natura est: vt prius impleatur quàm emolumentum consequatur. ibid. nu. 20.

Conditio in lege apposita inducit formam à qua non licet recedere. cons. 9. nu. 17.

Conclusio in causa est renunciatio omnium probationum & defensionum producendarum. cons. 52. numero 5.

Conclusio in causa vbi est facta, amplius deduci & probari non potest. ibid. num. 6.

Conclusione in causa facta nihil est producendũ nec admittendum sine partis consensu. ibid. num. 7.

Conclusum quando est in causa, de ea iudicatur ac si lata esset sententia. ibid. nu. 9.

Conclusio in causa altero ex tribus modis fit. ibidem numero 10.

Conclusione facta dicitur liquere de causa. ibid. nu. 11.

Conductor, qui malè versatur in re eidem locata, expellitur à locatione sibi facta. cons. 40. nu. 7.

Conductor quando est impeditus vti frui rebus conductis facto locatoris à contractu liberatur, & dominus conductori tenetur ad omne damnum & interesse, etiam lucri cessantis. cons. 69. nu. 22.

Conductor prohibitus vti frui re locata facto tertij, cui locator resistere potest & non resistit, potest recedere à contractu, & tenetur locator ad interesse, etiam lucri cessantis. ibid. nu. 28.

Conductor simplex non tenetur ad solutionem collectarum, sed hoc onus ad locatorem pertinet. consilio 79. num. 10.

Conductores domorum non possunt cogi pro collationibus viarum, & si soluant imputabuntur locatori. consil. 83. num. 2.

Confessio depositi probat veram & naturalem numerationem. cons. 4. num. 8.

Confessio institoris probat contra dominum. ibidem numer. 11.

Confessio creditoris de recepto veram probat numerationem, vt fideiussor contra debitorem agere possit. ibid. num. 12.

Confessio præiudicat confitenti. ibid. num. 16.

Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio vim donationis habere videtur. consilio 20. numero 9.

Confessio solùm probat inter easdem personas, non autem in præiudicium tertij. ibid. num. 13.

Confessio dotis facta per maritum lapso tempore opponendi exceptionẽ non numeratæ dotis, tantum operatur, quantum operatur vera & realis solutio dotis, quæ præiudicat marito & omnibus creditoribus. ibidem nu. 14.

Confessio mariti de dote recepta post promissionem dotis officit marito ac creditoribus, vt exceptionem non numeratæ dotis opponere non possint. ibidem numero 18.

Confessio est superlatiua probatio omnium aliarum probationum. cons. 46. num. 9.

Confessioni patris magis creditur quàm dictis testium, si mille essent. ibid. nu. 10.

Confessio depositarij non probat veram numerationem. cons. 47. nu. 9.

Confessio est maior quocunque publico instrumento & quibuscunque depositionibus testium. cons. 48. num. 54. cons. 92. num. 12.

Confessio est relaxatio omnis probationis & tantæ efficaciæ, quòd iudex non potest eam nullam pronuntiare. ibid. num. 55.

Confessio est superlatiua probatio, quæ rem notoriam facit. ibidem nu. 56.

Confessiones factæ a parte præsente etsi probent, tamen id intelligitur, quando à parte fuissent acceptatæ. cons. 50. num. 12.

Confessiones factæ à diuersis parte absente faciunt præsumptionem. ibid. nu. 16.

Confessio facta sine indicijs per metum, sicut est nulla & inualida, ita & iuramentum superueniens, quod præsumitur meticulosum, erit nullum & inualidum cons. 60. num. 75.

Confessio dotis receptæ facta vxori à marito constante matrimonio non valet. cons. 74. nu. 1. Quod ampliatur procedere, etiam si in instrumento ipsius confessionis esset iuratum, omnia & singula in eo contenta fore & esse vera. num. 2.

Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio non præiudicat creditori. ibidem nu. 3.

Confessio dotis receptæ facta per maritum constante matrimonio non præiudicat creditori, lapso etiam tempore statuto ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis. ibidem num. 5.

Confessio mariti de dote recepta non præiudicat fisco, ad quem bona mariti peruenerunt. ibid. num. 7.

Confessio dotis facta constante matrimonio cũ lapsu temporis statuti à iure ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, præiudicat creditori posteriori. ibid. num. 9.

Confessio dotis facta constante matrimonio cũ lapsu temporis ad opponendum exceptionem nõ numeratæ dotis, tantum operatur, quantum vera & realis solutio dotis. ibid. num. 10.

Confessio dotis facta constante matrimonio licet præsumatur facta in fraudem creditorum præteritorum, non tamen respectu futurorum: quia eo casu non ita simpliciter præsumitur facta in fraudem, sed de ea constare debet ex aliquibus coniecturis. ibidem. numero 11.

Confessio dotis, in qua iuratum est, omnia & singula fuisse vera, non tollit exceptionem non numeratæ dotis & simulationis. cons. 76. num. 6.

Confessio facta in iudicio tendens ad præparationem iudicij ante litem contestatam reuocari potest. consilio 88. num. 12.

Confessioni suæ quis contrauenire non potest, cum nulla maior sit probatio quàm propria eius confessio. consil. 98. num. 11.

Confirmationis natura est, confirmata roborare & non infringere. cons. 100. nu. 47.

Confirmatio facta cum clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis, dicitur noua datio. ibidem. num. 51.

Confirmatio quando est facta cum clausula ex certa scientia, non potest apponi manus ad illum actum præterquàm à Principe confirmante. ibidem numero 52.

Confirmatio facta ex certa scientia roborat quod inualidum & nullum est. ibid. nu. 53.

Confirmatio facta cum narratione rei confirmatæ censetur facta ex certa scientia. ibid. num. 54.

Coniectura in dubio illa capienda est, per quam actus conualidatur, cum sit fortior quibuscunque alijs. consil. 18. num. 17.

Coniecturis opus non est in claris. cons. 32. nu. 30. cons. 85. num. 45.

Coniecturæ plures requiruntur ad probandum plenam simulationem. cons. 47. num. 30.

Coniecturæ, quòd dos constante matrimonio fuerit confessata in fraudem creditorum futurorum, sumuntur quãdo breui tempore post confessionẽ contrahitur debitum cum alijs creditoribus, vel fieret confessio de magna summa. cons. 74. nu. 12.

Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, si familiariter simul habitant. cons. 66. nu. 30.

Coniux secunda tantum habere potest, quantum habuit filius primi matrimonij. cons. 29. num. 2.

Coniugi secundæ quod aufertur, applicatur filijs primi matrimonij, & non alterius, dummodo secundus filius habeat integram legitimam in bonis paternis. ibidem num. 71.

Consensui nihil est tam contrarium quàm error. consil. 32. num. 71.

Consensus Domini & agnatorũ requiritur in alienatione feudi antiqui. cons. 56. num. 1.

Consensus illius, de cuius hæreditate agitur, in renuntiatione facta de bonis ipsius per tertium, debet esse expressus & non tacitus vel præsumptus. consilio 81. numero 4.

Consensus patris in donatione causa mortis facta per filium requiritur ad integrandam personam filij. cons. 89. num. 11.

Consensus specialis patris requiritur in donatione causa mortis facta per filium. ibid. num. 12.

Consensus Cæsaris ex vetustate tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, præsumitur interuenisse in donatione Ducis Mediolani facta per vniuersitatem ipsius ciuitatis. cons. 100. num. 96.

Consensus Domini præsumitur interuenisse, quando interuenit spacium longi temporis. ibidem nu. 97.

Consequentia non valet. Est prohibita Falcidia, ergo & Trebellianica. cons. 5. num. 32.

Consequens qui vult: etiam antecedens velle videtur, sine quo illud esse non potest. cons. 18. num. 20.

Consequentia non valet. Est homagium, ergo feudum. cons. 85. num. 60.

Constitutio non ligat Principem. cons. 32. num. 74.

Constitutio vsu non comprobata non ligat. ibid. nu. 79.

Constitutio tantùm videtur habere conditionem, si moribus fuerit recepta, & si recepta non sit, ipsi sine peccato contrauenire potest. ibid. nu. 80.

Constitutioni non dicitur contrauentum si vsu vtentium

tium non sit obseruata : quia censetur nulla & non considerabilis, ibidem nu. 81.
Constitutio etsi quandoque fuerit acceptata & obseruata, tamen per contrariam obseruantiam tollitur. ibidem nu. 82.
Constitutio reuocari potest, si à nemine fuerit ratificata, etiam si interuenerit stipulatio notarij. ibi nu. 83.
Constitutum producit actionem. cons. 4. *nu.* 32.
Constitutum cadit super propria obligatione & aliena. ibidem nu. 33.
Constitutum sit quibuscunq; verbis aptis ibidem. nu. 34.
Constitutum transfert possessionem. cons. 33. *nu.* 56.
Constitutum appositum super venditione rerum minoris facta non præcedentibus solennitatibus à iure requisitis, non transfert possessionem. cons. 60. *nu.* 20.
Consuetudo apponendi clausulam codicillarem in testamentis, si est generalis, probatione non indiget, nec requiritur quòd sit præscripta. cons. 7. *nu.* 30.
Consuetudo vim legis habet, seu lex non scripta dicitur. cons. 13. *nu.* 3.
Consuetudo est eiusdem potentiæ, cuius est lex. ibid. numero 4.
Consuetudo æquipollet veritati. ibid. nu. 5.
Consuetudo fungitur vice principis & priuilegij. ibid. num. 6.
Consuetudo facit licitum, quòd aliàs est illicitum. ibidem nu. 7.
Consuetudo est factis, quæ non præsumitur, nisi probetur. ibidem nu. 8.
Consuetudo probari debet per veras probationes, & non per præsumptiones & coniecturas. ibid. nu. 9.
Consuetudo formiter probanda est. ibid. nu 10.
Consuetudo debet esse præscripta. ibidem nu. 15.
Consuetudinis ad esse requiritur, quòd fuerit inducta & obseruata sciente & patiente populo. ibid. nu. 16.
Consuetudo vt inducatur, actus fieri debent ea intentione, vt consuetudo inducatur. ibid. nu. 17.
Consuetudo quando non est vniformis sed varia, seruandum est ius commune, ibid. nu. 18.
Consuetudo non debet esse incerta & obscura, sed certa & clara ad exemplũ legis quam imitatur. ibid. nu. 20.
Consuetudo disponens, quòd in feudis ecclesiasticis fœminæ succedant, valet. cons. 48. *nu.* 12.
Consuetudo alienandi feuda in præiudicium agnatorum valet. ibid. num. 13.
Consuetudo, quòd feuda ecclesiæ inscijs agnatis & ipsis inuitis vendantur irreuocabiliter, in præiudicium agnatorum valet. ibid. nu. 14.
Consuetudo feudalis etsi alia consuetudine tolli possit, tamen id procedit, quando ipsa consuetudo, quæ est facti & multum difficilis probationis, legitimè probata reperitur. ibid. nu. 26.
Consuetudinis effectus consistit in iure, sicut dominium. ibid. nu. 31.
Consuetudo licet habilitet fœminas in feudo, tamen debet probari, quòd habilitet quando etiam est præstitũ iuramentum fidelitatis. ibid. nu. 41.
Consuetudo excusat notarios & alios scribentes à pœna falsi, si de more sit, quòd contra ius scribantur & sigillentur nomina prælatorum per suos ad hoc deputatos, quamuis de hoc ipsi nihil sciant. cons. 58. *numero* 21.
Consuetudo generalis & obseruantia communis pro lege obseruari debet. cons. 70. *nu.* 4.
Consuetudo quòd clerici teneantur soluere gabellam non valet. cons. 71. *nu.* 4.
Consuetudo ita se habet: vt coloni non teneantur ad collectas. cons. 79. *nu.* 16.
Consuetudo in imponendis oneribus plurimum operatur, etiam contra regulas iuris, ibidem nu. 17.
Consuetudo Angliæ disponens, quòd primogenitus succedat insolidum non extenditur ad bona extra Angliã sita. cons. 80. *nu.* 27.
Consuetudo irrationabilis, nutritiua peccati & dans materiam delinquendi non valet. cons. 98. *nu.* 27.
Consuetudo, quæ non continet honestatem, non valet. ibidem nu. 28.
Consulens respondere debet ad rem sine truffis & generalibus, quæ solent apponi ornatus causa. consil. 46. *numer.* 2.
Contendens bona esse feudalia ratione iuramenti fidelitatis, tenetur probare, quòd præstita sit fidelitas ob causam feudi. cons. 1. *num.* 56.
Contractus innominatus debet regulari secundum naturam contractus nominati, cui magis assimilatur. cons. 1. *nu.* 66.
Contractus in dubio est iudicandus secundum naturam eius, quod in eo præualet. ibid. nu. 67.
Contractus transactionis introductus fuit ob bonum publicum, vt esset litium finis. cons. 28. *nu.* 5.
Contractus transactionis est innominatus. ibid. nu. 28.
Contractus cum sint de iure gentium, non sunt in potestate imperatoris, cui Deus non subiecit contractus. cons. 32. *nu.* 61.
Contractus simulatus, cum deficiat in substantialibus, non est contractus. cons. 47. *nu.* 2.
Contractus simulatus dicitur depictus siue coloratus, qui extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecus non habet substantiam. ibid. nn. 3. *cons.* 76. *nu.* 5.
Cõtractus præsumitur vsurarius ex vicinitate actuum. ibid. nu. 13.
Contractum simulatum qui vult dicere, debet probare etiam speciem simulationis, quæ de iure est improbata, ibid. nu. 26.
Contractus in dubio præsumitur verus & validus. cons. 58. *nu.* 3.
Contractus præsumitur legitimus, licitus atque iustus. ibid. nu. 4.
Contractus omnis præsumitur celebratus bona fide & absq; fraude vsurarum. ibid. nn. 5.
Contractus in dubio non præsumitur simulatus. ibidem. num. 6.
Contractus non potest iudicari vsurarius, si valde frequentatur in regione. ibid. num. 19.
Contractus minoris, qui habet dolum annexum, si nõ potest ratificari expresse post maiorem ætatem minoris, poterit ratificari post ætatem maiorem per lapsum temporis. cons. 60. *nu.* 46.
Contractus vbi est nullus ipso iure, iuramento non firmatur. ibidem nu. 73.
Contractus quando est nullus ipso iure, non potest firmari iuramento: quia dicitur confirmatio impossibilis, nisi præsupponatur aliquod subiectum confirmabile. ibid. nu. 76.
Contractus locationis & conductionis est vtrocitroque obligatorius cons. 69. *nu.* 9.
Contractibus innominatis licet regulariter propter inobedientiam non recedatur à contractu altera parte inuita, sed agendum sit ad implementũ vel ad interesse, tamen hoc fallit, vbi quis promisit in ampla forma cum iuramento obseruare conuenta. ibid. nu. 31.
Contractus simulatus non dicitur contractus. cons. 76. *num.* 3.
Contractus venditionis factus sub condition, si consen-

sus

ſus Domini acceſſerit, deficere nõ dicitur, donec Dominus directus requiſitus fuerit ad præſtandum conſenſum. conſ. 63. num. 8. declara vt num. 50.

Contractus initus ſub conditione non extinguitur, ſi pendente conditione contrahentes moriantur, cum obligatio tranſeat actiuè & paſſiuè ad hæredes. ibid. num. 11. declara vt in nu. 33.

Contractus conditionalis rei emphyteutica non purificata conditione perinde habetur ac ſi contractus factus non fuiſſet. ibid. nu. 16.

Contractus initus ſub conditione cenſetur ſub contraria conditione aliter diſpoſitus. ibid. num. 27.

Contractus in dubio non præſumitur vſurarius in iudicio contentioſo, cum ſemper interpretatio fieri debeat in bonam partem. cons. 95. nu. 10.

Contractus feudi dicitur eſſe ſtricti iuris ſtrictéq; intelligendus, itaque in eo omiſſum habetur pro omiſſa, & verba eius propriè intelligenda, nihilq; in eo ſubaudiendum. cons. 100. num. 90.

Contractus principalis ſi non tenet, nec cætera clauſula. ibid. nu. 136.

Contrahens ſi deficit in vno minimo capitulo, licitum eſt alteri non obſeruare contractum. cons. 99. num. 13.

Contraria duo & pugnantia ſimul ſtare nõ poſſunt. cons. 43. nu. 54.

Contrarietas euitanda eſt. ibid. num. 55.

Contraueniens literis ſalua guardiæ à principe conceſſis etſi dicatur crimen læſæ maieſtatis incurrere, tamen vaſallus inueſtitus de mero & mixto imperio, præſertim de regalibus, poteſt cognoſcere de dicto crimine, & bona delinquentis proſcribere & percipere. conſil. 73. num. 10.

Contraueniens iuramento efficitur infidelis Deo. conſil. 98. num. 26.

Contraueniens promiſſioni ex facto & culpa alterius contrahentis non dicitur periurus. conſilio 90. nume. 10.

Contumacia procuratoris in non appellando nocet domino. cons. 91. nu. 1.

Contumax verus dicitur citatus perſonaliter ad videndum proferri ſententiam. ibid. nu. 4.

Contumax verus excluditur ab appellando. ibidem. numero 5.

Contumax verus dicitur citatus perſonaliter ad ſententiam ferendam, licet in toto proceſſu non fuerit contumax. ibid. nu. 6.

Conuentio erronea alteri nocere non debet. conſ. 32. numero 69.

Conuentiones & pacta apposita in diuiſione debent inter diuidentes obſeruari. cons. 54. num. 1.

Conuentio deſtando dicto creditoris reſpectu expenſarum valet. cons. 62. num. 18.

Conuentiones partium æquum eſt vt ſeruentur. conſil. 65. num. 20.

Conuentio redditur nulla, data inobſeruantia in vno cap. ibid. num. 43.

Conuentio facta cum vna perſona alij non nocet nec prodeſt. cons. 92. nu. 2.

Conuentionem quis non tenetur ſeruare, quando per alteram partem ſibi non ſeruatur. cons. 99. num. 6.

Conuentio vbi nihil poſſet operari, niſi extendatur ad legitimam, in ea comprehenditur ipſa legitima. ibidem numer. 37.

Conuictus de crimine homicidij præcedente accuſatione repellitur à teſtimonio. cons. 98. num. 37.

Copulæ natura licet ſit pariter vocare maſculos & fœminas, tamen id non procedit ex natura rei: quia tunc fœmina admittitur ordine ſucceſſiuo. conſil. 84. numero 15.

Copula requirit concurſum copulatorum, nec in altero tantùm verificatur, & tantò magis cum ſumus in pœnalibus. cons. 99. nu. 5.

Cor eſt imperator linguæ, & eam habet ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua. cons. 99. nu. 50.

Corpus noſtrum ſicut illuſtrat ſol, ita & bona fama. conſil. 98. num. 51.

Correctio ſicut in diſpoſitione legis non præſumitur, ita nec in diſpoſitione teſtatoris, quæ pro lege obſeruari debet. cons. 31. nu. 5.

Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio. cons. 67. nume. 7. cons. 69. num. 24.

Correlatiua ſimul & eodem tempore naſci dicuntur, & naturaliter ſimul eſſe. cons. 69. num. 25.

Cracta reprehenditur cons. 85. cons. 70. nu. 5.

Creditoris inſtantia non probatur ex eo, quod in inſtrumento dicatur, creditorem inſtaſſe & petiſſe ſibi ſolui: quia hoc plenè debet conſtare iudici. conſil. 60. numer. 5.

Creditores non prohibentur vti exceptione non numeratæ dotis, licet debitor principalis exceptione illa nunquam vſus fuerit. cons. 74. num. 6.

Crimen læſæ maieſtatis committitur etiam contra inferiorem à ſupremo Domino. cons. 14. nu. 16.

Crimen aſſaſinij talis eſt naturæ, vt in eo etiam procedatur non ſecuto effectu. ibid. num. 18.

Crimen læſæ Maieſtatis committitur contra Dominum inferiorem, habentem merum & mixtum imperium, etſi cognoſcentem ſuperiorem. cons. 15. nu. 5.

Crimen læſæ Maieſtatis non committitur per non ſubditum. ibid. num. 7.

Crimen hæreſis eſt eccleſiaſticum. cons. 37. num. 12.

Crimen læſæ Maieſtatis, quod non fuit directè commiſſum in principem, ſed in aliis capitibus, filiis nõ nocet quò ad ea, quæ filijs vt filijs debentur. cons. 78. nu. 9.

Crimen vſurarum eſt contra Deum & hominem, & vtraque teſtamenti pagina deteſtabile. cons. 95. nu. 2.

Crimen vſurarum eſt eccleſiaſticum. ibidem nu. 4.

Cui conceditur, quod eſt plus, multò fortius quod eſt minus. cons. 5. nu. 11. cons. 100. nu. 66.

Cui negatur, quod eſt minus, multò magis quod eſt maius. ibid. num. 15.

Cui damus actionem multò magis exceptionem. cons. 17. num. 7.

Cui non competit diffinitio, nec diffinitum. cons. 85. numero 26.

Culpa ſua qui factus eſt de poſſeſſore petitor, & de victore victus contra auctorem ſuum non habet regreſſum de euictione. cons. 67. num. 4.

D

DAMNVM *patienti ex inobſeruantia pacti nudi ſuccurritur actione de dolo. cons. 40. nu. 35.*

Datio feudalis non eſt propriè donatio, ſed ob cauſam datio, quæ à donatione differt. cons. 1. num. 23.

Datio vel retentio eſt de ſubſtantia tranſactionis. conſ. 28. num. 3.

Datio rei in ſolutum pro quantitate debita vel promiſſa, venditionem in ſe continere dicitur. cons. 64. n. 6.

Datio in ſolutum vnius ſpeciei pro quantitate in dotem promiſſa nõ cadit in ſpeciem contractus emptionis, ſed in contractum dotis, in quo in obligatione eſt rem dari. cons. 86. nu. 3.

Datio in ſolutum æquiparatur emptioni & venditioni, quod

INDEX

quod maximè locum habere videtur, quando datio ipsa fit pro pecunia, quæ debebatur. ibid. nu. 5.
Decimas soluere quilibet tenetur. consi. 53. nu. 2.
Decimas soluere tenentur possessores & qui fruges terræ percipiunt, & non alij. ibidem. 5. & 13.
Declaratio ad auth. sed in ea. C. ad l. Falc. consi. 9. numero 19.
Declaratio ad text. in c. auditis. & in c. suscitata. de rest. in integ. consi. 10. nu. 17.
Declaratio. l. ab eo. C. de fideic. consi. 18. nu. 18.
Declaratio ad l. si ita stipulatio. ff. de oper. lib. ibidem numero 23.
Declaratio ad l. sed & sic. §. si. de leg. 3. ibidem nu. 24.
Declaratio ad l. hæreditas ad statum. ff. de hær. inst. ibid. nu. 25.
Declaratio ad text. l. si quis post hac. C. de bon. proscri. consi. 20. nu. 16.
Declaratio ad l. si cui. C. de non nu. pecu. ibid. nu. 17.
Declaratio ad dispositionem, quæ vult, quòd verba debeant intelligi ad literam prout iacet. consil. 34. numero 50.
Declaratio ad l. si ita. ff. de aur. & arg. lega. quòd in casu ipsius legis non fiat restrictio ad tempus præsens confectionis testamenti ex vi & natura pronominis meum, sed ex vi & natura dispositionis, quæ est præsentis temporis. consi. 39. nu. 5.
Declaratio ad consi. 5. Oldradi. consi. 44. nu. 23.
Declaratio ad regulam, quòd ex contractu nullo interueniente vera traditione acquiritur possessio, sed non dominium. consi. 60. nu. 21.
Declaratio ad l. 2. C. de pact. int. emp. & vend. ibidem nu. 34.
Declaratio ad l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. consil. 62. nu. 16.
Declaratio ad l. Procula. ff. de prob. consilio 65. numero 18.
Declaratio ad text. in c. 1. §. illud. de prob. feud. alie. per Feder. consi. 33. nu. 20.
Declaratio ad l. cum quidam. §. diuus. de vsur. ibidem num. 19.
Declaratio ad l. vir. vsuras. ff. de do. in. vi. & vxor. ibidem nu. 20.
Declaratio animi regulariter non transit ad hæredes. consi. 66. num. 10.
Declaratio ad not. per Bart. in l. si ita. §. qui filio. de bon. poss. sec. tab. consi. 68. nu. 57.
Declaratio ad not. in l. fin. C. de cond. ob cau. consil. 69. num. 34.
Declaratio ad Bart. in l. 1. C. de ann. & trib. lib. 10. consi. 79. nu. 15.
Declaratio ad Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fid. cath. in vers. 6. videndum. consi. 80. nu. 32.
Declaratio ad c. quanuis. de pac. in 6. consilio 81. numero 2.
Declaratio ad text. in l. ita constante. cum l. seq. de iur. dot. consi. 86. nu. 15.
Declaratio ad Rom. consi. 281. ibidem nu. 17.
Declaratio ad text. in l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum qui. consi. 87. nu. 19.
Declaratio ad text. in auth. nouo iure. C. de ind. ibidem nu. 20.
Declaratio ad text. in l. si. ff. vn. lib. & ad l. 3. §. si emancipatus. el 2. ff. de bon. poss. con. tab. consi. 96. nu. 26.
Decretum principis Montisferrati de lucro dotis locum etiam habet in terris vasallorum. consil. 21. numero 25.
Decretum principis, quòd quis non possit legitimare in territorio suo sine ipsius licentia valet & est fauorabile. consi. 49. nu. 35.
Decretum iudicis requiritur in alienatione rerum minoris, & quidem causa cognita, aliàs non valet alienatio. consi. 60. nu. 12.
Debitum vniuersitatis non est debitum singulorum. consi. 53. nu. 8.
Defectus plures in testibus eos repellunt à testimonio. consi. 98. num. 45. Quod ampliatur procedere etiam in causis priuilegiatis. nu. 46.
Defunctus non potest plus iuris transferre in hæredem quàm ipse habebat. consi. 60. nu. 50.
Defensionem alicui princeps tollere non potest. consi. 35. nu. 11.
Delegatus principis fungitur vice delegantis. consil. 35. num. 6.
Delictum assasinij est enorme & atrox. consilio 14. numero 14.
Delicti tempore orta est obligatio ad pœnam. consil. 77. num. 7.
Delictum patris nocet filio in feudis. consilio 78. numero 1.
Delictum patris nocet filio in feudo, quando pater deliquit contra Dominum, vel aliquid fecit contra conuentionem feudi. ibidem nu. 4.
Delictum patris nocet filio in feudo nouo. ibid. nu. 8.
Delinquere nemo præsumitur. consi. 58. nu. 7.
Denuntiatori blasphematori non est credendum, cum fidelis esse non possit hominibus, qui Deo extitit infidelis. consi. 57. nu. 44.
Denuntiator criminis licet testis esse possit in denunciatione Euangelica, tamen secus in alijs denunciationibus, quæ fiunt in foro seculari vel ecclesiastico ob delicta. consi. 98. nu. 36.
Depositionis testium substantia consistit in iuramento, adeoque si pars non esset citata vel aliter præsens iuramento, nihil valet testium depositio. consi. 8. nu. 8.
Depositio reiterata videtur fortior & magis deliberata. consi. 94. nu. 24.
Depositioni primæ tendenti in fauorem rei, si est iurata, magis creditur quàm secundæ. ibidem nu. 25.
Deponens extra articulum dicitur suspectus. consil. 4. nu. 30.
Deponere quis non potest in re propria. consil. 14. numero 7.
Deponens cistam vel valisiam penes aliquem, si illa reserata vel desigillata reddatur, & stetur iuramento deponentis & allegantis aliqua ex ea abstracta, tamen contra dictum iuramentum admittitur probatio, si depositarius voluerit probare, quòd in cista vel valisia non erant tot res allegatæ per deponentem. consil. 87. nu. 10.
Depositum habet executionem paratam. consil. 4. nu. 4.
Depositum non potest sequestrari. ibidem nu. 5.
Depositum non restituens infamiæ notam subit. ibidem num. 6.
Detinere est nuda insistentia facti, competens etiam asino. consi. 8. nu. 20.
Deus neminem excipit à solutione decimarum. consi. 53. num. 4.
Deus obligatur ex sua promissione. consilio 69. numero 16.
Deo acquiritur ius ex iuramento. consilio 98. numero 25.
Dictio quoquomodo comprehendit omnem casum, qui aliàs non comprehenderetur. consi. 2. nu. 32.
Dictio quomodolibet, idem importat, quòd quocunque modo vel quomodolibet modo. ibidem nu. 23.
Dictio perpetuum, operari videtur, vt etiam in conditione

tione positi vocati censeantur. cons. 6. nu. 30.
Dictio quoscunque, geminata extenditur ad maiora ex enumeratis. cons. 12. num. 38.
Dictio taxatiua solùm, excipit cõprehensa illa, in aliisq; omnibus firmat regulam & dictum. ibid. num. 54.
Dictio semper, intelligitur in perpetuum. consil. 23. numero 18.
Dictio semper exponitur omni casu & omni tempore. ibid. num. 19.
Dictio perpetuò, æquipollet dictioni, semper, & synonymè procedunt. ibid. num. 20.
Dictio semper, præcisam dicitur habere virtutem. ibid. num. 38.
Dictio semper, de facili ad certi temporis præfinitionem non restringitur. ibid. num. 39.
Dictio nullo modo, dicitur habere clausulam decreti annullatiuam. cons. 27. num. 11.
Dictio alias, addita dictioni vniuersali comprehendit maiora expressis. ibid. num. 18.
Dictio etiam, auget. ibid. nu. 19.
Dictio penitus, tanquam præcisa nullam recipit modificationem seu limitationem. ibid. num. 20.
Dictio penitus æquipollet verbo omnino. ibid. nu. 21.
Dictio penitus idem significat quod ex toto vel prorsus seu omnino, prohibitiuumq; est omnis dispensationis. ibid. num. 22.
Dictio penitus significat idem quod dictio omni modo. ibid. num. 23.
Dictio omni modo, & consequenter dictio penitus significant indistinctè & idem quod totaliter. ibid. nu. 24.
Dictio in nihilo, est vniuersalis negatiua. ibidem numero 29.
Dictio omnibus, quæ est vniuersalis prolata ab homine non recipit restrictionem. ibid. nu. 27.
Dictio integraliter, importat idem quod totaliter. ibid. num. 31.
Dictio ipsa, inducit repetitionem. cons. 30. nu. 20.
Dictio dicta, est relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis. ibid. num. 21.
Dictio sic, est relatiua præcedentium. ibid. num. 22.
Dictio suprà, operatur repetitionem præcedentium. ibidem num. 23.
Dictio infrà: regulariter relationem habet ad sequentia. cons. 34. num. 27.
Dictio sic, tanquam relatiua inducit relationem ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis. ibidem numero 28.
Dictio suprà, relatiua est præcedentium cum omnibus qualitatibus suis. ibid. num. 29.
Dictio supradicta, & similia dispositionem ad casum superius expressum restringit. ibid. num. 30.
Dictio dicta, relationẽ habet ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis. ibid. num. 31.
Dictio dicta, facit relationem non solùm substantiæ: sed omnium qualitatum. ibid. nu. 32.
Dictio item, licet sit repetitiua præcedentium: tamen hoc non operatur quando ponitur inter orationes perfectas. ibid. num. 26.
Dictio tunc, denotat extremitatem temporis & limitat dispositionem testatoris ad casum tantùm formaliter expressum. cons. 38. nu. 41. nu. 39. nu. 17.
Dictio tunc, idem importat quod illo tempore. cons. 39. num. 18.
Dictio perinde, denotat omnimodam similitudinem. cons. 45. num. 32.
Dictio vterque, quæ est collectiua & coniunctim accipitur, & concursum vtriusq; copulati requirit. cons. 84. num. 5. declara vt nu. 18.
Dictio alias, facit relationem similium. cons. 85. nu. 15.
Dictio omnis, quæ est vniuersalis prolata ab homine, non recipit restrictionem, sed omnia comprehendit. consi. eo. num. 49.
Dictio in perpetuum. sæpius repetita habet tractum successiuum ac importantem perpetualitatem & nõ personalitatem. cons. 86. num. 13.
Dictio ipsa, personam velut ad oculum demonstrat, nec eam egreditur. cons. 97. nu. 21.
Dictio eius, relatiua ac repetitiua est restrictiua dispositionis: ad quam refertur. ibid. nu. 23.
Dictio vniuersalis, puta nullus, aut nulla, omnia excludit, etiam minima. cons. 99. num. 27.
Dictio totum, videtur etiam includere legitimam. ibidem num. 33.
Dictio autem, regulariter sumitur disiunctiuè. ibidem num. 56.
Dictio vel, non solet poni nisi inter diuersa. ibid. nu. 57.
Dictio omnino, quæ præcisa est, idem significat, quod totaliter & integraliter. cons. 100. nu. 144.
Dictum testis producens non videtur illud approbare si non est publicatum. cons. 4. nu. 28.
Dictum testis deponentis extra capitula non valet. ibidem num. 29.
Dictum testis non iurati in possessorio summario admittitur, & ab eo potest capi informatio extraiudicialiter. cons. 8. num. 31.
Dictum vnius, dictum nullius. cons. 13. nu. 22.
Dictum mandatarij in causa assasinij facit indicium ad torturam. cons. 14. num. 12.
Dictum doctoris debet intelligi secundũ decisiones quas allegat. cons. 34. nu. 21.
Dicto vnius quod credatur, est contra ius diuinum & humanum. cons. 95. nu. 20.
Dicenti aliquid esse de pertinentiis Castri, incumbit onus probandi quæ sint pertinentiæ. consilio 32. numero 27.
Differentia constituitur inter dantem & recipientem. cons. 18. num. 22.
Differentia magna est inter iuramentum, quod præstatur à vasallo, & à iuramento assecurationis. cons. 90. numero 35.
Difficultas quamuis excuset quem à pœna, non tamen à pœna conuentionali. cons. 62. nu. 10.
Diffinitio continet substantiam rei. consilio 85. numero 27.
Dignitates emanant ab Imperatore velut culmine. cons. 100. nu. 3.
Dignitates & nobilitates fiunt ab Imperatore tanquam à fonte. ibid. num. 4.
Dispensatio difficilius conceditur incestuoso, quàm spurio: & difficilius spurio quàm naturali. cons. 12. nu. 9.
Dispensatio fieri potest quo ad quædam & quo ad quædam non. cons. 26. nu. 3.
Dispensatio illa dicitur, quando fieret legitimatio cum clausula: absque præiudicio venientium ab intestato. ibid. nu. 7. declara vt nu. 17.
Dispensatio nunquàm conceditur nisi subsistente causa. cons. 35. num. 15.
Dispositio in feudis regulariter non valet. consilio. 1. numero 2.
Dispositio. l penul. C. si liber, imp. Soc. lib. 10. quæ loquitur de donatione, non trahitur ad feudum. ibidem numero 21.
Dispositiones l. penul. C. vt nem. lic. in emp. spec. liber. 10. & l. 2. de quib. mun. nem. lic. se excus. lib. eo. locum

non habent in immunitatibus concessis per viam contractus.cons. 2.nu. 47.

Dispositio l. sciendum. ff. qui satisd. cog. non corrigitur per auth. offeratur. C. de lit. cont. cons. 5. nu. 24.

Dispositio l. si infanti. C. de iu. delib. quæ generaliter loquitur, recipit declarationem seu limitationem per alias leges. ibid. num. 26.

Dispositio tendens ad speciem veluti potior & fortior ab ipsa generali elidi non solet. ibid. nu. 28.

Dispositio negatiua de proprietate sermonis aquipollet vniuersali. cons. 7. nu. 22.

Dispositio authen. sed in ea. locum habet in vniuersali vel generali prohibitione. cons. 9. nu. 8.

Dispositio auth. sed in ea. locum non habet in filijs primi gradus. ibid. nu. 11.

Dispositio c. quia nos. de testi. locum habet in omnibus clericis cuiuscunque ordinis. cons. 16. nu. 8.

Dispositio c. Odoardus. de solu. locum etiam habet in simplici clerico. ibid. num. 11.

Dispositio l. pen. C. de bon. mat. & l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. locum non habet in filio clerico. ibidem num. 4.

Dispositio l. pen. §. taceat. locum non habet, vbi mulier obligauit bona sua. cons. 17. nu. 9.

Dispositio licet nõ inducatur ex eo, quod conditionaliter profertur, inducitur tamen in antecedente vel consequente, quando illud potest induci nuda voluntate testatoris. cons. 18. nu. 21.

Dispositio auth. res quæ. habet locum etiã quando dos non venit restituenda, vel restituenda post grauamen fideicommissi. cons. 20. nu. 5.

Dispositio d. auth. res quæ. locum non habet in dote confessata. ibid. nu. 6 sed contrà num. 14. quando lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis.

Dispositio. l. si quis testamento. §. apud Julianum. locum non habet, vbi vnum legatum est factum ex causa dotis & alia non: quia tunc legataria dotis præfertur alijs. cons. 25. num. 21.

Dispositio simplex, quæ sui natura non solet comprehendere futura, ea comprehendit per dictionem omnia, vniuersalem. cons. 27. nu. 28.

Dispositioni l. hac edictali. C. de sec. nup. derogatum esse censetur, si per verba statuti potest apparere statuentes voluisse ei derogare, licet expresse in statuto non fiat mentio de ipsa derogatione. ibidem numero 37.

Dispositio l. hac edictali. præcisam videtur habere prohibitionem, & remouet omnem fraudem, quæ fieret per interpositam personam. cons. 29. nu. 4.

Dispositio & eius effectus cessat intentione cessante. consil. 30. num. 18.

Dispositio testatoris nullo modo violari debet. consil. 31. num. 6.

Dispositio limitata quoad certas personas limitatum debet producere effectum. ibid. nu. 14.

Dispositio non debet operari vltra intentionem operantis. ibid. num. 16.

Dispositio si cantat, quòd verba debeant intelligi ad literam prout iacent, per talem dispositionem intelligitur tantummodo remota friuola interpretatio & cauillosa, non autem iusta & legitima. cons. 34. nu. 46.

Dispositio l. 2. C. de pign. locum habet quãdo primus creditor habet hypothecam specialem in aliquibus locis, & generaliter super alijs, & secundus creditor habet hypothecam specialem. cons. 36. nu. 1.

Dispositio d. l. 2. procedit de æquitate, & ideo rigor scriptu in alijs casibus seruandus est. ibid. nu. 5.

Dispositio d. l. 2. non denotat ordinem verborum, sed rerum nominationem. ibid. num. 7.

Dispositio ipsius l. 2. non habet locum vbicunq; in instrumento hypotheca specialis in aliquare & generalis in alijs est apposita clausula, itaque specialis non deroget generali. ibid. nu. 8.

Dispositio testatoris quando est collata in aliquod tempus futurum & incertũ, tunc illa dispositio, quæ respicit futurum tempus, non restringitur ad proximiores, qui erant tempore conditi testamenti vel mortis testatoris, sed extẽditur ad existentes tempore euenientis conditionis. cons. 38. nu. 35.

Dispositio testatoris collata in tempus futurũ non restringitur ad descendentes tantùm tempore conditi testamenti, sed etiam in nascituros. ibid. nu. 36.

Dispositio testatoris facta in vno casu non extenditur ad alium. ibid. num. 57.

Dispositio testatoris quando est collata in aliquem futurum euentum incertum, in quem verisimiliter erat dubium, an tunc temporis extarent proximiores, qui erant tempore conditi testamenti vel mortis, non attenditur proximitas (secundum communem opinionem) tempore euenientis conditionis cons. 39. nu. 3.

Dispositio l. si ita. non refertur ad futura sed tantùm ad tempus præsens: quia tempore testamenti testator nõ poterat præuidere, quæ futura esse possunt vestes, quas legabat, secus si præuidere potuisset: quia tunc venirent & futura. ibid. nu. 8.

Dispositio d. l. si ita, procedit, nisi verbum præsentis temporis sit tale, quòd eius effectus differatur in futurum: quia tunc iudicatur secundum tempus futurum. ibidem num. 12.

Dispositio d. l. si ita, limitatur non procedere, quando verbum temporis præsentis ratione adiuncti potest importare futurum: quia tunc verba ratione adiuncti perdunt naturam, & capiuntur secundum adiuncti naturam. ibid. num. 13.

Dispositio d. l. si ita. limitatur locum non habere, vbi aliter constat de voluntate testatoris, quòd voluerit futurum comprehendi. ibid. nu. 20.

Dispositio. l. si cognatis. ff. de reb. dub. locum habet, in legato puro & simplici, non autem conditionali. ibid. num. 31.

Dispositio l. miles §. defuncto. ff. de adult. ampliatur procedere, etiam si probaretur, mulierem maritatam cum alio copulam carnalem habuisse. consilio 49. numero 26.

Dispositio quamuis generalis non includit casum, in quo interueniat dolus. cons. 60. nu. 70.

Dispositio. l. si quis maior. C. de trans. locum habet in quocunque contractu. cons. 69. nu. 35.

Dispositio l. fi. C. si mai. fac. locum non habet, nisi in quatuor casibus, de quibus infrà. cons. 72. num. 11. Dicta l. pariter locum non habet secundum ius canonicum, vbi malæfidei possessor non potest aliquo cursu temporis acquirere. nu. 12. dicta l. procedit & locum habet in minore sciente & intelligente. nu. 18.

Dispositio auth. res quæ. C. com. de lega. locum non habet in dote confessata. consilio 74. numero 8. sed contrà num. 21.

Dispositio simplex, quæ de sui natura non comprehendit futura, ea tamen includit, si dictum sit de omnibus. cons. 85. num. 51.

Dispositio. l. 1. ff. quando app. sit. locum etiam habet, quando procurator appellauit, sed postea apostolos non perijt infrà terminum iuris: quia apostoli sunt appendi-

appendices appellationis. cons. 91. nu. 2.

Dispositio l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testa. locum non habet, nisi quando filius priuatur legitima, & nihil in recompensationem habet, secus quando aliquid consequitur in recompensationem. consilio 99. num. 21. Item locum non habet, quando inter contrahentes actum est, quòd aliquis non possit aliquo modo alienare in totum vel pro parte de bonis paternis. num. 22.

Disponentis mentem in qualibet dispositione inspicere debemus, cum totum facit in interpretatione testamentorum. cons. 6. nu. 11.

Disponere quis nõ potest de re aliena, aut alteri deteriorem conditionem afferre. cons. 32. nu. 66.

Disponere potest quis arbitrio suo de rebus allodialibus, & super illis ordinare & fideicommissum relinquere. cons. 100. nu. 13.

Dispositio l. bene à Zenone. C. de quad. præscript. locum etiam habet & in Duce Mediolani. ibidem numero 49.

Dispositio Papæ limitata, si preces veritate nitantur, cessat, deficiente conditione. ibid. nu. 78.

Dispositio de præsentando personam idoneam cessat si persona idonea non est. ibid. nu. 79.

Disputando & altercando veritas melius elicitur. consil. 7. num. 5.

Dissimulatio est maxima inter appellationem & reductionem ad arbitrium boni viri. cons. 24. nu. 13.

Ditiores præferuntur alys. cons. 49. nu. 52.

Diuersitas verborum diuersitatem rerum designat. consil. 1. num. 19.

Diuersa ratio inter vnum casum & alium diuersum ius producit. cons. 25. nu. 32.

Diuisio facta inter filios à patre, quæ dicitur habere vim vltimæ voluntatis, per filios quæ obseruari debet, præsertim si fuerit in eius vltima voluntate confirmata. cons. 74. nu. 69. Quod amplia procedere etiam si diuisio ipsa paterna facta fuerit in scriptura priuata & sine testibus, cum inter liberos facta fuerit. nu. 70.

Diuisio de se nõ inducit remissionem futuri fideicommissi. cons. eo. nu. 74. Quod ampliatur procedere, etiam secundum communem: dato quod diuidentes promiserint: nihil se contra diuisionem facturos: quia huiusmodi clausula ad specificata restringitur. nu. 75.

Diuisio si continet, quòd vnus alteri bona in partem obuenta cõcedit pro se, & illis, quibus bona prædicta cõcedere voluerit: operatur per hæc verba facultatem alienandi. ibid. nu. 82.

Diuisio fieri potest de re subiecta fideicommisso. cons. 51. num. 2.

Diuisionis natura est: quod vnus diuidentium teneatur alteri de euictione. ibid. num. 5.

Diuisio, quæ fit à partibus, vim habet permutationis, ibidem num. 6.

Diuisio formam corrumpit. cons. 63. nu. 42.

Doctoris auctoritas eatenus probat, quatenus lex quam allegat, docet. cons. 39. nu. 32.

Doctori examinanti quæstionem magis creditur quàm perfunctoriè loquenti. cons. 44. nu. 35.

Doctori attestanti de consuetudine non creditur, nisi respectu consuetudinis Curiæ in qua versatur. cons. 57. numer. 27. consil. 94. numer. 22. cons. 98. numero 23.

Dolus semper censetur exceptus in quacunque dispositione. cons. 60. num. 42.

Dolus vbi præsumitur à lege vel statuto non debet probari. ibid. num. 44.

Dolus arguitur ex enormissima læsione. ibidem numero 66.

Dolus semper præponderat culpæ. cons. 87. num. 18.

Dominus quando in concessione vtitur verbo dono vel simili importante donationem, dicitur per eum fieri libera donatio & non concessio feudalis. consilio 1. numer. 22. & 52.

Dominus directus non potest cognoscere de primis causis subditorum vasalli, aliquin feudatarium in sua naturali possessione turbare dicitur, adeoque contrà illum agi potest interdicto vti possidetis. consil. 21. numer. 10.

Dominus non cogitur habere alium in vasallum quàm quem velit. cons. 22. nu. 13.

Dominus & possessor qui semel fuit, semper præsumitur quòd talis extiterit. cons. 32. nu. 53. v

Dominus non potest vasallum suum feudo priuare sine culpa. ibid. nu. 59.

Dominus temporalis si impediat familiam inquisitoris in delatione armorum, poterit puniri tanquam turbator inquisitionis. cons. 37. nu. 13.

Dominus facere denegans iustitiam subdito, feudo secundum communem priuatur. cons. 40. nu. 18.

Dominus si est nimis superbus & molestus subditis, feudum perdere debet. ibid. nu. 24.

Dominus sæuiens in seruos plus, quàm par est, vendere eos cogitur. ibid. nu. 25.

Dominus, qui abutitur dominio, indignum se facit dominari. ibid. nu. 28.

Dominus non dicitur, qui bona subditorum iniquè percipit. ibid. nu. 34.

Dominus non debet esse nimis onerosus vel contumelioſus exactor, sed moderatus, & cum efficacia benignus, & cum iustitia humanus. ibid. nu. 36.

Dominus non solùm sibi debet consulere, sed etiam subditus: quia connexus est status eorum. ibid. nu. 37.

Dominus directus si stetit per mille annos, quòd non requisierit vasallum ad sibi præstandum auxilium, non amittit ius suum. cons. 41. nu. 32. cons. 48. nu. 45.

Dominus temporalis tẽpore necessitatis potest ecclesiam incastellare. cons. 56. nu. 6.

Dominus requisitus ad præstandum consensum alienationi feudi faciendæ ex causa necessitatis, si recusat, inde vasallus feudum alienet inconsulto domino, habetur pro excusato. ibid. nu. 16.

Dominus directus, qui inuestiuit vasallum de mero, mixto imperio & omnimoda iurisdictione, non potest cognoscere de primis causis ciuilibus & criminalibus occurrentibus in territorio vasalli. cons. 73. nu. 6.

Dominus immediatus habet omnes mulctas, pœnas, & cõdemnationes ac confiscationes bonorum subditorum suorum committentium crimen læsæ maiestatis diuinæ. ibid. nu. 8.

Dominus dicitur satis habere vltionem iniuriæ suæ, quãdo videt delinquentem puniri. ibid. nu. 9.

Dominus directus si citet subditum vasalli sui sub pœna confiscationis bonorum, & ille sit cõtumax, adeo quòd propter eius contumaciam bona publicentur, dicta bona applicantur domino directo, etiam si sint sita in territorio vasalli. ibid. nu. 15.

Dominus sicut non potest appellare post decendium, ita nec appellationem prosequi interpositam à vero contumace: quia tunc appellatio habet initium vitiosum. cons. 91. nu. 9.

Dominus potest appellare post decendium à die sententiæ, intra tamen decem dies à die notitiæ domini, petita prius restitutione in integrũ & obtenta. ibi. n. 15.

INDEX

Dominus feudi in ipsius concessione potest apponere legem, quam vult. cons. 100. *nu.* 11.

Dominus si nõ declarauerit voluntatem suam eo viuente, hæres eius non poterit illam declarare. ibidem numero 73.

Dominus directus non potest priuare vasallum, nisi conuicta culpa. ibid. nu. 145.

Domini directi gratiosi esse debent erga suos vasallos quando dolose & in contemptum domini non deliquerunt, in non petendo innestituram infrà annum & diem, ibid. nu. 155.

Dominus ex contractu suo obligatur sicut priuatus. consil. 69. *nu.* 15.

Dominium bonorum paternorum cõtinuatur in filium. cons. 3. *nu.* 31.

Dominium vtile habere in loco nihil aliud est, quàm habere vtilitatem rei & potestatem de ipsa disponendi cum superioris auctoritate, quem recognoscit. consilio 21. *num.* 16.

Domus Augusta non excusatur à reparatione pontium & viarum. cons. 3. *nu.* 6.

Donatio inter viuos est validior quàm fideicommissum: quia voluntate duorum nititur. consilio 7. *numero* 6.

Donatio natiuitate filiorum reuocatur. ibidem numero 7.

Donatio propter nuptias constitui potest feudo inæstimato & sine pacto lucrandi. cons. 19. *nu.* 3.

Donatio facta per patrem filio ob causam matrimonij valet. cons. 44. *nu.* 1.

Donatio, quæ concernit tantùm commodum donatarij, dicitur simplex. ibidem numero 2. *sed contrà numero* 16.

Donatio facta alicui de centum, vt emat feudum, vel vt adificet villam, dicitur simplex, & ea indiget insinuatione. ibid. nu. 3.

Donatio facta per patrem filio emancipato dicitur simplex & non ob causam. ibid. nu. 4.

Donatio facta sub conditione, si nauis ex Asia venerit, dicitur simplex. ibid. nu. 5.

Donatio si fiat ob causam matrimonij, illa causa non dicitur finalis sed impulsiua, & ideo donatio dicitur simplex. ibid. nu. 6.

Donatio si est facta, purè, liberè & simpliciter cum expressione propter merita præcedentia, talis assertio nõ facit, vt donatio non dicatur pura & simplex. ibidem num. 8.

Donatio facta per patrem filio ob causam matrimonij, dicitur ob causam. ibid. nu. 10.

Donationis appellatione non venit donatio causa mortis. ibidem. num. 18.

Donatio, quæ respicit nedum commodum donatarij, sed etiam donantis, non dicitur simplex. ibidem numero 20.

Donatio, quæ respicit commodum donatarij & tertij non dicitur simplex. ibidem. nu. 22.

Donatio ob causam imputatur in legitimam, quando causa habet necessitatem secus aliter. ibidem numero 25.

Donatio ob causam dicitur quædam permutatio. ibidem num. 27.

Donatio ob causam matrimonij non habet aliquam causam necessariam. ibid. nu. 28.

Donatio ob causam munita affectione filiali & non ex mera liberalitate imputatur in legitimam. ibidem numero 29.

Donatio in dubio non præsumitur, nisi probetur. consilio 65. *num.* 12.

Donatio facta inter patrem & filium non valet. consil. 70. *num.* 1.

Donatio inter virum & vxorem non est valida. ibidem numer. 2.

Donatio facta inter patrem & filium contemplatione futuri matrimonij valet. ibid. nu. 3.

Donatio facta contemplatione futuri matrimonij conferri non debet: quia donatio simplex & non ob causam. ibid. num. 6.

Donatio vt dicatur ob causam, requiritur, quòd sit facta ob causam necessariam, quæ excludat liberalitatem. ibid. num. 7.

Donatio facta contemplatione futuri matrimonij dicitur procedere ex mera liberalitate. ibidem numero 8.

Donatio facta per patrem filio futuro clerico pro victu & vestitu super bonis ipsius donantis non imputatur in legitimam. ibid. num. 9.

Donatio ex causa dotis vel donationis propter nuptias dicitur ob causam. ibid. nu. 10.

Donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis dicitur simplex. ibid. num. 12.

Donatio facta per patrem filio ratione matrimonij futuri, cum dicatur ob causam & non simplex, quia munita ratione naturali, conferri debet. ibidem numero 13. *&* 15.

Donatio facta per patrem filio, quæ ab initio valet, conferenda venit. ibid. nu. 16.

Donatio facta inter patrem & filium, quæ ab initio non valet, sed morte confirmanda venit, cum vim relictì habeat, conferri non debet. ibid. nu. 17.

Donatio facta filio in præmium emancipationis, cum in vita donantis valeat, conferenda venit. ibidem numero 18.

Donatio facta per nepotem patruo de bonis suis, in quibus pater habet vsumfructum, sine eius consensu non valet. cons. 89. *num.* 2. *Quod ampliatur procedere, etiam si filia se nupsit. num.* 3.

Donatio facta per filium de bonis aduentitijs, in quibus pater habet vsumfructum, sine eius consensu non valet, quamuis iuramento fuerit firmata. ibidem numero 5.

Donatio facta sine consensu paterno non confirmatur per liberationem filij à patria potestate subsecutam. ibidem num. 8.

Donatio, in qua est facta mentio mortis, præsumitur facta causa mortis. ibid. num. 9.

Donatio causa mortis facta per filium sine consensu paterno non valet. ibid. nu. 10.

Donatio expressa inter virum & vxorem firmatur iuramento. cons. 76. *nu.* 1.

Donatio tacita resultans ex confessione dotis facta per maritum vxori tanquam simulatè facta iuramento non confirmatur. ibid. nu. 2.

Donatio tacita resultans ex confessione dotis non firmatur iuramento assertorio & promissorio. ibidem nu. 8. *sed contrà nu.* 10.

Donatio postquam est nulla ex defectu insinuationis non potest amplius insinuari, non obstante quod insinuatio quandocunq; fieri possit. cons. 63. *nu.* 51.

Dos fictitia & non vera sed confessata non gaudet priuilegijs dotalibus, nec meretur habere nomen dotis. cõsil. 20. *nu.* 8.

Dos confessata lapso tempore, de quo suprà, habet omnia priuilegia dotis numeratæ. ibid. nu. 15.

Dos de iure communi debet reuerti ad dotantem vel ad

eius hæredes. cons. 46. nu. 21.

Dotis fauore multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. cons. 25. nu. 23.

Dos augeri potest & ante & post matrimonium. ibidem. nu. 27.

Dubitandum non est de instrumento publico, sicut nec de casu legis. cons. 32. nu. 35.

Ducatus Mediolani per mortem Illustrissimi Philippi Vicecomitis defuncti sine liberis apertus fuit Cæsari, penes quem erat directum dominium ipsius ducatus ac ciuilis possessio. cons. 100. nu. 15.

Duo specialia in simul concurrere non possunt. cons. 42. num. 13.

Duplex funiculus plus operatur quàm simplex. cons. 52. numero 3.

Dux Mediolani in facto proprio potuit adijcere omnia pacta, quæ voluit. cons. 100. nu. 12.

Dux ille non dicitur, nisi qui de iure est Dux. ibidem numero 22.

Dux Mediolani in eo Ducatu omnia potest, quæ imperator in vniuerso orbe. ibid. nu. 48.

Dux Mediolani potuit de rebus Ducatus donationem facere, quando non tendit in magnam diminutionem ducatus. ibid. nu. 67.

Duces Mediolani aliàs non recognoscebant imperatorem in superiorem. ibid. nu. 95.

E

ECCLESIA *tenetur ad collectam impositam pro faciendis vel reficiendis muris ciuitatis, fossatis, pontibus, fontibus & aquæductibus purgandis. consilio 2. numero 2. Quod intellige, vt cogi possit ad præmissam collectam auctoritate Episcopi, & non laici. num. 3.*

Ecclesia fingitur iure minoris. cons. 10. nu. 3.

Ecclesia etsi abhorreat, vt spurij etiam legitimati ad bona ecclesiastica admittantur, tamen si expresse Pontifex hoc dicat, valet legitimatio quoad bona ecclesiastica. cons. 12. nu. 65.

Ecclesia licet non habeat exercitium gladij materialis ad inferendum mortem alicui, vel membri mutilationem, tamen secus est ad exequendum iustitiam. consil. 37. nu. 22.

Effectus succedendi separatur à legitimatione. cons. 26. numero 12.

Effuso sermone quis vti non debet. cons. 17. nu. 24.

Eiectio & spoliatio dicitur reipsa probata, si de antiquiori possessione vel quasi probatur. consilio 32. numero 11.

Emolumentũ, mulctæ, pœnæ & condemnationes spectant ad dominum inuestitum de mero, mixto imperio & omnimoda iurisdictione. cons. 21. nu. 15.

Emphyteusis si est suscepta pro se, filijs masculis & fœminis, mortuo patre admittuntur filij & filiæ, nisi in loco esset statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant: quia tunc admittuntur ordine successiuo. cons. 84. nu. 17.

Emphyteuta potest compromittere in arbitrũ de re emphyteutica sine consensu domini. cons. 22. numer. 5. sed contrà num. 18.

Emphyteuta negans rem esse emphyteuticam, si de mendacio conuincatur, iure emphyteutico priuatur. consil. 88. num. 4.

Emphyteuta si vendit rem emphyteuticam sub conditione, si domini consensus interuenerit, conditione nõ adimpleta non cadit à iure suo. cons. 63. num. 26.

Emptor rerum minoris non seruata forma iuris vel statuti, tanquam malæfidei possessor tenetur nedum ad fructus perceptos, sed etiam ad alios, qui verisimiliter potuissent percipi. cons. 60. nu. 47.

Emens rem à fisco licet pleno iure acquirat, tamen fiscalia munera publica subire tenetur. consilio 61. numero 21.

Emptor sciens rem venditam per maritum esse dotalem, maritus tenetur de euictione, si eam expresse promisit. cons. 67. num. 2.

Emptor rei alienæ scienter potest agere de euictione contra vendentem scienter, dato etiam quòd euictio sequatur ex culpa & facto emptoris, quando promisit euictionem, casu quo etiam res euincatur culpa & facto emptoris. ibid. nu. 5.

Emptor si post contractum venditionis in se suscipiat expresse periculum casus fortuiti, talis susceptio operabitur, vt teneatur de casu fortuito contingente, etiam ex culpa alterius partis. ibid. nu. 6.

Emptor licet non possit agere de euictione, nisi interuenientibus octo requisitis, tamen hoc fallit, si in instrumento apponantur pacta vtilia. ibid. nu. 9.

Emptor malæfidei rerum pupillarium tenetur nedum ad fructus perceptos, sed etiam percipiendos. consilio 72. num. 21.

Emptor fructuum molendini vel alterius ædificij, quod est de fructum, si facit impensam in molendino, ea spectat ad dominum. cons. 83. nu. 9.

Episcopus habere non potest armatam familiam. consil. 37. nu. 1. & nu. 8. sed contrà nu. 10. & 20.

Episcopus potest procedere contra hæreticos. ibidem numero 14.

Episcopus per suam iurisdictionem potest laicos in certis criminibus capere & corporaliter coercere. ibidem nu. 16.

Episcopus pro defensione sui & suorum potest vti gladio materiali. ibid. nu. 17.

Episcopus & eius vicarius dicuntur officiales communis. ibid. nu. 25.

Episcopus requirere potest Episcopos vicinos, vt publicent excommunicatos gabellarios exigentes gabellas à clericis, licet non possit animaduertere in eos. cons. 71. num. 27.

Episcopus cogere non potest filium ad obseruationem iuramenti præstiti in donatione iurata per eum facta in alterum de bonis, in quibus habeat vsumfructum reseruata morte patris. cons. 89. nu. 6.

Error in facto proprio præsumitur, quando tractatur de damno vitando. cons. 1. nu. 65.

Error præsumitur potius quàm voluntatis mutatio. consil. 31. nu. 9.

Error potius præsumitur quàm donatio. consil. 65. numero 13.

Errantis nulla est voluntas. cons. 32. nu. 70.

Erubescimus cum sine lege loquimur. consil. 30. numero 29.

Euictioni non est locus in donatione, nisi ea incœperit à traditione, quod secus in feudo. consilio 1. numero 21.

Euictio non debetur per venditorem emptori cohæredi, quando illa sequitur ex ordinatione defuncti. cons. 51. numero 11.

Exceptio non numeratæ pecuniæ secundum communem locum non habet, nisi in mutuo & dotc. consilio 4. numero 1.

Exceptio non numeratæ pecuniæ locum non habet in deposito. ibid. nu. 2.

INDEX

Exceptio non numeratæ pecuniæ nõ admittitur in deposito irregulari vel confessionato. ibid. num. 7.

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ locum non habet, quando in chirographo exprimitur debitum ex causa præcedenti. ibid. nu. 14.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non conceditur in mutuo vero & naturali. ibid. nu. 31.

Exceptio si facta sit de aliquo casu, in quo speciale mandatum requiratur, ampliatur regula, vt locum etiam habeat in alijs casibus requirentibus speciale mandatum. cons. 12. nu. 55.

Exceptio non numeratæ dotis non potest opponi per mulierem, nec creditores lapso tempore statuto à lege ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis. consilio 20. nu. 11.

Exceptio compensationis non admittitur contra instrumentum depositi. cons. 47. nu. 22.

Exceptio ineptitudinis inquisitionis potest opponi etiam si sententia transierit in rem iudicatam. consilio 57. numero 30.

Exceptiones competentes defuncto competunt & hæredi. cons. 66. nu. 16.

Exceptio, tu non adimpleuisti, dicitur exceptio litis finitæ, ac litis ingressum impedit. consilio 69. numero 13.

Exceptio quæsita fideiussori mediante pacto facto reo principali de non petendo, non potest inuito fideiussore auferri per contrarium pactum factum de petendo ab ipso principali. ibid. nu. 49.

Exceptio ineptitudinis reddit iudicium retro nullum, & opponi potest post sententiam. cons. 94. nu. 8.

Exceptio facta in vno firmat regulam in alio. cons. 99. num. 42.

Exclusio vnius est inclusio alterius. cons 31. nu. 20.

Excommunicatus licet non possit agere, potest tamen se defendere. cons. 81. nu. 29.

Excõmunicatus publicè repellitur à testimonio. cons. 95. nu. 22. sic tanto magis, si est excommunicatus excommunicatione maiori. nu. 23.

Excommunicatus maiori excommunicatione est turpis persona, cum remoueatur à consortio catholicorum. ibid. nu. 24.

Executor deputatus in testamento nuncupatiuo præsumitur habere scientiam deputationis suæ. consil. 66. nu. 25. Quod ampliatur procedere etiam respectu codicillorum. nu. 26.

Exemptio concessa per viam contractus extenditur etiã ad onera bellica. cons. 2. nu. 49.

Experientia est rerum magistra. cons. 1. nu. 41. & consil. 25. nu. 19. cons. 81. nu. 31.

Expressum satis esse dicitur, quod ex verbis colligitur. cons. 2. nu. 8. cons. 27. nu. 35.

Expressa renunciatio sicut non trahitur ad ignorata, ita nec tacita confirmatio. cons. 72. nu. 19.

Expressio tacitæ conditionis nihil operatur. cons. 63. numero 12.

Expressio nominis proprij præcisè restringitur ad personam nomine proprio designatam. consilio 67. numero 18.

Extensio non fit de persona ad personam, etiam ex tacita: & verisimiliter testatoris. consilio 43. numero 49.

F

FACERE *qui differt quod debet, non potest petere quod sibi debetur. cons. 69. num. 3.*

Facultas cõcessa agnato recuperandi feudum alienatum in extraneum præscribitur spacio 30. annorum. consil. 3. num. 32.

Falcidiæ appellatione venit & Trebellianica. consilio 9. num. 7.

Falcidia & Trebellianica detrahi non potest de re prohibita alienari per legatarium vel fideicõmissarium, secus si de vniuersali alienatione bonorum agatur. ibidem num. 14.

Fallentiam qui allegat, illam probare tenetur. consilio 5. num. 16.

Fama vt probetur, requiritur quòd testes deponant à quibus dicere audierint. cons. 1. nu. 13.

Fama probata ex vana voce populi non est attendenda. ibid. nu. 16.

Fama publica probat filiationem. cons. 49. nu. 15.

Fama quæ requirat ad eius probationem. ibidem numero 49.

Fama est thesaurus inæstimabilis & sicut liliũ dans suauitatem odoris. cons. 98. nu. 49.

Fama purgat inditia. ibid. nu. 50.

Fatuus est qui cõpromittit de eo, de quo modo aliquo molestari non potest. cons. 100. nu. 120.

Fatuus censendus est, qui renunciat rebus emptis per suũ anteceſſorem. ibid. nu. 121.

Fauori suo quilibet renunciare potest. consilio 17. numero 23.

Feudi substantiale non est seruitium, sed fidelitas. consilio. 1. num. 8.

Feudum alteratum quoad quid, non definit esse feudum quoad alia: quia quoad alia regulatur secundum naturam feudi. ibidem numero 12. Declara vt numero 72.

Feudum est beneficium. ibid. nu. 72.

Feudum sine inuestitura constitui non potest. ibidem num. 49.

Feudum quando est antiquum quis non potest de eo vt de feudo nouo inuestiri, ne fiat præiudicium agnatis non consentientibus. cons. 3. nu. 2.

Feudum antiquum alienatum sine cõsensu domini & agnatorum in extraneum, potest secundum communem opinionem infrà 30. annos ab agnato auocari, secuta morte alienantis, nullo tamen secuto pretio: ibidem num. 3.

Feudum concessum iure antiqui & paterni feudi assumit naturam antiqui & paterni feudi. ibid. nu. 7.

Feudum hæreditarium concessum pro se, filijs & hæredibus, secundum doct. receptam sententiam, non transit ad filios, qui non sint hæredes. ibid. nu. 9.

Feudum quando est hæreditarium, in eo admittuntur filij, qui sunt hæredes sanguinis, & nõ hæreditatis. ibidem num. 10.

Feudum alicui concessum simpliciter nulla facta mentione hæredum, secundum communem calculum doct. dicitur hæreditarium.

Feudum hæreditarium huius est qualitatis, quòd in eo secundum communem non admittitur, nisi hæres sit primi recipientis, vel illius, de cuius portione tractatur. ibid. nu. 21.

Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque comprehendit etiam hæredem extraneum, qui largo modo dicitur hæres. consilio 12. numero 39. consilio 42. numero 1.

Feudum hæreditarium etsi de sui natura non transeat ad hæredes extraneos, tamen id fallit, si in concessione feudali dictum sit de omnibus hæredibus. consilio 13. num. 34.

Feudum non amittitur ex delicto in personam domini, quoties constat ex tenore investituræ concedentem noluisse, vt per delictum vnius alteri præiudicetur. consil. 15. num. 3.

Feudum non domino, sed filijs vel agnatis applicatur, si sententia criminis læsæ Maiestatis lata fuit in contumacia feudatarij. ibid. nu. 4.

Feudum concessum pro se & hæredibus, licet non transeat ad hæredes extraneos, tamen hoc fallit si dicatur pro se & quibuscunque hæredibus. cons. 27. nu. 30.

Feudum dicitur habere seruitutem. cons. 32. nu. 20.

Feudum est contractus nominatus: quia iure consuetudinario habet nomen elegans & formam specificã sub singularibus consuetudinibus & naturis nõ congruentibus alijs titulis. ibid. nu. 60.

Feudum sui natura est irreuocabile, nisi ex causa reuocetur. ibid. nu. 63.

Feudum si est concessum pro se & hæredibus quibuscunq; transit ad hæredes extraneos, & de tali feudo potest vasallus testari. cons. 34. nu. 84. cons. 84. nu. 18.

Feudum emptitium non habet naturam veri feudi. consil. 41. nu. 2.

Feudum emptitium sapit naturam allodialem propter precij receptionem. ibid. nu. 9.

Feudum emptitium dicitur magis successio ex natura contractus quàm feudi. ibidem numero 5. consil. 48. num. 10.

Feudum emptitium transit ad fœminas, non solùm quando præstatio pecuniæ interuenit, sed etiam seruitium personale vel iuramentum. ibid. nu. 7.

Feudum non potest dici emptitũ, sed gratiosum, quando concessum reperitur cum clausula plenitudine potestatis. ibidem nu. 20.

Feudum non potest dici habere naturam emptitij, quando reperitur datum secundum naturam antiqui & auiti feudi. ibid. nu. 21.

Feudum emptitium quando cõceditur simpliciter absq; remissione contentorum in capitulis nouæ & veteris fidelitatis, vasallus tenetur præstare iuramentum fidelitatis. ibid. nu. 23.

Feudum si de sui natura præstat iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa sex, de quib. in c. 1. de no. for. fidel. quæ omnia non possunt explicari ex persona monachi per monasterium, monasterium in feudo succedere non potest. ibid. nu. 26.

Feudum concessum pro se & hæredib. quibuscunque non solum includit tria genera hæredum, de quibus inst. de hæred. qual. & differ. sed etiam legatarium. consilio 42. nu. 2.

Feudum acceptum pro se & hæredibus & habituris causam ab eo transit ad hæredes extraneos. ibidem numero 4.

Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque, vel cum clausula & quibus dederit, vel habituris causam ab eis, alienari potest sine licentia domini. ibidem numero 8.

Feudum acquisitum pro se & hæredibus, quibuscunque masculis, transit ad masculos ex fœminis. ibidem. numero 10.

Feudum emptitium sapit naturam allodialium. consilio 48. num. 90.

Feudum susceptum pro se & hæredibus, secundum communem dicitur hæreditarium. ibid. nu. 15. & 51.

Feudo in hæreditario quis non admittitur secundũ communem, nisi sit hæres nedum sanguinis, sed etiam vniuersalis. ibid. nu. 16.

Feudum hæreditarium huius est naturæ, vt in eo non admittatur agnatus, quamuis & hæreditas delata non fuerit. ibid. nu. 18. sed contrà nu. 52.

Feudum in dubio præsumitur antiquum: quando longo tempore fuit possessum ab antecessoribus suis. ibidem numero 19.

Feudum vbi constat esse, benignior præsumptio sumenda est, quòd fuerit antiquum & non nouum. ibidem num. 21.

Feudum dicitur antiquum quando concessum reperitur sub commemoratione antiquarum investiturarum. ibid. num. 22.

Feudum ducatus etsi diuidi non possit, tamen id locum non habet, si dignitas esset diuisibilis ex consuetudine inducta scientibus & videntibus imperatoribus: itaque ex eorum certa scientia diuidatur. ibidem numero 33.

Feudum si de sui natura præstat iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa, de quibus in c. de no. for. fidel. quæ omnia non possunt explicari per monasterium ex persona monachi, monasterium succedere nõ poterit in feudo. ibid. num. 36.

Feudum quando præstat seruitium reale, licet clericus sit capax successionis feudalis, tamẽ secus est, vbi feudum de sui natura debet præstare seruitium personale. ibidem num. 37.

Feudum in dubio præsumitur masculinum. ibidem numero 48.

Feudum si est stipulatum pro masculis & fœminis, fœminæ non admittuntur ad feudum nisi masculus non extantibus. ibid. num. 49. Quod ampliatur procedere in feudo susceptο pro hæredibus vtriusque sexus. numero 50.

Feudum si in diuisione fratrum peruenit ad vnum, & alteri allodium, mortuo illo, cui obuenit feudum relicta filia hærede, dominus feudi potest ad se feudum auocare, nec filia pro tali auocatione agere potest contra patruum, cons. 51. nu. 9. Quod amplia procedere quando etiam feudum non enunceretur à domino, sed à fratre superstite. nu. 10.

Feudum propter aliquam necessitatem inconsulto domino alienari non potest. cons. 56. nu. 14.

Feudum antiquum venditum sine consensu domini in extraneum recuperari potest per agnatum proximiorem nullo restituto pretio durante vita alienantis. ibidem nu. 22.

Feudo non priuatur filius ob delictum patris, si ad eum transit iure suo, vt quia filius & non hæres. consil. 78. numero 6.

Feudum quando acquisitum est ab antecessoribus pro se & liberis, censentur liberi feudum ipsum potius habere à primo inuestito quàm à patre suo. ibidem numero 7.

Feudum concessum pro se & filijs dicitur ex pacto & prouidentia. ibid. nu. 13.

Feudum susceptum pro se & hæredibus ac successoribus vtriusque sexus, secundum communem opinionem dicitur hæreditarium. cons. 84. nu. 1.

Feudum quando est concessum pro hæredibus vtriusque sexus, veniunt ita fœminæ sicut masculi. ibidem numero 7. & 13.

Feudum quando est concessum pro masculis & fœminis, prius veniunt masculi quàm fœminæ. ibid. num. 8. & 16. vbi est communis.

Feudum quando est concessum pro masculis cum fœminis, ita veniunt fœminæ sicut masculi. ibidem numero 10.

Feudum quando conceditur pro quibuscunque hæ-

INDEX

redibus, succedit fœmina cum masculo. ibidem numero 11.

Feudum quando est susceptum pro hæredibus vtriusque sexus, prius admittuntur masculi quàm fœminæ. ibidem num. 13.

Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque venit in restitutione fideicommissi. ibid. nu. 21.

Feudum susceptum pro se & hæredibus quibuscunque alienari potest inconsulto domino. ibidem numero 22.

Feudum acquisitum pro se & hæredibus quibuscunque venit in publicatione bonorum. ibid. nu. 23.

Feudum susceptum pro se & hæredibus quibuscunq; iudicatur hæreditarium. ibid. nu. 24.

Feudum dicitur à fide, à qua deriuatur fidelitas. cons. 85. num. 2.

Feudum propter excellentiam non dicitur à qualibet fide, sed à fide fidelitatis. ibid. nu. 5.

Feudum licet in aliquibus mutet naturam suam, tamen in alijs eam retinet. ibidem numer. 17. declara vt numero 69.

Feudi natura est quòd dominium directum remaneat penes concedentem. ibid. nu. 24.

Feudum est beneficium, quod ex beneuolentia datur, vt proprietas rei immobilis beneficiata penes dominum remaneat. ibid. nu. 25.

Feudum licet argui possit ex reseruatione homagij, tamen id locum non habet, quando illius natura in pluribus fuit alteratum ex translatione totalis dominij & translationis pleno iure. ibid. nu. 62.

Feudum concessum pro se & suis intelligitur pro hæredibus. cons. 86. nu. 10.

Feudi vbi non fit mentio, præsumptio est allodij. cons. 90. num. 9.

Feudi natura est, quòd dominium directum remaneat penes concedentem, & iura vtilia transferantur in vasallum. ibid. nu. 12.

Feudum quando est hæreditarium, in eo non admittitur qui nõ est hæres, nedum sanguinis, sed hæreditatis. ibidom num. 14.

Feudi mentio vbi fit, arguitur feudum. ibidem numero 22.

Feudum per inuestituram declaratur & probatur. ibidem num. 28.

Feudum probatur ex propria confessione. ibidem numero 26.

Feudum hæreditarium licet quis nõ possit habere, nisi sit hæres, tamen hoc fallit, vbi ei non fuisset delata hæreditas defuncti. ibid. nu. 46.

Feudum ex pacto & prouidentia dicitur, quando feudum est concessum pro se & filijs masculis. ibidem numero 74.

Feudum finita linea reuertitur ad dominum. cons. 100. num. 16.

Feudum iustè possidet, qui auctoritate imperatoris solennes tenet inuestituras. ibid. nu. 18.

Feudum paternum, quod amitti potest ob non petitam inuestituram non reuertitur ad dominum, sed transit ad agnatos. ibid. nu. 159.

Feudum fœmineum potest in dotem dari. cons. 19. numero 1.

Feudum æstimatum quando datur in dotẽ dicitur alienatio. ibid. num. 4.

Feudum fœmineum datum in dotem per mortem vxoris reuertitur ad vocatos in concessione feudali. ibidem nu. 5.

Feudatarius de rebus feudalibus testamentum conficere non potest. cons. 1. nu. 3.

Feudatarius, qui iurauit fidelitatem domino, si ei non fit subditus aliter quàm ratione feudi, nõ committit crimen læsæ maiestatis. cons. 15. nu. 10.

Feudatarius semper dicitur obligatus ad ea, quæ continentur in fidelitatis sacramento. consilio 41. numero 24.

Feudatarius æquiparatur vsufructuario. consil. 40. numero 1.

Feudatarius Regis si abutitur feudo ad depopulationem vasallorum & exterminationem eorum, redigendo ipsos in seruitutem, feudo priuari debet. ibidem numero 8.

Feudalia licet censeantur ea, quæ sunt intra fines feudi, si non probentur exempta, tamen hoc fallit si esset consuetudo præscripta in castro, quòd tenentes liberè vendant prædia sua: quia tunc incumberet probatio domino, quòd prædia essent feudalia. consilio 1. numero 34.

Fideicommissum est onus. cons. 18. nu. 5. cons. 43. nu. 25. cons. 97. nu. 5.

Fideicommissum est facti, quod non præsumitur nisi probetur. ibid. nu. 6. cons. 97. nu. 1.

Fideicommissum tacitè non inducitur ex sola prohibitione alienationis. ibid. nu. 14.

Fideicommissum inducitur ex cõiecturis & indiciis. ibidem num. 19.

Fideicommissum dicitur, quod in testamento reperitur. cons. 23. nu. 1. declara vt in nu. 27.

Fideicommissum dicitur onus & grauamen, naturali administrandarum rerum libertati contrarium. ibidem num. 4.

Fideicommissum de facili induci non debet, nisi de mente testatoris dispositiua appareat. ibid. nu. 5.

Fideicommissum simplex & absolutum non inducitur, si testator prohibet alienationem, quia bona vult cõseruari in familia, sed ita demum si secuta est alienatio contra prohibitionem. nu. 9.

Fideicommissum simplex & absolutum inducitur, quando testator non per modum causæ enunciatiuè prolatæ, sed per modum rationis dispositiuæ expresè vult, quòd bona remaneant in familia. ibid. nu. 21.

Fideicommissum simplex & absolutum inducitur, quoties testator prohibet alienari bona extra familiam: quia vult quòd in familia relinquantur. ibidem numero 22.

Fideicommissum simplex & absolutum inducitur, quando prohibita est alienatio bonorum: quia testator vult quòd bona vadant de hærede in hæredem. ibidem num. 23.

Fideicommissum simplex admittitur, quando ex qualitate rei prohibita alienari prohibitio de se erat valida: & quia erat turris & palatium maiorum. ibidem num. 24. Quod amplia procedere etiam in domo vel possessione. nu. 25.

Fideicõmissum etsi hæredi sit onus, tamen testatori est fauorabile, cuius interest eius voluntatem adimpleri. ibid. num. 26.

Fideicommissum dicitur quid facti, & est res onerosa, quæ non præsumitur. cons. 30. nu. 2. cons. 34. nu. 1.

Fideicommissum non subesse in dubio præsumendum est. ibid. nu. 3.

Fideicommissum factum sub conditione, deficiente conditione expirat. ibidem nu. 10.

Fideicommissum dicitur materia stricta & odiosa: quia tractatur de eo inducendo. ibidem nu. 25.

Fideicommissum iam inductum allegans sublatum vel ademptum

ademptum debet illud probare, alioquin contra eum tanquam contra intentionem suam non probantem interpretatio est facienda. cons. 31. nu. 3.

Fideicommissum nõ subesse in dubio pronunciandum est, cum hoc sit fauorabilius. cons. 34. nu. 2.

Fideicommissum reciprocum ad hoc, vt inter aliquos inducatur, secundũ crebriorem sententiam requiritur, quòd substitutio sit facta in tota hæreditate. ibid. numer. 57. Item & ab vltimo moriente. nu. 58.

Fideicommissum vt inducatur ex prohibitione alienationis requiritur, vt vltra verba quòd prohibet alienari extra familiam dicatur: quia vult quòd in familia relinquatur. ibid. nu. 65.

Fideicommisso renunciatum esse non intelligitur, secundum communem, per simplicem diuisionem. ibidem numer. 73.

Fideicommisso censetur esse renunciatum per diuisionem vbi in ea sunt apposita verba generalia & pragnantia. ibid. nu. 77.

Fideicommisso renunciatum esse censetur per clausulam in eo appositam, ad habendum, tenendum, possidendum & quicquid placuerit faciendum. ibidem numero 78.

Fideicommisso renunciatum esse videtur data scientia per clausulam ad habendum, tenendum, &c. ibidem numero 81.

Fideicommissum quando est factum proximiori agnato, ad illud admitti debet, qui proximior reperitur tempore conditi testamenti. cons. 38. num. 1. Declara vt num. 35.

Fideicommissarijs in substitutionibus semper dici potest, hoc casu substitutio de te non loquitur, si vis dicere cõtrarium proba. ibid. num. 11. Quod amplia procedere, siue loquamur de substitutione vulgari. num. 112. siue de pupillari. numer. 13. seu de reciproca & omni alia comprehensa in illa. num. 14. siue de fideicommissaria substitutione. num. 15. Quamuis substitutus esset nominatus. nu. 16.

Fideicommissum non inducitur per simplicem prohibitionem alienationis, nisi in casu contrauentionis. consil. 43. nu. 42.

Fideicommisso non intelligitur renunciatum per diuisionem bonorum, etiam quòd in ipsa esset clausula de defendendo in omnem casum & euentum & ab omni persona. cons. 51. num. 22.

Fideicommissum non censetur remissum per simplicem diuisionem. ibid. num. 14.

Pedagia, gabellæ & dacia sunt onera realia. ibidem numero 5.

Perfectum dicitur, cui nihil potest addi, imperfectum verò quod crescere potest. cons. 55. nu. 8.

Periurus non admittitur in testem neque in ciuili neque in criminali, cum deficiat in eo veritas, quæ in teste pura esse debet & simplex. cons. 57. nu. 17.

Periurus licet repellatur ab agendo, non tamen à defendendo. cons. 81. nu. 28.

Periurus excluditur à testimonio, quamuis falsitas esset circa accessoria. cons. 94. nu. 15.

Periurus non videtur habilitatus sub generali dispositione, qua habilitatur testis. ibid. nu. 19.

Periurus non facit indicium ad torturam, ad condemnationem nec ad capturam, etiam si in tortura deposuerit. cons. eo. nu. 21. cons. 57. nu. 16.

Periurus vbi quis est, iuramenti religio in eo considerari non potest. cons. 95. nu. 16.

Periuris nulla fides adhibenda venit, cum sint falsi & infames. cons. 98. nu. 13.

Periurus nunquam admittitur in testem, nisi specialiter id caueatur. ibip. nu. 14. cons. 57. nu. 15.

Periuro non creditur, etiamsi egerit pœnitentiam. ibid. num. 17.

Periuro non creditur, etiamsi fuerit tortus. ibidem numero 19.

Permutatio dotis de re ad pecuniam, & è contra, fieri potest. cons. 86. num. 2.

Persona tacitè subintelligitur ad euitandum fideicommissum secus autem ad inducendum. consilio 30. numero 26.

Personarum habilitas præsumitur ad validitatem actus. cons. 49. num. 3.

Personas particulares nomine proprio specificare non esse necesse in libello cons. 53. num. 27.

Personæ seculares exigentes gabellas ab ecclesiasticis personis incidunt in pœnam excommunicationis: collegium verò & vniuersitas in pœnam interdicti. consilio 71. num. 3.

Persona testis producti licet reprobari non possit per producentem, tamen eius dictum reprobari potest. consil. 4. num. 24.

Pertinentiæ dicuntur ac sunt eiusdem iuris, cuius est res principalis. cons. 32. num. 18.

Pertinentiarum appellatione non veniunt prædia. ibid. num. 23.

Pertinentiarum appellatione non veniunt ea, quæ sunt diuersæ qualitatis à concessis. ibid. num. 26.

Pertinentiæ illæ tantùm esse dicuntur, quæ à lege vel statuto aut consuetudine deputatæ sunt, vt rei principali accedant. ibid. num. 28.

Plenum illud dicitur, cui nihil addi potest. cons. 85. numero 53.

Plenitudini potestatis Principis nihil resistit: nam si libet licet. cons. 100. num. 57.

Plenitudo potestatis principis nulli necessitati est subiecta, nulliq; iuris publici regulis limitata. ibidem numero 58.

Plures licet ordine successiuo fuerint vocati, si conditio semel defecerit in persona primi, censetur quoque extincta substitutio quoad alios. cons. 34. num. 62.

Plures quando sub nomine collectiuo vocantur simpliciter, puta descendentes, illi soli vocati intelliguntur, qui tempore testamenti vel mortis testatoris concepti vel nati erant. cons. 38. nu. 4.

Plura quando habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, videtur fieri exemplariter & non restrictiuè. ibid. num. 49.

Pœna l. quisquis. C. ad l. Iul. Maie. nedum habet locum contra delinquentem, sed etiam eius filios masculos, licet filiabus dos dari debeat de bonis confiscatis. consi. 15. num. 6.

Pœna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur, vt suæ iniuriæ actionem habeat. cons. 73. num. 12.

Pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec causam habenti ab eo. cons. 77. nu. 2.

Pœna homicidij regulariter est mortis. cons. 94. nu. 6.

Pœnitentia locum habet in contractibus innominatis regulariter. cons. 28. nu. 21.

Positi in conditione secundum communem non censentur vocati. cons. 34. nu. 55. cons. 43. nu. 4.

Positi in conditione cum qualitate masculinitatis secundum communem non censentur vocari. ibid. nu. 63. cons. 43. nu. 9.

Positi in conditione censentur vocati, quando constat de mente testatoris. cons. 43. nu. 5.

Positi in conditione censentur vocati, quando testator digressus est ad plures gradus substitutionis. ibid. num. 10. sed contra num. 43.

Positi in conditione censentur vocati, quando testator proprias filias excluſit propter masculos. ibid. num. 11. declara vt nu. 44.

Positi in conditione censentur vocati, quando testator prohibuit alienationem bonorum. ibid. nu. 12.

Positi in conditione censentur vocati vbi concurrunt plures coniecturæ. ibidem numero 13. declara vt numero 56.

Posito vno de correlatiuis necessariò præsupponitur aliud: quia vnum sine alio esse non potest. consilio 69. numero 26.

Possessio antiquior sufficit in remedio c. reintegrãdo, vnà cum probatione, quòd reus conuentus de præsenti possideat. cons. 32. nu. 8.

Possessio antiquior præsumitur iustior quàm sit noua. ibidem num. 10.

Possessio in feudalibus continuatur in hæredem. ibidem numero 55.

INDEX

Possessio filiationis probatur ex tractatu paterno, adeo quòd aduersario incumbit onus probandi cõtrarium. cons.49. num.13.

Possessio vt transferatur in actorem inter alia requiritur, quòd actor probauerit reum possidere, & sic quòd assumpserit onus probandi, secus si antequã probauerit constet reum possedisse. cons.88.nu.16.

Possessorium est duplex, vnum summarium & aliud plenarium. cons.8. nu.16.

Possessorium plenariũ dicitur, quod ordinatur ad finem & effectum perueniendi ad sententiam diffinitiuam sũper petitorio, in quo principaliter disputatur, et vim perpetuam obtinet, vt possessor in possessione remaneat & defendatur, donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio. cons. eod. nu.18.

Possessorio in summario potest incipi à capitulis. ibidem numero 30.

Possidere quando vtraq; pars contendit, & quælibet recusat agere & libellum offerre: iudex ex officio, vt occurrat scandalis imminentibus, absque ordine iudiciario & possessione, probationes à partibus ex officio recipere potest, & illam quæ melius probabit in ea defendere, ac alteri parti ordinare, ne illam turbet & inquietet, & donec plenariè agat, & in iudicio ordinario obtineat. cons.8. nu.25.

Possidere vbi quis potuisset nomine suo duplici ex causa, puta vt hæres, item & quia bona essent sibi obligata, si dubitatur ex qua causa, stari debet dicto possidentis si viuit, sin autem dicto hæredis. cons. 66. nu.22.

Potestas generalis legitimandi spurios non includit filios spurios sacerdotum. cons.12. nu.20.

Potestas in quocunque actu requiritur. ibid. nu.25. consil.100. nu.20.

Potestas comitis legitimantis dependet à priuilegio suo. ibid. nu.26.

Praxis attendi debet à qua non est recedendum. cons. 4. num. 26.

Præcedentia declarant sequentia cons.25. nu.28.

Præcedentia declarantur per actus sequentes. cons. 85. num. 9.

Prædium æstimatum datũ in dotem liberè efficitur mariti, adeo quòd per eius hæredes retineri poterit. consil. 64. num. 7.

Prædo non debet amoueri à possessione sine causæ cognitione & citatione. cons.8. nu.27.

Prælati ac rectores ecclesiarum præstant iuramentum in manibus Pontificis, vel sui superioris & Episcopi. consil.1. nu.55.

Prælegata secundum communem non veniunt in restitutione fideicommissi, quãdo facta reperiuntur post grauamen iniunctum hæredi. cons.34. nu.7.

Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, quando pater prælegando diuisit totum patrimonium inter filios æqualiter & eos æqualiter substituit. ibidem numero 22.

Prælegata licet non veniant in restitutione fideicommissi, tamen secus est si in fideicommisso vniuersali dictum fuerit, volo quòd restituas quicquid ex hæreditate mea ad te peuenerit. ibid. nu.90.

Præscriptio tollitur per rescriptum principis. consil. 59. num. 4.

Præscriptione centenaria tolletur omne ius contra quoscunque & omni casu currit. ibid. nu.7.

Præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat, nunquam censetur sublata per prouisiones tollentes præscriptiones. ibid. nu.15.

Præscriptio immemorialis habet vim pacti. ibid. nu.15.

Præscriptio inducta est, vt sit litium finis. ibidem numero 13.

Præscriptio immemorialis tantum potest, quantum Imperator cum causa. ibid. nu.16.

Præscriptio immemorialis non tollitur per clausulam, nõ obstante lapsu temporis. ibid. nu.17.

Præstatio fidelitatis non arguit feudum. consilio 85. numero 57.

Præstatio iuramenti feudi concessionem arguit. cons. 1. num. 6.

Præsumptiones maiores tollunt minores. consilio 1. numer. 44.

Præsumptio vna tollit aliam. ibid. nu.46. cons.7. nu.32. cons.11. nu.1. cons.85. num.59.

Præsumptio non est quod notarius scripserit, quod sibi iunctum non fuerit. cons.7. nu.28.

Præsumptio, quæ surgit ex natiuitate, in domo potentior est quam nominatio & tractatus. consilio 11. numero 12.

Præsumptio est, quòd primus creditor, qui habet hypothecam specialem in certis bonis, & generalem in alijs, possit sibi satisfacere in bonis specialiter obligatis, donec aliter in contrarium probetur. cons.36. n.2. Et tantæ potentiæ est huiusmodi præsumptio, vt impediat ne creditor possit impetrare carcerationem debitoris. numero 3.

Præsumptio est contra potentem. cons.40. nu.22.

Præsumptiones tres oriuntur ex instrumento, quòd sit verum, publicum, & sõlenne. consilio 47. numer. 26. cons. 63. num.6.

Præsumptio tanta est pro filio nato in domo viri, quòd quamuis quandoque mulier diuerterit, adulterium commiserit, seu diu penes maritum sterilis fuerit, præsumitur filius mariti, nisi probetur absentia aut infirmitas mariti, per quam constare non possit esse illius filium. cons.49. nu.28.

Præsumptio semper exclusiua delicti est capienda. consil.58. num.8.

Præsumptio non est pro iudice interponente decretum in alienatione rerum minorum non præcedente causæ cognitione. cons.60. nu.13.

Præsumptioni non est standum, quando constat in oppositum de contrario. cons.85. nu.55.

Præsumendus est magis actus inualidus quàm donatio. cons.65. nu.14.

Pretium inter partes conuentum præsumitur iustum. cons.64. num.18.

Prima causa succedendi est liberorum. consilio 25. numero 11.

Prima inuestitura alterari non potest successores in præiudicium vocatorum. cons.85. nu.66.

Primogenitus non dicitur per respectum ad illum, cui succeditur, sed per respectum ad secundogenitum. cõsil.38. nu.23.

Primogenitura est qualitas habens actum momentaneum, quæ acquiritur incontinenti, cum quis nascatur, sed proximitas habet actum successiuum, ideo secundum qualitatem temporis variatur, sed altera nõ. ibid. num. 24.

Princeps si in concessione sua dicit, dono tibi tale castrum non censetur iure feudi dare, sed iure simplicis donationis & meræ liberalitatis. cons.1. nu.18.

Principes omnes licet subsint Imperatori generali prouisione, ex hoc tamen argui nõ potest, quòd tantùm subsint iure feudi. ibid. nu.29.

Princeps si concedit alicui officium tabellionatus in aliqua ciuitate, illud intelligitur etiam concessisse in comitatu

mitatu & toto territorio. ibid. nu. 38.
Principis proprium est liberalitatem exercere. ibidem num. 43.
Princeps si concedit feudum Titio pro se & suis heredibus quibuscunque, veniunt & extranei, & etiam legatarius, qui largo modo dicitur hæres. consilio 1. *numero* 28.
Princeps secularis sicut potest secundum communem filium natum ex constituto in sacris legitimare, ita & facultatem ipsam alteri concedere. consilio 12. *numero* 34.
Princeps si generali potestate cõcessa comiti Palatino legitimandi natos ex quocunque coitu damnato, censetur ei dedisse facultatem legitimandi filios natos ex constituto in sacris. ibid. nu. 35.
Princeps in concessione facta alicui excipit vnum casum, in quo reseruauit ius tertij, illa reseruatio particularis facit, quòd in alijs videtur voluisse tertio praiudicare. ibid. num. 56.
Princeps si in concessione meri, mixti Imperij & omnimoda iurisdictione excipit aliquos, quidam exprimuntur, qui sunt de reseruatis Principi, in cæteris casibus etiam Principi reseruatis concessio facta videtur. ibid. nu. 57.
Princeps potest legitimare filium natũ ex soluto & monacha. ibid. nu. 62.
Princeps potest legitimare natũ ex filia spirituali, quam quis leuauit ex sacro fonte. ibid. nu. 63.
Principem decet subditos amare, & eos iniurijs non afficere. cons. 15. *nu.* 15.
Princeps dicitur communis omnium pater. ibid. nu. 16.
Principis officium est castitatem amare, & vnicuiq; iustitiam facere, alias non dicitur Princeps. ibidem numero 17.
Princeps cauere debet, ne opera mala faciat: quia tunc non dicitur minister Dei, sed diaboli in illo actu. ibidem num. 18.
Princeps inferiori tantam iurisdictionem dare nõ potest, quin ei remaneat maior. cons. 21. *nu.* 2.
Princeps sine citatione partis non debet contra eam aliquid diffinire. cons. 35. *nu.* 5.
Princeps potest procedere de plenitudine potestatis parte non citata contra naturaliter subditum, secus contra non subditum. ibid. nu. 8.
Princeps procedens sine citatione non præsumitur ex legitima causa procedere. ibid. nu. 9.
Princeps de plenitudine potestatis non potest supplere defectum citationis. ibid. nu. 10.
Princeps non potest tollere citationes & defensiones minus in grauioribus, quàm in leuioribus. ibid. num. 12.
Princeps vt possit tollere citationem duo requiruntur, videlicet plenitudo potestatis & quòd moueatur ex causa. num. 13.
Principes seculares sicut recurrere debent ad ecclesiam pro spiritualibus, ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes seculares. consilio 37. *numero* 4.
Princeps si pro feudo pretium recipit, istud significat venditionem, etiam si vteretur verbo indulgemus. cõs. 41. *num.* 4. *cons.* 48. *nu.* 9.
Princeps si aliquem restituit, non dicitur illum restituere ad feudum iam alteri quæsitum. consilio 40. *numero* 11.
Princeps licet sine causa non possit auferre ius quæsitum tertio, tamen secundum communem potest ordinare, quòd tertius ille non audiatur à suis magistratibus & officialibus. ibid. nu. 23.
Princeps si in restitutione dicat, volumus ac decernimus fore & esse perinde ac si banniti & rebelles nunquàm fuissent, talis restitutio trahitur etiam ad fructus perceptos. ibid. nu. 32.
Princeps licet sua lege non ligetur, tenetur tamen stare suo contractui, non solum ex obligatione naturali sed etiam ciuili. cons. 69. *nu.* 17.
Princeps dicitur subesse canonibus in his, quæ cõcernunt animam & peccatum. ibid. nu. 18.
Princeps, qui non est sub lege fori, est sub lege poli. ibidem num. 19.
Princeps si per edictum facit delictum, vbi non est delictum de iure communi, pœna applicatur inuestito de mero & mixto imperio. consilio 73. *numero vndecimo.*
Princeps si concessit officium alicui pro se & filijs, propter delictum patris filij non priuantur tali officio. cons. 78. *numero* 10.
Princeps si non est conquestus in vita vasalli de felonia ipsius, feudum filijs auferri non potest, si concessio facta fuit patri & filijs. ibidem numero vndecimo.
Princeps si dat, concedit & donat pleno iure castra, talis concessio non dicitur feudum sed donatio mera & simplex. cons. 85. *nu.* 38.
Princeps si concedit castrum cum omni dominio ac omnibus possessionibus, cum omnibus actionibus per quam concessionem non remansit aliquod ius penes concedentem, concessio ipsa dicitur donatio & nõ feudum. ibid. num. 42.
Princeps concedendo dominium simpliciter, in dubio plenum dominium concessisse videtur. ibidem numero 44.
Princeps potest tollere præscriptionem. consilio. 59. *numero* 3.
Princeps non potest tollere præscriptionem immemorialem. num. 18.
Princeps duplicem habet potestatem, ordinariam videlicet & absolutam, qua vltima non est sub lege quoad obseruantiam, nec quoad vinculum de iure positiuo. cons. 100. *nu.* 60.
Princeps quando apponit clausulam de plenitudine potestatis absolutè in concessione immunitatis, temerarium & quasi sacrilegium est de validate ipsius immunitatis amplius disputare. ibidem numero 61.
Princeps contrahens in __ pertinentibus iuxta morem sui principatus, sicut non potest contrauenire suo contractui, ita nec eius successor in dignitate. ibidem numero 138.
Princeps si cupit mandata sua à successoribus obseruari, decens est, vt suorum prædecessorum mandatis venerationem præstet & custodiam. ibidem numero 140.
Princeps non obseruando dat materiam dissoluendi eius gesta per successores. ibid. nu. 141.
Princeps ius suum tribuendo subditis, dicitur Imperator iustitiæ. ibid. num 147.
Priuatio præsupponit habitum. cons. 32. *nu. quinquagesimoseptimo.*
Priuationis & habitus vniformis sit interpretatio. ibid. numero 58.
Priuatio emphyteusis ob canonem non solutum non est in facto sed in potentia fieri domino volente. cons. 100. *numero* 69.
Priuilegia & rescripta recipiunt vires ex mente rescribentis. cons. 12. *nu.* 14.

INDEX

Priuilegia concessa doti danda censentur quoque concessa doti restituenda. cons.20.num.2.

Priuilegium prælationis in actione hypothecaria tantum mulieri competit, vbi dos est realiter tradita. ibidem. num.12.

Priuilegia exemptionem & immunitatum propter ingratitudinem & infidelitatem perduntur. consilio 32. num.72.

Priuilegio indulgentiæ abutens, ea vti non potest. ibid. num.73.

Priuilegium Principis cuiusque beneficium semper intelligi debet saluo iure alicuius & absque alterius præiudicio. consilio 45. numero 12. Quod ampliatur procedere, etiam si solum ius esset quæsitum in spe & non in re. nume.13. Item si agatur de modico præiudicio. num. 14.

Priuilegia veri depositi secundum communem locum etiam habent in deposito egrediente fines depositi veri. cons.47. nu.23.

Priuilegia depositi extenduntur etiam ad depositum cõfessionatum. ibid.nu.24.

Priuilegia venditoris transeunt in emptorem. consil.61. num. 2.

Priuilegium mutatur mutatione personæ. ibidem numero 5.

Priuilegium personale non egreditur personam priuilegiati. ibid.nu.10.

Priuilegium quando est reale transit ad colonos emptorum, secus si personale. ibid.nu.11.

Priuilegiũ immunitatis concessum patri non extenditur ad filios, singularem successorem, nec hæredes vniuersales. ibid.nu.12.

Priuilegium cõcessum à iure clericis & ecclesiasticis personis, ne teneantur subire munera, est personale: quia concessum, vt summi Dei cultui frequentiores sint. ibidem num.13.

Priuilegium, quod rei cohæret, transit ad emptorem, secus si personæ, quando tamen onus est ordinarium. ibidem num.17.

Priuilegium legitimationis reconditum in loco, cui ex forma statuti plena fides adhiberi debet, non facit fidem contra reum forensem. cons.75.nu.8.

Pro actore præsumitur de causa præcedenti, cum de illa fiat mentio in cautione. cons.4. nu.15.

Probandi onus incumbit ei, qui asserit se hæredem primi acquirentis feudi. cons.3.nu.27.

Probatio nedum vera sed præsumptiua etiam admittitur contra præsumptionem resultantem, quòd filius natus ex vxore in domo mariti præsumitur natus ex marito. cons.11. nu.5.

Probationes contra verisimile non admittuntur. ibidem num.19.

Probatio consuetudinis difficilis est. consilio 13. numero 11.

Probationes plenæ non requiruntur in crimine assasinij propter enormitatem delicti. consilio 14. numero 15.

Probationis vis tota consistit in ratione, quæ dictum eius ad se trahit & in sui naturam conuertit. consilio 32. num. 45.

Probatio nulla est melior confessione. consilio.48. numero 53.

Probationes plures imperfectæ vbi non differunt numero & specie non coniunguntur, secus si differant numero & specie. cons.50.nu.9.

Probatio vnius testis de veritate & probatio famæ vel confessionis factæ per duos testes in absentia partis vel per vnum testem in præsentia partis, plenè probant. ibid.num.10.

Probationes fieri debent ante conclusionem in causa & non post. cons.52.nu.4.

Probationes in criminalibus ad condemnandum sicut esse debent luce meridiana clariores, ita & indicia in genere suo ad famam debent esse clara & talia, quæ de iure subsistant. cons.57.nu.32.

Probationum facultas fauorabilis est, & temerè non coangustanda. cons.87.nu.7.

Probatio per iuramentum concessa à lege vel statuto plus non debet operari quàm probatio per testes, contra quam admittitur probatio in contrarium. ibidem numer.14.

Procurator constitutus ab vniuersitate non est procurator in causis singulorum, nec è contra. consil.53. numero 30.

Procurator præsumitur mandatum intellexisse eo modo, quo illud executus est. ibid. nu.32.

Procurator si est verus contumax non præiudicat domino in appellando. cons.91.nu.3.

Procurator si fuerit contumax verus in appellando, domino incipit currere tempus non à die scientiæ sed sententiæ. ibid.nu.8.

Procurator, qui neglexit appellare, si non est soluendo, dominus potest post decendium appellare. ibidem numero 14.

Procurator dicitur non esse soluendo, quando non habet bona in territorio, vel ibi propè. ibid.nu. 18.

Prodiens patriam non odio principis sed ob alium finem in crimen læsæ maiestatis non incurrit. consilio 15. numero 14.

Prohibitio facta sub pœna excommunicationis, nequis præsumat tempore interdicti quomodolibet quem cogere ad celebrationem diuinorum officiorum, comprehendit omnem modum compulsionis, realem personalem, directum & indirectum. consilio 2. numero 25.

Prohibitio alienationis vbi est facta per testatorem de re particulari prohibita alienari, de ea non detrahitur Trebellianica. cons.9.nu.15.

Prohibitio alienationis dicitur nuda, si in ea non sunt adiecta verba, vt in familia relinquatur. consilio 23. numero 10.

Prohibitio alienationis facta per testatorem iuncta ratione: quia vult quòd in familia remaneant, secundum aliquos simplex fideicommissum inducit. ibidem num.34.

Prohibitio alienationis facta à testatore adiecta causa: quia vult bona semper remanere in familia, fideicommissum simplex & absolutum inducitur. ibidem numero 17.

Prohibitio inducta à lege & ab homine est fortior quàm simplex inducta à lege. cons.25.nu.36.

Prohibita alienatione quoquomodo, intelligitur etiam prohibita alienatio necessaria, quæ sub simplici prohibitione non continetur. cons.27.nu.9.

Prohibitio, de qua in l. hac edictali, per iuramentum non tollitur. cons.29.nu.7.

Prohibitio alienationis non inducit fideicommissum, nisi facta alienatione & secuta contrauentione. cons. 34. num. 64.

Prohibitio alienationis facta sine causa non tenet. consil. 43. num.43.

Prohibitio limitata limitatum producit effectum. ibid. num. 44.

Prohibitio alienationis est odiosa. ibid. nu.45.

Prohibitio alienationis est strictè intelligenda. ibidem num. 46.

Prohibitio alienationis nõ extenditur de persona ad personam: quia facta filijs non porrigitur ad nepotes. ibidem num. 48.

Prohibitio, quæ fit de re minoris vt alienari, locari vel obligari non possit, locum etiam habet in re communi, quam minor habet cum alio. cons. 60. *nu.* 59.

Prohibitio facta de non vendendo vinum ad grossum vel minutum non comprehendit clericos vendentes vinũ vel vendi facientes ad minutum. cons. 71. *nu.* 9.

Prohibitio facta hæredi licet aliàs extenditur ad hæredes, tamen hoc non procedit, si dictum sit, hæres ne alienato: quia tunc ad eum tantum prohibitio pertinet non ad hæredes illius, propter dictionem ipse. cons. 97. *num.* 22.

Prohibitio limitata, donec & quousque filij & descendentes masculi superuixerint, cessat non extantibus descendentibus masculis. cons. 100. *num.* 84.

Prohibita ad tempus post illius finem censentur permissa. ibid. num. 85.

Prohibitio personalis non extenditur ad alias personas. ibid. num. 87. 88.

Prohibitio alienationis limitata extra familiam, cessat in his, qui sunt de familia. ibid. num. 76.

Promissio limitata non extenditur ad aliam causam. cons. 31. *nu.* 15. *cons.* 100. *nu.* 80.

Promissio dotis quando fuit promissa à principio in quantitate, & demum pro eius solutione res aliqua immobilis fuit promissa vel in solutum data, illa res non dicitur esse dotalis sed propria mariti & suorum hæredum. cons. 64. *numero* 5. *Quod amplia procedere vt in num.* 9.

Promissio limitata respectu certæ personæ non extenditur ad aliam. cons. 81. *nu.* 22.

Promissio captiosa spernenda est. ibid. nu. 32.

Promissio facti alieni cum iuramento valet, & ideo si contra fiat, non solum promittens tenetur ad pœnam & interesse, sed etiam potest agi præcisè ad factum. cons. 69. *nu.* 34.

Promissio dotis si facta sit in pecunia & deinde commitatio pecuniæ in res efficiuntur ipsæ res dotales & restitutioni subiectæ. cons. 86. *nu.* 4.

Promissio de soluendo facta sub conditione, si talis fecerit cessionem, effectum non operatur ante conditionis euentum. cons. 63. *nu.* 22.

Promittens aliquid dare sine causa videtur in dubio per errorem promittere. cons. 32. *nu.* 51.

Promptiores esse debemus in processionibus irritandis quàm in extinctione corporis humani. consilio 57. *numero* 5.

Pronomen meum, semper præsens significat. consi. 39. *numero* 1.

Pronomini non accedit tempus sed genus, numerus, figura, persona & casus. ibid. nu. 6.

Pronunciandum est in dubio, fideicommissum non extare. cons. 43. *num.* 60.

Pronunciandum est in dubio, onus non subesse. consil. 97. *num.* 7.

Propositum in mente retentum nihil operatur. consil. 6. *nu.* 3. *cons.* 18. *nu.* 3. *cons.* 97. *nu.* 12.

Proprietas filiationis probatur ex eo quòd quis natus est in domo mariti & ex eius vxore. consilio 49. *numero* 42.

Protestatio conseruat ius protestantis. cons. 1. *nu.* 14. *consil.* 51. *nu.* 17. *cons.* 54. *nu.* 15. *cons.* 69. *nu.* 29.

Protestationi quis consentire videtur, si nihil opponatur contra eam. consil. 69. *num.* 30.

Protestatio nihil operatur, si ab ea receditur per factum contrarium: quia facta derogant verbis. ibidem numero 46.

Prudentes interpretati sunt, eum esse dementem, qui sine causa se obiicit naturali erga liberos charitati. consil. 25. *num.* 12.

Protestationes solent esse valde vtiles, quando pars protestatur, quòd non intendit sibi currere instantiam propter subterfugia partis. cons. 82. *nu.* 9.

Proximiores illi dicuntur, quos nemo intercedit. cõs. 38. *numero* 9.

Proximior quando vocatur, & sunt plures in eodem gradu, perinde est ac si testator vocaret proximiores in numero plurali. ibid. nu. 46.

Publicatio testium, quæ de iure non voluit, non est impedimento quin testes examinari possint. cons. 52. *numero* 12.

Publicatio testium examinatorum pendere videtur à voluntate eius, qui testes examinare fecit. ibidem numero 28.

Pupillaris tacita in expressa vulgari non continetur, quando verba testamenti sunt ad literam intelligenda. cons. 34. *nu.* 43.

Pupillus quicquid videt ignorat. cons. 72. *nu.* 20.

Pupillus arrogatus propter diuersitatẽ patrimoniorum quæ habet, potest in vno loco decedere testatus & in alia intestatus. cons. 80. *nu.* 38.

Pupillo vel adulto qui passi sunt damnum negligentia tutoris vel curatoris, si non sunt soluendo datur in subsidium restitutio in integrum. cons. 91. *nu.* 17.

Purgatio aggerum vel fossatorum (circumscripta consuetudine regionis) si respicit vtilitatem perpetuam, vel longioris temporis, quàm sit conductio, impensa spectat ad dominũ, si verò sunt fossata, quæ annuatim refici debent, onus expensarum pertinet ad conductorem. cons. 83. *nu.* 6.

Q

QVALITAS *adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi. consil.* 6. *num.* 9. *consil.* 96. *num.* 6.

Qualitas deducta in libello si non est legitimè probata, iudex reum absoluere debet. consilio 10. *numero* 12.

Qualitas in statuto posita probari debet. ibidem numero 13.

Qualitas apposita in vno capitulo testamenti non dicitur repetita in alio capitulo separato, claro & non dubio continente orationem perfectam & diuersas personas. cons. 38. *nu.* 56.

Qualitas masculinitatis expressa in vno capite non trahitur ad aliud caput, nec ad aliud censetur repetita. ibid. nu. 58.

Qualitas masculinitatis solum venit consideranda in casibus permissis & expressis non autem in alijs omissis. ibid. nu. 59.

Qualitas primogeniti translata censetur in nepotem. cons. 39. *nu.* 50.

Qualitas adiecta verbo licet regulariter intelligi debeat secundum tempus verbi, tamen id fallit, nisi ex verbis testatoris appareat de contrario. cons. eod. nu. 54.

Qualitas requisita ad actum debet adesse tempore, quo actus consumat effectum. ibid. nu. 57.

Qualitas pretij demonstrat qualitatem contractus. consil. 58. *num.* 11.

Prohibitas Alexander fecit Roma
chium. Rol. 1. cons. 1. n. 39. 3.

Quæ sunt à principio voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. cons. 54. nu. 9.
Quæ per metum Principis fiunt, non valent. cons. 100. num. 124.
Quælibet persona præsumitur sanæ mentis. consilio 68. num. 63.
Quæstio ista vulgaris. cons. 6. nu. 1. antiqua. nu. 2. sed ardua & difficilis. num. 3. ac disputabilis propter varias doct. sententias, qui sibi ipsis contradicunt. nu. 4.
Quilibet præsumitur habilis ad grauandum, nisi contrarium probetur. cons. 11. nu. 23.
Qui omne dicit, nihil excludit. cons. 12. nu. 37.
Qui alicui succedendo ex persona sua lucrum capit, eius factum approbare debet. cons. 30. nu. 31.
Quis dicitur esse in culpa, si non petit impedimentum remoueri, quod à superiore remoueri potest. consilio 52. num. 17.
Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet: quia ista est natura conuentionum. consil. 69. numero 4. cons. 99. nu. 7.
Quis in dubio præsumitur sine iusta causa cecidisse à possessione sua. cons. 72. nu. 5.
Qui mercatur contra iura est in mala fide. ibidem numero 14.
Quis nunquam excluditur à statuto, nisi à personis in eo specificatis. cons. 96. nu. 18.
Qui nititur ex tempore, dicitur inniti ex circumuentione tempus, & sic remedio rigoroso. consilio 100. numero 137.
Quod non mutatur, constare prohibetur. consilio 31. numero 25.
Quod semel placuit amplius displicere non potest. consilio 54. num. 10.
Quod alteri debetur in vindictam suæ iniuriæ, non debet alteri conferri. cons. 73. nu. 14.
Quoties id, quod erat implendum, fuit causa finalis contractus, receditur à contractu etiam nominato, ob defectum dictæ causæ finalis non impletæ. cons. 69. n. 40.

R

RATIONEM *administrationis suæ vnusquisque reddere tenetur. consilio quarto, numero 18.*
Ratio, propter quam dispositio dicitur emanasse, regulat & ampliat dispositionem. cons. 6. nu. 16.
Ratio legitimas dispositiones moderat, quemadmodum habena equum & gubernacula nauem. ibidem num. 17.
Ratio dispositionis nerus. ibid. nu. 18.
Ratio generalis facit dictum generaliter intelligi, & specialiter positum ampliat. ibid. num. 19.
Ratio sicut solet dictum restringere, ita etiam ampliat fideicommissum & dispositionem. ibid. num. 20.
Ratio dispositionis quando est expressa in testamento ex ea potest argui de casu ad casum habentem eandem vel similem rationem. ibid. nu. 22.
Ratio reddita à teste, quando non est sufficiens, infringit & diminuit dictum. cons. 11. nu. 15.
Ratio naturalis à cuius nexu & supercilio nemo eximitur, pacta iubet seruari. cons. 12. nu. 29.
Ratio dicti semper in teste attendi debet, cum dat esse rei, id est, testimonio. cons. 32. nu. 44.
Rationis diuersitas vbi est ibi & esse debet diuersi iuris dispositio. cons. 37. nu. 52.
Ratio eadem est de toto quoad totum, quæ est de parte quoad partem. cons. 57. nu. 33.
Ratificatio minoris effecti maioris reconciliat contractũ celebratum in minori ætate, illumq; reddit efficacem & inexpugnabilem, licet à principio fuerit nullus & inualidus. cons. 60. nu. 40.
Ratificatio facta per minorem effectum maiorum non conualidat contractum dolosè factum. ibid. nu. 41.
Ratificatio nunquam potest operari in præiudicium tertij, cui medio tempore ius fuit quæsitum. consilio 63. num. 53.
Ratificatio tunc demum habilitat verbo, quando res est integra & in eo statu, in quo erat, quando ab initio fuit gestus actus, qui ratificatur, aliàs non valet. ibid. numero 54.
Rebellans se officiali non propter ipsum sed propter Principem, tunc dicitur se principi rebellare, secus si quis se rebellat rectori propter factum ipsius: quòd tunc non dicitur hostis Principis. cons. 15. nu. 12.
Rebelles & banniti: qui ex forma statuti instituti nõ possunt, si haredes instituantur, & demum restituti fuerint, reconualescit institutio & trahitur retro ante conditum testamentum. cons. 45. nu. 20.
Receditur à præsumptione quando aliter constat: quia in claris non est opus coniecturis. consilio 1. numero 47.
Recedendum non est ab antiquioribus concessionibus nisi in posterioribus expressè dicatur, quòd de communi consensu aliter sit facta concessio, quàm hactenus esset solitum fieri. ibidem numero 64. consil. 85. num. 67.
Recedendum non est à proprietate verborum, nisi aliter constet euidenter de contraria voluntate & mente testatoris. consil. 30. numero 19. co si. 68. numero 20.
Recedendum non est in dubio à verbis, quando aliter non constet de contrario. consil. 41. numero 22. consilio 63. num. 45.
Recedendum non est à pacto, quod habet expressam mentem & voluntatem diuidentium. consilio 54. numero 31.
Recedere qui volet à contractu, debet prius restituere totum id, quod ad eius manus peruenit, aliàs obtinere non potest. cons. 60. nu. 32.
Receditur à contractu emptionis, si cessatur à solutione vnius denarij. cons. 69. nu. 8.
Receditur à proprietate verborum propter naturam rei. cons. 84. num. 9.
Recedere non debemus à lege communi nisi quatenus reperitur in statuto. cons. 96. nu. 13.
Recedendum non est à verbis priuilegij. cons. 100. num. 86. cons. 3. nu. 6.
Recognitiones factæ per vnum alteri non præiudicant. cons. 1. nu. 62. & 70.
Recognoscens rem suam vt suam in feudum, illam facit feudalem. cons. 32. nu. 49.
Recognitio facta de re allodiali in feudum præsumitur facta in dubio per errorem. ibid. nu. 50.
Recusanti soluere collectas, ab eo conseruantur res & fructus rei. cons. 79. nu. 4.
Reditus beneficiorũ tanti æstimandi sunt, quanti valent deductis oneribus. cons. 58. nu. 14.
Reditus omnes iurisdictionis siquis emerit pro primo anno, & alius pro secundo, si in primo anno commissum est delictum, & condemnatio facta in secundo, commoda & emolumenta condemnationis spectabunt secundo emptori. consil. 77. nu. 1. sed contra secundum communem. num. 9. & num. 12. vbi ampliatur duobus modis.

Reductio ad arbitrium boni viri debet cognosci per superiorem arbitratoris. consil.29.numer.1.declara vt in num.15.

Reductio ad arbitrium boni viri habet instar appellationis.ibid.nu.2.

Reductio ad arbitrium boni viri secundum magis communem debet peti coram iudice ordinario rei.ibidem num.7.& 13.

Reductio ad arbitrium boni viri petitur officio iudicis. ibid.num.10.

Refectio molendini spectat ad locatorem & non ad conductorem.cons.83.nu.1.

Regalia etsi exerceant Principes in bonis sitis in suo territorio, ex hoc tamen non arguitur illa esse feudalia. cons.1.num.35.

Regalium appellatione veniunt confiscationes. cons. 73. num.5.

Regia nobilitas facit actum dubiũ præsumi donationem. cons.1.num.27.

Regi conuenit iustitiam facere & ipsius terminos non egredi, bonaq́ fidelium non percipere, & vasallos suos ab oppressionibus defendere. consilio 100. numero 165.

Regressus non datur ad renunciata. cons.52.nu.24.

Regulæ standum est donec contrarium probetur. consilio 5.num.6.

Regulam qui habet pro se rem certam dicitur habere & intentionem bene fundatam.ibid.nu.7.

Regula solet dari, quod in substitutionibus seu fideicommissis,illa substitutio locum non habet, quæ vel quod non reperitur in testamento.cons.18.numer.7.consilio 34.nu.3.

Regula,quæ habet,quod mẽs magis attendi debet quàm verba, limitatur generaliter, quando de talimente aliquo modo constat dispositiuè,alioqui non obseruanda tanquam abortiua.cons.23.nu.7.

Regulare est, quod per ademptionem vnius rei, non sequitur ademptio alterius,quando res sunt separabiles. cons.31.nu.24.

Regula, quæ habet, quod vno commisso videntur omnia alia commissa, sine quibus illud explicari non potest, non habet locum in prohibitis.cons.37. nu.8.declara vt in num.24.

Regula.l. vindicantem.ff. de euic.locum non habet,vbi euictio sequitur ex natura rei vel ex facto auctoris. cons.51.nu.19.

Regula,frangenti fidem,&c. habet locum etiam,si appositum sit iuramentum. cons.69. nu.11.

Regula frangenti fidem,&c. etiam habet locum in frangente ex necessitate propter aliquod impedimentum. ibid. nu.12.

Regula,frangenti fidem,&c. locum non habet post executionem perfectam. ibid. num.41.

Regula,frangenti fidem,&c.intelligi debet,quando locator non seruauit fidem circa capitulũ vel connexum, secus si circa separatum.ibid.nu.42.

Regula licet sit generalis, quod sententia excommunicationis ferri non debet, nisi monitione præmissa, tamen hoc fallit, quando ipso iure & facto inducitur excommunicatio: quia tunc iudex potest procedere ad excommunicationem monitione non præmissa.cons.99. numero 18.

Reip. interest lites finiri & partes ab expensis releuari. cons.28. nu.11.

Relictum factum familiæ intelligitur de his qui erant de familia tempore testamenti vel mortis testatoris.cons. 38.nu.2.

Religiosi verbum, licet in materia odiosa multum strictè capiatur,tamen fallit si dictum fuisset, quicunque religiosi,quia tunc etiam veniunt hospitalarij. consil.2. numero 26.

Religiosus & si possit succedere in feudo dato ad seruitiũ reale,tamen hoc fallit,si vasallus iuramentum fidelitatis præstaret secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis.cons.41.nu.29.

Remedium.l.2.C.de rescin.vend,locum habet in transactione.cons.28. nu.1.sed contra nu.25.

Remedium d.l.secundæ,competit data enormi læsione vltra dimidiam in magno excessu.ibid.nu.26.

Remedium. capit. reintegranda. 3.q.prima, fundatum est super ea ratione, vt euitetur peccatum. consil. 32. numero 1.

Remedium. d. cap. inductum est etiam principaliter ad comprimendam spoliatoris audaciam. ibid.nu.2.

Remedium ipsius c.ei competit,qui sine culpa & facto suo à possessione rerum suarum cecidit. ibidem numer.3. cons.72.num.4.

Remedium.d.capit.transit ad hæredem, quando in vita defunctus cecidit à possessione per iniustas causas & sine culpa & facto suo.ibid. nu.4.

Remedium d.ca.transit ad hæredem hæredis. ibidem numero 6.

Remedium d.c.secundum communem datur contra tit. possidentem & habentem causam ab auctore non vitioso.ibidem nu.17.

Remedium.l.fi.C.de edic.diu. Adr.toll.competit hæredi scripto in testamento non abolito nec cancellato nec aliqua sui parte suspecto, & nedum vt de nouo mittatur in possessionem bonorum hæreditariorum, sed vt in iam apprehensa conseruatur & defendatur.cõs.48. nu.1. Quod remedium competit non tantum pro allodialibus sed etiam pro feudalibus.nu.2.

Remedium l.2.C. de rescin. vend.datur contra enormissimè læsum tam ex prima quàm ex secunda venditione.cons.60.nu.62.

Remedium.c.reintegranda. 3.q.1.ei non competit, qui ex culpa & contractu suo cecidit à possessione rerum suarum.cons.52.nu.2.

Remedium.d.c.datur contra ementem rem pupilli omissis solemnitatibus à iure requisitis. consilio eod. numero 10.

Remissio iniuriarum quando est facta simpliciter sacerdoti in foro pœnitentiali vel conscientiæ, etsi non operetur in foro contentioso quin agi possit,tamen si est facta plena remissio extenditur ad forum contentiosum. cons.45.nu.28.

Remissio fideicommissi censetur species donationis, quæ non de facili præsumitur.cons.51.nu.15. Quod amplia procedere,si in diuisione fuisset promissum de non contraueniendo.nu.16.

Remissio vim donationis habet.cons.65.nu.11.

Renuncians omni priuilegio,videtur omnibus & singulis priuilegijs in specie renunciasse.cons.2.nu.31.

Renuncianti non datur vlterior regressus ad renunciata.cons.28.nu.41.cons.100.nu.24.

Renunciato geminata, cum magis enixam & deliberatam voluntatem renunciantis demonstret, difficilius reuocatur.cons.ec.nu.43.

Renunciatio geminata supplet omnes solemnitates omnemq́ præsumptionem erroris tollit & ius de futuro comprehendit.ibid.nu.44.

Renunciare quis facilè videtur, qui sua negligentia tempus assignatur ad actum expediendũ labi permittit. cons.52.nu.22.

INDEX

Renunciare fauori ſuo vnuſquiſque poteſt. cons. 85. *numero* 63.

Renunciatio facta de hæreditate & bonis patris includit legitimam, ſi in renunciatione excipitur cauſa dotis vxoris. cons. 99. *nu.* 41.

Renunciatio facta de bonis paternis cum iuramento & clauſula omni iuri & legum auxilio, extenditur ad legitimam. ibid. nu. 44.

Renunciatio facta per ſororem, vt bona conſeruentur in familia fratris, extinguitur mortuo patre ſine maſculis. cons. 100. *nu.* 83.

Renunciatio licet poſſit nocere vaſallo renuncianti, non tamen ſucceſſoribus venientibus ad feudum paternum vel antiquum. ibid. nu. 109.

Renunciationis & clauſulæ appoſitæ in contractu ſimulato & imaginato, iudicantur ſimulatæ, nullæ & ineficaces. ibid. nu. 135.

Reparatio pontium & viarum æquiparatur. conſilio 2. *num.* 3.

Reprobatur Curt. Iun. in cons. 138. *col. fin. dum voluit, quòd ſuccedere volens in feudo hæreditario indiſtinctè debet eſſe hæres vltimi vaſalli. conſilio* 3. *nu.* 33.

Reprobatur communiter glo. in authen. ex cauſa, quæ loquitur de præteritione filij. cons. 7. *nu.* 26.

Reprobatur Imo. in l. diuortio. ſol. mat. conſilio 77. *numero* 10.

Reprobatio Bald. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. ibidem num. 11.

Requiſita ad obtinendum in remedio l. fin. ff. de rei vind. cons. 88. *num.* 9.

Res allodialis, ſecundum communem, poteſt recognoſci in feudum. conſil. 1. *num.* 11. *declara vt nu.* 71. *conſil.* 90. *nu.* 15.

Res præſumitur allodialis ac libera & non feudalis, niſi verè vel præſumptiuè probetur feudalis. ibidem numero 31.

Res feudalis dicitur quandam habere ſeruitutem. ibidem numero 32. *conſilio* 85. *numero* 21. *conſilio* 90. *numero* 11.

Res omnis præſumitur libera habito reſpectu ad originalem habitum propter naturalem ſtatum rerum, niſi probetur aliqua alia qualitas ſeruitutis, quæ præſumptio libertatis transfert onus probãdi in aduerſarium. ibidem num. 33.

Res ſi tradatur & precium, ſi præponderat precium dicitur venditio & emptio, ſi res permutatio. conſil. 41. *num.* 14.

Res venales licet non veniant in legato generali, ſecus tamen eſt, quando in eo dictum fuiſſet de omnibus bonis. cons. 13. *nu.* 31. *cons.* 85. *nu.* 50.

Res vendita pro centũ cum pacto de retrouendendo non valet. nu. 70. *ratione oneris ſeu ſeruitutis venditioni adiecta. cons.* 58. *nu.* 16.

Res quando participat de pluribus regulatur à potentiori. cons. eo. nu. 18.

Res aliena licet vendi poſſit in præiudicium vendentis, qui tenetur ad intereſſe, non autem in præiudicium eius, cuius eſt res: quia alienatio non valet. cons. 60. *num.* 56.

Res noſtras quis obtinere non debet nobis inuitis. ibidem num. 58.

Rei vindicatio datur etiam contra tantum detinentem. ibid. nu. 60.

Realem actionem tria ſunt quæ pariunt, ciuilis poſſeſſio, naturalis, & detentio. nu. 61.

Rei ſatis demonſtratæ fruſtra additur demonſtratio. ibidem num. 71.

Res profana ſolita ſoluere collectas, ſi deuenit ad eccleſiam, efficitur libera ſolutione collectæ. conſilio 61. *numero* 7.

Res libera plus venditur quàm onerſa. ibidem numero 19.

Res æſtimata ſi ſimpliciter datur in dotem, ſola æſtimatio reddi debet: quia in dubio facit emptionem. cons. 64. *num.* 8

Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis. conſil. 86. *num.* 1. *ſed contra num.* 9.

Rem meam ſi recognoſco in feudum valet recognitio, nam breui manu videor donaſſe & recepiſſe. cons. 90. *num.* 16.

Res inter alios acta aliis præiudicare non debet. conſ. 92. *num.* 1. *limita vt nu.* 19.

Reſciſſio contractus ſi petitur agi poteſt in loco contractus. cons. 24. *nu.* 4.

Reſeruatio fidelitatis arguit conceſſionem feudalem. cõſil. 85. *num.* 1.

Reſeruatio concernit ius tertij, ibid. nu. 64.

Reſeruata in ſignum ſpecialis prælationis & præeminentiæ licet nunquam præſcribantur contra imperium vel Romanam eccleſiam, tamen ſpacio 100. *annorum præſcribuntur. cons.* 59. *nu.* 12.

Reſcriptum Principis nõ extenditur ad defectus tacitos & ſuppreſſos. cons. 12. *nu.* 7.

Reſcriptum qui habet ſuæ legitimationis dicitur habere fundatam intentionem. ibid. nu. 29.

Reſtitutio in integrum debet peti coram iudice eius, contra quem petitur reſtitutiò. cons. 24. *nu.* 9.

Reſtitutio Principis tantum operatur quoad bona & ira, quæ reperiuntur penes fiſcum & non penes tertiũ. conſ. 45. *nu.* 4. & 20.

Reſtitutio Principis ſimpliciter facta trahitur retro & æquiparatur iuri poſtliminij. ibid. nu. 5.

Reſtitutio non comprehendit bona ſemel alienata & demum redempta. ibid. nu. 7.

Reſtitutio Principis non reſtituit ad fructus perceptos. ibid. num. 8.

Reſtitutio non trahitur ad condemnationes acquiſitas feudatarijs. ibid. nu. 10.

Reſtitutio facta per Principem, in qua declarat confiſcationem pro non facta haberi & irritam eſſe non tollit ius quæſitum tertio. ibid. nu. 18.

Reſtitutio quando eſt facta in pleniori forma extenditur ad bona in alium translata. ibid. nu. 21.

Reſtitutus, vt proximè, ſi fundat ſe in ſua priori poſſeſſione, & ei opponatur de confiſcatione, poterit replicare, quòd excipiens non debet audiri. ibidem numero 24.

Reſtitutio facta in pleniori forma fortior eſt quàm ſimplex reſtitutio. ibid. nu. 26.

Reſtitutio ſimplex degradati & beneficio priuati, licet non trahatur ad beneficium tamẽ ad illud extenditur ſi eſt facta plena reſtitutio. ibid. nu. 29.

Reſtitutio in integrum nõ datur contra præſcriptionem iuris & de iure, prout præſcriptio immemorialis. conſilio 59. *num.* 20.

Reſtitutio in integrum vt cõcedatur ex capite ignorantia, requiritur quòd ſit probabilis, aliàs ſecus. ibidem num. 21.

